


9-26



0 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31 32

2 400 40  MADE IN SPAIN



# ATHANASII

EPISCOPI ALEXANDRINI SANCTISSI-  
MA ELOQVENTISSIMA QVE OPERRA

Rursus impressa, ac studiosissime emendata.

¶ Commentarii in epistolas Pauli, qui à quibusdam ad-  
scribuntur Vulgario.

¶ Contra gentiles Liber vnus.

¶ De incarnatione Verbi, eiusq; ad nos per corp<sup>9</sup> aduētū.

¶ Disputatio contra Arium.

¶ In vim psalorum opusculum.

¶ Exhortatio ad Monachos.

¶ De passione imaginis domini nostri Libellus.

¶ Epistolæ nonnullæ Romanorum Pontificum ad Atha-  
nasium, & Athanasii ad eosdem.


¶ Eiusdem Athanasii de variis questionibus Liber.

¶ Quæ omnia olim iam latina facta Christophoro Por-  
fena, Ambrosio Monacho, Angelo Politiano, Ioanne Ca-  
pione interpretib<sup>9</sup>, vna cū doctissima Erasmi Rotteroda-  
ni ad pium lectorem paraclesi, & Athanasii ipsius vita nu-  
per addita, ac recognita.



¶ Veniuntur ab Ioanne Paruo, in via diui Iacobi ad  
signum liliæ auræ Parisiis.

¶ Cum gratiâ, & priuilegio.






**L** Roy nre sire a done priuilege trois  
ans a Jehan petit libraire iure de lu-  
niuersite de Paris: pour ce present li-  
ure intitule Opera Athanasi de im-  
primer cedit liure. Et deffend a tous  
autres imprimeurs et libraires de ce royaume de  
non imprimer: vendre ne distribuer aultres que ceulx  
que ledict libraire fait imprimer. de ce iourdhuy.  
xviii. iour de apiril: q est le iour que il est acheue  
de imprimer. Et il cinq cens dixhuyt. iusq s a trois as  
finiz & accompliz sur peine de confiscation de dictz  
liures: et demande arbitraire. Done a Angers le.  
xix. iour de Juing. Lan de grace mil cinq cens et  
dixhuyt. Par le Roy Nostre sire.

Des Landes.

Nicolaus Beraldus doctissimo ac sapientissimo praesuli Michaeli  
Bodeto, Lingonensium Episcopo. S. P. D.




**A** EST HUMANARVM RERVM CONDITIO, EA  
lex, is genius Praesul sapientissime, vt ab ipso ortu suo in deterius  
perpetuo labantur, ab initioq; suis longe lateq; degenerent, a se-  
leq; diffideat iam iam postremum periture. Quod quum saepe  
nulla hominum culpa, sed naturae ipsius decreto quodam eueniat, eo  
ferendum est aequius, quo nulla humana ope, nullo hominum consilio ea  
fors vitari potest, atque interdum ne differri quidem. Id vero non paulo  
indignius, quod quae ab hominibus hominum causa sumo sunt & ingenio & labore inuen-  
ta, quaeque non diu modo florentissima, sed etiam immortalia esse conueniebat, ea  
sic ab hominibus ipsis plarumq; temerari videmus ac pollui, vt quae sunt ab illis ad usum  
mortalium sapienter excogitata, tam nunc ad eorum perniciem ab aliis corrupta adul-  
terataq; esse videantur. Nam, vt alia omittam, quis non videt, quanta sit superioribus se-  
culis bonis artibus ac studiis a Barbaris clades illata, quam foede a Gothis istis di-  
ciplinam omnes corrupta, ab indoctis vexata, a Sophistis, pene dixerim, excarnifica-  
ta: Quae tandem Philosophiae pars non est hanc contumeliam experta? Quotus  
quisque vero est ex iis, qui se solos Peripateticos ac philosophos haberi voluit, deque  
Aristotele ipso egregie se meritos gloriantur ac praedicant, quae non magis Burida-  
ni nescio cuius lectio teneat, quam Aristotelis: qui quae immania illa glossata (quae ta-  
to philosopho nimium impudenter adscribuntur, ac pro Aristotelicis passim cita-  
tur) non pluris faciat, quam quae vir ille in omni disciplinarum genere sumus tanta cura  
ac studio & exquisita & scripta posteris legenda reliquit: Ac de Aristotele quidem ipso  
facile utcumque fuerat, vt cuius doctrina, quamq; admiranda ac summa, Christiana sim-  
plicitas carere potuerit, nisi inde excitata eadem mali labes, ipsas quoque sacrosactas  
leges, quibus viuimus, iam pridem occuparet. Illud porro indignitatem omnem su-  
perat, quod quae plurimae hoc saeculo exorta ranae, quo enim nomine potius sophi-  
stas appellem? Solomonis templum, ac Christi quoque Ecclesiam nuper adorta, ip-  
sam Euangelicam veritatem ita foede distrahunt, diripiunt, lacerant, vt quae suo cadore  
illustres, eximia, intacta, sacrosanctaeque esse debuerat, ab iis non modo in ordinem co-  
acta, sed suggillata etiam sit, ac pene prostituta. Nee desunt tamen (O tempora) qui ex  
istiusmodi lacunis malint, quam ex veterum theologorum purissimis fontibus haurire,  
tantumque eis iam tribuant, vt si quae videant antiquis ac melioribus literis addictum,  
ab id genus scriptis vel tantillum diffidere, eundem protinus e sublimi illa theologorum  
arce deturbatum infra viliissimos grammaticas abiciant. Rhetorculus est, inquit,  
poeta est, non philosophus, non Theologus. Quare mirum non est, si passim summa  
quaeque sibi genus id hominum vendicet, vt cui nihil non hoc saeculo iam concedatur, ob  
subtilissimas scilicet collectiones istas, elenchos, captionesque ac sophismata, quae ta-  
men, vt Seneca inquit, nec ignorantibus noceant, nec scienciam vlla ex parte iuuent. idque  
in diuinis literis multo minus. Nam si, vt Tragicus quidam scripsit, veritatis simplex  
est oratio, quorum attinebat quae a veritatis auctore profecta sunt, quaeque fallere non  
magis possunt, quam veritas ipsa, quae nec fallit, nec fallitur, ac utis, vt vere dixerim, deli-  
ramentis ac somniis implicare? Nam id ergo recte ac sapienter mihi sentire videntur,  
qui non modo seponendos nouitios hos omnes pro Theologos (ita enim sane vocen-  
tur, dum intelligatur modo id quod res est, nempe augusto hoc nomine eos demum fore  
dignos, qui se ad veterum Theologorum exemplar comparauerit, neque frigidis argutiolis  
immorandum, nedum immoriendum esse sibi permiserint) sed omittendos etiam in to-

tum ac efficiendos arbitrantur, reuocandosque veteres illos vere Theologos, quorum purior est elocutio, doctrina prestantior, sincerior, pietas, caritas longe feruētior. Nam sicuti nouum hoc disputandi genus argutum quidē ipsum, sed loquaculū ac barbarū non modo ingenii succū omnem exhaurit, sed pietatis etiā ipsi⁹ ignē ardorēq; extinguit, vt mirum non sit, si sic in quorundam quoq; pectorib⁹ frigeat, qui se vulgo Theologos pfitentur, ita veteres illi suauissimo quodam ceu cælestis Ambrosiæ pabulo piū lectorem pascunt, fouent, sagināt, neq; animos vocū illecebris titillant, sed diuino quodam nectare ebrios rapiunt, ac transformant. Viuit in illis spiritus quidam plane, vt sic dixerim, viuificus, legentis animum obfirmans ac vegetans. In his contra, quod ad rerum humanarum cōtemptū, summāq; illius exoptandæq; beatitudinis desyderiū pertinet, mirum q̄topere frigeant omnia. Ac sicuti torpedo, quum suapte natura non torpeat, mire tamen adnatanteis ad se pisces contactu torpescit, ita argumentosi Theologi, qui nihil aliud, q̄ quæstionū tēdicular ac retia sectantur, quum per se caleant satis, vt pote in disputando acres ac animosi, immo vero nunq̄ non pertinaces ac refractarij, nil aliud tamen q̄ lentum quoddam animi frigus legentibus immittunt. Et vt promptior quis ad pugnam inde fortasse redeat, ad pietatem profecto nemo redditur instructor, nemo melior. En igitur tuis auspitijs in lucem redeunt Athanasij illius magni Alexandrini episcopi in Paulinæ epistolæ commentarij, eximia quadam quū eloquentia, tum doctrina refertissimi, atq; antehac vbiq; rarissimi, ab exemplari vetusto quidem ipso, sed vnico tamen, eodemq; locis innumeris corrupto nostra opera nuper recogniti, multoq; accuratius quā antehac & emendati, & distincti. Nam p̄ter q̄ quod mēdas, quibus opus ipsum ex sese satis luculentū, vel impressoris imperitia, vel emendatoris ignauiā deprauatum fuerat, non paucas sustulimus, illud etiā nobis permisimus, vt si quid vspiciam esset latinis auribus durum, quod vel interpretis neglegētia, nequid aliud dicā, vel temporum vitio quibus latinæ se primū literæ coeperūt exercere, sæpius accidit, id ipsum permutatis verbis aliquot citra sententiæ detrimētū velut emolliremus. Quod ipsum tamē eo parcius fecim⁹, quod vulgo nephas esse videremus in sacris codicibus quidpiam immutari, ab homine p̄sertim in iis literis haud ita diu versato. Sed nec magnopere vacabat alijs quibusdā occupato diuina hæc studia tractare, mihi alioqui grata adeo, adeoq; & iucūda & suauia, vt cætera omnia ad hæc nō modo in amena, in suauiaq; sed plane flocci, quisquis illeq; esse videantur. Vnum, illud affirmare tibi posse videor, commentarios hosce quanq̄ sic quoq; elegantis per se satis ac nitidos, aliquanto tamen nitidiores fuisse in lucem prodituros, sicubi Græcū exemplar id temporis, quo hæc excudebantur, inueniri potuisset. Nam nec Budæus ipse tuus, eloquentiæ vir vtriusq; princeps, tã eximio operi vel instaurādo, vel refingendo, componendoq; defuisset, operamq; hanc sibi vel primariam sumpsisset, vel vicariam nostram sua iuuisset industria, vir non humanarum modo rerum omnium, sed diuinarū etiā peritissimus, sæculiq; huius egregium decus, ac ornamentum quoddam (absit verbo inuidia) profus incomparabile. Quantuluncunq; vero id est, quod restituendo Athanasio opere præstitimus, tibi debetur, tibi quoq; nominatim inscribitur. Præsul doctissime, vt quem vnicum pene temporis huius Mœcenatem studiosi omnes agnoscant, & ipse sim reapse, vt Plautus inquit, sæpius expertus, quemq; in Ecclesiā Christi non secus esse videamus affectum, atq; olim fuit Dauid ille regum sanctissimus, quæ arcanæ literæ tradunt incredibili leticia gestire solitum, quū populum spectaret varia prose quemq; donaria ad templi structuram congerere. Quare sicuti Origenis opera sub tui nominis auspicio proxime emissa, nunc vbiq; leguntur, ac per varias Europæ totius

Athanasij  
autem  
sunt an  
Vulgarij  
aliubi di  
scutietur

regiones circumferuntur, ita Athanasius hic noster quodam velut eiusdem nominis Amuleto tut⁹, nūc e tenebris situq; puluere in publicam lucem egreditur, multa, vt speramus, tecum secula victurus. Vale diu felix. Luteciæ.

CERASMI ROTERODAMI PARACLESIS  
AD LECTOREM PIVM.



ACTANTIVS ILLE FIRMIANVS, OPTIME Lector, cuius linguam vnice miratur Hieronymus, Christianæ religioni patrocinaturus, aduersus ethnicos, cū primis optat sibi dari eloquentiam, Tullianæ proximam, improbū ratus opinor optasse parem. At ego sane si quid huiusmodi votis proficitur, tantisper dum mortales omnes, ad sanctissimum ac saluberrimum Christianæ philosophiæ studiū adhortor, ac veluti classicum canens euoco, vehementer optarim eloquentiam mihi dari, longe aliam quam fuerit Ciceroni. Si minus p̄curaturam quā fuit illius, certe multo magis efficacem. Imo si cui vnq̄ talis cōtingit dicendi vis, qualem non omnino sine causa, veterum poetarum fabulæ, subnotarunt in Mercurio, qui ceu magica virga, diuinaq; cithara, somnum immittit cum libet, & idem adimit, quos vult ad inferos impellens ac rursus ab inferis euocans, aut qualē signarunt in Amphioe Orpheoq; quorū alter rigida mouisse saxa, alter quercus & ornos traxisse cithara fingitur. Aut qualē Ogmio suo tribuebant Galli, mortaleis omnes catenulis a lingua in aures infixis quo vellet circumducenti, Aut qualem Marsye fabulosa tribuit antiquitas, Aut certe, ne nimium diu fabulis immoremur, qualem Socrati tribuit Alcibiades, Pericli vetus comœdia, quæ non aures tantum mox peritura voluptate delinuat, sed quæ tenaces aculeos relinquat in animis auditorum, quæ rapiat, quæ transformet, quæ multo alium dimittat auditorem quā accepit. Timotheus musicus ille nobilis, Dorios occinens modos Alexandrum magnū ad belli studiū inflammare solitus legitur. Neq; defuerunt olim, qui præcaminibus, quas Græci vocant *επιδαμν* nihil ducerent efficacius. Quod si quod vnq̄ esset huiusmodi genus incantamenti, si qua vis harmoniæ, quæ verum habeat *εὐδον* *συναρμον*, si qua Pitho vere flexanima, eam mihi cupiā in præsentia suppetere, quorem omnium saluberrimā omnibus persuadeam. Quod illud potius optandum, vt Christus ipse cuius negociū agit, ita citharæ nostræ chordas temperet, vt hæc cithilena penitus afficiat ac moueat animos omnium. Ad quod quidem efficiendū nihil opus rhetorum epicherematis, aut epiphonematis. Hoc quod optamus, nō alia res certius præstet, quā ipsa veritas, cuius quo simplicior, hoc efficacior est oratio. Ac primum quidem non libet in præsentia refricare querelam illam, non omnino nouam, sed heu nimium iustam, & haud scio an vnq̄ iustiore quā hisce temporibus, cum tam ardentibus animis in sua quisq; studia mortales incumbant, hanc vnam Christi philosophiam, a nonnullis etiā Christianis rideri, a plerisq; negligi, a paucis tractari, sed frigidē. Non enim dicam insincere. At in cæteris disciplinis omnibus, quas humana prodidit industria, nihil est tam abditum ac retrusum, quod non peruestigarit ingenii sagacitas, nihil tam difficile, quod non expugnarit labor improbus. Qui sit autem, vt hanc vnam philosophiam, non his quibus par est animis amplectamur, quotquot ipso etiā cognomine Christi doctrinam pfitemur, Platonici, Pythagorici, Academici, Stoici, Cynici, Peripatetici, Epicurei, suæ quisq; selectæ dogmata, tum penitus habent cognita, tum memoriter tenent, pro his digladiā

Mercurij mirā  
eloquentia.  
Hercules galli  
cus qui  
Ogmio  
lingua gallica  
dicebatur  
apud Lu  
cia.

Christiana  
lex noui & ad-  
mirabilis  
genus Philo-  
sophie.

tur illi, vel emoritur citius, quam autoris sui patrocinium deserant. At cur non multo magis tales animos prestamus autori nostro principi que Christo? Quis non vehementer foedum censeat Aristotelicam profitemi philosophiam, nescire quid uir ille senserit, de causis fulminum, de prima materia, de infinito, quae nec cognita felicem, nec ignorata reddunt infelicem. Et nos tot modis initiati, tot sacramentis additi Christi, non foedum ac turpe putamus illius nescire dogmata, quae certissimam omnibus praesent, felicitatem? Nam quorsum attinet hic contentione rem exaggerare, cum hoc ipsum impiae cuiusdam dementiae sit, Christum cum Zenone aut Aristotele, & huius doctrinam, cum illorum, ut modestissime dicam, praecipue uinculis conferre uelle? Affingant illi suae sectae principibus, quantum possunt, aut quantum libet, Certe solus hic e caelo profectus est doctor, solus certa docere potuit, cum sit aeterna sapientia, solus salutaria docuit unius humanae salutis autor, solus absolute praestitit, quicquid unquam docuit, solus exhibere potest, quicquid promissit. Si quid a Chaldaeis aut aegyptiis adfertur, id ob hoc ipsum acrius auemus cognoscere, quod e peregrino sit orbe deportatum, & precii pars esse longinquo uenisse, & sepe numero infamius homunculi, ne dicam impostoris, tam anxie distorquemur, non solum nullo fructu, sed magno temporis dispendio, ut ne quid adda grauius, tamen iam hoc ipsum ut nihil accedat, grauissimum est. At qui sit, ut huiusmodi cupiditas non ite Christianos titillet animos, quibus persuasum est, id quod res est, hanc doctrinam non ex Aegypto Syriaue, sed ex ipso uenisse caelo? Cur non ita nobiscum cogitamus omnes, nouum & admirabile philosophiae genus sit oportet, quod ut traderet mortalibus, is qui deus erat, factus est homo, qui immortalis, factus est mortalis, qui in corde patris erat, sese demisit in terras. Magnum quiddam & haud quaquam triuiale sit oportet, quicquid illud est, quod ille tam admirandus autor, post tot excellentium Philosophorum familias, post tot insignes prophetas, docturus aduenerit. Cur non hic pia curiositate singula cognoscimus, disquirimus, excutimus? Praesertim cum hoc sapientiae genus, tam eximium, ut semel stultam reddiderit uniuersam huius mundi sapientiam, ex paucis huiusce libris, uelut e limpidiis fontibus haurire liceat, longe minore negotio, quam ex tot voluminibus spinosis, ex tam immensis usque inter se pugnantibus interpretum commentariis Aristotelicam doctrinam, ut ne addam, quanto maiore cum fructu. Nihil enim hic necesse est, ut tot anxiiis disciplinis instructus accedas. Simplex & cuius paratum est uaticum, Tantum fac adferas pium ac promptum animum, & in primis simplici puraque praeditum fide. Tantum esto docilis, & multum in hac philosophia promouisti. Ipsa suppeditat doctorem spiritum, qui nulli sese lubentius impertit, quam simplicibus animis. Illorum disciplinae, praeterquam quod falsam promittunt felicitatem, multorum ingenia submouet, ipsa uidelicet praceptorum difficultate. Haec omnibus ex aequo sese accommodat, submittit se paruulis, ad illorum modulum sese attemperat, lacte illos alens, ferens, confortans, sustinens, omnia faciens, donet grandescamus in Christo. At rursus ita non deest infimis, ut summis etiam sit admirabilis. Imo quo longius in huius opes progressus fueris, hoc longius illius maiestate submoueris. Paruis pusilla est, magnis plusquam maxima. Nullam haec aetatem, nullum sexum, nullam fortunam, nullam reicit conditio nem. Sol hic non perinde communis & expositus est omnibus, atque Christi doctrina. Non arceat omnino quenquam, nisi quis arceat, ipse sibi inuidens. Vehementer enim ab istis dissentio, qui nolunt ab idiotis legi diuinas literas, in vulgi linguam transfusas, siue quasi Christus tam inuoluta docuerit, ut uix a pauculis Theologis possint intelligi, siue quasi religionis Christianae praesidium in hoc situm sit, si nesciatur. Regum mysteria caelare fortasse fatius est, at Christi mysterium quam maxime cupit euul-

gari. Optarim ut omnes mulierculae legant euangelium, legant Paulinas epistolas. Atque utinam haec in omnes omnium linguas essent translata, ut non solum a Scythis & Hybernis, sed a Turcis quoque & Saracenis legi cognoscique possint. Primum certe gradus est, ut eunus cognoscere. Esto riderent multi, at caperetur aliquot. Utinam hinc ad stitua aliquid decantet agricola, hinc non nihil ad radios suos moduletur textor, huiusmodi fabulis itineris tedium leuet viator. Ex his sint omnia Christianorum omnium colloquia. Tales enim ferme sumus, quales sunt quotidianae nostrae confabulationes. Asequatur quisque quod potest, exprimat quisque quod potest. Qui posterior est, non inuidet at praecedenti, qui prior est, inuidet sequenti, non desperet. Cur professionem omnium communem ad paucos contrahimus? Neque enim consentaneum est, cum baptisimus ex aequo communis sit Christianorum omnium, in quo prima Christianae philosophiae professio est, cum sacramenta caetera, denique cum praemium illud immortalitatis ad omnes ex aequo pertineat, sola dogmata, in paucos istos esse relegandos, quos hodie vulgus Theologos aut monachos uocat, quos ipsos tamen, tamen minima quaequam portio sunt ad populum Christiani nominis, tamen hos inquam ipsos optarim maiorem in modum esse quod audiunt. Vereor enim ne inter Theologos reperire liceat, qui multum absint a suo titulo, hoc est qui terrena loquantur non diuina, & inter monachos, qui Christi paupertatem & mundi contemptum profitentur, plusquam mundum reperias. Is inhiuere Theologus est, qui non syllogismis arte contortis, sed affectu, sed ipso uultu atque oculis, sed ipsa uita doceat aspernandas opes, Christiano non esse fidendum huius mundi praesidiis, sed totum oportere pendere de caelo, non esse retaliendam iniuriam, bene precantibus, bene merendum de male merentibus, bonos omnes uelut eiusdem corporis membra diligendos ac fouendos ex aequo, malos tolerandos, si corrigi nequeant. Qui suis exuuntur bonis, qui depelluntur possessionibus, qui lugent hos beatos esse, non deplorandos, mortem optandam etiam piis, ut quae nihil sit aliud quam traiectus ad immortalitatem, haec inquam & homo, si quis afflatus spiritu Christi praedicat, inculcet, ad haec hortetur, inuidet, animet, is demum uere Theologus est, etiam si fossor fuerit aut textor. Haec si quis & ipsis praestet moribus, is denique magnus est doctor. Qua ratione intelligant angeli, fortasse subtilius differat alius, uel non Christianus, at illud persuadere, ut hic puri ab omnibus inquam nametis uita exigamus angelica, id demum Christiani Theologi munus est. Quod si quis obstrepet, haec esse crassula, & idiotica, nihil aliud huic responderim, nisi quod haec crassa Christus praecipue docuit, haec inculcant, Apostoli, haec quantumuis idiotica, tot germane Christianos, tot insignium martyrum examina nobis perdidit. Haec inquam illiterata, ut ipsi uidentur, philosophia, sumos orbis principes, tot regna, tot gentes, in suas pertraxit leges, id quod nulla Tyrannorum uis, nulla philosophorum poterat eruditio. Neque uero repugno, quo minus sapientiam istam si uidentur, loquantur inter perfectos. At hoc certe noie consoletur sese humile Christianorum vulgus, quod istas subtilitates, an sciuerint Apostoli, uiderint alii, certe non docuerunt. Haec inquam plebeia, si praestarent pro sua sorte principes, si in contionibus inculcarent sacerdotibus, si pueris instillarent iudici magistri potius quam erudita illa, ex Aristotelis & Auerrois depropta fontibus, non sic perpetuis pene bellis tumultuaretur undique res Christiana, non tam infano studio per fas nefasque congerendi diuitias feruerent omnia, non tot litibus uerbisque perstreperent sacra prophanaque omnia. Denique non titulo tantum & ceremoniis differremus ab iis qui Christi philosophiam non profitentur. Si quidem in his tribus hominum ordinibus, praecipue situm est, Christianae religionis, uel instaurande, uel augenda negotium, in principibus, & qui horum gerunt uices magistratibus, in epis. & horum uicariis sacerdotibus, & in iis qui primam illam aetate ad omnia

gal lego. d. 7. semper  
m. d. 7. d. 7.

Stitua ara  
tri manu  
brii. Ra-  
dius tex-  
toris na-  
uicula.

Horatius  
Tu recte  
uiuisti cu-  
ras esse  
quod au-  
dis.

Christiana  
na philo-  
sophia.

Germane  
ne id est  
uere.

Id est le-  
gitimū  
ac verū.

Lydiarē  
gula,

Philoso-  
phia chri-  
sti instauratio bene-  
condi-  
tæ natu-  
ræ.

Socrates,  
Dioge-  
nes, Epi-  
ctetus p-  
pmodū  
Christi-  
ani.

sequacem instituunt. Quos si omisso suo negotio cōtingat ex animo cōspirare in Christum, nimirum videremus haud ita multis annis, verum quoddam, vt & Paulus inquit *Yvāgion* Christianorum genus passim emergere, quod Christi philosophiam, non cerimonis tantum, & propositionibus, sed ipso pectore, totaq; vita referret. His armis longe citius pellicerentur ad Christi fidem, Christiani nominis hostes, quā minis, aut armis. Vt omnia iungamus præsidia, nihil ipsa veritate potētius. Platonius non est qui Platonis libros non legerit, & Theologus est, non modo Christianus, qui Christi literas nō legerit. Qui diligit inquit, me, sermones meos seruat, hanc ipse notam præscripsit. Proinde si vere ex animo sumus Christiani, si vere credimus illum e caelo missum, vt ea nos doceret, quæ philosophorum sapientia non poterat, si vere expectamus ab eo, quod nulli principes, quumuis opulenti donare queunt, cur est nobis qui huius literis antiquus? Cur omnino quicquid videtur eruditum, quod ab huius decretis dissidet, Cur in adorandis literis, idem, ac pene dixerim plus, nobis permittimus, quam in Cæsaris legibus, aut medicorum libris sibi permittunt interpretes prophani? vt perinde quasi re ludicia verseremur, ita quicquid in buccam venerit, commentemur, detorqueamus, inuoluamus, & cœlestia dogmata, ceu Lydiarē regulam, ad nostram pertrahimus vitam, & dū omnibus modis fugimus, ne parum multa scisse videamur, quicquid vsq; est prophana, non dicam corrumpimus, sed quod negari non potest, ad paucos homines contrahimus, rē qua Christus nihil voluit esse cōmunius. Hoc philosophiæ genus in affectibus situm verius, quam in syllogismis, vita magis est quam disputatio, afflatus potius quam eruditio, transformatio magis quā ratio. Doctos esse, vix paucis contingit, at nulli non licet esse Christianum, nulli nō licet esse pium, addam audacter illud nulli nō licet esse Theologum. Iam facile descendit in animos omnium, quod maxime secundum naturam est. Quid autem aliud est Christi philosophia, quā ipse renascentiam vocat, quam instauratio bene conditæ naturæ? Proinde quam nemo tradidit hæc absolutius, nemo efficacius quam Christus, tamen per multa reperire licet in ethnicorum libris, quæ cum huius doctrina cōsentiant. Nulla fuit vnquam tam crassa factio philosophiæ, quæ docuerit pecuniam, hominē reddere felicē. Nulla tam impudens, quæ in vulgaribus istis honoribus aut voluptatibus, finem boni constituerit. Viderunt Stoici neminem esse sapientem, nisi bonum virum, viderūt nihil esse vere bonum aut honestum, præter veram virtutē, nihil horrendū aut malum, præter vnā turpitudinem. Iniuriā nō esse pensandam iniuriā, multis modis apud Platonem docet Socrates, item cum immortalis sit anima, non esse deplorandos, qui cum fiducia bene actæ vitæ hinc demigrāt in vitam feliciorē. Præterea animam omnibus modis abducēdā ab affectibus corporis, & ad ea traducendam, quæ vere sunt, cum nō videatur. Nullā rem nobis suaue esse posse, quæ non aliquo modo cōtēnatur, in politicis scripsit Aristoteles, vna virtute excepta. Nihil i vita homini suaue esse posse, nisi adsit animus nullius mali sibi cōsciūs, vnde ceu fonte scaturit vera voluptas, fatetur & Epicurus. Quid quod magnā huius doctrinæ partem præstiterit non pauci, præcipue Socrates, Diogenes, & Epictetus? At eadem cum tanto plenius & docuerit & præstiterit Christus, an non p̄digii simile, hæc a Christianis vel ignorari, vel negligi, vel etiā rideri? Si sūt quæ p̄pui pertinet ad Christiani simū, his antiquatis, illa sequamur, sin hæc sola sūt, quæ vere Christianū possint efficere, cur hæc p̄pmodū magis pro obsoletis & abrogatis habemus quā libros Mosaiacos? Primū autē est scire quid docuerit, pximū est p̄stare. Neq; enim ob id opinor, quisq; sibi Christianus esse videatur, si spinosa, molestaq; verborum perplexitate, de

instantibus, de relationibus, de quidditatibus ac formalitatibus disputet, sed si quod Christus docuit & exhibuit, id teneat exprimatq;. Non quod horum studium dānem, qui in argutiis huiusmodi non sine laude exercuerunt ingenii sui vires, nolim enim offendi quenq;, sed quod existimē, & vere, ni fallor, existimo, puram ac germanam illam Christi philosophiam, non aliunde felicitius hauriri, quam ex euangelicis libris, quam ex apostolicis literis, in quibus si quis pie philosophetur, orans magis quā argumentans, & transformari studens potius quā armari, is nimirum comperiet nihil esse quod ad hominis felicitatem, nihil quod ad vllam huius vitæ functionem pertineat, quod in his non sit traditum, discussum, & absolutum. Siue quid discere cupimus, cur alius autor magis placet quā ipse Christus? Siue viuendi formam requiramus, cur aliud nobis prius est exemplum, quā Archetypus ipse Christus? Siue phar macū aliquod aduersus molestas animi cupiditates desyderamus, cur alibi putam⁹ remediū esse præsentius? Siue cupimus residem ac languescentem animum expergefacere lectione, quæ ubi reperias igniculos æque viuos & efficaces? Siue visum est animum ab huius vitæ molestiis auocare, cur aliæ magis placent delitiæ? Cur statim malum ex hominum literis, Christi sapientiā discere quā ex ipso Christo? qui quod pollicitus est se semper nobiscum fore vsq; ad cōsummationem seculi, in his literis præcipue præstat, in quibus nobis etiamnum viuere, spirare, loquitur p̄ne dixerim efficacius, quā cum inter homines versaretur. Minus videbant, minus audiebant Iudei, quam tu vides & audis in euangelicis literis, tantum vt oculos & aures adferas, quibus illæ cerni & audiri possint. Quid tandem hoc rei est? Literas ab amiculo scriptas, seruamus, exosculamur, circumferimus, iterum atq; iterum relegimus, & tot sunt milia Christianorum, qui cum alioqui docti sint, euangelicos & Apostolicos libros, ne legerint quidem vnq; in omnivita. Mahumetei sua tenent dogmata. Iudei & hodie ab ipsis cunabulis suum edificunt Mosem. Cur nos non idem præstamus Christo? Qui benedicti profiterentur institutum, regulam ab homine, eoq; pene idiota scriptam, tenent, ediscunt, imbibunt. Qui Augustinianæ sunt factionis, autoris sui regulam callent. Franciscani, Francisci sui traditiunculas adorant, amplectuntur, & quoquo terrarum se contulerint, secum circumferunt, tutos se nō credunt, nisi libellus adsit in sinu. Cur illi plus tribuunt regulæ ab homine scriptæ, quam vniuersi Christiani suæ regulæ, quam omnibus tradidit Christus, quā omnes ex æquo professi sunt in baptismo? Deniq; qua (vt sexcentas etiam addas) nulla possit esse sanctior? Atq; vt inam fiat, vt quemadmodum Paulus scripsit, Mosi legem non fuisse gloriosam præ gloria succedentis euangelii, ita Christianis omnibus euangelia & Apostolorum literæ ita sanctæ habeantur, vt hæc præ illis non videantur esse sancta. Quid Alberto magno, quid Alexandro, quid Thomæ, quid Aegidio, quid Ricardo, quid Occam alii velint tribuere, per me sane cuiq; liberū erit, nolim enim cuiusq; imminuere gloriam, aut cum inueteratis iam hominum studiis dimicare, sint illa quantumuis erudita, quantumuis subtilia, quantumuis, si velint, seraphica hæc tamen certissima fateatur oportet. Paulus diiudicari vult spiritus prophetarum, num ex deo sint. Augustinus omnes omnium libros cum iudicio legēs, nihilo plus iuris postulat & suis. In his solis literis, & quod non assequor, tamen adoro. Hunc autorem nobis non schola Theologum, sed ipse pater cœlestis, diuinæ vocis testimonio comprobauit, idq; bis, primum ad Iordanem in baptismo, deinde in monte Thabor in transfiguratione. Hic inquit est filius meus dilectus in quo mihi complacitum est, ipsum audite. O solidam auctoritatem, vereq; vt isti vocant, irrefragabilem. Quid est ipsum audite? Nimirū hic vnicus est doctor, huius vnus discipuli sitis? Attollat studii suū quisq; quantum volet autorem, hoc, de vno citra exceptionem

se ego sum credo

Valde  
Christ⁹  
viuit no-  
biscū vsq;  
q; ad se-  
culi cōsu-  
mationē  
beneficio  
cœlestiū  
literarū.

Christi dictum est Christo. In hunc primum descendit columba, paterni testimonii comprobatrix. Huius spiritum proxime refert Petrus, cui summus ille pastor oues suas semel iterum ac tertio pascendas commisit, pascendas autem haud dubium quoniam Christianae doctrinae pabulo. Hic in Paulo veluti renatus est, quem ipse vocauit organum electum, & insignem sui nominis praerogam. Ioannes quod est sacrosancto illo petitoris fonte hauserat, id suis expressit literis. Quid queso simile in Scoto (nolim id contumeliae causa dictum videri) quid simile in Thoma? Quam illius ingenium admiror, huius etiam veneror sanctimoniam. Cur non in his tantis autoribus philosophamur omnes? Quin hos sine circumferimus, hos semper habemus in manibus quin in his venamur, scrutamur, disquirimus assidue? Cur maior vitae portio datur Auerrois, quam Euangelis? Cur tota pene aetas in hominum decretis, & inter se pugnantibus opinionibus conteritur? Tam vero sint illa sane, si libet, sublimium Theologorum. At in his certe sit futuri quodam magni theologi tyrocinium. Quotquot in baptismo iurauimus in verba Christi, si tamen ex animo iurauimus, mox inter ipsos parentum complexus, & nutricum blandicias Christi dogmatis imbuamur. Nam & altissime infidet, & tenacissime heret, quod primum rudis illa animi testula combiberit. Christum prima sonet balbuties, ex huius Euangelis prima formetur infantia, quae ita cum primis tradi cupiam, ut & a pueris ametur. In his deinde versentur studiosi, donec tacitis auctibus adolecant in virum robustum in Christo. Aliorum literae sunt eiusmodi, ut non parum multos poenituerit insumptae in illis operae, ac saepe numero sit, ut qui per omnem vitam, pro tuendis illarum decretis ad mortem usque depugnarunt, in ipsa morte, ab autoris sui factione desciscant. At felix ille quae in hisce literis meditante mors occupat. Has igitur toto pectore sitiamus omnes, has amplectamur, in his iugiter versemur, has ex osculemur, his demum immoremur, in has transformemur, quandoquidem abeunt studia in mores. Qui consequi non potest, quis autem id non potest, si modo velit, is saltem adoret hasce literas, ceu thecam illius diuini pectoris. Si quis ostendat Christi pedibus impressum vestigium, quod procumbimus Christiani, quod adoramus. At cur non potius viuam illius et spirantem imaginem in hisce veneramur libris? Si quis Christi tunicam exhibeat, quo non terrarum prouolaturi simus, ut eam osculari liceat? Atqui ut totam illius suppellectilem proferas, nihil erit, quod Christum expressius ac verius representet, quam euangelicae literae. Ligneam autem saxeam statuam, amore Christi, gemmis auroque decoram. Quin haec potius auro gemmisque, & si quid his preciosius, insigniuntur. quae tanto praesentius Christum nobis referunt, quam illa imagunculae. Si quidem illa, quid aliud quam corporis figuram exprimit? si tamen illius quicquam exprimit, at haec tibi sacrosanctae mentis illius viuam referunt imaginem, ipsumque Christum loquentem, sanantem, morientem, resurgentem, denique totum ita praesentem reddunt, ut minus visurus sis, si coram oculis conspicias.

PARACLESEOS FINIS.

De Athanasio collecta quaedam.



Athanasii vitam apud Graecos celeberrimam, sese latinam fecisse scribit Ioannes Tortellius. Quam nos sane quam libenter huic operi proposuissimus, sicubi tum inueniri a nobis potuisset, quum haec imprimerentur. Hunc constat Alexandrinum Episcopum fuisse, & Alexandro cuidam, quo cum ad Nicenum concilium venerat, vita functo successisse. Arrianae factionis hostis fuit acerrimus, Arriani quoque omnibus infelissimus, a quibus ipse quoque vicissim ita vexatus est, ut eorum metu annis sex in cisterna quadam delituerit, donec ab ancillula quadam prodiret ad locum alium emigraret. Obiit anno sexto, & quadragesimo sacerdotii sui, Petro quodam, qui persecutionis eius socius fuerat, successore delecto. Extant etiam nunc hodie apud Graecos eius opera permulta, ut de Trinitate, atque vnica Trinitatis substantia, de fidei beatitudine, aduersus Arrianos, de virginitate, Symbolum illud notissimum, Opusculum in psalmos ab Angelo Pollitiano versum, & a Capnione nuper (ut audio) locupletatum. Commentarii in Epistolas Pauli a Christophoro Persena latini, ut vides, facti. Opus praeterea elegantissimum aduersus gentes, ac hereticos latina lingua ab Omni bono Leonicensi donatum. Enumeretur & alia, ut commentarii in ecclesiastem, Opus de Spiritu sancto. Quae omnia vti nam & habentur, & a nostris Occanistarum ac Scotistarum loco legerentur. Stilo vsus est candido, ac simplici, id est dilucido, & aperto. Fuit tamen in disputando cum primis argutus, & acer, id quod maxime eius aduersus Arrium, & Arrianos volumina testantur, De eo si quis plura scire cupit, adeat Eusebii Caesariensis Ecclesiasticae historiae librum decimum. Nam quae de eo a quibusdam praeterea traduntur, incostantiora sunt, quam ut per veris adduci debeant.

Adnotata quaedam ab interprete epistolarum Pauli, pro singulis epistolarum argumentis.



AD ROMANOS EX CORINTHO SCRIBIT APOSTOLVS, quos nondum viderat, viscendi tamen percupidus, quia de his multa acciperat, quorum & suscipit, & laudat fidem, ut quam sciret fama & nomine celebrem, & ubique vulgatam, & ut caetera omittam, de gentium vocatione copiosius differit. Nec secus ex Epheso ad Corinthios scribit epistolam, illos obiurgans, quod plurimum inter se dissiderent & primum quaedam eius rem cum nouerca habentem satis negligenter, vellentque sub coelibatus praetextu nonnulli diuortia facere, & uxores reliquere, & multi idolothytis vescerentur, & alii caeteris plane contemptis, eos dumtaxat demirarentur, qui essent linguarum gratia consequuti, & quod erat detestabilius, nequaquam crederent humana corpora post mortem resurrectura. Ad eosdem deceps, & aliam ex Macedonia scribit, quandoquidem ex priore plurimum profecissent, quippe quos peniteret tandiu fornicatorem illum tulisse, sed arrepti deinde seditiosissimorum hominum persuasione, legis dumtaxat literae inhererent indifferenter existimantes gratiam, quae a Christo esset in multos collata, quinetiam & preceptores admodum iactitabant, & gloriae ducebant. Cum Apollo vellent, vel Caphae partes tutari; id est suum quisque quem sectare tur extollere, unde multa erant inter hos oborta dissidia, alioquin in sanctorum alimoniam abunde, & liberaliter conferebant. Ex Roma ad Galathas literas dedit, Hos enim cum antea ad fidem quam optime instruxisset, & credidissent eo predicante in Christi

num Iesum, post eius discessum mox lapsi, improborum hominum suggestione ut se circumciderent, compulsi sunt. Quod utique Paulus agere ferens, quia preter suam institutionem egissent, inculcat acrius, quod se celerime adeo immutassent. Ex vrbe præterea, & ad Ephesios scribit, haud dum tamen per se aditos, sed auditione solum perceptos fideles esse, & CHRISTVM IESVM optime credere, & mira quadam in sanctos omnes affici charitate, alioqui ab se percipere in fide hac stabiliti. Quocirca, & hos per literas instruit, atque haud quaquam commentitium esse, aut nuper inuentum hoc Christi mysterium, sed perstare a sæculo, & alia multa, quæ ad hos in fide firmandos maxime faciunt. Ad Philipenses insuper literas mittit ex vrbe, quos adierat sane & ad fidem instruxerat, his itaque Paulo ipsi, & sanctis nonnullis ministratibus necessaria, exorti sunt quidam, qui prauis persuasionibus, & sub legis vmbra, & circumcisionis obtentu simpliciū quorundam corrumperent aures, asserentes neminem posse sine lege iustificari, quod Paulus audiens Philipensium primo fidem probat, & eorum se memoriam habere in terpretandum fatetur, commemoratque quemadmodum Romæ sese, ac Christi fidem tutatus sit, & qui præter ea molesti sibi in vinculis fuerint. Collocensibus etiam ex vrbe literas impititur, quippe quos cerneret per homines captiosos, & subdolos fallis quibusdam argumentis circumuentum iri, qui Christi fidem apertissime Græcis argutiis impugnant, cum legis vmbra, & elcas vetitas sectaretur, & circumcisionē efferrent. Ex Athenis vero Theffalonicensibus scribit, apud quos antea fuerat diutius commoratus, & quoniam multa cum in Verria, tum Macedonia ciuitate Philippis, tum Corinthi, & Theffalonicæ fuerat perpeffus, veritus ne vel ex suis pressuris illi offensi, haud latius stabiles forent, vel mærore nimio ob suorum e vita discessum conficerentur, quo patrio more certe plurimum angebantur, Timotheum cum epistola ad eos dimisit, ut in fide confirmarentur, ne quoque pacto ab ea deicerent, siue ipsi auctaretur, siue alios cererent afflicti, hortaturque ut ducerent vitam, quemadmodum ab se accepissent. Comonefacit insuper, ne grauiter ferant morientum casum, & alia pleraque. Ad eosdem idcirco ex vrbe, & aliam scribit Epistolam: quia apud eos erant nonnulli legiores ad bonum, & nullius momenti viri, quia alios mira arte fallabant, alruentes iam iam instare Christi aduentum, cuius & Paulum falso testabantur autorem, & se idem cognouisse per spiritum affirmabant, Cuius rei certior factus Apostolus, per literas theffalonicensium primo aduictum fidem collaudat, & gloriæ ducit, quod Christi ob gratiam viriliter ferrent pressuras, solaturque, asserens illatas his Deum vindicatorum quandoque iniurias. Scribit & ad Timotheum ex laodicea eam ob causam, quia Ephesii erant permulti, qui Iudaicos ritus seruarent, cum longe aliter ipse Ephesios intraxisset, docereque, & fallere integros quosque adniterentur. Quocirca Timotheum hortatur, ut Ephesii maneat, & corruptores illos castiget, & corrigat, ut tandem a suis erroribus resanescant. Ad eundem secundo ex vrbe conscribit Epistolam, monetque ut ad se redeat. Erat enim Apostolus ab omnibus iam destitutus, qui secum Romam ex Asia commigrauerant, cathenis absterriti, quibus erat deuinctus. Ex Nicopoli ad Titum literas scribit, ibi namque hyemauerat Paulus, In Creta autem Titum reliquerat, ut per vrbes institueret sacerdotes, Erant enim ibidem plerique, qui sub legis preceptu seducere populum conabantur. Scribit ex vrbe ad Philemonem, cuius seruus Onesimus fugiens Romam se ad Apostolum contulit, apud eumque habitauit coniectum in carcerem, & vinculis detentum. Hunc itaque cum ei optime obsequeretur, & breui tempore euassisset, ut ei esset acceptior, Philemoni commendat per literas, hortaturque ut libertate donet, nec eo ut seruo,


ut quatuor fidei casus  
monentur.

sed ut frater vtatur. Ad habreos demum ex Italia scribit, qui est Christi acceperant fidem, haud tamen prorsus a lege defecerant, quod sane inique ferens Apostolus, & si ad gentes erat ut euangelium prædicaret, iam destinatus, non hos tamen ferebat legis vmbra obuolui, exultans haud quaquam credentibus his molestam hanc fore Epistolam, in qua de Christi aduentu, lege ipsa vmbra illi differat, quam cessasse affirmat, & nihil in posterum valituram, quia Christus aduenerit, que illa prefigurasset. His itaque epistolis Paulus tam valida fundamenta iecit, ut incrementis in posterum fidei tanta posset moles imponi.

Ad hæbreos ex Italia.

¶ CHRISTOPHORVS PERSONA ROMANVS  
PRIOR SANCTAE BALBINAE.

¶ SIXTO. IIII. PONTIFICI MAXIMO. S. P. D.



Vm mecum animo volutarem. B. P. cui potissimum id opus inscriberem, quod superioribus lucubratiunculis e Græco latinum feci, Occurrit mox Alexandri responsum, qui ferme moriens cum quereretur, cui nam tantum relinqueret principatum, ei respondit qui optimus esset. Ipse vero neminem habeo, quem tibi proponam. Quippe qui ut dignitate ceteros superas, ita moribus & doctrina excellis. Nam et viri doctissimi Sacrarum te literarum & diuinæ sciētiae peritissimum iudicant, non tamē negant probatiores quique & sapientes, ea etiā esse mansuetudinē & in omnes clementiam, ac tanta in deum pietate, ut non mirum ex his, quæ ex summa doctrina laudem assequaris. Nec dubitant plane id affirmare, iure te optimo ad id fastigium, tuis virtutibus, & deo bene iuuante fuisse euectum, non ambitione vlla vel arte, quippe qui & oblatos sæpe honores non magnificeris, & ita semper ab ineunte ætate te gesseris, ut quouis amplitudinis gradu dignus sis habitus, non ut faciunt multi, ut de se male, ita & de deo pessime meriti, qui ambiendo & pollicitando, per dolos ac fraudes, & cupidius longe quam consideratius ad dignitates nituntur, existimantes fortasse nihil deo esse nos curæ, & idcirco prauis cupiditatibus ut faciant satis, omni nixu contendunt, nec sentiunt hi capti haud dubie incredibili cecitate, & presentium bonorum auaritate precipites acti, nil quippiam fieri sine deo posse, qui & Aaron ultro ad summum sacerdotium euocauit, non supplicatē vel ambientem admisit, ambitionemque plerisque hominum ad vitia queque compellit, quippe qui ut primum adepti sunt quod maxime cupierunt, confestim se in praua facinora effundunt, & hauriendis incumbunt voluptatibus, cum sibi licere omnia credunt, & peccare impune queant, vel si qui forte ab scelere abstinent, superuacaneis studet, ut paulo post morituri, paucorum dierum fabulam assequantur. Quanto melius tu. B. P. cui deus omnipotens Christianæ rei publice gubernaculum detulit, has mundi aspernatus illecebras, & honores hocce non magnificens, qui procul dubio non immerenti tibi & habentur & deferuntur, his solum rebus animum intendisti, quæ & ad commune commodum faciunt, & ad veri dei conferunt cultum, si quidem pleraque iam ipse peregeris, quæ & summo viro dignissima sunt, & in tui extabunt memoriæ nominis sempiternam. Quæ cum ipse tacitus reputo, tanta animi afficior iocunditate, ut beatum nostrum hoc sæculum ducam, & Romam nos ipsos beatiores, qui te pontificem sumus sortiti, cuius ductu & prouidentia, prospere omnia cedunt, et ita, ut ita immerito illud asseuerauerim, quod est a Platone dictum, & a multis iam usurpatum, tunc beatam fore publicam, cum vel regnare phi

Aaron.  
Ambitio



lophi cæperint, vel reges philosophari. Cui igitur. B. P. id opus, vel rectius ipse dicauerim, vel inscripserim dignius, quam tibi, qui & princeps sis, & philosophus, & cæteris quidem eo præstantior, quo & Christi vicem nunc geris, & ad philosophiam accedat rerum diuinarum summa cognitio, & optimarum artium aliarum peritia non mediocris. Vale.

¶ Argumentum in Epistola ad Romanos.

¶ Romani sunt partis Italiae. Hi præuenti sunt a falsis Apostolis, & sub nomine domini nostri Iesu Christi erant in legem et prophetas inducti. Hos reuocat Apostolus ad veram & euangelicam fidem, scribens eis a Corinthe.

¶ In primam Pauli ad Romanos epistolam Athanasii prologus.

**S**acrarum literarum frequentior lectio ad sui cognitionem homines ducit. Inquit enim veredicus ille, querite & inuenietis, pulsate & aperietur vobis. Quo circa tunc harum Epistolarum mysteria pernoscemus, cum eas diligentius lectitarimus. Atqui Paulus eo plurimum vniuersos doctrine excellentia superauit, quo maiorem præ ceteris laborem insumpsit, abundeque est spiritus sancti gratiam affecutus, quod sane non solum ex eius epistolis, verum & Apostolorum ex actis cognosci potest. Mercurii namque apud gentiles, ob ipsius præstantiam eloquentie nomen sortitus est. ¶ Prima itaque Epistolarum ad Romanos habetur, nec tamē idcirco quæ prior cōscripta sit, siquidem hæc ad Corinthios duæ & ad Thessalonicenses vna iam antecesserat, quibus ad Hierosolymam facit de transmissis ad victum necessariis mentionem, & alia præterea ad Galatas. Hæc itaque ad Romanos Epistolam, eo prior locum obtinuisse putandū est, quia istius modi ordo in sacris literis nequaquam cessitate vlla exigitur, nam & duodenii prophetæ & si non huiusdem temporibus extitere, quin longo potius interuallo distarunt, sic tamē sunt in sacris codicibus positi perinde ac sese inuicem sint subsecuti. Scribit autem ad Romanos apostolus Euangelii ministerio fungens, tanquam ad orbis terrarum principes, qui enim caput iuuerit, & reliquis membris afferat utilitatem necesse est.

**A**ulus nec Moyses ipse, nec eius posterii plerique, neque hi qui euangelium scripserunt, suum nomē literarum primordus adiecerunt. Hic vero vir perbeatus, suis epistolis suū nomen preponit quippe qui ad eos literas daret, qui longe abessent, cum prophetæ illi ad presentes scriberent, quod tamē haudquaquam agit, cum ad Hebreos literas scribit, ne illi cum se infensum haberent, quia & præpucium tollerent, & legem videretur vt inanem contemnere, in initio statim nomine eius perlesbo, & scripta simul respuerent. Queret aliquis cur ex Saulo sit Paulus appellatus. Ne forte Apostolorum principe haberetur inferior, qui & Cephæ & Petrus sit dicitur, vel Zebedei liberis quibus & Vonaerges fuerit, id est tonitruū filii inditū nomē. ¶ Seruus) multiplex sane est & varia seruitus, aut enim creationis iure obuenit qua omnia dicuntur deo esse subiecta, aut ex fide vt illud, obedistis autē ex corde in eam formam doctrine in qua traditi estis, aut ex vite moribus, quibus & Moyses dei seruus est nuncupatur. His omnibus seruitutis modis, Paulus dicitur est seruus, Iesu Christi) dispensationis ipsius nomina præfert, ab inferioribus ad superiora contendens. Constat enim Christum Iesum carne assumpta fuisse, non oleo sed spiritu sancto perunctū. Qui oleo quouis est efficacior, quæ autē vel sine oleo consistere vnctio queat, illud audi. Christos meos, hoc est vnctos meos nequaquam attingite, quod sane dictum ad ea pertinet, quæ ante conditā legē fuere, quando nec nomen quidē extaret huiusmodi ex oleo vnctiois. ¶ Vocatus) humilitatē præfert hoc verbū, ostendit enim non conquiredo se id reperisse, sed venisse accitū. ¶ Apostolus) ad reliquorum qui & vocati sunt, differentiam subinde dicit, illi quidē ad fidē dūtaxat sunt acciti, michi vero apostolatus id muneris & creditū est & mandatū, quod Christo ipsi a patre missio est traditū. ¶ Segregatus in euangelium) id est deputatus ad euangelii dispensationē, vel aliter segregatus id est ad id prædestinat) quæ admodum & Hieremiā alloquitur deus, priusquam de vulua exires sanctificauit te, & alio in loco Paulus. Cū autem deo placitū est me segregare de vtero matris mee, nec sane frustra id inquit quæ & vocatus sum & segregatus in euangelium. Cū enim ad elatos quosdam Romanos dico & insolentes sermone haberet, asserit diuinit) se quod esset existere, vt dictis suis faciat fidē, euangelium a. u.

Apostolus apud gentiles ob eloquentiam Mercurii dicitus.

Epistola ad Romanos cur prima ordine.

Petrus dicitur etiam cephæ.

Christus gæce latine vnctus.

lium vero eo dicit ut non solum bona per illud effecta, sed & futura p̄tendat, cuius euāgelii vel nomine ipso auditores solatur, quandoquidē non insuauia quedam & sub obscura, qualia prophetarū sunt dicta, complectitur, constat autem dei id euāgelii esse id est patris, qui nobis illud ut est largitus ita & ipse simul innotuit, nam et si in veteri haudquaquam erat lege obscurus, solis tamē iudeis hic noscebatur, neque ab illis ut pater est cognitus: demū per euāgelii terrarū orbi sese ac filium patefecit, id ipsumque & per prophetas suos p̄nunciāuit: nam cū euāgelii tanquam nouū aliquod & insolens p̄conium homines detrectaret, arguit hoc multis seculis gentium nationē p̄accessisse, fuisseque a prophetis lōge ante conscriptū, siquidē apud Dauid id sit euāgelii nomen cōpertū cum inquit, dabit verbum euāgelizantibus virtute multa, & Esaias item: quā pulchri sunt pedes euāgelizantium pacē. ¶ In scripturis sanctis. ¶ Neque enim sermone solum sed scriptis etiā nitebantur p̄phete, per easque & futura p̄figurabant, quēadmodum & per Isaac, Abraam, & per serpētē Moysi, & per manuū extensionem, & iugulationē agni v̄tura p̄cinerat, cū enim magni aliquid moliturus est deus lōge ante p̄dicat. Enimvero cū multi inquit p̄phete cupierunt videre que vos videtis & nō viderunt, sese in carne illos negat vidisse, nec signa quidē spectasse affirmat omnium in cōspectu per se factita. ¶ De filio eius, qui factus est ex semine dauid secundū carnē. ¶ Aliquid hoc loco duplicē filii ortū designat, cum enim de filio eius inquit, id est dei, supernā creationē ostendit, cum vero qui ex Dauid semine factus est adicit, inferiorē hanc & carnīs originem exprimit, secundū vero carnē cum addit eundē esse vel secundū spiritū genitū patefacit, nequaquam ergo est de simplici homine euāgelii p̄mulgatū, cū de filio dei esse cōstet, neque de simplici deo, quādoquidē ad eū etiā qui ex Dauid semine secundū carnē sit p̄creatus, noscatur spectare, ad eundē igitur vtrūque id p̄culdubio, & dei & Dauid filii spectat, pudeat ergo suarū ineptiarū Nestoriū, tametsi de Christi carnīs hac genitura, haud secus faciat mentionē, quā & euāgeliste facere, perinde ac ex ea velit ad supernā & celestē illam originē auditores traducere. Si quidē dñs ipse primo visus est homo, deinde deus est cognitus. ¶ Qui p̄destinatus est filius dei, in virtute secundū spiritū sanctificationis ex resurrectione mortuorū IESV CHRISTI dñi n̄ri. (Superius dixit quēadmodū esset de filio dei euāgelii p̄mulgatū, nūc vero confirmat & differit quo pacto sit p̄ dei filio cognitus Iesus, cū inquit, qui p̄destinatus est, id est ostensus, cōfirmatus, & iudicatus, ab vniuersis nāque assertū est, hūc dei filii esse, quōd in virtute nimirū, i. ex signorū quae factitabat potētia, quinetiā per spiritū sanctificationis, i. ex spiritu per quē credētes sanctos efficeret, quod sane dei est munus. Insuper vel a mortuis resurgēdo, primus quippe & solus se suscitauit, qua ex resurrectione, dei est filius iudicatus, & spectatus a plurimis, quod p̄fecto haudquaquam parui existimādū est, sic enim & ipse inquit, cū autē assumptus fuero tūc cognoscetis quia ego sum. ¶ Per quē accepimus gratiam & Apostolatū. ¶ Attende quā illud modeste narret, nil inquit est n̄ra virtute actū, sed per filii cuncta accepimus, atqui per spiritū & Apostolatū acceperat & gratiā. Paulus inquit enim iste vos diriget, & spiritus ipse sic loquitur. Segregate mihi Paulum & Barnabā. Insuper per spiritū eundē datus est sermo sapientie, quid multa? sunt qui dē & filii quae spiritus sunt, & cōtra, quae filii, & spiritus sunt necesse est, gratiā inquit accepimus & Apostolatū, hoc est haudquaquam nostra virtute effectum est, ut Apostoli fungeremur officio, sed gratia superna tributum, & qua vel persuadēdi modus defluerit, siquidē circūuagari & euāgelium p̄dicare Apostolorum est munus, dei vero audientibus persuadere. ¶ Ad obediendum fidei. ¶ Haud sane ad verborum contentiones & questionūculas sumus & ad inanes molitiones nos missi, sed ut fidei obtineremus, ut & ceteri inquit a nobis instructi, nihil renitendo fidem accipiant.

In veteri lege deus solus iudeis erat notus. Euāgelii nomē dauid & esaiā notū.

Duplex filii ortus

Nestori

Paulus & barnabas segregati

Apostolorū officium. In sophistis theologis

In omnibus gentibus pro nomine eius? In cunctis nationibus gratiā inquit accepimus, nec ipsi modo quā & ceteri Apostoli, neque enim nationes vniuersas adiuit Paulus, nisi forte dixerit quispiā, & si minus cum in humanis hic ageret, vita tamē perfunctus per suas epistolas gentes omnes, & nationes peruasit, ut tamē Christi nomine auditō nōdum tamē Christi percepta substantia crederet illi, quādoquidē ex signis que factitaret, nomen est Christus apud mortales, & famā adeptus, vel id proculdubio fide & credulitate indiguit, quod sane nec capi poterat animo, aduerte tamē euāgelii donū, neque enim vni cuiuspiam nationi quēadmodum & Iudaeis lex illa vetustior, istiusmodi data est gratia. ¶ In quibus & vos vocati estis Iesu Christi. Hoc loco Romanorū deprimat insolentiā, neque enim inquit qui rerum potiri videmini plus caritatis estis quippiā cōsecuti, quādoquidē reliquis ut & vobis euāgelium p̄dicamus, ne itaque insolēcite, vel aliter, estis quidē & vos vocati, p̄ gratiā admisi, nō vltro adēites. ¶ Omnibus qui sunt in Roma dilectis deo vocatis sanctis) nec simpliciter Romanorū vniuersis, sed deo duntaxat dilectis. At vnde potest huiusmodi cōprehendī dilectior nimirum ex sanctificatione ipsa, sanctos nāque appellat fideles, repetitque vocatis secūdo ut diuinum his beneficium cōmemoraret, aperiretque per gratiā fuisse vocatos, & si ex patriciorum estis & cōsularium numero, vocauit, perinde ac si dicat, tū vos deus vocatione eadem, qua & infimos & sine magistratu hoies euocasset, nec secus vos atque illos sanctificauit. Cum itaque & amorem litis & vocationē ac sanctimoniam cū ceteris parem sortiti, nequaquam erit vobis in tenuiores & infimos superbiēdū. ¶ Gratia vobis & pax. Pacem hanc Christus & Apostolis ipsi iniunxit alienas domos ingredientibus p̄ra loqui, pax vero nequaquam inimicitias soluet, quas nobis cum deo p̄ra facinora pepererunt, ea tamē nullis nostris laboribus, sed diuina indulgentia nobis obuēnit. p̄cedit itaque gratia pacem. Id vero vtrūque bonum perpetuo Paulus mansurum p̄catur, ne forte nobis rursum in p̄ctā labentibus, aliud quoddam insurgat bellum. ¶ A deo patre nostro & dñi nostri iesu christi. ¶ O quātū inualuit diuine gratia caritatis, siquidem ipsi qui & viliores sumus & honorum expertes deū simus in patre nati. Sit igitur inquit a deo & patre Christo Iesu dño gratia vobis firma & stabilis qui eam & largiri potest & in longum seruare. ¶ Primū quidē gratias ago deo meo per Iesum Christū pro omnibus vobis, quia fides vestra annuntiatur in vniuerso mūdo. Decet hoc Pauli p̄ces exordium, quo & ipsi ad gratiā deo habendam inseruimus, nec solum pro his quae in nos ipsos, sed quae in p̄ximum collata per eum sunt beneficiis, quod vtiq; vere est caritatis indicium, agit autē Paulus gratias haud sane p̄ terrenis hisce & labentibus bonis, sed ob eam quā Romanū fidem susceperat. deo vero meo cum inquit animi sui aperit affectum, quando cōmunē omnium deum suū hic facit, quēadmodum & Prophetā solēt, quā etiā & deus ipse Abraham Isaac & Iacob deum se nominat, ut suā erga illos patefaciat caritatem, dicit autem per Iesum Christum se gratias agere, quia p̄ nobis ille apud patrem ad impetranda beneficia intercedit, nec solū vos ad gratias huiusmodi agēdas instituit, quā & patri has defert cū referuntur. Enim vero vel eo gratias agit, quod Romanorū sit fides in orbē vniuersū vulgata. Porro duo quaedā in Romanis suo testimonio p̄bat, & quia in Christum crediderint, & tāta cum gloria ut eorum fides terrarum orbē peruaserit, qua ex re ingentē cunctis mortalibus obuēnturā vtilitatē existimat, qui studia sint inflāmati religia vrbem sectādi, dicit praterea & deo gratiā, quia & Petro discipulo credidissent, qui id tēporis euāgelium p̄dicaret, quo cum omnia sibi cōmunia duceret. ¶ Testis est mihi deus cui seruius spiritu meo in euāgelio filius eius? ne forte id dictum minime videretur cum subsequenter cōuenire, siquidem dicitur est se illorum habere memoriam p̄sertim quos antea nunquam vidisset, testem inuocat cordium cognitorem.

Paulus quō dicitur in cunctis gentibus gratiā accepisse.

Grā euāgelii ad oēs pertinet. Romanorum insolentia.

Grā p̄cedit pacem.

*per multos de hisce legibus inuocatur non est illis p̄sentibus*

*per quōdam in p̄sentibus*

Deus dicitur de Abraham Isaac Iacob.

Aduerte quāta insit Apostolo animi affectio, quaeque ardentissima in proximum caritas ut inter orandum vel eorum reminiscatur, & deo commendat, quos nullus spectasset. Seruio autē deo, id est spiritui meo seruio, cuius non carnalis, sed spiritalis est cultus. gentilis sane fallitur, carnalis est. Iudaicus vero, & si non fallitur carnalis tamē & ille est. at Christi seruitus cultusque & verus est & spiritalis, sicut & dominus ipse Samaritanis alloquitur, veri inquiens oratores in spiritu & veritate adorant, sed seruendi quidem diuersus est modus, alius enim deo inseruit, cum illi solum pro viribus vacat, alius cum peregrinorum suscipit curam, vel viduas ipsas tutatur, quales erant qui circa Stephanum versabantur. Alius praeterea sermonem ministrat, propterea Paulus inquit, ego seruio in euangelio filii. quauis superius patris illud esse dixisset, quod sane nequaquam debet mirum videri, quae enim sunt patris, & filii sunt, & quae sunt filii, & patris erunt quod eo inquit ut ostendat sibi necessarium esse, ut hanc pro eis curam suscipiat. Nam qui semel euangelii administrationem accepit pro omnibus ut studium impendat & curam oportet, qui verbum exceperint. ¶ Obsecrans siquo modo tandem aliquando prosperum iter habeam in voluntate dei veniendi ad vos. ¶ Nunc causam adiicit cur illorum memoriam habeat, ad vos scilicet inquit ut veniam. Attēde quāto illos honore presequatur quos visere & deo volente maturet, nos vero vel afficimur nemini, vel si quae forte amamus praeter dei id agimus voluntatem. Paulus vero ex ingeniti quadam caritate spectare illos assiduo praecabatur. quae autem id omne dei arbitrio subiecisset, eius modestiam praeferebat. quo circa & nos cum nil praecado consequimur haudquaquam id egre feramus. neque enim Paulo sumus nos potiores, qui per carnalis stultum & libidinum incitum cum tertio iam domino supplicasset, nequaquam voti compositus effectus est. id enim illi conducere videbatur. ¶ Ut aliquid vobis impertiar gratiae spiritalis. ¶ Solent plerique rei alterius gratia peregre proficisci, ipse vero ego sum ad vos profecturus, ut aliquid vobis impertiar, id sane modeste locutus est, neque enim vobis instrua dixit, sed quod ipse acceperim vobis impertiar, quod cumque enim in discipulorum comodum praecceptor impertit, muneris loco habendum est. quinetiam & nostrae virtutes velut dona sunt odis diuine egentia. ¶ Ad confirmandos vos, id est consolari in vobis per eam quae inuicem est fide vestram ac meam. Tacite arguit non mediocri hos indigere correctione, quod tamē si apertius explicaret, admodum illis molestum foret. diceret enim, quid inquis, num ipsi vel loco moti sumus, vel longius iter emēti, te adiuuus supplices, vel tua opera indigemus ut obfirmemur in fide? Ad haec Paulus subinde id modeste dicit. Causa meae ad vos perfectionis est quidem futura, ut metipsum ac vos tandem consolari qui multis estis affecti molestus, quo circa visendi vos mihi incessit cupido, ut solam dumtaxat afferre maribus, vel potius ut ipse consolatione afficerer, id quidem erat in vtriusque comodum haud dubie concessurum. Nam ut solent seruitia dum inter se congregantur plurimum recreari, sic & fideles malis multis & grauioribus afflictati mutua adhortatione alleuatur. quereat aliquis, num Paulus horum vel solamine, vel societate indiguit, nequaquam, verum ideo agebat, ne acerbiorē epistola redderet, neue ut illos diximus laceraret, Vnde se inquit opus habere ut ab his consolatur, quod si quis hoc loco consolationem leticiam dixerit, & eam praecipue quae ex illorum adaucta fide suscepta sit, eademque paulo affirmet necessariam, recte dixerit, quod utique ex eo perspicuum est quod postmodum subdit, per eam quae ad inuicem est fidem vestram ac meam, perinde ac si dicat, ipse vero, quandoquidem vestra mihi spectata est fides, & consolabor & afficiar iocunditate, vos vero per meam confirmabimini, ex his consolatione accepta, in quibus fortasse ob animi pusillitatem, nutabundus estis & labantes, quod tamen nec palam aperit, sed ut dictum est tacite infert. ¶ Nolo autem vos ignorare fratres quia saepe proposui venire ad vos, & prohibitus sum usque adhuc

Dei cultus  
spiritalis  
Multi mo  
di deo ser  
uendi.

Non egre  
ferendum  
si praecan  
do nihil  
consequi  
mur.

Videtur in  
textu huius  
capituli

facit arguit eos  
plurimorum

Pauli in  
scribendo  
prudētia

Quoniam superius dixerat obsecro siquo modo ad vos iter habere queam, posset nec iniuria quispiam eum hoc pacto comonefacere, si enim ipse & votis & praecibus sepe deposcis, & hos consolari, & te consolationis huiusce facere non experte, quid impedit quominus conuenire hos queas? id sane inquit quia dei iussu, phibeor, vides quae ille non profus causam diuine huius inhibitionis conquirat, sed parat, nil hesitas dei imperio, nos instructus, ne curiosius quae deus gesserit exquiramus, aperit itaque Romanis, nec seignicie se, nec eorum contemptu quodam teneri, quin iter statim ad eos arripiat, adeoque se illorum flagrare beneuolentia, ut quantum in se sit, neque coercit, quoque pacto absistat, quin iterum atque iterum proficisci ad eos taret. ¶ Ut aliquid fructum habeam in vobis sicut & in ceteris gentibus. ¶ Cum enim insignis esset & conspicua ciuitas Romanorum, vniuersique ob admirationem & gloriam ad eam confluere, nequis Paulum crederet, vnde vrbis cupiditate quae & ceteri, duci, sic inquit, eam ob causam adire vos cupiebam, ut fructum aliquid consequar, soluit praeterea occursum forte suspicionem, dicit aliquis ea propter ipse detentus es, quia pro deivoluntate haud quaquam Romam contedere animo tuo infederat, eoque id subdit, ut fructum inueniens referre, neque enim aperte vel praedicandi vel instruendi gratia se accessurum dixit, sed moderatius agens, ut fructum assequar intulit, quae admodum & illud superius, ut gratiam vobis impertiar, frenandi autem hos gratia & corrigendi, sicut & in ceteris gentibus dixit, proinde id inquit, neque enim & si vobis sit terrarum orbis imperium, ceteris vos nationibus potiores existimauerim, quin pari apud me cum reliquis conditione vtamini. ¶ Graecis ac barbaris, sapientibus & insipientibus debitor sum, ita quod in me promptum est, & nobis qui Rome estis euangelizare. ¶ Vel id Pauli praefert modestiam, nihil enim vobis praeter ceteris affero muneris, sed domini mandatum adimpleo, quinetiam vobis gratiae sunt deo agende, est namque ille largitor, ipse vero debitor sum, & irrefragabile debitum habeo praedicandi, quod & ad Corinthios dicit, ve mihi si non euangelizauero, sum itaque praetior & vobis euangelium praedicare, & si praeuia sint mihi discrimina, adeo hic ob Christi gratiam se exercendi studio incendebatur. ¶ Non enim erubesco euangelium, virtus enim dei est in salutem omni credenti Iudeo primū & graeco. ¶ Cum enim Romani magnopere Pauli opinionem obstupesceret, quippe qui CHRISTVM esset IESVM praedicaturus, qui omnem ignominiam subisset, & ob id forsitan eos saluatoris pudebat. Idcirco nunc Paulus nequaquam inquit euangelium erubesco, & illos interea edocet minus Christi pudere, quandoquidem & se nihil Christi pudeat crucis, sed hanc sibi decori ducat & ornamento, cumque & illi de sapientia iactaretur, ipse inquit crucem venio praedicaturus, quam minime erubesco. Virtus enim dei est in salutem, cum & in perditionem haec saepe sit & interitum, ut illud, timete qui potest in gehennam perdere, quae igitur Paulus ipse nunc praedico non cruciatum aut perniciem continent, sed salutem, verum cui haec futura est salus, nimirum credenti, neque enim cunctis salutiferum est euangelium, sed his dumtaxat qui illud exceperint, Iudeo primū & Graeco, primū illud honoris ordinem eximit, non gratiae abundantiam, neque plus aliquid Iudeus est iusticie consecutus, quod maiora accepit, sed quia prior eam susceperit honoratur, & verbo tenus honore assequitur. ¶ Iusticia enim dei in eo reuelatur ex fide in fide sicut scriptum est, iustus autem ex fide viuet. ¶ Afferens in salutem futurum euangelium, & modum explicat, quo fieri id queat, videlicet dei iusticiam salutem nobis attulisse, non nostram, quam enim ipsi iusticiam haberemus, qui abominationibus sumus & perditis facinoribus inquinati, sed deus nos ipse non ex operibus, sed ex fide iustificauit, quae debet vel in maioribus quamdam & ampliore fidem perficere, nec enim fat est priores fide hanc exceperisse, sed erit etiam fidei huius ductu ad perfectiorem credulitate progrediendum, ad immotum

Non esse  
curiose  
quarēda  
facta dei.

Ciuitas  
romano  
rum insi  
gnis & co  
spicua.

modestiam

Paulus de  
bitor.

Praedica  
di officium

Iudeus  
Graeco p  
pōitur or  
dine non  
gratia.

Euange  
liū quib  
salutiferum.

videlicet & stabile firmamentum, quæ admodum & Apostoli his verbis sunt ad dñm vsi, Ade nobis fidẽ. cõfirmat autẽ eius dicta, cum inquit, dico autem vobis quoniam sumus ex fide iustificati ex Abrahã, iustus enim inquit, ex fide viuet, cū enim ea quib⁹ a deo donati sum⁹, mortales nequeat cogitatione cõplecti, merito nobis est fides hæc necessaria, quã si scrutari hesitãdo ceperimus, oim̄ pculdubio patiemur iacturam. ¶ Reuelatur enim ira dei de celo super oim̄ impietate & iniusticiã hoim̄ eorū, qui veritate in iniusticia detinet. ¶ A melioribus exorsus, inquisit⁹ iusticiã dei in euangeliõ reuelari, infert deinceps quæ possunt inferre formidine, nouerat enim multos mortaliū timore ad virtutẽ induci, sic nãq; & deus post regnũ coeleste & gehennam cõminatur. pphetæ insuper bonis propositis & mala prenũtiãt, quia illa dei pcedẽte sententia, hæc nostra obuenant negligẽtia, aduerte ergo quã habeat hæc dicta seque lam, venit inquit dñs iusticiã tibi & erratorũ deferens remissionẽ, quas si haudquaquẽ exceperis, dei tũc ira e celo retegitur, quæ scilicet i secũdo ei⁹ aduẽtu futura est, cuiusmodi ire & si in p̄senti participes sum⁹, ad castigationẽ tñ illa infertur, quã tũc ad supplicium dũtaxat experiemur, quia & si in hac vita ab hominibus maxime diuexamur, tunc tamẽ perspicue a deo cruciãbimur. In omnẽ impietate, verus cultus & pietas ipsa vnũ sunt, impietas vero diuersa & multiplex, eoq; omnẽ dixit impietate, perinde ac si multis ad eã itineribus accedatur. Et iniusticiã hoim̄, differt impietas ab iniusticia, illa enim in deũ, hæc dici in hoies potest, per illã cõtẽplatione delinquitur, hac opere & factis peccatur. multe autẽ & huius sunt vie, infert enim quis iniuriam pximo cum alienam vxorem adulterauerit, cū pecuniã subtrahit, cū famã carperit, dicunt nonnulli i iusticiã Paulum pro adulterinis dogmatib⁹ posuisse, quid vero illud sit, qui veritate in iniusticia detinet, audi, veritas ipsa siue dei cognitio siue hoib⁹ ab initio indita, hanc veritate & notione in iusticia gentes detinuere id est q̄tũ in se erat deprauarunt, cum ad idola dei gloriã transulissent, nec secus egerunt ac qui acceptam pecuniã in imperatoris laudẽ impendendam, vbi hanc omnẽ in predones & scorta cõsumperint, tatebuntur hi plane ois inique se erga imperatoriam maiestãte gessisse, gentiles igitur veritate in iniusticia detinebant. i. iniustus occultabant, obscurabantq; dei cognitionẽ, qua sunt indecenter vsi. ¶ QVIA quod notum est dei manifestũ est in illis, deus enim illis reuelauit. inuisibilia enim ipsius a creatura mundi, per ea quæ facta sunt intellecta cõspiciuntur, siue sempiterna virtus ei⁹ & diuinitas, ita vt sint inexcusabiles quia cū cognouissent deũ nõ sicut deũ glorificauerunt, aut gratias egerunt. ¶ Dixit superi⁹ gentiles ipos in dei cognitionem fuisse iniquos, siquidem ea abusi sunt. Vnde igitur liquet hæc illos habuisse cognitionem hinc sane, quia quod notum est dei, erat & his manifestũ, deinde id ipsũ cõfirmat dicens, quoniã ex optima hac creatorũ dispositione cõditor ipse laudibus efferebatur sicuti & Dauid inquit, Celi enarrãt gloriã dei, quid autẽ dei sit notum hoc pacto perdisces, in deo quidẽ nõnulla sunt quæ haudquaquẽ cognitione cõplecti, possunt nõnulla quæ cognitu facilia, insunt autẽ quæ minus hũanis sensib⁹ innotescunt; ea pfecto, quæ diuine substantie sũt bonitas, s. sapientia, virt⁹, diuinitas ipsa siue magnitudo, quæ inuisibilia dei Paulus nũcupat, noscuntur tñ ex hac mirabili rerũ structura, gẽtib⁹ itaq; vniuersa aparuit, quæ possunt i se cognosci, & nota sũt dei. i. quæ circa ei⁹ substantiam sũt, quæ & si cerni oculis nequeunt, mēte tñ ex hac cõditarũ ab se rerũ serie cõprehensibilia sũt, pleriq; vero inuisibilia, nec recte arbitrator angelos dicunt, Refert autẽ e p̄rib⁹ quidã eternã potẽtiã filii esse, diuinitatẽ vero spũm factũ, Vt essent inexcusabiles, aduerte hæc scriptorũ pprietatẽ, neq; eni hæc de⁹ effecit, vt excusari nõ possent gẽtiũ natiões, sed sacrarũ liarũ cõsuetudinẽ sectat⁹ Apostol⁹, frequẽter enim & multis in locis his similia perleguntur, quale illud est Dauid quoniã malũ corã te

Ira dei in hoc seculo quã differat ab ira futuri seculi.

Impietas ab iniusticia quid differat.

Dei cognitio hominibus indita, & a gentibus deprauata.

Inuisibilia dei q̄.

feci, vt iustificeris in sermonib⁹ tuis & vincas, quod & si min⁹ est, videtur tñ absurdũ, peride ac dicat, & si tuis sũ dñe obstrictus bñficiũ, attñ pter oim̄ spẽ meã in te deliqui quo sit vt iustificat⁹ ipse victor euadas, tũc eni de⁹ iustificatur, cū sumus ipsi in eũ de nobis bene merentẽ ingrati, nec quicquẽ habemus quod excusare possim⁹, atqui eo gẽtib⁹ nulla est errati excusatio, quia cū dei notione ex hac mudi machina habuisset, haud tñ p ei⁹ dignitate hũc sunt venerati, nec tanquẽ oim̄ cõditor grã retulere, quin poti⁹ debitis illi honores in idola trãstulerunt. ¶ SED euauerunt in cogitationib⁹ suis, & obscuratũ est insipies cor eorũ, dicẽtes eni se eẽ sapiẽtes, stulti facti sũt. ¶ Causam exponit qua illi in tantã sunt vefaniã p̄lapsi, opinationib⁹ enim quibusdam oĩa pmiserunt, cū vellẽt in figura, qui caret figura, & in corpore, qui sit incorpore⁹ mēte cõcipere, sic sit vt vani esse penit⁹ arguatur, quippe qui nequeat ad vllũ cogitationum suarũ finẽ euadere, insipies autẽ illorũ cor eo appellat, quia nil profus voluerint fide percipere, vñ & vani deprehensi sunt, verũ quis error eos induxit vt cogitationibus oĩa demãdaret⁹, nimirũ quia sapiẽtes se crederet, ideo sũt ad insanã redacti, quid eni vefaniũ q̄ lapides venerari & ligna? ¶ ET mutauerunt gloriã incorruptibilis dei in similitudinẽ imaginis corruptibilis hois, & volucrũ, & quadrupedũ, & serpẽtum. ¶ Ille cõmutat qui alteri quod habet cõcedit vt aliud quippiã assequatur. Hi itaq; cū dei cognitionẽ haberet hæc perdidit, vt aliquid vltra q̄ habuissent sibi met veditaret, vñ ab eo quod nacti iã erãt exciderunt, circũdedere autẽ incorruptibilis dei gloriã nõ hois, sed imaginẽ corruptibilis hois, quodq; deteri⁹ est vel aduq; reptãtia ipsa, vel horũ imagines potius delati sunt, tam liquido isti insaniũt, si qui de mēte quã i eũ intẽdere oportuisset qui oibus incõparabiliter est excellẽtor, his applicarũt quæ incõparabiliter sunt ceteris vtiliora, deo autẽ ad gloriã cedit cū noscitur & cõdidisse oĩa, & vniuersis p̄spicere, & reliqua quæ illũ decet cogitãtioẽ & aĩo admittuntur, errata autẽ eiusmodi nõnulli vtiq; cõmiserunt, & hi quidẽ qui apud gẽtes sapientiores sunt habiti, & Egyp̄tũ ipsi, hi nãq; de reptiliũ differunt imaginib⁹. ¶ Propter quod tradidit illos de⁹ in desideria cordis eorũ, in immundiciã vt cõtumelias afficiant corpora sua i semitipsis, qui mutauerunt veritatẽ dei i mãdaciũ, & coluerunt & seruierunt creature poti⁹ q̄ creatori, qui est bñdict⁹ in secula Amẽ. ¶ Tradidit, i. permisit, siuit, nec se⁹ q̄ medicus solet, qui cū valetudine laborãt vt resanescat medetur, deide i grauẽ cõtẽ morbo vt afflicto tunc eũdẽ pmittit, si icõtinetẽ videat, & sibi min⁹ obtẽperãtẽ, laxatq; illi habenas vt suo arbitrio vsus a morbo mime cõualecat, nõnulli vero tradidit deus sic capiũt, i. cõuicia i deũ illata, quæ admodũ huic illive dicim⁹ argẽtũ fuisse exitio cū cõstet nequaquẽ argẽtũ afferre iteritũ, sed argẽti abusũ, Saulẽ dicim⁹ & Solomonẽ pdidisse impiũ, i. eo illos depditos quia prauẽ sũt ipio vsi, sũt igit ob innatã nequitia in imudiciã traditi, vt nihil idigeãt opa aliorũ ad cõtũeliã imudities quid cū ipi sibi eã itulerit, imudiciã verociã quæq; ipurissima dicit, at si queras vñ hi sint i imudiciã traditi, ex ea dixerĩ quã deo inferũt cõtũelia, nã qui dei nullã habuerit rõem, nec illũ attederit, mox vite toti⁹ iacturã faciat necesse e, quæ admodũ iquit & Dauid, dixit isti p̄sĩ corde suo nõ est de⁹, & paulo post, corrupti sũt & aboiabiles facti sũt i studiis suis, trãstulerunt eni quæ dei sũt & circũiecerẽ cõtũenticiũ & fallaciũ diis, coluerunt, i. re ipsa & ope horũ se seruituti addixerũt quos coleret, grã vñ latría ei honor e q̄ actu & ope exhibet qd̄ cultũ nos dicim⁹ neq; id s̄p̄l̄r dixit, sed plusq; creatori adiũxit, p̄parãtioẽ quadã crimẽ attolles, verũtñ ille iquit e h̄ sc̄la bñdict⁹, i. nil e iustorũ offes⁹ cõtũelis, sed haud dubie i sc̄la bñdict⁹, quippe cui maledici nõ põt, Amẽ vero id ipm̄ cõfirmat. ¶ Propterea tradidit illos de⁹ passioẽs ignominie, nã feig eorũ imutauerũt naturalẽ vsũ qui e cõtra naturã, similit̄ autẽ & malculi relicto naturalĩ vsũ femig, exarserũt i desiderijs suis iuice, malculi i masculos turpitudinẽ opãtes, & mercedẽ quã oportuit

qui digni sunt

Gentes excusabiles.

Corruptio de si no subyret sine veritate.

Cõmutare gloriã dei.

Egyp̄tũ ibin, crocodilum, cerropi thecũ lebant.

Tradidit in reprobũ se sũ quid

Destitui a deo quid sit.

Natura lis voluptas facior ac sua uior.

Tradi a deo.

Fornica tio.

Superbi:

Elati:

erroris sui in semetipsis recipientes. Rursum dei destitutione traditione appellat nam que admodum hi qui dei cultu ad idola transferunt in perditione traduntur, sic & in vita abominabiles sunt, qui naturali voluptate relicta, que & faciliior & suauior sit in ea que contra naturam est collabuntur, que & difficiliior est & insuauis & prorsus abominanda, cum enim contumauerunt inquit, ostendit his omnis que sibi natura sunt insita ad natura que da traduci, dixit de mulieribus & tacite quidem turpe aliquid & obscenu, quod nec dici fas est, dixit supra & de uiris, quod in se inuice exarserint, incetiuu libidinis & furias explicans, neque enim rei venere dixit cupiditate, sed turpitudine itulit, arguens istiusmodi viros naturam ignominia affecisse, cum vero dixisset in desideris suis hos exarsisse ne forte existimes libidinis esse hunc morbum, operantes adiecit, i. inuidie operam dabat, opus id suum esse existimantes, recepta (quod a deo hi defecissent) mercede erroris sunt freti, quo ad idola descuerunt, quo fit ut hac in turpitudine & foedissima voluptate penas luant, utpote que propter naturam sit & plena impunitatis, hac autem Paulus infert quia non dum qui uerat de gehena quippe istis persuadere, proinde dicit & si gehena diffusetur & futura supplicia, his tamen hac facta ad supplicium sibi futura sat sunt.

Et sicut non probauerunt deum habere in noticiam tradidit illos deo in reprobu sensum ut faciatur ea que non conueniunt. Ecce iterato ac tertio eandem iniam repetit, eodemque usus est uerbo tradidit, iniquitas, ubique cam afferens, hoc scilicet homines deum ob ipsorum impietate idcirco deseruisse, sicuti & hoc loco, quia non probauerunt deum hinc in cognitione, unde & traditi sunt in uia non ignorantie, sed meditationis atque scie. quod sane deo est contumelie, neque enim dixit ignorasse hos deum, sed improbasse, i. non iudicasse deum se hinc in natione, sed utroque sibi delegisse impietate sectanda, non ergo pro carne ut heretici ferunt delinquitur, sed corrupti iudicii uicio peccatur, siquidem priores illi dei noticiam improbarunt, deinceps a deo permissi sunt in reprobu sensu deferru, dei enim a quouis secessio siue destitutio in sacris literis traditio noiatur. Et lepido quidem patrum non nulli exemplo sunt uis, quo dicitur id, tradidit eos deo, leniret, dicitur enim hoc se haud secus hinc, ac si quis ne sole inuoluetur oculos claudat, progressusque parumper in foueam collabatur, est propterea tritu puerbiu, non dum sol ipse in spectus hinc illuc in scrobem ipegit, nec ob id quod ira incensus sol hominem prostrasset, sed quia obstructis oculis lucem non uidisset, cur autem lucem sol minus probuerit si querat, nimirum quia oculos ille occlusit ne lucem admitteret, sic deus hos in ignominie tradidit passiones quibus ipse plane esset incognitus, eiusmodi tamen dei ignoratio ab illis orta est, qui nequaquam passissent, i. non iudicassent dei se hinc in notione.

Repletos omni iniquitate. Adutere que admodum progrediendo re augeat, cum enim hos dicit iniquitate oppletos, arguit sane ad summa nequitia peruenisse, infert deiceps & nequitie spes.

Fornicatio. Oem prorsus in puritate hoc fornicationis nomine complexus est malicia, i. in proximum insidias, auaricia, pecuniarum uidelicet cupiditate. (Nequitia odio scilicet.) Plenos in inuidia homicidio.

Ex inuidia gignitur homicidium, Abel enim cum ei a fratre inuideretur enectus est, & ex liuore Ioseph morti fuit propinquus.

Cotatio dolo. Ex inuidia cotationes emanant & doli, ut ei noceatur cui iam inuidetur.

Malignitate. Ea, scilicet, que in profundo latet nequitie, & bonitate metitur.

Susurriones. Quidam aliene derogant fame.

Detractores. Qui palam.

Deo odibiles. Qui deum oderunt, uel duo sunt odio.

Cotumeliosos, superbos, elatos. Ita malorum arcem conscendit, superbia, scilicet, qui enim effertur superbiu bonum amittit quod egerit, quanto magis qui mala, neque enim poterit hic perpetrati facioris ob insolentiam penitere, uerum intelligas uel superbos dei esse contemtores, elatos uero, homines aspiciari, unde oritur contumelia, qui enim homines puifacit, diuina simul iura & humana conculat, at si forte insolentia ipsa natura contumelia antecedit, nobis tamen contumelia uel precedere, deinceps eius mater internosci elatio.

Inuetores malorum. Neque enim erant superioribus cotati, nisi malis excogitandis studerent.

Parentibus non obe-

dientes) qui etiam inquit uel naturam ipsam impugnant, quippe qui uel genitoribus repugnant. (Insuper) & iure quidem, quo non pacto qui presentibus non obsequuntur bene monentibus, ab alio possent sapientia edoceri.

Incompositos, i. conuentis & pactionibus non stantes infidos, scilicet, & mutabundos.

Absequere, sine affectione, sine misericordia, ubi enim caritas ipsa refrigerit, mala omnia precreat, hinc est quod nec patra seruamus, nec afficimur cuique, nec ad misericordiam flectimur, quod sane & Christus sic refert, cum autem abundauerit iniquitas, caritas ipsa refrigescet, tamen nos natura ipsa que admodum & cetera aiantia coniungit, & copulat, hoc tamen hi prorsus non intellexerunt.

Qui cum dei iusticia cognouissent non intellexerunt, quonia qui talia agunt digni sunt morte, non solum qui faciunt ea, sed etiam qui consentiunt facientibus.

Ostendit superius quodmodum qui dei habere notionem noluerunt omni sint iniquitate oppleti, nunc uero arguit nec esse hos uenia dignos cum dicere nequeant boni ignorantia tenebamur, non enim dei iusticia, ergo id uero facit & sponte committit, quod deterius est facientibus assentiuntur, quod sane est insanabili morbo laborantiu.

Propter quod inexcusabilis es o homo ois qui iudicas, in quo enim iudicas alterum, te ipsum condemas, eadem enim agis que iudicas.

Cum diuerse sentiat homines, ideo fit ut mala plerumque probem, per sepe etiam sededo in aliena uita feram sententiam, dixit de his qui improbis assentiuntur, nunc uero de iudicio uerba facit, inquit, inexcusabilis es o homo, quid nunc nosli enim dei iusticia, nec illud ignoras malos esse supplicio dignos, igitur quod excuses nihil habes qui tui similes iudicas, uidetur hoc loco ad primates ipsos uerba intendere & Romanos precipue, tanquam ad terrarum orbis prefectos, utpote quos iudicium deceat, congruit tamen id dicitur uel hominibus ceteris, ferre enim sententiam nequit qui throno careat & magistratu, itaque qui adulterum iudicat, seipsum iudicet necesse est, qui sit adulterio inuoluit.

Scimus enim quonia iudicium dei est secundum ueritatem, in eos qui talia agunt, ne forte dixerit quisquam, ipse equidem & sum adulter, & euasi id quod inquis iudicium, & si alter quisquam ob id est affectus supplicio, ipse tamen nullas tui pro adulterio penas, infert Paulus, ut hos acius terreat, adulteri cruciatu, neque enim inquit est apud deum quod apud homines esse deprehenditur in terris iudicium ubi eiusdem, criminis rei alter plerumque dat penas, ab alter innoxius, cum deo uero haudquaquam sic luditur, cuius uerum est in prauos iudicium.

Existimas autem o homo qui iudicas qui talia agunt & facis ea, quia tu effugies iudicium dei, an diuitias bonitatis eius & patientie & longanimitatis contemnis, ignorans quonia benignitas dei ad penitentiam te adducit, secundum duriciem tuam & impenitentem cor thesaurizas tibi iram in die ire & reuelationis iusti iudicii dei qui reddet unicuique secundum opera eius.

Dixit superius erroris mercedem & cultum, qui creatura deseritur his in rebus per solui uanis hominibus, in quibus se impie gesserint, cum immundities ipsa satis sit his ad supplicium, nunc uero aperit eis & cruciatu.

Est enim inquit alius tibi tormenti genus o homo, non enim effugies dei iudicium, qui enim fieri id poterit, qui ne tuum quidem effugeris cruciatu, qua enim in re alterum iudicas, te ipsum condemnas, quod si dei bonitatem contemnis quia nondum sis tormenta perpeffus, hoc sane tibi augebit non imminuet penas, est enim his dei tolerantia qui ad emendationem ea utuntur salutaris, qui uero congestis sceleribus ea fuerint abusi maiorem in se seuiendi causam prebebunt, quod tamen non pro ipsius diuine tolerantie natura, sed pro ipsorum duritie futurum est, thesaurizas enim inquit tibi iram, quo fit ut non deus, sed ipsemet te tormentis afficias, quo pacto inquis fieri id potest, quia cor impenitens geris, & ad bonum aliquid quod exequendum & durius sane & inflexibile, cum igitur nec dei bonitate ductus lenis, nec pene formidine flecteris, quid dicite durius potest, die uero iudicis cum diceret, & reuelationis & iusti dei iudicii adiecit, & merito quidem, ne forte existimes dei iudicium in ira futurum, quod sane preter dei naturam foret, reuelatio inquit omnium fiet &

Incompositi qui & quo intellegendi.

Iudicare qui sit periculum.

Iudicium dei.

De tolerantia quibus salutaris.

ita ut p dignitate reuelatorū futura sit & retributio. eoq; & iustū fiet dei iudiciū apud nos vero quoniam opa occuluntur, eo nec cōstās est equitati loc⁹. ibi vero quia recta patebunt oīa, & rectum iudiciū subsequatur necesse est. ¶ His quidē qui secundū patientiā boni operis gloriā & honorē & incorruptionem querentibus vitā eternā. Cum inquit dnm singulis æqua bonorum præmia impertiturum, rem clari⁹ aperit, cum vero per boni operis patientiā subdit, duo mox exprimit, alterum quod animo mini me cōcidendum sit, nec plane desidiē incubendū, sed rectis facinorib⁹ insistentium perpetuo, nec in fide tātū spes omnis habēda, nisi & bonis operib⁹ admittamur. incorruptionem vero cum inquit resurrectionē indicat, deinde infert. postq; autem resurgemus nō omnes ad vnum, sed hi quidem ad gloriā, hi vero in supplicii eoq; & gloriā dixit & honorē: hui⁹ itaq; omnis diuina oratio eiusmodi est, vt plane affirmet deum ipsū futuram eis gloriā honorēq; largiturū, qui eos & cōquirunt & recordantur. porro & incorruptionē daturū resurgentib⁹ vitā. s. sempiternā. Querat aliquid quoniam pacto hæc gloriā & honorē cōquiritur & incorruptio: nepe dum in rebus operib⁹ permanetur. qui enim actionibus bonis insitit stabilisq; in aduersum fuerit & cōstās is sane & gloriā & honorē haud dubie querit. i. incorruptibili deo i. corruptibiliū bonorum fructione deposcit. ¶ His autē qui ex cōtentione nō acquiescunt veritati, credūt autē iniquitati, ira & indignatio, tribulatio, & angustia in omnē animā hoīs operantis malum Iudæi primum & Græci. Cōtentio est mentis quidā sine ratiōe excessus, his itaq; qui ex cōtentione inquit, i. cōtentiose, nō ignorātia, sed altercandi studio nequiores redduntur. ideoq; nec veniā merebuntur. cum vero veritatis diffidim⁹ & obsequimur in iusticie, spōte delinquim⁹, nō enim inuiti coactiue id agim⁹, sed voluntariū. aduerte autē vt deum asserat eternam vitā largiri, me si uero nequaq; neq; enim irā, indignationē, tribulationēq; & angustia dixit a deo inferri erit, autem subitelligitur vt superiorē orationem cōcludat, viuificandi igitur deo inest facultas, nobis vero præ nrā ignauia supplicii & cruciat⁹, cum vero omnem animā hoīs inquit Romanorum frenat elatione, p inde ac si dicat, vel si regia quis sit dignitate ornatus & quæ mala sunt operetur, i. malis operādis intendat, nec demum peniteat, haudquaq; est dei sniam euasur⁹, neq; enim hoīs mala faciētis intulit, sed operantis, vt pote qui pmeditatus & sciens quæ mala sunt semp peragat. Nā & Iudæus vt plus diuine susceperat discipline, ita erit & maior dignus supplicio. nā & potentes potenti⁹, & sapientiores acrius cruciabuntur. ¶ Gloria autē & honor & pax omni operanti bonū Iudæo primū & Græco, nō enim est personarū acceptio apud deū) nititur Paul⁹ in his quæ subsequatur ostendere, nec circūcisionē ipam, neq; ppuccium efficere quippiā, aut fidē inducere qua ho iustificetur, hoc cum illi aio infedisset, Iudæos rit⁹ & cerimōias cōfutare, vt id agat, vide quauertur prudētia, exordiū ab his sumit orationis, qui Christi aduētum pcesserant, asserēs mundū malicia esse oppletū, & supplicii esse mortales, Iudæū primo & Græcū obnoxios, p certo ducēs, penas Græcū ob cōmissa daturum, p inde cōfirmat eosdem p recte factis honorē affecuturos, si ita ab operibus ipsiis & honor et dec⁹ maneat, superuacanea ergo lex erit & circūcisio, nec superuacanea solū, quin erit Iudæo acrioris tormētī occasio. nā si Græc⁹ neq; a creatura, neq; a naturali lege instruct⁹ dānabitur, longe magis Iudæus qui ab ipsa lege instructionē accepit, cū igitur rei sensū perceperis, sequere et dictionē græcā græcū significatē et gētilē, vnde hoc nō Idolorū sed dei cultores dicere, et qualis Melchisedech, qualis Iob, quales et Niniuite, qualis demū Corneli⁹ ille, sic p terea et Iudæos hos eē affirmat; qui añ Christi aduētū extitissent, volens autē studiosi⁹ circūcisionē ipsā onre nulli⁹ eē momētī, neq; aliquid posse, repetit tpa illa supiora, arguitq; nil prius differe græcū deū colētē, et iudæū recta operatē. Quod si ante Christi ad-

Aio non esse concipendum

Nō infide tantū sed etiā in bonis operib⁹ spes habenda

ad Corinthios

Iudæus qui plus disciplinæ suscepit pl⁹ puniendus.

uentum cum maxime res Iudæorū florerent, nil ipi plus quippiam essent præter ceteros consecuti, eo magis hoc tēpore quia vel eorū lex fuerit euacuata, & finem iam nacta nemini pstant, hæc autē ideo infert vt Iudæorū deprimat insolētia, qui gētilē nullum admitteret, gloria inquit & honor & pax, & sane mundi hæc bona & obturbatiōes babēt & bella, quippe quæ & liuore petuntur & insidiis, quin imo vel si nemo insidietur, is tñ qui illa possidet varie obturbatur. At illi qui apud deū est vel honor vel gloria quietē affert, & pacē, quia nec agitari insidiis pōt, nec curis offendi, cunq; incredibile posset videri, honorē hmoī gētili cuiq; posse cōtingere, qui nec legē nec prophetas aliquos audisset, factu id facile asseuerat, cū inquit nullā esse apud deū personarum acceptiōne, neq; enim inquit cuiusq; veretur personā deus, sed opera & facta disquirat. Cū græcus itaq; nil sit Iudæo actionum rōne dispar, nil impedit quin pari sit honore dignāus. Quapropter nihil erit tibi iudææ post legis tue vacationē, aduersus gētilē quēpiā gloriandū, siquidē cū tua floreret, vel gētilis aliquis qui bonis operib⁹ inhelisset te haudquaq; fuerit honore inferior. ¶ Quicumq; enim sine lege peccauerunt, sine lege & peribūt, & quicumq; i lege peccauerunt, per legē iudicabuntur, nō enim auditores legis iusti sunt apud deū, sed factores legis iustificabuntur. ¶ Ostēdit superius Græcum eque ac Iudæum honore dignādos esse, nunc vero Iudæum infert grauius iudicandum, Græci siquidē siue gentiles qui sine lege peccauerunt, i. sine illa legis doctrina, sine lege cruciabuntur, hoc est, leuiorē cruciatum subibunt, vt pote qui lege caruerint, qua ligaretur, sine lege enim illud præterdit, quasi sine illorum dānatione, Iudæus vero in legē deliquit, i. in legis præcepta peccauit, p terea & lege iudicabitur, i. cōdēnabitur, quādo lex ipsa acrius criminando hunc vrget, & maiorē immodū cōdēnat. Quo ergo pacto id iactas iudææ, gratia te nō indigere, quia sis ex lege iustificatus: ecce nūc plane argueris nil tibi hanc quā iactitas legem profuisse, habes itaq; lōge magis ac gratia opus, q̄ Græcus ille, vt pote qui nihil fuerit iusticie sola, legis audiciōne a deo pmeritus, possunt utiq; apud mortales legis auditores equitate præferre, quod facere apud deum nō valēt, siquidem qui legem exequantur, & seruati iusti habentur. ¶ Cum enim gētes quæ legē nō habēt naturaliter ea quæ legis sunt faciunt, eiusmōi legē nō habentes ipsi sibi sunt lex, qui ostēdunt op⁹ legis scriptū sciētia ipsorū. ¶ Cū eni aliquid est de reb⁹ Iudæicis asseritur, prudētī loquitur, ne i legē dicere videatur, quā vt extollat & manifestat inquit, cū enim gētes quæ legē nō habēt, mox illud, quæ legis sunt faciūt, i. naturali quodā instinctu, admiratiōi sūt, quia cū lege carerēt legē sunt executi, eorūq; cordib⁹ nō līteras, sed opera insculpsere, & in testimonium bonitatis dūce natura p lege sunt vfi, p inde tres legum species explicat, quæ scripto, s. natura & operib⁹ cōstāt gentes itaq; lege carent quæ scripta est, natura, quæ legis sunt factitat, cuius nā legis: eius scilicet quæ operibus cōstat. Legē vero nō habent, quā legem: scriptā videlicet, sed ipsi sibi loco sunt legis, natura enim p Lege vtuntur, qui & legis opera præ se ferunt, cui⁹ ei⁹ nimirū quere & operibus adimpletur, vide quā modeste hæc dixerit, ne Iudæos videretur incessere, quo enim pacto nō incessiuisset, si oīa effudisset apertius, eo enim ni reticuisset recidebat oratio, qui vero sine lege sunt, natura p uia, quæ legis sunt faciunt, eoq; & præferri his debent qui sunt a lege instructi, abstinuit tñ id dicere, & leuius quiddā subiunxit, videlicet qui sibi p lege essent, vñ id plane argumeto est superioribus seculis & anteq̄ lata lex esset, fuisse naturā hūanā omni puidētia fretā, Obstruit p terea & illis ora, qui forte hmoī obieciisset, cur eni ab iitio de⁹ nō se huc ad nos cōtulit, hoies ad bonū instructi⁹: inquit igr bonorū malorūq; illū a picipio dedisse mortalib⁹ cognitiōne, verū cū nihil se hoc pacto pficere puidisset, ipe demū aduenit. ¶ Et iter se inuicē cogitationē accusantiū aut defedentiū i die cū iudicabit deus

Iudæorū insolētia!

De⁹ operarū, nō gēnus dicitur, quirit.

Græci mitius puniuntur q̄ iudæi.

Tres legum species.

Naturā humanā etiā sine lege puidētia fulta est & fuit.

occulta hominum secundum euangelium meum per ipsum Christum) Meminit hoc loco quemadmodum uniuersi sumus dei iudicium subituri, tunc enim cogitationes humane partim inculabuntur, partim & excusabuntur, quoniam in iudicio nec accusatore est opus nec defensore, ut autem formidinem augeat abscondita dixit, non peccata, cum homines aperta & patet iudicet malefacta, deus vero vel occulta sit iudicaturus, per Iesum Christum secundum euangelium meum, id est per Christum Iesum michi demandatum.

¶ Si autem tu Iudeus cognominaris & requiescis in lege & gloriaris in deo, & nosti uoluntatem eius, & probas utiliora instructus per legem. Cum Greco dixerit legis opera facienti, nihil ad salutem deesse, commemorat demum quae apud Iudeos sunt potiora, & quibus illi confisi & gloriantur maxime, & in gentes ipsas superbiunt, & primum iudaicum nomen, quod haud secus huius magnificiunt, quam nos Christianum, neque enim dixit iudeus es, sed Iudeus cognominaris, Iudeus enim confessus dicitur, & Iudas hebraice confessio interpretatur, & acquiescis legi, id est nihil laboris in sumis ut circumuagus quae fieri oporteat instruaris, sed legem habes te instruente, deinde iactitas deum tibi esse beneuolentia in proximi tui contemptum, & eius nostri uoluntate, dei uidelicet, & probas utiliora, id est magis decentia, indicat scilicet quid fieri deceat, quid uel factum sit indecorum. ¶ Confidit seipsum ducem esse cecorum, lumem eorum qui in tenebris sunt, eruditorem insipientium, magistrum infantium, habentem formam scientiae & ueritatis in lege. Dixerat supra legis auditione nihil conducere, nisi & opera praesto sint, nec legis auditores tantum esse apud deum iustificatos, sed & legis factores, id est qui ea quae legis sunt exequuntur, nunc uero quod maius est infert, nam si uel praceptor legis inquis, quae uero sunt legis non egeris, nihil prodest, quin exhibet potius maioris cruciatus occasionem. Et cum plurimum hac iudei praepetoria dignitate iactaret, ex ea magis eos ridiculos arguit, quoniam etiam cum cecorum duces & insipientium eruditores appellat, illorum obtrectat insolentiam, his enim nominibus illi se & duces, & aliorum lumem, & eruditores praeferebantur, gentiles uero profelytos in tenebris de gentes, insipientes & stolidos dicitur abbat, habes igitur o iudee formam cognitionis & ueritatis, non in operibus ipsis aut ullis officiis sed sola in lege hac tua constituta, tibi quae ipsi & soli confidis, quasi uirtutis formandae facultatem adeptus, nec secus agis ac solet qui apud se imperatoris statuam habeat, nequeat tamen illi assimilari effigiare, cum alter accedat quispiam, qui nec uisum ad uerum effingat & imitetur. Singuli itaque praepetores in discipulorum mentibus figurant boni cognitionem & ueritatem, qui si quid profuerint, perfectiores habentur. In uero tales existimabuntur quales hi sunt quos nunc apostolus improbat, nonnulli uero formam accipiunt per mentem aliquam & simulatam cognitionis imagine, proinde dicit non dum iudee ueram aliquam esse dei notionem, religionem, pietatem uel affectum, sed fucata potius adumbrataque tenes. ¶ Qui ergo alium doces te ipsum non doces, qui predicas non furandum furaris, qui doces non mechandum mecharis, qui abominaris idola sacrilegium facis, qui in lege gloriaris per prauaricationem legis deum in honoras, nomen enim dei per uos blasphematur inter gentes sicut scriptum est. Sciscitando oratione orditur Iudeos uituperans qui de doctrina tantopere iactarentur, dicit autem sacrilegium quodcumque hi ex idolorum oblationibus subtraxissent, quae & si abominari sunt uili, uicti tamen habendi cupiditate, immolationes eiusmodi attrahant, deinde quod grauius est superinducit sic inquis, qui enim in lege gloriaris tanquam per legem suis honoribus a deo donatus, per legis transgressum, deum honore fraudas, tribus hic modis delinquitur. Primo quia honore non deferunt deo. Secundo quia haudquaquam hunc uenerantur qui se sit honoribus praefectus. Tertio quia legi qua sunt honores adepti, eandem transgrediendo ignominiam inferunt, proinde ne uero uideatur hos criminari, Esaie dictum producit, eos de

Occulta solus deus iudicat.

Iudas & Iudeus quid hebraice.

*Abbat enim dicitur deus ab utriusque uolentia in contemptum pergamini.*

Profelytus latine aduena & peregrinus.

incusantis quod sane debet intelligi, cum sicut scriptum est, inquit Apostolus, sic duplex illis obicit crimen, & quod non solum ipsi deo contumeliam inferunt, sed alios in id scelus inducunt, & ad ea quae legis sunt non modo nullos instituunt, sed quae contra hanc faciunt, alios edocens, ut deum, quod longe est a lege diuersum, gentes maledictis incessant, quippe quos uiderint corruptis moribus uiuere, deum dixerint caritate complecti, id eoque & hunc maledictis infectantur.

¶ CIRCUMCISIO quidem prodest si legem obserues, si autem prauaricator legis sis, circumcisio tua praepetium facta est. ¶ Quoniam circumcisionem Iudei plurimi faciebant, non statim initio superuacaneam hanc & inutilem dixit, sed uerbis duntaxat uidetur praeparare, cum re penitus tollat & improbet, fateor inquit circumcisionem non esse inutilem, si legem ipse seruaueris, neque hanc dixit minus prodesse, ne illam & aspernari penitus & afficere ignominia uideatur, exprimit autem hic Iudeum hominem, aperitque cuius ille momenti sit, cum inquit circumcisionem factam esse praepetium, & eundem enudat corde esse incircumcisum, porro circumcisionis duas explicat species, & praepetia duo, illas quidem apparentes, & quae sub aspectum ueniunt, haec quae cognitione & mente complecti possent. Queret aliquis, cuiusmodi ergo erit apprensus haec circumcisio? ipsi nempe quae fiat in carne, spiritu uero qualem dixeris, tamen nimirum quae uicia praecidantur, potest & aliter spiritalis haec circumcisio ita intelligi, ut eam dicamus inesse cuique qui gentilis sit a iudeo, nec aliquid substulerit uiciorum, inquit igitur Paulus cum fueris secundum carnem hanc circumcisus, nihil tamen eorum egeris, quae lege iubentur, spiritus incircumcisus & praepetium praecisione carebis quemadmodum & qui carnis praepetium non abscederit, legem tamen seruauerit, spiritu erit proculdubio circumcisus, quando & carnis uicia substulit, quod clarius in sequentibus explicat.

¶ Si igitur praepetium iustitiam legis custodit, non praepetium illius in circumcisionem reputabitur. ¶ Non enim inquit praepetium circumcisionem longe praestare, graue enim id & molestum foret, sed pro circumcisione id duci, sit itaque ut circumcisio recta sit actio quedam, praepetium uero prauum, sit facinus. Aduerte autem quemadmodum non illud intulit, cum praepetium legem seruabit, poterat enim quis illi his dictis occurrere, quo enim pacto poterat ab eo qui in praepetio esset, lex ipsa seruari esse namque in praepetio, legis est plane prauaricatio, at quo pacto iustitiam legis dixit, nimirum quia iustificari ex illorum uideatur operibus, circumcisio enim haudquaquam operatio erat, quin potius persuasio quedam ut patienter ferret circumcidendus, itaque nec legis iustificatio dici circumcisio potest, erat enim in signum tradita, ne gentibus admiscerentur Iudei.

¶ ET iudicabit quod ex natura est praepetium legem consumas te, qui per literam & circumcisionem prauaricator legis es, non enim qui in manifesto iudeus est, neque quem in manifesto in carne circumcisio, sed qui in abscondito Iudeus & circumcisio cordis in spiritu non litera, cuius laus non ex hominibus, sed ex deo est. ¶ Hoc loco aperte duo praepetiorum genera explicat, naturae alterum, alterum uoluntatis, ut dictum est, cum nihil quispiam naturae, id est ingenta reseruit uicia, & circumcisiones duas carnis, scilicet & spiritus. Inquit igitur naturale illud praepetium quod uiciorum circumcisionem iam tenet, quia legem adimpleat, id est legis ut diximus iustitiam iudicabit, hoc est condonabit, non circumcisionem, id enim Iudeos nimis offenderet, sed te qui circumcisus secundum carnem uideris, cum sis incircumcisus corde, quia legis transgressor effectus es, haudquaquam igitur circumcisionem uituperat, quippe quam uenerari uidetur & laudibus summis extollere. Sed in eum inuehitur qui illi ignominiam irrogat, post horum omnium perpicuam assertionem, definit etiam quid in se habeat Iudaicum nomen, arguitque Iudeos omnia ad ostentationem moliri, neque enim in propatulo

Circumcisio / mdo. dicitur. Baptismus prodest si legem obserues. Signum uero est circumcisio.

Circumcisio / siis species due.

Spiritalis Circumcisio.

Circumcisio / cur tradita iudeis in signum.

Caute ad iudeos loquitur Paulus. Iudei omnia faciunt ad ostentationem.

Circunci-  
sio cordis

cap. 3

Iudei ho-  
norati  
plurimu  
sunt a deo

Obiectio  
pulcher-  
rima.

Deus iu-  
stus.

inquit Iudeus, sed qui in abscondito, qui nil prorsus corporaliter agat, sed spiritua-  
liter & sabbata, & sacrificia, & purgationes intelligat, cum vero circumcissionem cor-  
dis inquit, in spiritu, Ecclesiastice vite iter ostendit, & ad fidem inducit. Hec namq[ue]  
& corde constat & spiritu, & laudem a deo assequitur, qui corda scrutatur, nec secun-  
dum carnem sententiam profert, summa autem que ex his potest complecti, eo ten-  
dit, vt recte ducenda sit vita. Cum vero incircumcisum, siue Grecum, siue gentilem  
audieris, non idolorum cultorem intelligas, sed eum qui deum & colat & virtute sit  
preeditus, & nulli sit, vt ante diximus, legi obnoxius.

**Q**UID ergo amplius est Iudeo, aut que utilitas circumcissionis, multum per om-  
nem modum, primum quidem quia credita sunt illis eloquia dei, quid enim si quida  
illorum non crediderunt, nunquid incredulitas illorum fidem dei euacuauit? absit.  
Cum ex eo quod, non enim in manifesto Iudeus est dixit, que legis sunt penitus  
eiecisset, prauidens obiectionem aliquam imminere, in hanc se parat. Dicit aliquis,  
si prorsus est vt inquis circumcisio ista inutilis, cur ergo electa est gens Iudeoru[m], huc  
immodum obiecta dissoluit, asserens plurimum adiutos esse Iudeos, cu[m]q[ue] id ipsum  
affirmat, nullas Iudeorum virtutes commemorat, sed dei dumtaxat dona & gratiam.  
nec Iudeos inquit ceteros superare, quia hac illa ve gesserint. Sed quia credita sunt  
illis dei eloquia, quod sane dei est beneficium, no[n] illorum officium, quid enim illud  
(credita sunt) preterdit, nisi quia oblata acceperint, quippe qui a deo dignati semper  
sunt vt oracula superne demissa exciperent, rursus tamen & alia in medium profert,  
ostenditq[ue] eos diuinis eloquiis quibus sunt honorem emeriti, si dei nihil adhibuisse.  
Id tamen ex alio quodam inducit, perinde ac si dicat aliquis, quid enim dei eloquia  
profuere minus credentibus? Quam obiectionem videtur hic soluere, cum non Iu-  
deos, sed deum excusat hoc modo, si fidem hi nullam diuinis eloquiis presterunt,  
quid deo officit, num incredulitas illorum fidem dei euacuauit? id est credita dei  
eloquia & beneficium, tantum enim abest vt illorum infidelitas deo officiat, vt ex eo  
gloriam sibi potius vendicat, cum in eos videtur beneficis qui se affecerint ignomi-  
nia, vides quemadmodum hos crimini fecit obnoxios, vel hinc ex rebus quas illi glo-  
rie ducerent, id est ex lege accepta.

**E**ST autem deus verax, omnis autem homo mendax, sicut scriptum est, vt iusti-  
ficeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris. Dixit superius, quid enim si  
quidam illorum non crediderunt, sed postq[ue] non aliqui, sed omnes sunt v[er]si ea incre-  
dulitate teneti, prudenti oratione vsus, ne grauis appareat, quod re actum est sub du-  
bium ponit, perinde ac si dicat, concedatur hos omnes incredulos factos, quid tum?  
num vel ex eo iustificatur deus? id est si res veniat in disceptationem, & dei in Iude-  
os beneficia supputentur, & Iudeorum in deum merita discutiantur, erit haud du-  
bie penes deum victoria, quemadmodum & Dauid testificatur. Est autem deus ve-  
rax, id est vt manifestetur, ostendaturq[ue].

**S**i autē iniquitas nostra iusticiam dei comedat, quid dicemus? nunquid iniustus est  
deus qui infert iram, secundū hominē dico, absit, alioqui quomodo iudicabit deus  
hunc mundum? Obiectionē inducit huiusmodi, deinde querant nonnulli, si de-  
us cum de nobis sit bene meritis, ingratos nos sentiat, iustus arguitur vel potius victor  
euadit, vtpote qui ob immensam eius clemenciam, vel indignos conferat beneficia, cur  
demū iram infert? id est cur nos supplicio afficit? qui illi & iusticie fuimus, & victo-  
rie causa, soluit itaq[ue] obiectionem hanc Paulus & sapienter admodum. Sane inquit  
haud qua[m] deo eris iusticie causa, cum te affecerit cruciatus, esset na[m]q[ue] iniquu[m], eū qui  
vincēdi obtulerit causam, a victore penas subire. Deus vero nulli hoim infert iniuriā  
nam quo pacto esset mundum iudicaturus, qui nullam seruaret in alios equitatem?  
fit igitur.

Fit igitur vt deus nil sit cruciando iniustus, ergo nec tu illi victorie causam attulisti,  
quia in eum deliqueris, fieri enim poterat vt aliter sibi vel nulla tua perspecta impro-  
bitate, victoriam pareret. hoc autem secundū hominē dico, sic intelligitur, istiusmo-  
di ipse pro deo secundum cogitationem humanam respondeo, hoc est quantum li-  
cet homini prouehi cogitatu, habet enim ineffabiles quasdam rationes, quodcu[m]q[ue]  
egerit deus, quæ vel supra humanos sunt sensus, & nostra nil indigent responione.

**S**I enim veritas, dei in meo mendatio excellit in gloria ipsius, quid adhuc & ego  
tanq[ue] peccator iudicor, ac non vt blasphemamur & sicut aiunt nos quidam dicere, ta-  
ciamus mala vt veniant bona, quorum damnatio iusta est. Repetit eadem vt cla-  
rius pateant. si enim de[us] inquit ex meo transgressu iustus apparuit & verax, quid ob-  
id iudicor quod in dei gloriam egerim? neq[ue] enim damnatione, quin potius corona-  
sum dignus, quod sane si verum deprehenditur. Quod ergo de me dixerint græci  
falso dicunt. Græci namq[ue] cum Paulum audissent, vbi habundauit peccatum super  
habundauit & gratia, prædicantem, non sine irrisione iactabant, dicere Christianos  
solere, faciamus mala, vt veniant bona, & delinquamus plurimum, vt habunde & gra-  
tiam consequamur. Hæc igitur quæ Græci & maledictis in nos & obtreptionibus  
dicunt vel nunc contigisse videbuntur, si deum asserimus eo bonum videri, quia  
ipsi & improbi sumus & ingrati, quod tamen haud ita se habet. Græcorū enim sem-  
per mendacium dicta sunt illa, quorum damnatio iusta est, hoc est iuste cruciabun-  
tur, non ergo vel ipse iusticie deo præbeo causam delinquendo, quippe qui ideo iudi-  
cor quia commiserim, nec iudicarer equidem si ad dei gloriam ipse delinquerem.

**Q**UID ergo præcellimus eos? Nequa[m]q[ue] causati enim sumus Iudeos & Græcos  
omnes sub peccato esse, sicut scriptum est, quia non est iustus quisq[ue], non est intelligēs,  
non est requirēs deum, omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, nō est qui fa-  
ciat bonum, non est vsq[ue] ad vnum, sepulchrum patens est guttur eorum, lingua suis  
dolose agebant, venenum aspidum sub labiis eorum, quorum os maledictione & ama-  
ritudine plenum est, veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem, contritio &  
infelicitas in vis eorum, & viam pacis non cognouerunt, non est timor dei ante ocu-  
los eorum. Dixit superius aliquid fuisse Iudeis abundantius datum, quia lex illis cre-  
dita esset. Nunc vero ostendit nihil hos affatim habere, quo ad proprias actiones.  
nam cum rem creditam minus seruassent, magnopere potius improbat[ur], abundan-  
tius tamen aliquid habere sunt præ ceteris visi, quia fuerant a deo electi. Sed postq[ue] ex  
suis operibus deum ignominia affecere, & eum nequa[m]q[ue] sunt venerati, qui amplissi-  
mum illis honorem contulisset, non solum nil habent quam ceteri abundantius, sed  
reiectione damnantur. Inquit igitur tanq[ue] ex Iudeorum persona, quid ergo præcellimus  
id est plus quippiam sumus ipsi quā ceteri consecuti, quo præstare videmur Iudei, &  
a deo probari? vtpote qui & legem & circumcissionem accepimus, nequa[m]q[ue] inquit, si  
quidem Iudei equis criminibus, ne maioribus dixerim, sint cum Græcis obstricti,  
vnde id liquet si queras? ex Dauid nimirum & Esaia prophetis. Dauid enim dicta  
sunt illa, non est iustus nec vnus, & ad usq[ue] illud eius terminatur oratio, maledictio-  
ne & amaritudine plenum est, deinceps Esaie sunt hæc, veloces pedes eorū ad effun-  
dendum sanguinem ad viam vsq[ue] pacis, & non cognouerunt, producit autem & Iu-  
deorum criminatores prophetarum clarissimos, & quemadmodum de Iudeis hi  
fenserant patefacit, eoq[ue] & Esaie dictis explicitis rursus & Dauid protulit, Esaias qui  
dem liquido de Iudeis edisserit & Dauid subsequitur, simulac enim quis a bono di-  
uertit prorsus inutilis redditur, est enim nequicia aliud nihil nisi peruersio quedam  
naturalis cuiusdam ad malū lapsus, ita vt ad ea quæ contra naturam sunt hominem  
traducat, eūdemq[ue] nullius vsus efficiat, ita enim non vltra hoc viro vtitur ipsa natu-  
b. i.

Deus ius-  
tus,

quodcu[m]q[ue] egerit de[us] h[ic]  
ineffabiles rationes supra  
sensu humanos et no[n] indige-  
nti responsione.

Cōfessio optima v[er]ba  
illius q[ue] facit mala, ut  
veniant bona.

Græci me  
daces.

delinquendo no[n] peccato  
causam iusticie dimitto

ps 137. 8. 9.

Iudæi a  
deo electi  
postea in  
grati, &  
ob id ius-  
te dam-  
nati.

Inutilis  
redditur,  
qui a bo-  
no diuer-  
tit.



Virtus  
nū est na  
turale.

ra, sicuti neque egrotantem ad eius opera exercebit contritio & calamitas, id est delictum, nil enim magis quam prava facinora ob ipsorum inequabilitatem animam conterunt, virtus vero tanquam naturale quoddam inditum nobis est bonum, quod nos leniter facit placideque deferri. At malignitas ipsa & vicia longe se aliter habent, siquidem homines diuerse & variis modis exagitant, excessuque quoddam defectuque innotescunt, unde & nobis dispares quosdam & concisos animi pariunt motus, ne dicam futura supplicia, per pacis autem viam intelligas velim eam quae pro dei voluntate degitur vitam, haec quippe est quietudinis via, tollite inquit iugum meum & inuenietis requiem, id sane iter ad veram Christi pacem traducit.

**SCIMVS** autem quaecumque lex loquitur, ut omne os obstruatur & subditus fiat omnis mundus deo. Ne forte id dicant Iudei, nihil ad se huiusmodi dicta spectare. Inquit Paulus quodcumque lex ipsa loquitur illis iri denuntiatum, qui sint legi obnoxii, cur enim necesse est ut lex quae vobis sit tradita instituat alios? legem autem non Moysi solum, sed vetus omne testamentum appellat, quae admodum paulo superius Esaie & Dauid dicta legem nuncupauit, per illud vero ut omne os obstruatur Iudeorum praetendit insolentiam & vanam dicacitatem, hanc itaque propheta obstruxit, quae instar fluminis ferebatur, neque enim inquit illos ideo fuisse in peccata prolapsos, ut eorum ora occluderentur, sed propterea fuisse a prophetis correctos, ne cum imprudenter delinquerent, errorum ignorantiam glorie ducerent, nec solum Iudei, sed mundus omnis subditus fiat, id est humilis, abiectus, in gloriam, nec propriis operibus iustificatus, & ope indigens aliena, hoc est dei gratia, quid ergo Iudee hanc tuam iactitas legem, qui sis ut ceteri omnes & noxius, & nil prorsus ex legis operibus iustificatus?

Iudeorum  
insolentia  
deprimi  
tur.

Acrius  
punitur  
qui  
sciens de  
linquit.

**PER** legem enim cognitio peccati, nunc autem sine lege iusticia dei manifesta est testificata a lege & prophetis. Si de lege gloriaris Iudee, intellige illam tibi maioris supplicii causam fore, quippe quae tibi peccata aperuit, qui enim prudens & sciens deliquerit, acrius cruciatur, verum id tibi tua negligentia contigit, qui cum ea quae innotuere peccata non defugas, maiora tibi tormenta consciueris, e quibus eo te pacto poteris explicare, si iusticiam dei vel sine lege exceperis. Deus enim quia omnipotens est, vel nullis nostris operibus nos iustos efficit, recte autem dixit manifestata esse dei iusticiam, ut arguat illam fuisse perpetuo, & latuisse iam diu, & quia testificata est inquit, id est legis testimonio & prophetarum asserta demonstrat haud quaquam nuper esse cepisse dei iusticiam, utpote de qua Moysi lex & prophetae mentionem fecerunt, iure igitur suscipienda haec est, quae & si vel nullo legis ministerio constet, iuuat tamen, quod diuine iusticie est, vel lege ipsa iustificari.

Iusticia  
dei ad  
oes perue  
nit per fi  
dem.

**IUSTICIA** autem dei per fidem IESV CHRISTI in omnes & super omnes qui credunt in eum, non enim est distinctio, omnes enim peccauerunt, & egent gratia dei, iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem quae est in CHRISTO IESV. Eiusmodi inquit iusticia qua scilicet iustos nos deus efficit, ad vniuersos per fidem peruenit, fide enim illata iusti omnes redduntur Iudei simul & graeci, non enim est distinctio, quia & si legem accepit Iudeus, haud tamen graeco profertur. Quippe qui a lege peccati accepit notionem, non libertatem, quod si pari cum graeco obstringitur scelere, priuatur etiam eaque & gloria, quando quidem deum prorsus offendit, offensor autem ignominiam sibi non gloriam vendicat, nihil tamen est desperandum, vniuersi namque vel gratis dei gratia iustificantur, cuiusmodi gratia per redemptionem conceditur, id est per libertatem perfectam, quam operatus est Christus, is enim nos cum sese in redemptionem dedisset, iustificauit.

**QVEM** proposuit deus reconciliator per fidem in sanguine ipsius ad ostensionem iusticie

sue propter remissionem precedentium delictorum in patientia dei ad ostensionem iusticie eius in hoc tempore, ut sit ipse iustus iustificans eum qui ex fide est IESV CHRISTI. Propitiationis hoc loco & sanguinis meminit, ut iudeo suadeat in Christo remissionem & iusticiam comparari, proinde dicit, si enim ipsi belluarum sanguine aboleri peccata existimabas longe magis Christi sanguine fieri id posse credendum est, propitiatorum autem arce operculum dicebatur, quod cherubin utriusque obtegeret, proferebat insuper & naturam ipsam humanam quae diuinitatis esset velamen, laudibus propterea ab angelorum cetui & potestatibus efferebatur, qui illi sumministraret, propterea quae ad deum verum est unitatem, proposuit autem dixit quia fuerat per IESV CHRISTI sanguinem praedestinata redemptio, ut sanaretur remissio, id est precedentium delictorum mortificatio, in sustentatione Christi dei, nam etsi plurima Christi bonitate fruamur, sumus tamen paralytici & mortui ipsi per similes, haec autem sunt ad dei iusticie ostensionem effecta, ne solus ipse appareat iustus, quin & alios peccato demortuos suscitet, qui potest solus iustificare. Si deus itaque id facere demonstratur, id est decori ducit & glorie nobis iusticiam hoc tempore elargiri, quo & peccata inualuissent, & nobis nil esset spei reliquum tanquam qui morbo paralytici videremur correpti, & vita perfuncti, quo pacto tu Iudeus cum sis, istiusmodi dei gloriam erubescis?

**VBI** ergo gloriatio tua, exclusa est, per quam legem factorum non, sed per legem fidei. Ostendit nos fide iustificari, unde & merito Iudeum inquit rogat, ubi nam tua est gloriatio & animi tumor, neque enim ubi est virtus inquit quae certe nullam habebat, nisi solam iactantiam, subitque exclusa est & explosa, hoc est nullum habet temporis spacium, fuerat enim vobis ante Christi aduentum in lege hac gloriandum, in praesentiarum vero nulla est ad id oportunitas, est enim lex vestra inutilis plane deprehensa, si enim illa iustificandi vim habuisset, quid opus nobis Christo fuisset, dicit forte aliquis quia lege fuit gloriatio ista exclusa, num ab ipsis operibus lege iubente, qui haec fecerit viuet in eis, haec enim lex ipsa Moysaica imperabat, nequaquam inquit, sed a fidei lege quae per gratiam non ex operibus largitur iusticiam, vides ut fide legem idcirco appellet, quia legis hoc nomen apud Iudeos venerationi habetur, est itaque tibi o Iudee in fide manendum, quae iustificare vel solare potest.

Propitiationis  
arce.

Fide iustificabitur.

Lex iustificandi  
non habuit.

**ARBITRAMUR** igitur iustificari hominem per fidem sine operibus legis, an Iudeorum deus tantum nonne & gentium? immo & gentium, quoniam vnus est deus qui iustificabit circumcissionem ex fide & preputium per fidem. Postquam ostendit iustificationem in christi sanguine, non in operibus legis constare, sine sermone facit, inquitque arbitramur sane per fidem cunctos iustificatum iri mortales, neque id dictum grauius tuleris o Iudee quasi absurdum aliquid ex hoc subsequatur, non enim cuiusque vnus dumtaxat partes tutatur deus, ut te solum saluum facturum sit, quin vniuersos est homines donaturus salute, hoc loco acerrime Iudeos impudentie arguit, utpote qui deum audeant impugnare, cum non existiment, vel gentes salutem assequi per fidem posse, non enim credunt communem hunc esse cunctorum hominum deum, curareque eaque omnia, vnus igitur est, id est idem Iudeorum & gentium deus, qui & circumcisum non ex lege, sed fide iustificat, & qui in preputio est, fidei intercessu admittit, facta autem circumcissionis & preputii mentione, repetit etiam quae paulo ante dixerat, quibus significabat neque circumcissionem neque preputium sine operibus quicquam prodelle, quin obesse potius per se singulas, & utraque demum fide indigere.

Iustificatio non ex operibus legis.

**LEGEM** ergo destruiamus per fidem, absit, sed legem statuimus. Cum fidem Paulus asserendo, legem destrueret, essetque propterea Iudeis infestior, pro sua prudentia rem lenit inquit, legem per fidem statuimus, nam quod erat legi propositum, ut hominem iustificaret, id nequit, illa sine fide perficere, siquidem ut primum quis

Fides le credidit iustificatur, non igitur legem destruit fides sed statuit, quo verbo iacere illam gem nō ostendit, quam postmodum statuit erexitq.

cap. 4.

Abrahā ex fide non lege iustificatus. **Q**UID ergo dicemus inuenisse Abraham patre nostrū secundū carnem, si enim Abraham ex operibus legis iustificatus est habet gloriam, sed non apud deū, quid enim scriptura dicit, credidit Abraham deo & reputatum est ei ad iusticiam. ¶ Sat iā de fide rationibus firmatis eamq; demū omnibus necessariam fore, vel Abrahæ exēplo cuius maxima esset apud iudeos auctoritas patefecit, inquit namq; Abrahā ille qui tot rebus egregie gestis plurimum claruit, non ex operibus est, sed fide iusticiam consecutus, patrem autem hunc secundum carnem appellat, vt iudeos ab ea prorsus quæ spiritu sit cum Abraham propinquitate excludat, quā etiam illos compellit vt Abraham omnibus in rebus sectetur, aitq; si enim ex operibus iustificatus est ille gloriam habet, sed non apud deū, hoc est gloriari hic potest qui suo labore aliquid egerit sed non apud deum, qui vero sit per fidem iustificationem adeptus, & hic gloriā apud deum assequitur, & ideo gloriatur quia dei gratia salutem ab eo & beneuolentiam est consecutus, potest & aliter apud deum in fide quispian gloriari cum illum & laudibus effert, agitq; pro fide suscepta gratias, creditq; eidem factū fore facillima quæ fieri non possunt, fidit itaq; in deo & gloriatur, qui nihil helitās de deo quā optime sentit creditq; illi nihil factū esse difficile.

*no e iusticiam p p p p p  
meritis ut a d d d d d  
Sua / S q d d d d d d d  
Sua / S q d d d d d d d  
in d d d d d d d d d d d  
E d d d d d d d d d d d  
Sua / S q d d d d d d d*

**G**loriari ideo quomō quis dicatur. **E**I autem qui operatur merces non imputatur secundum gratiā, sed secundū debitum, ei vero qui non operatur credenti autē in eum qui iustificat impiū, reputatur fides eius ad iusticiam, sicut & Dauid dixit, beatitudinē hominis cui deus in acceptū refert iusticiam sine operibus. Beati quorū remisse sunt iniquitates & quorum tecta sunt peccata. Beatus homo cui non imputatit dñs peccatū. ¶ Qui operatur inquit mercedem accipit quæ credenti cum deberetur soluta est, tamen si nihil operetur & fidem pre se tulerit, quæ magni habetur, vt autē haberi pro comperto queat, posse hunc deum qui impietixerit, non solū a tormentis eximere sed iustū reddere, illud subdit credenti autē in eum qui iustificat, & ideo credenti cui fides ad iusticiam reputabitur, videlicet illius fidem admittit deus, non ea propter vt mercedē ei dependat, sed vt faciat iustum. Num igitur est & hic quippiā allaturus fidem dumtaxat, cū itaq; abutitq; Abraham per fidem iustificationem huiusmodi fluxisse ostenderit, & Dauid illā inducit, beatum appellans cui d omnis crimen non imputauerit, remq; vt augeat magni facit nam si beatus est cui gratis remittitur commissā, longe magis & qui fidem pertulerit, iusticiam assequetur, dicit aliquis haudquaquā id asseras velim, per magnū est enim gratis errata dimitti, is quidem dicitq; & beatus potest, cuius missa sint facta delicta, neq; enim beatum hunc faceret in gloriam insignis esset & clarus, est nāq; per magna beatitudo hæc & iustificatione ipsa præstātor, vt pote quæ pro arce quadam bonorum omnium habeatur, quæ nobis a domino conferuntur.

**B**EATITUDO ergo hæc in circumcissione manet an etiam in præputio? dicimus enim quia reputata est Abrahæ fides ad iusticiam, quomodo ergo reputata est, in circumcissione an in præputio? ¶ Si beatitudo inquit ei congruit cui nil criminis ascripserit deus, id est quid sit haud dubie iustificatus, iustior ergo factus est Abraham & plane beatitudinem consecutus, spectandum igitur quando sit ille iustificationē adeptus, cum in circumcissione maneret, an in præputio, beatitudo ergo in præputiū cadit, hoc est præputio magis est quam circumcissione accommodata.

**E**T signum accepit circumcissionis signaculum iusticie fidei, quæ in præputio est, vt sit pater omnium credentium per præputiū vt reputetur & illis ad iusticiā, & sit pater circumcissionis nō his tantū qui sunt ex circumcissione, sed & his qui sectantur vestigia fidei, quæ est in præputio patris nostri, Abrahæ, ¶ Soluit quod posset inferri

obiectum, dicit aliquis, si cum in præputio iustificatus est Abraham, cur ergo & circumcissus est? inquit igitur circumcissionis signum pro signaculo accepisse, quo & obli-gnaret & predicaret suam ex fide iustificationem, quam fidem vel dum in præputio esset, prese tulisset, Cum autem duo hæc Abrahæ videantur inesse præputium scilicet & circumcissio, per præputium quidem, eorum qui in præputio sunt ostenditur pater, qui tamen reddat ei creditos nil sui ab similes, & ita vt vel illis fides suscepta ad iusticiam computetur, hoc est vt iusti efficiantur, ex circumcissione etiam pater esse monstratur circumcissionis, hoc est eorum qui sunt circumcissi. Est itaq; Abraham non eorum modo qui in circumcissione sunt parens, sed omnium plane qui sue fidei, quam esse id præputio constat, insunt vestigiis, hoc est qui idem quod ille & cre-dant & sentiant, credidit enim ille resurrectioni aliquando corpora morte confecta, habereq; & deum ex se vel decrepito semen excitandi facultatem, & filium mox procreandi, huc redit dictorum summa hæc omnis. Abrahā cum in præputio esset, & credidit & iustificatus est, ita vt eorum qui in præputio commanerēt pater sit habitus. Deinceps circumcissionem accepit in signum eius quæ in præputio esset fidei, quam hic etiā cum circumcissus esset seruabat, Et itaq; vt quando in præputio non desit hæc fides, frustra Iudei haud secus circumcissionem iactare hanc valeat, quam hi qui & si faculum aliquem obli-gnatum ostentent, vacuus tamen pecuniis deprehendatur. Iu-deus igitur marsupium gestat circumcissionis signo munitum, cum fidei nullam ha-beat notionem, cuius signaculum est circumcissio.

Abrahā si iustifi-catus cur circumcissus?

Abrahā pputii & circumcissionis pater.

Abrahā credidit resurrectionem mortuorum.

Simile,

**N**ON enim per legem promissio Abrahæ aut semini eius vt heres esset mundi, sed per iusticiam fidei, si enim qui ex lege heredes sunt exinanita est fides, abolenda est promissio. ¶ Ostendit iustificationem haudquaquā ex lege sed ex fide fieri, nunc vero asserit Abrahæ promissionem non ex lege, sed ex fidei fuisse equitate effectam, at qualis fuit ista promissio, nempe vt mundi heres efficeretur, hoc est vt in eo vniuersus benediceretur orbis terrarum nationibus, si enim inquit lex fidem donaret, esset hæc fides exinanita, hoc est inanis prorsus & inutilis esse cōiiceretur, quis enim vltra illius consequende susciperet curam, si lex promissionem præberet, nequaquā res ita se habet, nā abrahā promissionis factus est heres, non lege, quippe quæ nulla tunc esset, sed fide, quæ admodum & scriptis proditum est, credidit abraham deo.

Promissio facta abrahæ.

Abrahæ fides.

**L**EX enim iram operatur, vbi enim non est lex, nec præuaricatio. ¶ Confirmat hoc loco promissionem ipsam per legem inanem reddi, inquit enim legem sequitur præuaricatio, legis vero transgressio irā operatur & maledictionem & supplicium infert, qui autem supplicio fuerit adiudicatus, quo pacto poterit mundi hic heres fieri?

**I**DEO ex fide vt secundum gratiam firma sit promissio omni semini, non ei qui ex lege est solum sed ei qui ex fide est abrahæ, qui est pater omnium nostrum sicut scriptum est, qui patrem multarum gentium posui te ante deum cui credidisti. ¶ Cū constet legem iram inducere, ideo abraham inquit fuisse iusticiam & hereditatem adeptum, vt omnia per gratiam cedant, at cui rei conducet hæc gratia? nimirum vt promissionem confirmet, non enim in legis morem vllam habet in se præuaricationē, vt quæ semel effecerit nihil habeant firmitatis, verum cum vniuersa sint in dei cum gratia, tum misericordia sita, profecto quæ ab eo conferuntur stabilia fore & certa omni semini, id est credentibus cunctis existimanda sunt, neq; his solum qui ex lege fuerint, id est circumcissis, quin etiam & in præputio constitutis, qui semen abrahæ sunt & iidem ex fide. Ita sit, vt qui fide caruerint, neq; eius ex femine arguatur producti. Qui omnium nostrum est parens, credētium scilicet quemadmodum scriptum est, quia patrem multarum gentium te constitui coram deo cui credidit, horum talis est sensus, abraham cunctorum est pater ante deum, id est ad instar dei est pater, & quæ b. iiii.

Abrahā cūctorū pater cur dicatur.

admodum ille est omnium parens, ita & is non naturali sanguinis nexu sed fidei p̄pinq̄tate cunctorum est genitor. Propterea & illud adiecit cui credidit, vt arguat hunc pro præstita fide in præmium accepisse, vt pater omnium fieret, quod si hunc Iudeus ipse haud quā admiseris, imminuisti proculdubio honorẽ, quem ille est ex fide promeritus.

¶ QVI viuificat mortuos & vocat quæ non sunt, tanq̄ ea quæ sunt. ¶ Quod supra dixerat hoc loco confirmat, credidisse scilicet Abraham, posse deum & huius corpus demortuum excitare, reddereq̄ & illi feminis genitalis vigorem, idcirco nũc inquit qui viuificat mortuos, illud vero qui vocat ea quæ non sunt tanq̄ ea quæ sunt, ideo intulit, vt ostendat deo nil prorsus impossibile, vel eos Abraham liberis facere qui non essent Abraham liberi, & senescentis demortuam vere naturam ad filios procreandos habilem reddere, nec sane qui deducit inquit sed qui vocat, nam quæ admodum nobis difficile est, suis nominibus appellare, quæ visuntur & constant, sic illi facile quæ nusq̄ sunt constituere.

¶ QVI contra spem in spem crederet, vt fieret pater multarum ḡtium. ¶ Nequaquã inquit existimes fuisse honoribus Abraham temere insignitum, qui enim fieri aliter poterat, qui spem præter humanam diuine præstitit fidem, futurum se multarum gentium patrem, nec Ismaelitatum quidem, qui ex se non fide sed natura fluxissent, sed eorum qui fide sui similes forent.

¶ SECVDVM quod dictum est ei, sic erit semen tuum sicut stelle cœli, & sicut arena maris, & non est infirmatus fide, nec considerauit corpus suum emortuum, cū fere centum annorum esset & emortuam Sarre vuluam, in re promissione etiam dei non hesitauit diffidentia, sed confortatus est fide, dans gloriam deo, plenissime sciens quia quæcunq̄ promissit deus potens est & facere. ¶ Illud quod pauloatẽ dixit, spem præter omnem humanam, diuine Abraham fuisse potestati confisum, hoc loco confirmat videlicet quod denuntiatum illi fuisset semen eius vt astra cœli futurum, & vt maris arena, ipseq̄ nil fide infirmus quin eavel enixe seruata, nulla sui corporis ratione habita, quod esset etate multa confectum, nec Sarre vulua considerata duplici mortificatione affecta, id est senio & sterilitate demortua, nõ hesitauit, hoc est nil prorsus habuit quod ille ambigeret, quin statim per fidem fortior est effectus, aduerte autem quemadmodum asserat magnis animi viribus indigere credentem, fuere tamen nonnulli qui fidem eo parui existimarent, quia nihil in se præferat difficultatis, opera vero ob id magnificat quia plurimum habent sudoris, firmitatemq̄ & robur exposcunt, necessarius inquit credenti erit excelsus & fortis animus, vt diffidentie repellat suggestiones. siquidem Abraham vt fide inualuit, deo retulit gratias, nil humanis inquit iustus est verbis, quin ea quæ digna dei sunt gloria contemplatus, credit illum indubitanter facere posse quæ fieri nequirent, quod sane in dei gloriam credit, qui igitur deo fidem non adhibuerit, sed herens & dubius pleraq̄ animo versat, nullam refert gloriam deo.

¶ IDEO reputatum est illi ad iusticiam, non est autem scriptum tantum propter ipsum, quia reputatum est illi ad iusticiam, sed etiam propter nos quibus reputabitur credentibus in eum qui suscitauit IESVM CHRISTVM dominum nostrum a mortuis, qui traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram. ¶ Cum magna quædam de Abraham explicasset, ne quis forte occurrens inquit, quid nostra hoc interest? sic subdit, quoniam nostri ob gratiam scripta hæc sunt, et ad iusticiam nobis fides ista concedet, hanc modo paremus in eum credentes qui & esum a mortuis reuocauit, quod si subdubius maneat, quo pacto poteris adipisci salutem. Noscendus præterea qui tua omnia aboleuit deli-

Ismael  
te ex  
abra  
ham per  
naturam  
non per  
fidem.

Sarra se  
nio & ste  
rilitate  
affecta.

cta, qui nullo suo facinore, sed ob mundi errata mortem optulit, cum itaq̄ prorsus in noxius perfunctus est vita, merito etiam resurrexit, quo enim pacto qui sit peccati immunis, detineri apud inferos potuit, mortuus igitur est & excitatus a morte, vt a prauis nos facinoribus eximat, & iustos reddat. Vt igitur Abraham cum eius esset corpus de mortuum, vigorem pristinum recuperaturum se credidit, sic ipse pro certo habeas velim, Iesum & mortem obiisse, & ad vitam fuisse a mortuis reuocatum, quod tibi haud dubie vt tuo progenitori iusticie tribuetur.

¶ Iustificati igitur ex fide pacem habeamus ad deum, per dominum nostrum Iesum Christum, per quẽ accessum habemus per fidem in gratiam istam in qua stamus & gloriamur in spe glorie dei. ¶ De modo viuendi hoc loco differit, nam cū de fide magna quedam dixisset & opera verbis extenuasset, ne desides forte efficiamur, & nihil agendo inhesisse inerti ocio videamur, refert demum quemadmodum ducenda sit vita, cum enim inquit iusticiam nobis attulit fides, nequaquã ultra peccandum erit, quin potius pacem cum deo conciliem, & vitam hanc ita degamus, vt illum oblectet, quo pacto inquires fieri hoc licere, nimirum per Iesum Christum dominum nostrum, is enim nobis quos, cum delictis obstringeremur, iustificauit, operi est simul, & operã præstiturus, vt in iusticia perseueremus, eoq̄ ad illum accessum habuimus, q̄ si longius nos aberrantes reduxit, longe magis adeuntes se detinebit. Inuexit autem nos in hanc gratiam, quo pacto, in fide scilicet, id est cum fidem intulisset, verum quæ ista est gratia: bonorum inq̄ omnium quæ nobis p̄ baptismum obueniunt assecutio, in qua itamus, hoc est in qua obfirmati, & stabiles sumus, permanent namq̄ bona illa cœlestia, nec casum aliquem patiuntur, nec solum eorum quæ consecuti iam sumus est nobis firma possessio, sed alia capiendi spes est. Gloriamur enim inquit in spe bonorum videlicet quæ in nos sunt conferenda, quæ cum ad dei gloriam, faciant nobis vt conferantur necesse est, & si minus nostri ob gratiam, vt illi tamen gloria deferatur.

¶ NON solum autem, sed gloriemur in tribulationibus, scientes quoniam tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio vero spem, spes aut non confundit. ¶ non solum inquit futuris in bonis nos gloriamur, sed quod præstatius est, & in presentibus hisce nostris angustiis, neq̄ enim id iniquo ferendum est animo, quod angimur ipsi, & irgemur, cum Christiani potius sit hæc gloriatio, quo pacto: nimirum quia p̄sentia patientiam parit, patientia vero eum qui fuerit oppressus probatissimum reddit, qui vero de se experimentum dederit sue conscientie bonitati confisus, quia dei ob gratiam malis plurimis virgeatur, sperat haud dubia pro his præmia se receptorum, cuiusmodi spes nec labitur vnq̄, nec sperantem confundit, nec fallit, si quidem rerum humanarum spes omnis cum exitum qui sperabatur nacta non fuerit, confusionem affert in se confidentibus, quod tamen haud quā ea spe quæ in ea sit habita potest contingere, ille namq̄ nobis cum immortalis, & bonus sit, largiturus est bona, quæ utiq̄ se capientibus pariunt vitam, qua vel defuncti fruuntur, quo fit, vt nihil impediat quo minus vobis ad vota succedat spes ista in deo sita.

¶ QVIa caritas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. ¶ Confirmat quæ nobis a caritate ipsa quæ erga nos deus ostendit sunt obuentura, quasi huiusmodi inquit, nil diffidas, nõ enim bonorum cœlestium spes ipsa concidet, qui enim nos adeo est caritate complexus, vt per spiritum sanctum, vel nulla nostra industria dei filios fecerit, quo pacto post multos labores non palma & coronis donabit, diffusa est itaq̄ caritas dei in cordibus nostris, hoc est habundans & opulenta est visa, spiritum nobis in corde habentibus, quem ipse immiserit.

¶ Accedat etiam q̄ Christus cum infirmi essemus secundum tempus pro impiis mortuus est, vix enim pro iusto quis moritur, nam pro bono forsitan quis audeat mori.

b. iiii.

Abrahæ  
fides.

cap, m  
s?

Gratia  
que ex ba  
ptismo.

Patientia  
Christia  
norũ p̄  
pria.

Spes hu  
mana fal  
sax.

Spes bo  
norũ cœ  
lestiũ nõ  
cõcidit.

AD ROMANOS!

Commendat autem suam caritatem deus in nobis, quoniam si cum adhuc peccato res essemus Christus pro nobis mortuus est, multo magis igitur iustificati nunc in sanguine ipsius salui erimus ab ira per ipsum. Dixerat dei caritatem in cordibus per spiritum sanctum praeferi, quem ipse contulerat, exprimit praeterea caritatis ipsius diuine magnitudinem, ob eam quam Christus nostri gratia qui sumus infirmi ores hoc est qui deliquimus subiit mortem. Si quidem infirmitas ipsa peccata praetendit, quemadmodum & iustitiam sanitas, nec solum pro peccatoribus ille, sed etiam pro impiis vltro mortem adiuit, quod sane debet maius videri, tametsi pro iusto vix quisquam morietur, praefertur itaque amoris immensitas eius, qui voluit pro delinquentibus nobis & impiis mortem obire, secundum vero tempus hoc est tempore decenti, & destinato, cum enim oportunitate visum mortuus est, quod si ex caritate mortem ille peressus est, & per mortem iustificauit, longe magis hoc tempore ab ira nos tutabitur, quippe quos iam iustificauit, contulit enim quod praestantius videbatur iustificationem videlicet, & ab ira nos demum vtrum sit necne exempturus addubitamus: a qua ira cum erimus liberi & bona est ob ingentem suam in nos caritatem daturus.

Christus nos per mortem quomodo iustificauit.

Si enim cum inimici essemus reconciliati sumus deo per mortem filii eius, multo magis reconciliati salui erimus in vita ipsius. Videtur de rebus iisdem habere sermonem tametsi diuersa sint sensa, quae comparationibus exprimuntur. Superius namque illud esse nos scilicet peccatis obstrictos proposuit, deinceps iustificari subiiciens per comparationem intulit, cum peccatores essemus iustificauit per mortem, & longe magis iustificatos saluabit, nunc vero & Christi vitam & mortem repetens rursus comparando explicat sensum, hoc pacto inquiring, tunc quidem reconciliati per Christi sanguinem & mortem fuimus, nunc vero eius in vita haud salui efficiemur: qui enim nec proprio filio peperit, qui illum morti conciliandi nos gratia obtulit, nonne vel in praesentiarum maxime illius in vita saluos non reddet?

Pauli gloria.

NON solum autem, sed & gloriamur in deo per dominum nostrum Iesum Christum, per quem conciliationem accepimus. Non modo inquit salutem sumus iam consecuti, quin etiam gloriamur in deo, id solum quia cum impii fuisset, salui sumus iam redditi, & per vniuersi sanguinem gloriamur, & per dominum Iesum, quippe cum ipse sit huiusce nobis gloriae causa, qui & conciliationis fuerit,

In Adā quomodo deliquit se omnes dicatur.

PROPTEREA sicut per vnum hominem in hunc mundum peccatum intrauit, & per peccatum, ita in omnes homines mors ipsa pertransiit in quo omnes peccauerunt. Cum iustificauit nos dominus Iesus dixisset, ad ipsius mali radicem diuertit, peccatum videlicet & mortem. Indicaturque id vtriusque vniuersi hominis Ade vitio inualisse mundum, abscessisseque item hominis vniuersi, id est Christi virtute, quid vero illud sibi, in quo omnes peccauerunt velit, explicabo. In Adam scilicet omnes homines deliquerunt. Nam eo labente, vel qui de ligno nihil edissent, suo crimine mortales sunt facti: perinde ac si ipsi forent peccato obnoxii, quia ille peccasset.

VSQUE enim ad legem peccatum erat in hoc mundo, peccatum autem non imputabatur cum lex non esset, sed regnavit mors ab Adam usque ad Moysen etiam in eos qui non peccauerunt, in similitudinem preuaricationis Ade qui est forma futuri. Arguere nititur qui de ligno nec menducassent nequaquam pari cum Adam obstringi facinore, alioqui ob Ade peccatum haberent pro peccatoribus, & fuisse mortales effectos, id ipsum hoc pacto confirmas, ad legis usque promulgationem regnavit peccatum, hoc est antequam lex ederetur, quere aliquis, quo ergo pacto commitebatur: nimirum non ex legis preuaricatione, quod enim erat futurum peccandi genus lege non edita: tunc enim delictum admitti existimatur cum leges conduntur. Quas homines aliquando tras-

AD ROMANOS!

EO. XIII!

gressi, dicuntur fuisse in crimen lapsi, mors autem ad Moysen usque regnavit, id est antequam lex vlla ferretur, nec profecto illa vnquam regnasset, nisi aliquid extitisset quod haec confirmasset peccatum. Cum autem perspicuum sit ex legis transgressu quae nulla esset nondum deriuasse peccatum, relinquatur sane Ade fuisse preuaricationem, quae occasionem attulerit, qua mors ipsa vel in eos regnaret, qui quantum in se esset nihil deliquissent. Qui enim non legem accepit, neque illam transgressus est, haud quaquam dicitur facinus commisisse, veruntamen preuaricantis Ade similitudine vel ceteri omnes crimine obstringuntur, & cum Adam, qui forma est Christi tanquam pro genitore sunt peccati participes, nam quemadmodum Adam ille vetustior, cunctos vel immerentes, crimini suo fecit obnoxios, Sic Christus omnes iustificauit, vel si iustificationem minus essent commeriti, & adam id circo est forma futuri, hoc est christi.

Ade preuaricationis.

Vetustior Adam.

Sed non sicut delictum ita & donum, si enim vnus delicto multi mortui sunt, longe magis gratia & donum in gratia vnus hominis in plures habundauit, & non sicut per vnum peccatum ita & donum, nam iudicium ex vno in condemnationem, gratia autem ex multis delictis in iustificationem. Non modo inquit tantum profuit, Christus quantum Adam offecit, si enim peccati tanta vis fuit ut delinquente vno, vel ceteri omnes nullo admisso crimine, quia ortum ex eo dumtaxat habuissent, damnarentur longe magis dei gratia & patris, nec huius solum, sed filii in super in multos affatim defluxit, nec tanti illud est dei munus, quanti ob vnus erratum damnatio, id est additum damnationi peccatum, quod ex Adam vno manauerit. In damnationem, id est in mortem, vel quia eius posterum multum incrementibus vicis tantopere sunt euecti ad scelera, ut non solum delictis verum & mortibus infecerint homines, gratia autem ex multis delictis in iustificationem, hoc est gratia non modo pristinum illud deleuit peccatum, quin & reliqua sustulit mala quae postmodum inuafere mortales, quippe cum crimina quae post preuaricationem sunt consecuta, profus dissoluerit, nobis ad iusticiam cessit.

Adā forma christi.

Si enim in vnus delicto mors regnavit per vnum, multo magis habundantiam gratiae & donationis & iustitiae accipientes in vitam regnabunt, per vnum IESUM Christum, Igitur sicut per vnus delictum omnes homines in condemnationem vite, si enim inquit de ligno homine vno gustata mors ipsa regnavit, longe magis & nos qui gratiae sumus vbertatem & habundantiam nacti, & iusticiam consecuti per vnum Christum IESUM & vita potiemur, & regno, cuius & fratres sumus effecti, & vnus panis participes. Nec secus illi in huiusmodi quam capiti corpus, Neque enim simplici aliquo & vnico bono affectu iam sumus, ut quicquam sit de futura gloria hesitandum. Sed gratiae habundantia bona nobis impertit, qui haud secus habentis sumus, ac alius quisquam qui eris alieni sit obstrictus magnitudine. vbi cum liberis & vxore in carcere traditur, non solum carcere & debita pecunia liberetur, sed donetur etiam talentis mille, in uectusque in regiam aulam dignetur honore amplissimo, sicque demum ab imperatore in filium adoptetur, ut itaque sensum concludat sic inquit, Igitur sicut per vnus delictum omnes homines pereunt, Sic per vnus iusticiam in omnes homines diffunditur gratia, hisque & iustificationem pro peccato condonat, & vitam pro morte.

Simile.

Sicut enim per inobedientiam vnus hominis peccatores constituti sunt multi, ita & per vnus obedientiam iusti constitutur multi. Non enim rei eiusdem repetitio est vbi apparet, sed cum diceret superius sicut per vnus delictum, sic per vnus iusticiam. Nunc quid sit vnus delictum interpretatur, exprimitque quid inobedientia sit, per quam constituti sunt peccatores multi id est homines supplicis obnoxii, & mortis rei, quidue sit vnus, id est Christi iusticia, atque hanc esse mortis obedientiam & crucis mortem, quam obedientiam, morte contrita ex mortis sumus erepti damnatione.

Delictum vnus. Vnius iusticia.

Lex autem subintravit ut habundaret delictum, ubi autem habundavit delictum superhabundavit & gratia. Postquam Ade culpa ostendit fuisse omnes damnationi ad iudicatos, Christi vero iusticia salutem adeptos, iure quis possit ambigere, quare reus quid ergo tot seculis lex ipsa effecit, si iusticiam nobis impertitus est Christus: inquit igitur legem subintrasse, hoc est ad tempus aliquod fuisse hanc traditam, non ut prior ipsa iustificaret, quippe quae subies, peccatum potius accumulavit, multa enim iniunxit, quae cum homines transiliret, augebatur delictum, Lex itaque tradita est imminuendi gratia tollendi prava facinora, habuit tamen longe diuersum rei euentum, hominum sane non legis incuria, Cum itaque per legem habundavit peccatum, superhabundavit tamen per Christum & gratia, quae non solum a peccatis arceret, quin & iusticiam largiretur, coelestis quoque faceret homines, & in dei filios adoptaret, ideoque non habundasse, sed superhabundasse dixit, ut eius gratiae exprimeret veritatem.

Grā sup  
habūda  
uit per  
christū.

Ut sicut regnavit peccatum in morte, ita & gratia regnet per iusticiam in vitam eternam. Cum superhabundare gratiam diceret & rei indicat rationem, ne diffidamus, inquitque ad instar regni alicuius se habere peccatum, mortem vero in militis armati morem. Si nobis igitur dominatur peccatum, quod mortem habeat sub se militantem, longe magis & gratia in nos imperium est habitura, quae iusticiam ducet, delicti perniciem, quod cum perdidit & morti sit intetum allatura, & vitam inductura sempiternam, & quasi acie vtrinque instructa, Peccatum quidem pro milite mortem habebat gratia vero iniusticiam sustulit, igitur iusticia quae regnaret peccatum, & mors vna cum peccato, ita effectum est, ut vita sit sempiterna inducta.

Grā su  
stulit i  
iusticiam.

cap. 6.

Ab sit,  
quā dicat  
a paulo.

Quid ergo dicemus permanebimus in peccato, ut gratia habundet: absit, qui enim mortui peccato sumus quo pacto adhuc vivemus in illo? Cum dixisset ubi habundavit peccatum superhabundavit & gratia, dicitur est forsitan aliquis, nil ergo committere de finamus, ut in crescente delicto concreascet & gratia, id igitur hunc in modum, nunc soluit, absit inquit, quod prohibentis est, idque paulus dicitur in rebus solet ab surde admodum per alios affirmatis usurpare, ita mox subdit quia peccato mortui sumus, id est quantum in eo est morti adiudicamus, ergo nec ultra illi gerendus est mos. Verum quo pacto in delicto vivemus, cum illi scilicet ita afficiamur, ut ei obtemperemus ex eo autem novimus fidelem omnem esse baptismatis gratia peccato demortuum, eundemque si negligentius agat, excitatum tandem & ad vitam redactum ut cum delicto feratur in praecipuum, ut impiger contra & diligens apud se semper mortificationem huiusmodi feruat, peccatoque imperat, & illi non obsequitur.

Mori  
peccato  
quod sit

An ignoratis fratres quia quicumque baptizati sumus in Christo Iesu in morte ipsius baptizati sumus: conscripti enim sumus cum ipso per baptismum in mortem, ut quomodo surrexit Christus a mortuis per gloriam patris, & nos in novitate vitae ambulemus. Confirmat quemadmodum peccato mortui sumus, per baptismum vivimus delicti, sumus enim in Christi morte nos baptizati, hoc est ut ille morte affectus est, & nos moriemur, baptisma enim in nobis eum obtinet locum, quem crux ipsa & sepultura in Christo, ille namque carni & mortuus est & surrexit, nos vero peccato morietes, virtuti sumus resurrecturi, ut quemadmodum Christus carni surrexit a mortuis per gloriam patris, hoc est per suam divinitatem, patris enim est gloria filii, sic & nos per aliam quaedam surgamur resurrectione, id est per vitae novitatem, sic & mechus aliquis & lascivus cum sit continentior & si mortuus fuerat, surrexisset dicitur, confecta nequitia & excitata virtute.

Virtutis  
resurrex  
tio.

Si enim complantati facti sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus hoc scientes, quia vetus homo noster simul crucifixus est, ut destruat corpus peccati, ut ultra non serviamus peccato. Non enim dixit quoniam participes sumus similitudinis mortis suae effecti, sed complantati, ut ipsius plate nomine & fructu simul

ostendat, domini enim corpus cum esset in terris sepulture mandatum, fructum protulit. Et quoniam in terra ille, nos vero sumus in aqua sepulti, & ipsi quidem peccato, ille corpore propterea non morte dixit, sed mortis similitudine, qui etiam vel resurrectionem participes erimus, & vitae illius sempiternae heredes, quia bonis operibus resurrectionem pertulimus, nam & vetus ille noster homo id est nequitia, simul est crucifixus, hoc est haud secus quam Christi corpus suspensum patibulo, baptismo est conscriptus ut corpus peccati destruat, vel etiam dixit nequitiam, quae variis modis conscripta sit, tanquam unum sit corpus, vel quod ex ea in illa corpus hoc nostrum preteditur, in peccata proclive, & ideo inferat, ut non ultra serviamus peccato velim autem corpus hoc nostrum morte affici, non ut intereat, sed ut non delinquat.

Vet hō  
id est ne  
quitia

Quia enim mortuus est peccato iustificatus est a peccato. De quovis hominum haec loquitur, nam quemadmodum qui haec sit, vita perfunctus, a peccato iustificatur id est soluitur & liberatur, sic & ipse qui sit baptismum perfusus & peccato demortuus in hac morte persistas necesse est.

Si autem mortui sumus cum Christo credimus, quia simul etiam vivemus cum eo, scientes quia Christus resurgens a mortuis iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur, quod enim mortuus est, peccato mortuus est semel, quod autem vivit, vivit deo, ita & ipsi existimate vos mortuos quidem esse peccato, viventes autem deo, in CHRISTO IESU domino nostro. Videtur hoc loco Apostolus longiori oratione proventus. Quod tamen haud ita se habet Superius namque differuit oportere nos semper peccato esse demortuos, nunc vero ut in nobis ipsis vitae illius divinae habenda sit resurrectio, nam si cum Christo mortem per baptismum obivimus, credimus tamen nos vel vitae ipsius novitate resurrectionem assequi posse nobis perpetuo affuturam, Christus siquidem non amplius moriturus, vivit in sempiternum, & quia mortuus sit, peccato dicit obisse, hoc est nostris erratis, tamen si morti non esset obnoxius, quod autem vivit, vivit deo, id est divinae potentiae, in dei enim & patris virtute vitam agit perpetuam, & quoniam non iterato moriturus est Christus, nec ipsi quidem secundo mortem baptismi ob gratiam patiemur, maneamus igitur in prioribus hoc est in morte quidem peccati, resurrectione vero eius quae secundum deum est vitae, hoc in CHRISTO IESU adipiscemur, id est illius ope, qui enim vel mortuos suscitavit, longe magis & vivos in vita tutabitur.

Christus  
quomodo  
peccato  
mortuus  
dicatur.

Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore, ut obediat illi in concupiscentiis eius. Postquam satis patefecit nos nec violentia vlla nec necessitate coactos, sed voluntarios ab ipsa nequitia detineri, nequaquam huiusmodi intulit ne scilicet tyrannidem in vos peccatum exerceat, sed minime regnet, Rex siquidem volentibus praesidet, cum vero in nostro mortali corpore inquit, duo quaedam pretendit, alterum quia minus stabiles sunt corporis voluptates, quippe quod mortale sit & non diuturnum quo sit ut nihil illi quo diu letandum sit possit accidere, neque quae laboriosa sunt tolerat unde nec ei licebit tristitia quaeque vel agone defugere, quae sunt plerumque voluptatibus preuia, altero autem nos commone facit mortalitatem hanc a delicto fuisse corpori inditam noli ergo morem ei amplius gerere quod mortem inducit, at quale est peccati hoc regnum, tunc quidem illud videbitur potiri imperio, cum in his ei obtemperabimus quae & voluptatis sunt & corporis concupiscentiae, sit itaque ut nichil officiat corpus, sed id quod ad peccandum praestatur obsequium maxime noceat, Aduerte autem quam sumus ipsi a Christo gratia consecuti, deliquitque Adā immortale corpus sortitus, nos vero & si mortale obducimur, peccata simul & vitia superamus.

Manen  
dū i mor  
te pcti.

Volupta  
tes, cor  
pis qua  
les.

Morta  
litas idu  
cta corpi  
p delictū

Neque exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato, sed exhibete vos ipsos deo tanquam ex mortuis viventes, & membra vestra, arma iusticiae deo. Vbi nam gentium

Manichei armantur sunt Manichei qui corpus suapte natura neque & improbum adstruebant, cum cōstet armorum loco id esse, arma vero medium teneat virtutem inter & vicia. Militi siquidem ad ciues tutandos sica conceditur, a predonibus vero ad ciues perdendos ferrū arripitur. Nolite ergo exhibere membra vestra arma iniquitatis peccato, qui enim delinquit, in proximum sepe in seipsum semper nequiter agit, sed deo exhibete, plane discernentes, quantum inter deum & peccatum intersit, vel quæ sit conditio potior, peccati ne, quod afferat mortem, iugum subire, an dei qui vitam. Cum vero arma iusticie membra ipsa appellat, & simul quod paulo ante dictum est patefacit, non esse corpus per se iniquum, siquidem potest illud ad iusticie arma conuerti, simul etiam vt ostendat imminere & bellum, ob idque sub deo duce militiam exercendam, & arma fore in anime defensionem exponenda,

**NON** enim sub lege estis sed sub gratia. Corpus inquit hoc vestrum ante Christi aduentum facile a delicto expugnabatur, neque enim spiritus aderat opem laturus, neque qui peccatum vim trucidandi haberet baptisimus, propterea neque lex que facienda iungeret quicquam proficiebat. cum vero Christus in mundum prodisset, facilius facta est colluctandi potestas, vnde eo acius nobis sunt illata certamina, quo moiora sunt transmissa subsidia, nullum igitur in nos imperium habet peccatum, nisi enixius ipsi succubuerimus, quippe quibus nulla sit imposita lex, quæ iubeat solū & nihil afferat opis, sed gratia contributa, quæ superioribus delictis omiſſis, de bonis futuris faciat certiores,

**QVID** ergo peccabimus quoniam non sumus sub lege sed sub gratia, absit, nescitis quoniam cui exhibuistis vos seruos ad obediendum serui estis eius cui obedistis, siue peccati ad mortem, siue obediens ad iusticiam. Vbique occurri posse obiectio nibus Paulus suspicatur, ideoque illas & inducit & soluit, quemadmodum illud cum absit inquit. Deinde perfacilem nobis arguit esse peccandi abſtinentiam, per noscitur itaque vtrum sit fatius, peccati ne obſtrungi nos seruitute, vtroque illud adire, id enim cum exhibete inquit pretendit, & mortem lucrifacere id est, immortale supplicium nobis parare, siquidem ad peccatum mortem peperit corporis, presens vero delictum mortem intulit sempiternam, id est perpetuis homines supplicis tradidit, an Christo obtemperare, iusticiamque & quæ hanc consequuntur bona adipisci.

**GRATIAS** autem deo quod fuistis serui peccati, obedistis autem ex corde in eam formam doctrine in qua traditi estis. Ideo inquit deo habende sunt gratie, quoniam non humane illud sed diuine potentie est, fuisse vos e tantis erutos malis, non enim coacti sed voluntarii & ex corde obtemperastis, non ergo vobis pristina illa repetenda sunt mala, a quibus sponte iam dudum defeceritis, ostendit preterea cum fuerint non inuerti ad bonum traducti, esse id omne diuine gratie ascribendum, traditi estis, id est a deo deducti estis in formam doctrine, qualis autem sit doctrine, hæc forma si que/ras, certe vitam dixerim rectiorem & bonis operibus incumbentem,

**LIBERATI** autem a peccato serui facti estis iusticie, humanum dico propter infirmitatem carnis vestre, sicut enim exhibuistis membra vestra seruire immunditatis, & iniquitati ad iniquitatem. Ita nunc exhibete membra vestra seruire iusticie in sanctificationem. Duplici estis a deo affecti beneficio, & quia estis a tanta scelerum feritate erepti, tum etiam quia vobis permissum est iusticie seruire, quod sane vobis ad gloriam cedit non mediocrem, cum vero esset illi dicendum quod diu peccato obtemperastis, tam diu & deo prestare obsequium, anticipans inquit humanum dico id est tenuis quid & exiguum & vestre infirmitati conueniens, nam & si longe magis deo sit quam peccatis seruiendum, ob vestram tamen infirmitatem, vel parem eius quam delicto exhibuistis, deo prestare nunc seruitutem, vide quam perſpicuum id obsequium fecerit, quod vltro impendamus cum inquit, quemadmodum exhibuistis membra

Doctrinæ forma.

vestra in seruitutem, tanquam vos ipsi mancipantes peccato immundicie iugum subistis, incestus videlicet, adulterii, & rerum earum quæ nequeunt cum obſcenascunt: expli cari, tamen cum de sola immundicia dixerim de quouis scelere dictum velim, vt potest ad omnes hunc ipsū sermonem commune quid habeat, ad iniquitatem, id est cum nequitie plurimum studeatis, neque enim cum facinus aliquod vnum admitteretis illo contenti reliquis per vos finis imponebatur, sed scelus vnum aliud succendebat, vt vestra nequitia in maius excreſceret, pari ergo mensura exhibete membra hec vestra iusticie seruire, hoc est omni virtute contendite, vt continenter & sancte pro pristina illa immundicia, quod reliquum vobis est vite degatis.

**CVM** enim essetis serui peccati, liberi fuistis iusticie, quem ergo fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis, nam finis illorum mors est. Cum in nequitia inquit versabamini, eratis a iusticia soluti & liberi, hoc est non illi subiecti, eideque obsequi aberat omnino voluntas, sed procul ab ea ferebamini, nunc vero iusticie huius seruitutes, nil profus eritis peccati seruitute detenti, quæ preterea ex ea cepistis immundicie fructum: preter pudorem profecto nullum, at quid illi erubescant: olim numerum commissæ & praua facinora quorum finis mors est, quæ & si corporalis plerumque esse deprehenditur, anime tamen ad perniciem semper est & interitum, factum est tamen, vt mortem huiusmodi euaseritis munere dei singulari, pudor vero ille perutilis & in vobis resisterit, quippe quos preteritorum nunc pudeat scelerum.

**IN** VNC vero liberati a peccato serui autem facti deo habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem vero vitam eternam, Stipendia enim peccati mors. Gratia autem dei vita eterna in CHRISTO IESU domino nostro. Ex delicti operibus qui sequitur fructus erubescit est. Ex iusticie vero actionibus sanctificatio, puritas & castimonia in fructum obuenient, illius finis mors est, huius, vita perpetua delicti stipendium mors est. Stipendium vero pecunia dicitur, que militibus a principe ad commeatum depeditur. Peccatum igitur nobis, quos seruos habuerat, seruitutis in premium mortem retribuebat. Gratiam autem non mercedem dixit a deo futuram, perinde ac si inquit, non enim laborum accipitis premia. Sed per gratiam sunt hec omnia in CHRISTO IESU, qui hec operatur & facit.

**AN** ignoratis fratres, scientibus enim legem loquor, quia lex in homine dominatur quanto tempore viuit. Nam quæ sub viro est mulier, viuenti viro alligata est lege. Si autem mortuus fuerit vir eius, soluta est a lege viri. Igitur viuenti viro vocabitur adultera si fuerit cum alio viro. Omnia moralitate ad legum sanctionem transgreditur. Ostenditque non ultra debere hos esse legi obnoxios. Lex enim inquit, cuius vos notionem habetis, in hominem dominatur, quoad vitam hanc duxerit. In mortuos vero nullum habet imperium, sit itaque vt ipsi legi mortui sitis, cum nihil illa in vobis habeat potestatis id ipsum ante exemplis corroborat, viro enim inquit mortuo mulier facultas est alteri se viro coniungere, sic & hoc loco lex ipsa viro similis potest videri, vos vero femine, proinde vt ita prosequeretur exiebat oratio. Itaque fratres nihil amplius vobis lex dominatur, quia mortua sit, abstinuit tamen huiusmodi dicere, ne Iudeos offenderet, sed mulierem inducit, sub cuius persona Iudeos ipsos expressit, vt quemadmodum illa viro hac vita defuncto libertatem adeptæ est, sic & Iudei lege cessante, legis sunt potestate exempti.

**ITAQUE** fratres mei mortificati & vos estis lege per corpus Christi vt scitis vos alterius, qui ex mortuis resurrexit, vt fructificemus deo. Si mortui fueritis ipsi effecti, nequaquam sub lege estis, nam si viro iam mortuo non ultra est mulier obligata, longe magis cum & ipsa e vita abſceſſerit, a legis erit iugo soluta, estote ergo et vos a lege liberi per Christi corpus cruci pro nobis iuffixum. Ideo namque hoc corpus fuit

Immundicia,

Peccatorum nex?

Pudor immundicie fructus,

Stipendium peccati. Stipendium quid.

no accipitis premia laborum, sed per gratiam quæ hoc operatur.

cap. 7.

Iudei lege cessante legis sunt exempti.

morte affectū vt legi vos morientes sub altero sitis, qui vestri ob gratiam & mortuus sit & resurrexit. Lex enim vbi semel interit, vita non amplius fruatur, Christus vero moriens viuuit nequaquā ergo vobis licebit ab eo deficere qui viuens sit, at quid nobis inde lucri obueniet, nempe vt deo fructificemus, hoc est vt ex eo quod cum Christo in iuimus federe, deo rectas pariamus actiones.

Lex iudeorum interit.

¶ **C**VM enim essemus in carne passiones peccatorum quæ per legem erant operabantur in membris nostris, vt morti fructificarent. ¶ Cum ostendisset legem nichil nobis proficere ad vicia corporis euitanda, propterea quia cōmonefaciat dūtaxat vt recte viuatur, non demat vicia, mox illud subdit cū essemus inquit in carnis vita praua quedam facinora, peccatorum passiones, quæ nobis per legem innotuerūt, per animam in nostris membris operabantur, neq; enim apertius dixit mēbra ipsa nequitiam exercuisse, ne prebeat carnem criminandi occasionem, ania si quidem cythariste loco habēda est, mēbra vero pro cythara, quam si ineptus forte ille pulsauerit, & ipsa inconcinnum sonum reddat necesse est. Si legi itaq; ipsi subiicimur, cum minus liceat vicia nobis defugere, morti praua opera gignimus.

Lex nichil facit ad corporis vitia vitāda.

Aia cythariste Mēbra Cythare loco.

¶ **N**VNC autem soluti sumus a lege mortis in qua detinebamur ita vt seruāmus in nouitate spiritus & non in vetustate literæ. ¶ Non enim dixit legem fuisse irritam redditam & inanem, ne Iudeos laceraret, sed ipsi inquit sumus a lege soluti, id est moriēdo dimissi, & in libertatem redacti, & mortui & immobiles ad eam rem facti qua antea tenebamur, Peccatum scilicet, in hoc enim eramus quasi vinculis irretiti, mortui autem illi sumus vt deo seruāmus in nouitate spiritus, non in literæ vetustate olim namq; haud facile virtus poterat vendicari, cum Adam in corpore illo mortali pleraq; nature vicia excepisset, nunc vero Christi munere in baptismi ablutione natura hec nostra per spiritum est obfirmata, qui nos innouauit & iuniores effecit, & ab infirmitate liberauit. Propterea & in veteri lege perrarus erat hominum celibatus. Nunc vero nostre huius ecclesie homines innumeri sunt, qui non modo veneris abstinentiam, sed etiam sibi mortis contemptum pepererint,

Nouitas spūs litere Veteritas.

¶ **Q**UID ergo dicemus? lex peccatum est absit, sed peccatum non cognoui nisi per legem, nam concupiscentiam non cognoscebam, nisi lex diceret non concupisces.

¶ Cū pleraq; attulisset quæ legē visa sunt obtrectasse, cuiusmodi illa sunt, peccatum vobis non dominetur, neq; enim sub lege estis sed sub gratia, & lex subintravit vbi habundauit delictum, & Paulo ante, quoniam passiones peccatorum quæ per legem proferuntur & litere vetustatem, vt istiusmodi omnem mitiget suspitionem, quasi objectionem quandam inducens, & perinde ea in re consulturus sic inquit, quid igitur dicemus de lege, num illam peccati insimulabimus, moxq; id soluens. Primum nititur in re dicto, absit inquit vt in his solet quæ absurdiora videntur. Deinde rationes quasdam proponit. Lex quidem inquit peccatum non est, sed peccatum aperies neq; enim concupiscentiam cognouisset, si lege non esset concupiscentia interdicta, verum quo pacto vel extitisset diluuium vel Sodoma conflagrasset, nisi vel ante editam legem, malinatione habuisset hec cupiditas noscebatur sane peccatum, sed nondum erat concupiscentia interdicta. Neq; a deo illud cognitum erat, vt non magis in posterum legis testimonio innotesceret Superioribus enim seculis naturali quadam lege literis postmodum demandata delicti habita est cognitio, quod profecto maioris vesanie causam prebuit, nō legis vicio quæ ad bonum instrueret, sed eorū neglectu qui legi minus vacarent, quod in sequentibus perspicuum facit,

Lex peccatū non est.

¶ **O**C CASIONE autem accepta peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam, sine lege enim peccatum mortuum erat. ¶ Non enim legem dixit concupiscentiam peperisse, sed peccatum, quod dici secundum aliquos

potest iners quedā & corrupta volūtas, vel demonē per peccatū designat, quod utiq; lenere nonnulli, vel voluptatis est studium, Impetuofus enim est quidā ad peiora p lapsus, qui legis doctrina ad ea vtatur quæ secundum se fuerint. Quomodo enim & medicus febricitati cuiq; & gelidam potionem intempestiue optāt, quomodus explorare sitibundam illam permiserit auiditatem, eo magis auget non imminuetq; sitim, & medici officium sic potum eiusmodi interdiceret, egrotantis sine potione manere, sic & lex ipsa homines instruebat, vt hos a concupiscendo abigeret, volūtas tamen peccati oblectatione detenta, prauam hanc propagauit cupiditatem, neq; vnū aliquod huiusce concupiscentie genus, sed multiplex & variū profeminauit, malum enixe operata. Si quidem cum quis aliquid exequi quod ferat animus prohibetur, illico insanit & furit maxime, & peccatum tum magis patebit, cum lex preteritur, nam sine lege delictum emoritur, id est nullū esse existimatur. Lege autem extante & decentia iuggerente, viuuit peccatum, id est extat & delictum esse conuincitur. Vnde sciēter delinquent qui legem transgrediuntur.

Iners & corrupta volūtas.

Simile: Mira Pauli Theologia.

¶ **E**GO autem viuebam sine lege aliquando, sed cum venisset mandatum peccatum reuixit, ego autem mortuus sum. ¶ Sub sua persona. Apostolus humanam naturam pretendit sic inquit, ante traditam Moysi legem viuebam equidem sine lege. Propterea nec vehemens erat in me condemnatio, cum autem mandatum venisset, peccatum apparuit delictum esse, enimvero & prisci illi, si quod in crimen collaberentur, vel imprudentes & nescii delinquebant Legi vero id boni inest, quod hominibus quæ praua sunt aperit, illud autem, mortuus eram, duplici modo potest intelligi, vel quia deliquerim, vel quia acriori supplicio obnoxius sum affectus, quod sane non legis est crimen, sed eius qui legem offenderit, exempli gratia, egrotat quispiam, nec valetudine se affectum intelligit, accedens medicus laborare hunc morbo significat, in iugitq; hoc illoue cibo abstineat, qui minuere egritudinem queat, sic ille cum medico nihil optemperat, moritur.

Simile,

¶ **E**T inuentum est mihi mandatum quod erat ad vitam, hoc esse ad mortem, nam peccatum occasione accepta per mandatum seduxit me, & per istud occidit. ¶ Neq; enim mandatum mihi factum est ad mortem dixit, sed inuentum, vt hunc in modū rei absurditatem exponat. Legi namq; mens erat vt ad vitam traduceret, eoq; & tradita est, at si ex ea mors ipsa defluxit, nō est propterea illa culpanda. Sed peccatum id est impetus ille, qui ad malum deertur, & corruptus & voluptarius animus, quin potius vt proprius loquar, voluptas me ipsa seduxit, occiditq; sub mandati preteritu, quod profecto si nullum fuisset quod errata monstraret, neq; commississe viderer nec forem tormentis obnoxius, occidit vero, cum inquit ad vtrumq; potest accommodari peccatum videlicet & penam, vt illud est qd dictū est supra, mortuus sum. Apostolus id demum cōcludit & sentit lege non existente nec imputari peccatum, illa vero iam edita nec tamen seruata apparuisse delictum & reuexisse, vnde quia fuerit mandata facta transgressio subsecutum est crimen, hoc est in apertum prodiit, & peccati substantiam subiit, quæ antea nunq; cessante lege subisset, nec mente sit & cogitatum in ea erat, lex ipsa causam nullā obtulerit, nec a peccato quidem homines exime vim habet, sit ergo, vt legis ob impotentiam, dei gratia egeamus.

Legenō exiltētiū iputari delictū,

Legis antique impotentia,

¶ **I**TAQ; VE lex quidem sancta & mandatum sanctum, & iustum, & bonū. ¶ Ecce apertissime hoc loco Marchionistarum, Manicheorumq; & Simogianorum vultus obtrectantium testamentum orao bstruxit, sanctam enim perspicue predicat legem, sanctum insuper & mandatum equum & rectum, lex autem sancta a mandato hoc differt, tanq; a particulari quod vniuersale sit, leges enim partim dogmata sunt,

Lex amā dato quo mō difert,

Marchi  
onistæ  
Mani  
chei,

Peccatū  
quomō  
interdū  
accipiat  
Paulus,

Hūana  
natura  
nō nisi a  
Christo  
sanari  
poterat.

In eos  
qui car  
nem ob  
treclant.

partim mādata, vt que legis sunt dogmata sanctiora. Sic & que in operibus versan-  
tur mandata & sanctimōniā habēt, & iusticiā & bonitatē, tamen quos diximus hu-  
iusmodi legē heretici tanq̄ ab improbo aliquo deo latam, blaphemēt & criminentur.  
**¶ QVOD** ergo bonū est mihi factū est mors, absit. sed peccatum vt appareat pec-  
catum per bonum mihi operatū est mortē. **¶ Lex** quidē haud quaḡ inquit, absit, sed  
peccatū me interemit, vt perspicuū sit quātū illud sit malum, quod sane peccatum vel  
si a lege ipsa medelā acceperit, deterius redditur. Peccatū autē vt ante diximus & vo-  
luptuosum aim esse intelliges, peccādīq̄ impetum, siue demonem ipsum, vel opera  
que a voluptate trahuntur, sint itaq̄ deo & gratie, qui a tantis nos malis eruerit,  
**¶ VT** fiat supramodū peccās peccatum p̄ mādatū. **¶ Vt** fiat, hoc est, vt appareat quā-  
ta sit peccatum pernīcies, quemadmodum & illud, fiat deus verax. i. appareat inno-  
scat, hoc vero peccatum patuit per mādatū legis videlicet que ad interitum vtebatur  
mādato, nec sec⁹ ac morbus solet, qui cum medicorū medelis & cura fiat deterior, ma-  
lam sui habitudinem dicatur preferre, quandoquidē medentis arte nihil profecerit.  
**¶ SCIMVS** enim quod lex spiritalis est, ego autem carnalis sum venundatus sub  
peccato. **¶ Cum** per mandatum dixisset patuisse peccatum, ne forte existimes legem  
huiusmodi esse criminis causam, respōdet, pro lege, & eius patrocinium suscipit, pro-  
fertq̄ cōmunem quādam sententiā, nouimus inquit spiritalē hanc legem esse.  
Est namq̄ illud certissimum & omnibus plane compertum, tantopere legem abesse  
vt delicti sit causa, vt ad virtutem erudiat & nequicie aduerfetur, id enim spiritalis p̄-  
tendit, at vnde ergo peccatum hoc prodiit, eaz discipulorum nimirum, vel negligē-  
tia vel imbecillitate. ego enim carnalis sum inquit, hoc est natura hec nostra humana  
omnis, siue ante editā legē, siue cum esset in lege, omnē in se vitiorum turbā excepit,  
nec solum ob Ade preuaricationem sumus mortales effecti, quin natura hec ipsa ve-  
nundata & legi subiecta, tantopere vicia cuncta admisit, vt nequeat respirare,  
**¶ QVOD** enim operor non intelligo. **¶ Non** omnem hic ignorantiam predicat.  
Si enim per iusticiam delinquerent homines, quo iure cruciarentur. Sed quid iquit  
obducor? quibusdam ipse & corripior tenebris & nescius sum, quemadmodum ra-  
piat me delictum, vt quod ignorem id faciam, sit itaq̄ vt non facti imprudētiā pre-  
ferat. Sed angī se potius & insidias perpeti et dolos & inuitum arripilateatur. Hec  
autem omnia & si de his diceret, qui ante Christi aduentum fuissent, illos tamen in  
sui persona expressit.  
**¶ SED** quod odi hoc facio. **¶ Vides** quemadmodum neq̄ violētiam iudicat neq̄  
necessitatem, adiecisset enim & illud quod cogor facere id ago, nunchaudquaḡ in-  
quit huiusmodi aliquid, sed quod odio, volo itaq̄ illud ita vt diximus est capi-  
endum verum quo pacto & praua, homines commiserunt, quia & rapti ad malum,  
& fragiles sint, & huiusmodi fragilitatem ex ade transgressu exceperint. Quib⁹ re-  
bus nec videri lex poterat, tamen quæ faciēda essent denunciaret. At Christi⁹ adue-  
niens hec cuncta sanauit, hic enim per hec pretendit Apostolus quæ vel antea dixit  
vel dicturus deinceps est, vt arguat humanam naturam insanabilia quēdam fuisse  
perpeffam, nec potuisse nisi a Christo adiutam deniq̄ resanescere.  
**¶ SI** autem quod nolo id facio consentio legi quod bona sit. Quod autem bona sit  
lex patet ex his quæ ipse cognoui inquit, nec corrupta sū mēte, tamen, mala p̄tracto.  
**¶ NVNC** autem iam non ego operor istud, sed quod inhabitat in me peccatum.  
Scio enim quod non inhabitat in me hoc est in carne mea bonum. **¶ Non** enim car-  
nem dixit id effecisse, sed peccatum, id est peccati violentia quæ me arripuerit. Quid  
ergo deblaterant qui carnem obtreclant, & a dei opere faciunt alienam, queret ali-  
quis quomodo id inquit, Apostolus, non in me habitat, hoc est in mea carne bonum.

dicā equidem, cum cōstet hominē ex duobus esse cōpositū aīa scilicet & corpore, ho-  
rum sane alterum ceteris dominatur & p̄sident, alterū vero id est caro vt serua obse-  
quitur, nō igitur inhabitat in carne quod bonū est, hoc est nō residet in corporis po-  
testate, sed anime. Quidquid itaq̄ destinauerit anima faciēdū, & corpus faciat ne-  
cesse est, neq̄ id secus se habet quā si dixerit quispiā non in cythara esse, sed in cytha-  
redo, vt pulcher aliquis, & concinnus edatur sonus, neq̄ id inquiens cytharā ille in si-  
mulabit, sed organo illum & cythare p̄stare monstrabit, qui hanc ex arte pulset.  
**¶ NAM**, velle adiacet mihi, perficere autem bonum non inuenio, non enim quod  
volo bonum hoc facio, sed quod nolo malum hoc ago. Si autem quod nolo istud fa-  
cio, non ego operor istud, sed quod inhabitat in me peccatum. **¶ Cum** non inuenio  
inquit, molestiam & insidias peccati ostendit, liberat enim cum anime, tum carnis  
substantiam crimine, & omnium summam in prauas actiones, & voluntatem ipsam  
conuertit, cum enim dicit quod volo, animam eximit culpa, cum vero non amplius  
operor illud, carnē a detractione tutatur, quis igitur malum hoc operatur? praua cer-  
te & peccatis affueta voluntas, quam nō ex deo esse opifice cōstat, sed ex nostri animi  
motu quodam & impetu, nam aliquid velle, simpliciter dei est opus, velle autem ma-  
la nostre mentis est vitium, dictum est supra quid sit peccatum, & quemadmodum  
peccati violentia animum nostrum per voluptatem corripit.  
**¶ IN** V ENIO igitur legem volētī mihi facere bonum, quoniā mihi malū adiacet.  
**¶ Obscure** dictum, quasi aliquid desit, sic enim dici oportuit, inuenio ergo legem fa-  
uentē volenti mihi quidē bonum est facere. Nō autem facienti quoniā mihi adiacet  
malū, sed summa rei est hæc boni erā inquit, cognitionē cōplexus, quod bonum & le-  
gem inuenio iuuisse & extulisse. Et idem ipse quod bonū est, exequi velim, cōprehē-  
dor tamen a peccato corripiorq̄. Ita sit vt iuxta me iaceat malum, id est malū opera-  
tio nō dū a me sublata sit, est & aliorū eiusmodi in ea re sentētia. Primū qd̄ imperfe-  
cta sit hæc & māca oratio, deinde qd̄ cōstrui hoc pacto possit. Inuenio autē lege nemi-  
ni alteri esse impositā nisi mihi facere bonū volētī, siquidē soli dūtaxat recta agere cu-  
pienti hæc erit in legem, vt pote que idē sentiat qd̄ ipse cupiat, vt in sequentibus patet.  
**¶ CONDELEC TOR** enim legem dei secundū interiorem hominem, video autē  
aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meę, & captiuantem me in  
lege peccati quæ est in membris meis. **¶ Noueram** equidem vel ante hac quod dici-  
mus bonum, quod cum mandatum literis comperissem, & legem laudo & cum ea se-  
cundum interiorem hominem sentio, vel secundū meū hunc sensum. Video autem  
aliā legē, id est peccatū, quod eo legem appellat, quia ii qui ab ea fallūtur obtemperāt  
verenturq̄ hanc legem deserere, tanq̄ lex sit quæ p̄teriri non liceat, delictū id igitur  
mentis meę legem oppugnat, id est naturalem, verum quod paulo ante interiore ho-  
minem dixit hoc ipsum nuncupat mentem, & me inquit peruincit, quin potius ca-  
ptiuum ducit, quod sane nature legem & scriptam superat. At quo pacto comprehē-  
dit & ducit in seruitutem, nimirum peccati lege, id est violentia & viribus, non enim  
dixit carnis impetu aut natura, sed lege peccati quod meis in membris dominatur,  
quod profecto nihil ad carnis facit detractionem. Nam quemadmodum si inuaserit  
quispiam regiam domum incolatq̄, nihil illud adscribitur edibus contumelie, sic &  
peccatum cum in nostris infederit membris, non ea propter caro nequicie arguetur,  
quippe cui vis fuerit illata, nō nulli vero quatuor esse legum species asserunt, priorem  
dei quæ nos instituat quid sit factū decorum. Secundam quæ plane impugnet quæ  
nobis diaboli opera suggerit. Tertiam quæ mentis est lex, id est nature, quartā quæ  
in membris consistat, hoc est voluntatem ad peccata procliuem, & consuetudine qua-  
dam obfirmatam ad malum animi promptitudinem.

Homo  
ex duob⁹  
constat.

Velle ali  
quid sim  
p̄r dei  
opus est.  
Velle ma  
lum mē-  
tis est vi-  
tium.

Imperfe-  
cta & mā-  
ca oratio  
in Paulo

Lex pec-  
cati i mē-  
bris cur-  
ita dica-  
tur.

Legum  
quatuor  
species.



**Lex naturalis sufficiens.** **INFELIX** ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius. Lex naturalis insufficiens videbatur, per se scripta lex nil valuit. Sunt ergo tres peccati tyranni de superate. unde igitur erit salutis spes aliqua, quis me liberabit a corpore mortis huius, id est morti subiecto, nam postquam illud est ex Ade preuaricatione patibile redditum, simul & eo redactum est ut facile queat a delicto comprehendi. Sed dicit quispiam, si corpus tanta facilitate a peccato corrumpitur, cur ergo sunt tormentis affecti qui ante Christi aduentum deliquerant: sane quia ea facere videbantur, quæ vel dominante peccato perficere potuissent.

**GRATIAS** ago deo per IESVM CHRISTVM dominum nostrum. Cui enim inops consilii esset, & dubius nec alium inuenisset qui sibi salutem afferret, necessario christum convenit, eoque deo & patri gratiam refert. per IESVM CHRISTVM dominum nostrum, hoc est qui ut patri gratie haberentur prebuit causam. Quippe qui ea perfecit quæ exequi lex ipsa nequiret, & me hac corporis fragilitate exemperit, illudque adeo roborauerit ut nulla possit peccati violentia superari. Sed quemadmodum ob Adetransgressum cum mortale esset effectum, facile poterat peccato conuinci sic per eius qui & affixus est cruci & resurrexit obedientiam, pignore incorruptiois accepto, peccato viriliter aduersatur.

**IGITUR** ego ipse mente seruo legi dei, carne autem legi peccati, nihil ergo nunc damnationis est his qui sunt in Christo qui non secundum carnem ambulat, sed secundum spiritum. Seruo per seruebam, meminit enim preteritorum, nam cum dicendum fuisset nulla ergo nunc relinquitur damnatio &c. & explicanda esset christi ineffabilis gratia. Recordatur tamen quemadmodum nobiscum prioribus seculis ageretur, utque & boni habuerim notionem. Sed carne, id est per carnis fragilitatem legi peccati subiciebamur. Nunc vero nihil damnationis inquit hos manet qui sunt in christo, hoc est ut baptis molueretur dignati, quin etiam illud adiecit quod non secundum carnem ambulat, ut arguat id omne nostra negligentia factum, praesertim cum liceat in presentia & facile sit secundum carnem minus incedere, quod sane tunc graue omnibus & perdifficile erat, nec solum est inquit ab huiusmodi carnis incessu abstinendum, quin accedat oportet & quæ spiritu fiat, deambulatio, neque enim quempiam magis nequitie abstinentia ipsa coronat, quam virtutis, & spiritualium operum participatio.

**Lex spiritalis.** **LEX** enim spiritus vite in Iesu liberavit me a lege peccati & mortis. Legem spiritus, spiritum sanctum appellat, quemadmodum & legem peccati ipsum delictum, vite autem & legem eo intulit, ut hanc a peccati lege secernat, quæ mortem inuexit, dei namque vel gratia peccatum simul & mortem peremit, & certamen nobis cum leuius effecisset, mox & colluctationem induxit. aule sunt inique quorundam lingue hoc loco vite legem per Moysi lege interpretari, quæ tamen Apostolus haudquam hoc modo sed sancta appellat & spiritalem, si spiritualis inquit Moysaica est lex, quid igitur dicitur a lege spiritus: valde quidem, Moysi enim per spiritum data est lex, hæc vero spiritum summum inuitavit.

**INAM** quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem, deus illi iuam mittens in similitudinem carnis peccati, & de peccato dānavit peccatum in carne. Cui spiritus mentionem fecisset, nunc patre commemorat & filium, & trinitatem nos edocet, videtur autem aduersus legem dixisse, quod tamen non ita se habet, non enim legis nequitiam dixit, qua mali quippiam egerit, sed in quo erat infirmior, at quo pacto sit infirmior facta in carne inquit. hoc est quia quæ carnis sunt saperet, omnium autem sensus quæ per Apostolum dicta nunc sunt in sequentibus explicatur, inquit enim quemadmodum supra diximus legem ipsam instruendi habuisse facultatem, non tamen qui uisus se ingenitæ carnis sensibilis peruenire, pater itaque filium suum demisit, in carnis peccati similitudinem, id est carnem habentem & si nostre huic peccatis obnoxie similem quidem secundum substantiam, peccati tamen expertem. Et

quoniam peccati fecerat mentionem, adiecit similitudinem. Neque enim aliam Christum præter humanam hanc carnem assumpsit, quam & sanctificauit assumptam, & coronauit condemnato peccato, quod carni inesset, quam suscepisset, hanc ipsam ostendit nequaquam esse naturam peccatis addictam, nec secus Christus effecit, quæ faceret quispianam qui mulier aliqua in foro vapulante conspecta, ut eam a verberantium manibus eruat, scemine illius se vel priuate, & infime fortis filium fateatur, cum regius sit. Postest & de peccato superiori quodammodo intelligi, videlicet quod pater filium de peccato transfuserit, id est expugnandi gratia peccati, vel quia conuincitur peccatum graue admodum esse & exitiale, quam diu enim in facinus aliquod labentibus exitio erat peccatum iure his videbatur mortem inferre, at ubi & Christi corpus, quod esse sine delicto deprehendat, morte affecit, quia iniue egisset, commisitque grauius, damnationem excepit, misit itaque suum filium deus, cum ut peccatum iniquitatis & errati argueret, tum ut iustus id condemnaret. Ne forte illud iactaret diabolus, Christum vi & propria potentia superasse.

**UT** iustificatio legis impleretur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum. Dicit aliquis quid mea refert si in ea Christus quæ sumperat carne victoriam retulit, quin potius tua inquit magnum in modum interest, nam legis iustificatio, id est exitus ipse & destinatio (hominem enim iustificare destinauerat deus) in nobis finem sunt nata, nam quæ facere lex nitetur, id Christum nostri est gratia executus, ille quidem certauit, nos vero victoria fruimur, eoque nobis erit ne labamur cauendum, qui non secundum carnem incedimus. Hoc est qui nequaquam quæ carnis sunt sapimus, quin immo nec fat erit minus id sapere, nisi, ut dictum est supra, & spiritus ad sit sapientia, propterea secundum spiritum addidit, declina enim a malo inquit, & bonum facito, tamen si Christum audimus victoria nos condonasse, haud tamen erit in pristinos relabendum errores, quin lauacri gratia tutanda, quandoquidem leuior nobis hoc tempore futura sit, quam antea colluctatio.

**QUI** enim secundum carnem sunt, quæ carnis sunt sapiunt, qui vero secundum spiritum, quæ sunt spiritus sentiunt. Qui enim immoderatus carnis se addiderit seruituti, quæ carnis sunt mente volutat, & nil prorsus quod dei sit animo versat, qui vero spiritui prorsus subiiciuntur, quæcunque ad spiritum attinent & sentiunt & exequuntur.

**INAM** prudentia carnis mors est, prudentia autem spiritus, vita & pax. Carnis prudentiam crassio rem mentem appellat, quæ quia deterior sit hunc in modum denominat, non quidem quod per se ipsam aliquid sentiat caro, sed quia crassior, quædam illi insideat mens, ob carnis prudentiam, perinde ac si dicat aliquis, mens est carnalia sapiens, quemadmodum & spiritus prudentiam dicimus animum, qui sentiat spiritualia, quæ prudentia vitam parit, ut longe appareat a mente hæc carnea disijuncta, quæ non vitam sed mortem progeniuit, pacem in super spiritus prudentia procreat, ut differre ab his videatur, quæ insequuntur.

**QUONIAM** sapientia carnis inimica est deo, legi enim dei non est subiecta, nec enim potest. Spiritualis utique mens pacem gignit, quæ vero carnea sentit odium generat erga deum. dicit aliquis ergo & manus illaturus est deo, qui carnis est sapientiam nactus, nequaquam inquit, sed quia diuine legi non subditur, inimicitias fertur hic exerce re in deum, neque id quidem cum audis expauescas, sed quemadmodum decet intellige. Non enim valet carnis hæc sapientia, quo ad usque sic maledit, deo subesse, alioqui haud secus se illud haberet quæ si quis inquit sceminam impudicam, fieri continentem non posse, neque enim dixit non poterit, sed non potest interea dum scilicet in carnis sapientia permanet, nam quo pacto Paulus ipse & latro, & alii fere innumeri ex improbis fuissent, perbi effecti, si uisum modi fieri non poterat immutatio: Sic & in euangelio dominus, non

Similitudo aptissima.

Legis iustificatio in nobis sine nata.

Carnis prudentia quid sit.

Spiritus prudentia

Pauli immutatio c.ii.

potest arbor mala fructus bonos facere, quod diu scilicet illa in sua malicia manserit, nil itaque nobis quod carnis, sed quod spiritus sit sapiendum, ut pacem ineamus cum deo, qui spiritum nobis largitur, quo cuncta erunt facta facilia, quae in lege videntur difficultatis habere plurimum.

Vita carnis.

¶ **QVI** autem in carne sunt deo placere non possunt, vos autem in carne non estis, sed in spiritu. ¶ Hoc est qui carnis sapientiam sectatur neque deo gratificari quod diu conditione hac fuerint. Non enim ob id carnis substantiam exprimit, sed vitam ipsam, quae per carnis instigationem, crasse degatur, & hominem, ut ita dixerim, totum carnisificat, quemadmodum & in veteri testamento habetur, non permanebit spiritus meus in hominibus istis quia caro sunt, & alibi, vos autem non estis in carne, id est non operam datis carnali vite, sed spiritali, verum cur non illud & intulit, vos autem non estis in peccatis, quod haud duhinc exproscere oratio videbatur, cum in carne non esset dixisset, ut intelligas non modo per Christum extinctam fuisse peccati Tyrannidem, sed carnem ipsam toleratam leuiorem, & spiritui esse propinquiores effectam, nam quemadmodum ferrum cum in igne & versatur & conuulscit, ignis redditur, sic & illorum caro qui spiritum per baptismum exceperint, in spiritu commutatur ardorem.

Peccati Tyrannis per christum extincta

¶ **SI** tamen spiritus dei habitat in vobis. Si quis vero spiritum Christi non habet, hic non est eius. ¶ Non enim dixit si Christi spiritum non habetis, ne molestius dictum id videretur, sed spiritum inquit Christi si quis non habet, neminem notando, is christi non est, & iure quidem, habetur namque pro signaculo spiritus, quo qui caruerit domini non erit, qui per illud signaculum innotescit.

Substantia vocatur quae a grecis hypostasis dicitur.

¶ **SI** autem Christus in vobis est, corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus vero viuit propter iustificationem. ¶ Addit his dictis hilaritatem quandam auditoribus, si Christus in vobis est inquit, tam estis plerique hoc loco Christum pro spiritu ipso acceperint, quod tamen haud ita se habet, sic enim sentit Apostolus, quod qui Christum habet, & spiritum habeat sit necesse, nam ubi vnam coexistit esse sancte trinitatis substantiam, eodem & relique consequuntur, verum quid nobis inde plus quippiam est obuenturum, si Christus apud nos commoretur: nimirum, quia quo ad peccatum demortuum erit hoc corpus, & vitam spiritus est largiturus, cum nobis inhererit, hoc est non solum spiritus ipse fruatur vita, sed alius hanc potest praestare, est autem vite spiritus ipse per iustificationem, hac obseruata non erit delictum, delicto autem prorsus sublato, nec mors quidem futura est, ergo id omne ad vitam concedet, si etas haec nostra secundum deum per nos transigatur, haec enim vera est vita, cum erimus peccato demortui, & in futurum insolubilis illa manet & sempiterna.

Resurrectio bonorum & malorum quod differat.

¶ **QVOD** si spiritus eius qui suscitauit Iesum a mortuis, habitat in vobis, qui suscitauit IESVM CHRISTVM a mortuis, suscitabit & mortalia corpora vestra propter inhabitatem spiritum eius in vobis. ¶ Iterato de resurrectione nunc disserit, inquit, ne perturbetis animo, quod mortali obductus sis corpore, habes namque dei spiritum qui Christum a mortuis excitauit, utque & illum eduxit ab inferis, sic plane & te suscitabit, qui etiam condonabit & vita, resurgent praeterea & qui hoc spiritu carent, sed in supplicium, qui vero spiritus fuerint, in vitam suscitabuntur, eoque Paulus non dixit corpus suscitabit, sed viuificabit, propter inhabitatem in vobis spiritum, nec qui inhabitasset intulit, sed inhabitantem, utpote qui vobiscum ad finem usque sit permanens, ut enim minime laturus est deus, si suum in vobis spiritum inesse prospexerit, quin suis in nuptiis vos simul admittat, sic si spiritus videbit esse immunes, omnino disperdet, etiam si a mortuis reuocabit ad vitam. Mortificate igitur corpus hoc vestrum, ut spiritus in vobis inhabitet, ut huius ob gratiam & vita donemini.

¶ **ERGO** fratres debitores sumus non carni, ut secundum carnem viuamus. ¶ Cum iam

patefecerit quantum spiritalis haec vita afferat comodi, quippe quae Christum nostrum faciat inquilinum, cadauera ipsa excitant. Comone facit demum & arguit nil nos esse carni, sed spiritui ipsi obnoxios, nam dei in nos beneficia per gratiam conferuntur, non sicut beneficia ex debito exiguntur, edisserens autem qua mente non carni dixerit, ne id de carnis natura dictum intelligas, secundum carnem viuere intulit, perinde ac si inquit non enim penitus carnis curam ademerim, quippe cui plurimum sumus, quia fouet nutritque, beneficio hoc ipso obstricti, sed studium omne quod carni impenditur, quod ad peccandum inducit, prorsus substulerim, viuere autem secundum carnem is dicitur, qui carnem vite praefecerit sempiternae, eandemque & anime heram constituat.

Christus nostri inquilinus viuere secundum carnem.

¶ **SI** enim secundum carnem vixeritis moriemini, si autem spiritu facta corporis mortificaueritis, viuatis. ¶ Mortem dicit futurum in gehenna immortale supplicium, alias tamen & mortem vitam appellat, quae in hoc seculo prauis facinoribus obuoluta degitur, quemadmodum contra cum spiritali ducimus vitam, improba corporis facta mortificamus, & vitam illam incorruptibilem sumus in futurum victuri, & in presenti hanc ipsam acturi, cum officio & virtute, si quidem qui mundo emoritur is sane viuere autem quemadmodum non corpus asserat morte conficiendum, quod proculdubio pro homicidio haberetur, sed corporis opera mortificanda, & praua praesertim, nec vilius simpliciter & auditum qui naturales sunt corporis actiones, necandos indicit, sed horum abusum.

Corpus non esse morte conficiendum, sed corporis opera.

¶ **QVICVNQVE** enim spiritu dei aguntur, hi filii sunt dei. ¶ Dixit superius illos esse victuros, si praua opera morte conticerent, nunc vero mercedem his & coronam superiorum illa longe maiorem promittit, quod ad deo videlicet in filiorum sint adoptionem recipiendi, ideoque haudquaquam dixit quicumque spiritu viuunt, sed quicumque aguntur, id est gubernantur & diriguntur, & spiritum ipsum cum anime, tum corporis constituant dominum, nam & si baptismum acceperis, & dei sis filius per baptismum effectus, spiritum vero nequaquam fueris ducem sortitus, feceris sane donorum huiusmodi omnium iacturam, vniuersi profecto per lauacrum accipimus spiritum, duci autem per omnem vitam hoc spiritu, quasi nostro quodam iure deposcimus, & ideo non illud dixit, quicumque acceperint spiritum hi dei sunt filii, sed quicumque spiritu ducuntur.

¶ **NON** enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis. ¶ Dixit filios dei esse qui spiritu agerentur & quoniam Iudei sibi sunt vili adoptionem hanc vendicasse, ut illud, filios egeni & exaltaui, & alibi filius meus vni genitus israel, ostendit hoc loco quantum nostram inter & illorum intersit adoptionem, inquitque spiritum illos accepisse seruitutis, literam scilicet legis hoc modo appellans, quae & si fuerit a spiritu promulgata, seruis tamen maxime congruit, utpote, quam & supplicia & corporum lapidationes, vitiones insuper subsequantur & mine, ut illud, gladius nos deuorat, & ideo ingens est illis pro oculis obiectus timor, rursumque & his equa sunt praemia, nam & terre promittuntur, & parui sunt mandata momenti, et seruilis quae dam, sit itaque ut illi et si filii dicebantur, seruatorum tamen loco sint habitus, nos vero pro ingenuis ducamur et liberis, quippe quibus & coelestia praemia proponuntur et caeli regnum. Non pro tormentis, lapidibus ipsi obruimur, neque huiusmodi penis a sacerdote afficimur. Sat habet, si pro graui facinore a Christi mensa repellimur, Sunt praeterea et dei mandata ingenuis nobis satis accommodata, cuiusmodi illa sunt, nil cupide respexeris alienum, nullum feceris iusiurandum, mitte quae possides, non timore supplicii, sed spiritus potiundi cupiditate, vnde et caritas comparatur, quod sane liquet ex his, qui et si mandata magnum in modum exceperint, non tamen acerrime cruciantur, cunctaque a Iudeis spiritus ipse abesset, in nos tamen gratia habunde defluxit.

Spus seruitutis, litera legis

A christi mensa qui repelluntur.

Abba primum verbum iudaicum.

¶ **IN** quo clamamus, abba pater. ¶ Iudaico vsus est verbo, quod a pueris solet et ficitur.

liis, cū patrē appellant vsurpari, quid ergo nonne & Iudeis mos erat deum patris hoc nomine clamitandi: maxime, deum inquit genitorem tuum dereliquisti, & rursum deus vnus nos effinxit & pater vnus est omnium nostrū, quæ & si dicta de illis fuisse constat, eorum tamen est nemo inuentus qui interpretandum deum dixerit patrem. quod ipse in presentiarum facimus omnes baptismo accepto, quod si forte Iudeorum nonnulli vel id egisse comperimus, suo pte ingenio non vulgata quadā eorum consuetudine fecisse credendum est, cum fideles ipsi spiritus sancti suggestione id factitent. Nam quemadmodum nouimus vaticinandi spiritum ei inesse, qui illum excepit, id quod ex rebus futuris quæ ille prædixerit coniectare solemus, sic spiritus adoptionis eo dinoscitur, quia illius instinctu qui hunc ipsum accepit, deum dicitur patrem, est enim hoc vel vnum spiritus sancti inter cetera donum, quemadmodum Paulus idem in subsequentibus explicat.

Spiritus  
adoptio  
nis.

Paracle  
tus non  
Paracly  
tus.

Heredes  
et filii.

Passioes  
tpis hui  
breues.

Mundi  
machina  
in meli  
muta  
bitur.

¶ IPSE enim spiritus testimoniū reddit spiritui nostro quod sumus filii dei. ¶ Paracletus ipse suo testimoniū gratiam adstruit quæ nobis est data, non enim vltro ab illud sine alterius assertionem pronuntiamus, sed paracleti illud est donum & ipse nos per spiritum instruxit, id est per gratiam vt ita præcando loquamur abba pater.

¶ SI autem filii, & heredes, heredes quidem dei, coheredes autem Christi. ¶ Cum constet non omnes filios heredes esse, arguit nos & filios esse & heredes, & quoniam non omnes ingentium rerum sunt hereditatem adepti, ostendit nos grandes quosdam futuros heredes, quippe qui dei sumus heredes, rursum etiam & si dei heredes fuerint plerique, haud tamen omnes cum Christo hereditatis participes videbuntur, vnde & id Paulus sumus, inquit, iam assecuti, vt Christi sumus coheredes effecti.

¶ SI tamen compatimur, vt & conglorificemur. ¶ Cum dixerit Christi futuros nos coheredes, ostendit nunc iure hæc nos esse adeptos hereditatem, nam si eos quorum facinus nullum extat præclarum, tanta beneficiorum munificentia profecutus est Christus, nonne & illos qui rectis operibus plurimum insudarint maiori mercede donabit: quod sane Paulus infert, ne eos pudeat, vel sine vilo labore accepisse & gratis quod adepti sunt munus. aduerte tamen quemadmodum hoc loco præterdat oportere eos qui tali sint dono affecti, vt intrepide discrimenibus se & supplicis offerant.

¶ EXISTIMO enim quod non sunt condigne passiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. ¶ Postquam asseruit eos comites passionis futurorum, ne id reformident auditores, quippe qui iam in mediū essent discrimen coniecti, & ad adeunda tormenta compellebatur, sic inquit, haud quaquam tibi verendum est, non enim digne sunt temporis huius passiones, hoc est momentanea hæc & labentia, gloria illa futura, quæ in nobis est reuelanda. Nec ad præsens ocium dixit & quietem, sed gloriam, cuius vel nomen per gratum est multis. Nam vbi ocium fuerit nil prorsus glorie residuebit, at vbi gloria, & ocium insit necesse est, cum autem reuelabitur inquit, adstruit illam, et si interea delitescat, præsto esse tum etiam reuelatum iri, hoc est perfecte manifestam fore. Et quoniam pregrandis sit huiusmodi gloria, et tantopere excedat hoc seculum vt explicari sat nequeat, ideo in coelis reconditur, et asseruatur, vt cum temporum illa eternitate prouehatur in longius. Cum itaque cooperum iam habeatis temporis huius passiones esse ad breue mansuras, seculi vero illius futuri et sempiterni gloriam fore perpetuam, contemnende vobis erunt passio, nec huiusmodi, et gloria hæc vendicanda.

¶ INAM expectatio creature, reuelatione filiorum dei expectat. ¶ Velim inquit iam patefacere quantum simul glorie vendicatur. Nam si mundi hæc machina et creata omnia immutabuntur in melius, longe magis & ipsi quæ potiora sunt, assequemur. Eniuero quod

& prophetæ assolent, vt flumina manibus plaudetes, & montes ipsos inducant saltates, & rebus demum insensibilibus, & inanimatis viuentium personas imponant, itidem & Paulus faciens inquit. creature omnis magna est expectatio, videlicet vt ipsa in id quod potius est immutetur, operiaturque glorie nobis future reuelationem, qui dei filii sumus, tunc enim & hæc ob incorruptionem glorificabitur, cum eandem & nos assequemur.

¶ VANITATI autem creatura subiecta est non volens, sed propter eum qui subiecit eam in spe, quia & ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis in libertatem glorie filiorum dei. ¶ Vanitati. i. corruptioni subiecta est creatura, videlicet corruptibilis redidita propter te homo, nam cum mortale & patibile corpus susceperis, ideo terra & sentes & tribulos, ptulit, & celum vetustate confectum immutatione indiget, at cur alteri gratia corruptibilis facta est creatura, quia propter hominem omnem prorsus subiit seruitutem, non volens autem cum inquit, diuina prouidentia id omne effectum demonstrat, & nulla terre ipsius virtute, factum in preterea est, vt id commodum cedat, vt scilicet cum hanc corruptibilem noueris, contemptui habeas, & celum ipsum suspiciens demireris, liberabitur igitur hæc mundi fructura, nec ipse solum libertate poteris, quin etiam quod te inferius est hæc perfruetur, inanimatum dico & insensibile aliquid tecum bona hæc fortietur nec iam corrupcionem, sed te imitabitur, & quemadmodum ipse cum corruptibilitatem iam excepisset, effecta est & structura hæc corruptibilis. sic & te incorruptibili permanente, seruiabit & illa incorruptionem. Si itaque id quod creatum est tui ob gratiam patitur, debes & ipse ob deum quod poteris equo animo ferre. Cumque & creatura hæc glorificanda sit, longe magis & tibi debetur hæc gloria, nam vt assolet pater in liberorum gloriam seruos ornare, sic deus hanc terræ machinam in vestram laudem decorabit.

¶ SCIMVS enim quod omnis creatura ingemiscit & parturit usque adhuc, non solum autem illa, sed & nos ipsi primicias spiritus habentes, & ipsi intra nos gemimus adoptionem filiorum dei, expectantes redemptionem corporis nostri. ¶ Cogit his dictis auditorem presentia hæc aspernari, perinde ac si hunc in modum comonefaciat, noli esse creatis rebus inferior, nec te presentibus hisce immerferis, sed potius ingemisce quia nondum futuram sis gloriam assecutus. Nam si id ipsum vel hæc terre machina deflet, longe magis & ipse debes dolore angere. Infert deinceps & nobis ingemiscendum spiritus primitias nactis, qui cum futura iam degustarimus, nondum carne sumus hæc consecuti, ex his namque spiritalia dona accepimus, quæ ipsas preterdunt primitias, per hæc enim & futura nos contemplamur. Verum ne occasione hereticis prebeat obiectandi ob mundi huius prauitatem nos gemere, quia adoptionem subdit accepimus, verum quo pacto? num cum semel fuerimus in adoptionem admissi alteram operimur: etiam inquit, non enim hanc dixerim adoptionem qua sumus iam per baptismum potiti, sed gloriam illam, vndeque absolutam, quæ in corporis incorruptione consistit, idque per redemptionem pretendit, est enim Lytrois perfecta quedam, & expedita mortis et passionum liberatio, quando non amplius nobis sit ab ipsa adoptione ad seruitutem peccati diuertendum.

¶ SPES enim salui facti sumus, spes autem quæ videtur non est spes, nam quod videt quis, quid sperat? Si autem quod non videmus speramus, per patientiam expectamus. ¶ Quoniam de futuris differuit, quæ apud plerisque fidem nec fortuntur. sic inquit, noli fidelis ipse cum sis quoque pacto dictis his meis diffidere, quin potius vel horum quæ iam es adeptus experimento, et futuris fidem presteris, utque et ante hac præter fidem cum nihil attuleris, magna tamen a deo in premium accepisti, sic velim pari nunc fide vtaris ad futurorum spem assequendam, tunc enim vera spes erit et certior, cum ea asperantur quæ humanis obtutibus minus patefcunt, quod enim quis videt, quid sperat? hoc est non enim dicimus quæ visuntur sperari, non igitur omnia in hac

Prophe  
tæ rebus  
insensibi  
liber et ia  
nimatis  
viuentiu  
ponas i  
ponunt.

Celū ve  
tustate cō  
fectū idi  
get muta  
tione.

Terræ  
machina  
decoran  
da.

Adopta  
ti nos al  
terā ado  
ptionem  
expecta  
mus.  
Lytrois  
redemptio  
latine.

Quæ cer  
nūturnō  
pprie di  
cūtur spe  
rari.

vitā nobis querenda sunt, si quidem per patientiam speramus futura. cum autem pōni patientiam audis, certamina & sudores intelligas designari iniungiq; Debet itaq; Christianus vir toleranter omnia ferre, ea operiens quæ & si sub aspectum non veniunt, fide tamen sperantur.

**CSIMILITER** autem & spiritus adiuuat infirmitatem nostram. \*Paulus ideo patientie meminit vt auditorem faciat fidentiore, inquit enim & spiritum opem nobis laturum, noli ergo tolerando & futura sperando deficere, spiritus namq; tibi opitūlabitur, spem dumtaxat & tolerantiam inferenti.

**CSNAM** quid oremus sicut oportet nescimus. \*Ostendit quemadmodum nostre faueat spiritus fragilitati, inquitq; adeo ipsi fragiles sumus & infirmi, vt nulli hominum teneant nec ipsi nos, quid votis sit & precibus deprecandum, orabat enim & ipse pro carnis stimulo a se demendo, vtq; & Romā concederet. Precabatur & Moyses ne Palestinam videret, pro Iudeis & Hieremias ignorantibus plane quæ expedirent, hæc autem Paulus infert, quia non iniuria qui rome essent ex Christianis, cū fuissent persecutiones perpeffi, & plurimū afflictarētur, erāt tādē remissionē laboribus & quietē postulaturi, futurūq; vt si minus id impetrarēt, obturbarētur aīo et grauius ferrent. Propterea dicit neminem posse quod expediat postulare, sunt itaq; vobis cū cta ferenda, solus nāq; spiritus nouit quæ vobis conducant, eoq; et eiusmodi subdit.

**CSED** ipse spiritus postulat pro nobis, gemitib; inenarrabilib;. \*Quemadmodum enim & olim his deus donā plurima largiebatur, qui baptismū sulciperent, quæ et spiritalia vocabantur, vt alius esset prophetie spiritum nactus, alius sapientie, et aliud aliud quidpiam assecutus, sic deus orationis gratiā condonabat, quæ spiritus dicebatur, & quoniam quæ nobis profutura sunt ignoramus, et inutilia sæpe deprecimus, inuadebat spūs donum ex illis quæpiam vnum, qui tunc adessent, qui stans quod videretur conducere in mediū precabatur, et alios idē peterent edocebat, spiritū itaq; hoc loco donum appellat et animā ipsam quæ orationis excipiat donum, ideoq; obuerfetur et ingemiscat, astabat enim spiritalis vir ille gembundus & dolens, cuius hoc tempore Diaconus presert figuram, et assiduas pro populo preces fundebat.

**CSQVI** autem scrutatur corda si quid desideret spiritus, quia secundum deum postulat pro sanctis. \*Haud sane deo ignaro adit homo supplicaturus, quippe quin corda disquirat, teneatq; quid spiritus sentiat, id est spiritalis homo, qui omnia p dei nutu exposcit, oratq; pro his qui in ecclesia et fide & sanctimonia pollent, quod eo fit sane, vt perdiscamus et ipsi quæ secundum deum sunt postulare, id est quæ illi placita sunt & grata. Cum igitur pro nobis spiritus & precetur et intercedat, nil dolere asneceffe est, cum aduersis opprimeris.

**CSCINVS** autem quoniam diligentibus deum omnia cooperantur in bonum, his qui secundum propositum vocati sunt sancti. \*Quod dictum est ante, & creatura vanitati subdita est, et iterato corruptionem subibit, illud vero vt dixim; quod quid petendū sit ignoramus, vt qui Rome essent acrius afflictarī commonefaceret et solaretur, intulit, quod et in presenti clarius explicat. His enim inquit qui dei caritate tenentur vel ea quæ difficilia sunt et vrgētia ad bonū cooperantur, nō enim dixit nihil molestū aut graue deū colētibus accidisse, sed accidit quidem, et in eorū utilitatē qui afflictarū, deū inquit vt ingeratur hæc mala permittere. Deinde cū parū id credibile videretur, pteritis ex rebus id ipsum cōfirmat, his dico qui scdm prædestinationem vocati sunt sancti, te enim si vel longius abeuntem vocauit, et sibi ipsi familiaritate cōiunxit deus, quāto enixius et vocatum iuuabit, accitur autem homo secundum prædestinationē, id est voluntate propria. Nec fat habet hæc euocatio, nam si omnes essent habituri salutem, vocarentur et omnes. Sed omnino nostra accedat voluntas neceffe est,

Inutilia sæpe postulantur homines, et noxia.

Diaconus nō cuius figuram preferat.

Dei cultores cur molestia terdū patiantur.

**CSNAM** quos præsciuit hos & prædestinavit conformes fieri imaginis filii eius, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus, quos autem prædestinavit hos & vocauit. \*Precius vtq; deus est preuidetq; qui sint vocatione digni, deinceps prædestinat, præcedit itaq; pdestinationem, agnitio prædestinationem autem velim intelligas optiam dei & immutabilem voluntatem, nouerat itaq; Paulum euāgelio dignū, & ita pdestinationem, id est immutabiliter definiuit & statuit ad euāgelicum id munus vocare, cōformes preterea facit imaginis filii sui quos dignos prenouerit. Quod enim natura est primogenitus, hi per gratiam sunt adepti, qui & dei filii nuncupantur, est igitur ille inter fratres multos primogenitus per dispensationem denominatus, vni genitus vero per diuinitatem. Nā vbi caro assumpta in omnium conspectu, & ppalam baptismo abluta, & nobis primicie est affecta, & natura illa humana peccato obnoxia in eosanctificata est, iure hic & primogenitus est, & fratres nos huius appellamur.

**CSQVOS** autem vocauit hos & iustificauit. \*Per lauachri scilicet regenerationem & a peccatis exemit & iustos reddidit.

**CSQVOS** autem iustificauit hos & magnificauit. \*Quia adoptioe hos dignos fecit, & donis aliis condonauit.

**CSQuid** ergo dicemus ad hæc, si deus p nobis quis cōtra nos? \*Vides quemadmodum apertissime hoc ostendat ad oppressos se habere sermonem cum subinde id inquit, si nos cū hostes essemus post iustificationē acceptā & gloriā tot bonis dignatus est deus, quanto magis cū nos ille tutabitur, quis tū poterit aduersari? quin etiā vel si terrarū in nos orbis insurgat in nostrā diuina sapiētia gloriā, hūc oēm vertet insultū.

**CSQVI** etiam proprio filio suo nō pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo nō etiam cum illo omnia nobis donabit. \*Vt reliqua omittam quæ dixeram videlicet quod iusticiam nobis & gloriā dederit, attēdas id velim quemadmodum nec filio suo proprio hoc est vni genito & amantissimo, qui ex se natura sit genitus (cum ceteri sint per baptismum in adoptionem admissi) pepercit deus, sed pro nobis hunc obtulit, siue ingenui & conspicui gloria, siue minus generosi & inglorii fuerimus, neq; id modo nostri gratia egit, quin & occidendum hunc tradidit. cur ergo qui tantis nos affecerit beneficiis non cuncta est nobis hoc tempore largiturus, qui enim pro nobis filium dedit nonne & creata hæc conferet? si itaq; votis ille minus arguerit, arguit sane haudquaquam p futura quæ postcimus, noli ergo tantopere ocium & quietem percipere, qui presuris & malis p christo exagitaris, eris namq; & voti compos, si conducere arguetur quod flagitas.

**CSQVIS** accusabit aduersus electos deis? \*Cum post tentationes alias & illud a iudeis Christianis obiceretur, quod instabiles essent & nutabundi & gregatim sese in Christi fidem proriperent, ideo nunc Paulus inquit, cum nos deus elegerit, quis poterit electionis huius nos inculcare? opificem sane quod seorsum selegerit quidpiam nemo insimulabit, deum vero si quid seceuerit quis criminabitur.

**CSDeus** qui iustificat quis est qui condemnet? Christus iesus qui mortuus est immo qui & resurrexit. \*Non deum dixit qui peccata dimittit, sed quod prestantius est, qui iustificat. Non itaq; timendi sunt qui vel molestiam inferunt, vel iniuriam & probra ingererint, quando quidem elegit nos deus & iustos effecit, qui ve nostri ob gratiam mortem subiuit & resurrexit. Christus est dei filius, quis ergo quos deus sit tot bonis dignatus damnabit?

**CSQVI** est ad dexteram dei qui interpellat pro nobis. \*Interpellare illum pro his dixit, vt Christi erga nos explicet caritatem, qui & si carnis assumpte dispensationem perfecit, haud tamen suam in nos clementissimam substulit animi affectionem, sed intercedit pro nobis. Non enim intercessio hec vni geniti ipsius imminuit gloriā,

Agnitio pcedit pdestinationem. Quid pdestinationem.

Subinde p frequenter more suo.

Patris in nos bñficiā.

cum dixerit prius qui est ad dexteram dei, quod plane magnitudinem presert, & si  
li maiestatem. Deinceps intercedit adiecit, nil ex eo aliud indicaturus vt diximus,  
quam summam huius in nos caritatem. Dicit aliquis, cum enim patris facta sit men  
tio, vt pote cui a deo nostri ob gratiam supplicetur, imminuitur ergo gloria dei & au  
toritas, quia supplex precetur, quin potius id vel ineffabilem dei in nos prouiden  
tiam patefacit, nonnulli vero interpellat sic capiunt, videlicet in quantum corpus hoc  
filius gestat, nec deposuit, vt garrunt Manichei, perinde ac si corpus ipsum sit apud  
patrem interpellator, nam cum intuetur hoc inquit deus, caritatis tum reminiscitur,  
quam erga genus humanum ostenderit. Sic plane & ad misericordiam flebitur. Hec  
autem eo Paulus vt sepe diximus, explicat, vt Christianos oppressos mitiget & cōso  
letur, cum aperit & spiritum pro nobis intercessisse, nec nostri de causa pepercisse si  
lio patrem, quin iustificasse nos et gloria condonasse. supplicare preterea pro nobis  
& patri filium, cum itaq; tam multiplex fiat apud patrē intercessio, optime vobis spe  
randum erit, nec quoq; pacto animo concidendum.

Mani  
chei stul  
te garrū  
unt Chri  
stū corp⁹  
deposu  
isse.

¶ QVIS nos separabit a caritate Christi, tribulatio an angustia, an fames, an perse  
cutio, an nuditas, an periculum, an gladius. ¶ Postq̄ ineffabilem patefecit patris & fi  
lii & sancti spiritus in nos caritatem. Spiritu ceu arreptus sic fatur, quis nos segraga  
bit ab amore, Christi, eū namq; qui tanto sit caritatis ardore affectus, nichil est quod  
distingere possit a deo, quippe cui tam egregie diuinitus sit prouisum. Hoc vero tri  
bulationis & angustie nomine, complexus est Paulus quecunq; possunt nos malis af  
ficere, & si minus hæc si gillatim enumerat.

¶ SICVT scriptum est, quia propter te mortificamur tota die, & existimati sumus  
sicut oves occisionis. ¶ Ne forte ob id videantur quia fuerint a deo hi destituti, ma  
lis his afflictari, prophetam inducit huiusmodi proclamantem agentemq; consola  
tionis plurimum illa habere quæ dei ob gratiam toleramus, vel si quotidie mors ipsa  
sit subeunda, quod fieri voluntate potest, natura non potest Mortificari autem illud  
immolare est & sacrificium deo offerre, id enim pretendit cum inquit tanq̄ oves occi  
sionis, vt quemadmodum ille cum occiduntur nichil repugnant, sic nobis cum malis  
afficimur, erit equo id animo tolerandum.

Moti  
quotidie  
volūate  
possum⁹  
nō natu  
ra.

¶ SED in his omnibus superamus propter eum qui nos dilexit. ¶ Cum mortifica  
mur dixisset mox & consolationem adiecit, ne quis humanitatis secat⁹ fragilitatem  
desperet, nec simpliciter vincimus inquit, sed maxime superamus, hoc est summa fa  
cilitate sine labore ac sudore, vel in his ipsis victores euadimus, in quibus & insidias  
patimur hæc enim perfectior est & summa victoria, cum exagitati psecutores ipsos  
& afflictantes tollerando euincimus, neq; his dictis ipse diffidas, deus enim tecum  
vna in hostem decertat, accedit etiam quod amore nos ille prosequitur, vnde nec mi  
rum videri debet si in malis mediis victoriam reportamus.

Victo  
ria perfe  
cta.

¶ CERTVS sum enim, quod neq; mors, neq; vita, neq; angeli, neq; principatus, ne  
q; fortitudo, neq; presentia, neq; futura, neq; altitudo, neq; profundum, neq; creatu  
ra alia poterit nos separare a caritate dei, quæ est in CHRISTO IESV domino no  
stro. ¶ Primum de dei in nos caritate disseruit, nunc suum in deum exponit beneuo  
lentie ardorem, vtq; magni aliquid dicere de se videatur sic inquit, eo enim magnitu  
dinis sumus ex nostro hoc flagratissimo in deum amore prouecti, vt non modo quæ  
in hac vita fortiri mala, solemus, queant nos ab eiusmodi caritate distrahere, quin etiā  
vel si quis mortem futuram illam in eternis suppliciis cōminetur, vel vitam pollicea  
tur immortalē, id dumtaxat, vt a Christo diuellat, is nunq̄ suis bonis fecerit satis Ve  
rum quid michi vel imperatores vel tyrannos protuleris, quando nec angeli ipsi, nec  
potestates superne omnes poterunt nos a deo eruere, quin etiam me nec presentia hæc

nec futura, nec altitudo id est celestia, neq; profundum, id est quæ in terris sunt, nō  
gloria, non in ignominia commouebunt, nonnulli autem altitudinem pro celorum im  
perio acceperunt, profundum vero pro imperii huiusce iactura. Si alia preterea esset  
creatura siue visibilis, siue quæ mente non obtutu comprehenditur, nunq; a Chri  
sti me caritate auertet, neq; eo hec itulit perinde ac si angeli homines a deo distingāt  
sed sui erga deum amoris vt exprimat magnitudinē, nāc eum quidem quem se Iu  
dei profitentur habere, sed quem in CHRISTO IESV adeptus est quispiam. Iu  
dei quidem & si deum si colere iactitent, non tamen in Christo hunc colunt, quippe  
cui nāc fidem abibeant.

¶ VERITATEM dico in Christo iesu & non mentior, testimonium michi per  
hibente conscientia mea in spiritu sancto, quoniam tristitia est michi magna, & con  
tinuos dolor cordi meo, futurum est vt in orationis progressu ostendat non omnes  
qui ex Abraam sunt, Abrahæ fuisse ex semine procreatos, & ne ex animi passione ali  
qua videatur id dicere, preueniens, iudeorum predicat bona, suspicionē huiusmodi  
sublaturq; fateturq; se vel summam ergo hos teneri benevolentia, vt autem dictis suis  
non abroget fidem, veritatem inquit dico & Christo non mentior, producitq; testes  
tres numero, Christum, propriam conscientiam, & spiritum sanctum, inquitq; ingēs  
me inuasit meror, qui cor meum, pro iudeis obrodit, qui de gratia sunt eiecti, id enim  
erat & si minus expressit, dicturus.

¶ OPTABAM enim ego ipse anathema esse a Christo, pro fratribus meis qui  
sunt cognati mei secundum carnem. ¶ Perdendum est tibi prius quid anathe  
ma sit est sane seiunctio quedam & alienatio. Anathema preterea grece potest lati  
ne oblatio dici & sacrificium, & quemadmodum quæ deo & offeruntur & dedican  
tur, atrectare audeat nemo, sic eum qui anathema sit ratione quadam nullus conue  
niet, aut cum eo versabitur. Nam sacris oblationis honoris gratia tanq̄ deo dicatis ap  
propinquare nulli hominum audebunt, ab hoc vero qui maledictioni fuerit obno  
xius, non secus ac a prophano & ab ipsa diuinitate ab alieno secedunt omnes, quid  
igitur sibi vult quod Paulus dicit. Videtur namq; dictis suis superioribus aduersari.  
Nam supra id clamitans profitebatur, quis nos separabit ab amore dei, nunc vero o  
prat a deo se iungi, videtur itaq; dicta hæc inter se esse contraria. At non ita se ha  
bet, illud namq; vehementissima quadam in deum caritate, dictabat incensus. Hoc  
vero vt cum deo perpetuo maneat. Cum enim vniuersi deum criminarentur, quod  
Hebreos quos antea adoptione & gloria dignissimos iudicasset fuissentq; Christi  
progenitores eiecerit, & effecerit ignominia, & his postmodum gentes suffecerit, qui  
lui nullam habuissent antea notionem, eoq; & diuinam prouidentiam obrectarent  
pleriq; & maledictis insectarentur, tanq̄ nullam in hos equitatem seruasset deus, vt  
pote qui suos sefellisset maiores, quos suis ornare beneficiis promississet dolens itaq;  
Paulus & pro dei gloria tutanda & istorum maledictis percussus, optabat se ana  
thema fore, dummodo detractores huiusmodi salutem assequerentur, & aboleren  
tur eorum in deum conuicia. Vides vt paulus pro sua in deum ardentissima caritate  
cupientissimus sit, & si fieri liceret, sese vel a cetu sanctorum qui deo assistunt sepo  
situm iri, & glorie illius eterne fruitione non tamen a dei amore seiungi, quemad  
modum plerumq; consueuere parentes, qui dulcissimo sese liberorum commertio  
abdicant, vt absentes gloriam pariant, cum nichil interea illi omittant pristina in  
liberos caritatis, quin etiam abiectos se & inglorios haberi perpetuuntur, vt illi proue  
hantur honoribus. Ipse igitur inquit qui res innumeras gesserim. Et deum vltra  
quam fert humana natura coluerim, cupiditate teneor & ingenti, dei ob gloriā si dici  
fas est, vel a dei excidere gloria, quod sane dictum nō gloriā tollit, sed vendicat po

Iudei de  
um co  
lunt sed n  
i christo.

Anathe  
ma quid

Conuicia  
iudeorū  
in deum

AD ROMANOS!

tius, cum vero cum fratribus meis qui cognati mei sunt secundum carnem inquit, sue in illos caritatis precordia patefacit, aperitque quā illorum sit salutis percupidus.

Christus  
deus vocatur  
a Paulo.

¶ **QVI** sunt israelite, quorum adoptio est filiorum, & gloria & testamentum, & legissatio & obsequium & promissa quorum patres & ex quibus Christus, secundum carnem qui est super omnia deus benedictus in secula Amen. ¶ Hoc loco iudeos laudat & magnificat, ne videatur ut diximus ex anime passione hæc dicere. Tacite autem ostendit diuine voluntatis fuisse ut salui redderetur iudei, quod patet ex his, tum quia illos sit adoptione dignatus & gloria, tum etiam quia & patribus sit multa pollicitus, tum demum quia alia complura his sit perpetua sane & egregia impertitus, placuitque ab his & Christus originem duceret. Hi tamen huiusmodi dei in se beneficia repudiarunt. Ob idque dei caritatem magnum in modum obtupescens Paulus, agit vni genito gratias qui est super omnia inquit benedictus deus. Si enim alii inquit maledictis deum incesauerunt, existimantes haud merito excepisse hunc ad se gentes, nos tamen qui dei mysteria nouimus, Scimus hunc & gloria esse & laude dignum. Ex his haud dubie verecundia & pudore obruitur Arrius, cum Paulus Christum ubique predicet & adstruat deum.

Beneficia  
dei in Iudeos.

In Arrium.

¶ **NON** autem quod exciderit verbum dei. ¶ Vror equidem inquit ob hanc in deum blaphemiā, cuperemque, & si haud quaquam sint omnes habituri salutem, vniuersos tamen saluos futuros. Non enim mentitus est deus, aut factas patribus promissiones infellit, tamen si maledici asserant deum, quæ aliis promississet, contulisse in alios, sed ad uerte quæ subsequuntur.

Israelis  
nomē  
verandū

¶ **NON** enim oēs qui ex israel, hi sunt israelite, neque quod semē sunt, Abrahe, oēs filii. ¶ **Q**uod enim pollicitus est deus inquit & executus est, dixit utique tibi & semini tuo dabo hæc terrā, videamus ergo quod illud sit semen, non enim omnes qui ex Abraham prodiere sunt, Abrahe semen. Neque qui ex israhel, Item & israhelite. Sed qui secundum isaac geniti sunt, quiue & israelis sunt digni virtute, qua deum ille videre promeruit. Neque enim ex iacob dixit, sed israhel, venerandum illud commemorans nomen, si itaque qui hominum ex iacob oriuntur didiceris, comperies sane dei promissa nil esse mentita. His namque sunt promissiones facte, quo sit, ut haudquaquam dignus videatur conuicio deus, quia perfecerat quod fuerat pollicitus, tamen si id plerumque clam habeat. Nec multis sit cognitum.

in isaac  
vocabitur  
tibi nomē  
quod  
intelligendum.

¶ **S**ED in isaac vocabitur tibi semen, id est non qui filii carnis, hi filii dei existimantur. Sed qui filii sunt promissionis, hi deputantur in semen. Promissionis enim verbum hoc est, secundum hoc tempus veniam & erit sare filius. ¶ Nil ipse inquit interpretor, quid verum sit, Abrahe semen, sed vetus id testamentum edisserit, in isaac tibi semen vocabitur asserens. Quicumque itaque secundum isaac fuerint progeniti, ex promissione videlicet certiores sunt Abrahe filii, vel dei potius. Quippe cum id omne verbo sit diuino effectum, nec enim isaac vel legis est ortus vel nature portia, sed promissionis virtute, secundum tempus hoc veniam inquit. & erit Sare filius, dei itaque verbum isaac illi formam & ortum dedit, haud secus & in nos ipsos qui & dei filii sumus, cum in baptismi eluimur lauacro, tanquam in vulua quadam materiali diuina dicta pronunciantur, quæ nos iterato & effingunt & pariunt. Nam in patris & filii & sancti spiritus nomine baptizati, renascimur. Et quemadmodum tunc promiserat deus isaac nasciturum, & res ipsa hunc est euentum fortita. Sed et nostram quam per prophetas fuisset pollicitus genituram compleuit, quæ per baptismum consistaret. Illud itaque in isaac vocabitur tibi nomē. Sic intelligitur, videlicet eos esse Abraham filios, qui eodem quo ortus est isaac modo, sunt geniti, id est lauacro illo diuino, non ergo frustra dei excidit verbū. Sed vero semini, id est his quæ ex gentibus Christi

AD ROMANOS!

sti fidem cepere, & dei sunt filii facti, promissa seruauit, quemadmodum & in isaac egit qui horum presertim figuram.

¶ **NON** solum autem illi, sed & rebecca ex vno concubitu habens duos filios. Isaac patris nostri. ¶ Ostendit & si multos haberet & varios Abraam liberos, isaac solum id seminis nomen fuisse sortitum. Vnde & qui haud ab similem illi ortum haberent, eandem esse appellationem adeptos. Nunc igitur inquit, non in isaac solum id ipsum poteris contemplari. Sed quod maius est in fratribus ipsis, ex parentibus vnus suscepris, vel gemellis & partu vnico editis. Esau & iacob videlicet. Hi namque haud quaquam sunt forte vsi, cum alter electus sit, alter odio habitus, nulla itaque erit per te ratio exigenda, cur gentes elegerit deus, & Abrahe semen vel diuinum potius illas effecerit, pro pulerit vero iudeos & prorsus eiecerit.

Esau et  
iacob in  
pariformi  
te vsi.

¶ **CVM** nondum nati fuissent, aut aliquid egissent boni aut mali, ut secundum electionem propositum dei maneret, non ex operibus sed ex vocante dictum est ei quia maior seruet minori, sicut dictum est, iacob dilexi. Esau autem odio habui. ¶ Nec esset sario mihi hoc loco vel eorum explicandus est sensus, quæ longe post dictum est Paulus, & quoniam querebant plerique cur deus gentes pretulisset iudeis, auxeritque amplissimis semper honoribus, presertim cum constet propriis nullis virtutibus diuina beneficia fuisse promeritas, quippe cum equæ essent & ipse peccatis obnoxie, colligit Apostolus plerumque quæ in dubium veniunt, nec comprehendī a nobis sat possunt et soli deo sunt cognita. Et primum ex geminis illis demonstrat, neque alterum fuisse ob virtutem electum, neque ob nequiciam alterum odio habitum, cum nondum aut prauis facinoribus essent infecti, aut bonis imbuti, ut pote qui materno adhuc vtero conderetur. Sed diuina predestinatione, id est prescientia illum amorem promeruisse, hunc, odiū, sicuti & propheta testatur, alium amari alium odio habui, ut perspicuum sit oia dei nutu & prescientia fieri, sed quid istos commemorem cum & israelite omnes vitulum effinxerint quem colerent, quorum nonnulli sunt effecti supplicii, nonnulli euasere impugnes, & Pharaon certe obstinatus erat, suique similes habebat multos, solus tamen quo iure excrucietur, vides ut hæc mortalibus incomprehensibilia sint, & soli pateant deo, sic vobis quod electe sunt gentes, & reiecti iudei absurdum videtur, Deo vero equissimum.

Gentes  
deus prelatē.

¶ **QVID** ergo dicemus, nunquid iniquitas apud deum absit. Moyse enim dicit, misereor, cuius misereor, & misericordiam prestabo, cuius miserebor. ¶ Addit insuper (ut dictum est ante) & aliud quiddam ex veteri testamento, ostensurus soli deo cognitos fuisse iudeos. Qui & partim amore essent, partim tormentis digni, tam & si vniuersi in vitulo illo conflando pariter deliquissent. Istorum tamen nonnullos misericordie & seueritatis causa vel Moysen latuit, qui tantum apud deum auctoritate valerent. Ad ipse rationem deprecis, cur gentes presertim, cum essent delictis obstrictæ, iudeis honoribus preferatur. Poterat autem Apostolus, quam alibi causam attulisset, vel hoc loco afferre cum diceret, israelitas extimasse ex operibus se iustificatum iri, gentiles vero fide & gratia, quod tamen enunciare in presenti abstinuit, cum vnum illud precipue adnitarer, ut huiusmodi homines diuinorum operum indagatores coerces, persuasurus nihil esse dei facta a mortalibus perscrutanda.

Multa  
se hoib  
occlta, &  
solita  
deo.

¶ **IGITUR** non volentis neque carentis, sed miserentis est dei. ¶ Voluit Isaac Esau benedicere, iustus ille in campum contendit, ut ex venatione, patri cum aliquid detulisset, benedictionem acciperet. Deus vero iusto iudicio benedictionem hanc iacob qua dignior esset, ut a sequeretur effecit, dicit aliquis, videtur sane liberum hoc loco arbitrium sustulisse. Apostolus, nequaquam hoc tollit. Nam quemadmodum

Paulus  
non  
sustulit  
liberū  
arbitrium

cum condenda est domus, in opifice pendere oia dicimus, tamen si ille id opus per se exequi nequeat. Sed & materia est ad structuram necessaria, & iuuantum ministrorum indignet opera. Sed quoniam illi absoluenda est domus, fatemur illius esse omne id opus. Sic item dicere de deo solemus, & in eius potestate cuncta consistere. Qui nihil a nobis nisi animi exigat promptitudinem, & quoniam sine ille reb<sup>9</sup> imponit, & benemerentes coronat damnatq; fontes, dicimus vniuersa in eius potestate consistere.

**¶** Dicit enim scriptura pharaoni, quia in hoc ipsum excitauit te, vt ostendam in te virtutem meam & vt annuncietur nomen meum in vniuersa terra, ergo cui vult miseretur, & quem vult indurat. Perorat iam & decernit, nullas esse a deo in quempiam penas efflagitandas, cum ipse cui velit ignoscat, & quem velit obduret, cui rei israelite sunt argumento, qui vitulum excitarunt, & Pharaon ille, cuius & cor est obduratum. Tunc vero deus mortalium corda obdurat, cum illos pro sua magnitudine tolerat diu, cuius deinceps ob tollerantiam redduntur iidem obstinatior ad malum. Nec secus, deus se habet quam herus aliquis qui seruum nactus sit improbum, quem, vbi humaniter & clementer vtatur, facit deteriorem, quod quidem non eo fit quod dominus seruum malignitate imbuerit, sed quia seruus domini placibilitate sit ad augendam improbitatem, & nequitiam abusus, vt pote qui herilem huiusmodi in se benignitatem contempserit.

**¶** Dices itaq; mihi quid adhuc queritur, voluntati enim eius quis resistit. **¶** Omni studio nititur vt sepe diximus, patefacere Paulus dispensationes huiusmodi omnes & iudicia soli deo innotuisse, ideoq; ambiguitates vnde quaq; colligit multas. Nec tamen soluit, vt auditorem vrgeat magis, suadeatq; ab homine hac comprehendere non posse, nec plane cognitione vlla teneri. Queret aliquis si itaq; quem velit deus obdurat, quid ergo delinquens culpandus est, quis enim poterit eius voluntati obfistere? voluit ille & obdurauit, eo nec illud iniuria fit, si obduratus aliquis in aliquod probibitur facinus. Hunc ergo quo iure vel culpatur, vel cruciatur deus? Hac itaq; obiectio, idcirco inducta est, vt arguantur quae diximus hominibus esse obscura, & deo duntaxat comprehensibilia. Propterea neq; Apostolus ea soluit. Sed hesitantes & dubios obstruit inquiring.

**¶** O homo tu quis es vt respondeas deo. **¶** Vides quam reprimat intempestiuam hanc & superuacaneam hominum curam, & frenos imponat hac conquirentibus, erudiatq; ad diuinam cognitionem, vt intelligant quanti sit deus & quid videat homo, tu quis es, num is qui cum eo habeas partiri imperium? Ad tibi cadit, discernere quod illi agendum sit, quid ve minime, scrutari naq; virum hoc illud ve deceat nec ne, eius est sane qui in faciem deo respondeat, & iudex sit in hunc constitutus. Nequaquam erit hoc pacto agendum. Sed rebus ipsis parendum est & fides prestanda, vt cumq; per eum sint geste.

**¶** Vn quid dicit figmentum ei qui se finxit, quid me fecisti sic? An non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud in contumeliam? **¶** Istiusmodi exemplo vsus est Paulus, non vt liberum nobis demat arbitrium, neq; vt ociosos & desides arguat, sed vt instruat quemadmodum deo sit obsequendum, vtq; intentio & quaedam taciturnitas ad obsequendum sit preferenda, nam quemadmodum figulus inquit eodem ex luto nihil fictilibus ipsis contra dicentibus effingit quod animus tulerit, sic tibi cur deus qui ex vno eodemq; hominum genere tormentis hos cruciet, illos honoribus augeat indagandum nil erit, quin potius seruice summissa hunc pronus adora, & lutum quod fingitur imitare, vt quae illud figuli manum sublequitur, sic & ipse disponentis dei voluntatem sectare. velim tamen intelligas, quod quemadmodum non ficti ratione, sed vtentium partim hac

Deus  
mortali-  
um cor-  
da qn ob-  
durat.

Cur ho-  
noratur  
alii, alii  
deiciantur,  
non esse que-  
rendum

vasa preciosa redduntur, partim vilia cum ex vno eodemq; luto conficta sint. Sic in hominibus non natura, quippe quae mater sit omnium, sed voluntas, hos facit supplicio dignos, corona illos & premis.

**¶** QVOD si volens deus ostendere iram suam, & notam facere potentiam suam sustinuit in multa patientia vasa ire apta in interitum, vt ostenderet diuicias gloriae suae in vasa misericordiae, quae preparauit in gloriam, quos & vocauit non solum ex Iudeis, sed etiam ex gentibus. **¶** Postquam illorum ora obstruxit qui diuina iudicia inuestigare admitterentur demum obiecta dissoluit, est tamen haec rei totius sententia, Iras Pharaon erat, hoc est homo ob innatam duriciem dei iram succendens, hunc sustinuit deus & tollerauit, & in ira in eum longanimitate est vsus, quae tamen ille abutens in animi duriciem vertit, & factus est ire susceptibile vasculum, & ad perditionem idoneum, quam scilicet sponte adierit, nil enim deerat quod ad eius perniciem faceret, sed cuncta presto fuere apta profecto & accommoda, quae illum ad interitum ferrent, vt igitur hunc furentem, & iracundiae vasculum sponte sua effectum, excutians deus, suam praese tulit potentiam, sic & his deus qui plurimum ex gentibus deliquissent. Et tunc gloriae diuitias patefecit. Et ideo tandem est illos commiseratus. Quia illi se commiseratione dignos fecissent, Nec enim clementiae dixit sed gloriae. Nam venia quae peccantibus datur in summam cedit deo ad gloriam. Quae autem preparauit, id est quae ille presciuit, nec gentiles dixit saluos esse per eum omnes effectos, sed ex gentibus, aliquos scilicet. Noli ergo Iudaei id ferre molestius, ecce ex gentibus & si plerisque ignoscitur, tamen non omnes sunt veniam consecuti.

**¶** SICVT in Osee dicit. Vocabo non plebem meam, Plebem meam, & non misericordiam consecutam, misericordiam consecutam, & non dilectam, dilectam, & erit in loco vbi dictum est eis, non plebs mea vos. Ibi vocabuntur filii dei viui. **¶** Ne forte id dicant iudei, quid nos fallis o Paule talia predicans? Inducit Osee clamantem dicentemq; vocabo, qui non est populus meus, Populum meum verum quis erat, hic populus, gentes nimirum, quae illa dilectae Ecclesiae gentium, quorum alii in populum concesserunt, adamatiq; sunt, & viuentis dei filii redditi, quod proculdubio videtur prestantius. At si dixerit quispiam de iudeis haec dicta fuisse. Qui & si fuerint ingrati admissos tandem in gratiam rediisse, non erit ei fides prestanda, nam & si de illis dicta haec esse constaret, quid impediret, quominus vel in gentes id ipsum credere videatur.

**¶** ESAIAS autem clamat pro israel, si fuerit numerus filiorum israel tanquam harena maris, reliquiae saluae fient. **¶** Non vno contentus Osea, quinetiam & Esaiam inducit clamantem. Hoc est vocem libere edentem, & nichil repressum, quia non omnes israelite salui essent futuri, nisi qui digni salute forent, reliquiae autem saluae fient. cum inquit, electos pretendit, quos scilicet reliquerit deus, se iunxerit quae, vt dignos videlicet. Cum vero dicit secundum maris harenam, admonet eos promissionis, quae sit in veteri testamento conscripta, cuius indignos se fecerint. Perinde ac si inquit, nolite animo obturbari, si mentita esse videatur haec repromissio. Cum constet prophetas omnes clamitando precinuisse, non esse omnes saluae dignos.

**¶** VERBUM enim consummans & abbrevians in equitate, quia verbum breuiatum faciet dominus super terram. **¶** Ostendit hoc loco quemadmodum reliquum illud israeli saluabitur, inquitq; nec laboribus opus esse ad illorum salutem, nec terre ob id longius sunt obeunde, nec miserae queque, & calamitosa sunt tolleranda, quae legis operibus insunt. Sed deus ipse consummans abbreviansq; fidei verbum in omnes terras, id quidem in equitate faciet & iusticia, hoc est vt iustificet omnes qui verbum illud sunt suscepturi, nam si iesum dominum tuo ore fateberis, crediderisq; corde &

Pharaon  
vas ire.

Ecclesia.

animo hūc ipsum fuisse a mortuis excitatum, saluus haud dubie fies. Hoc sane breuiatum est verbum, haec inquam cōpendiosa & breuia fidei dicta.

Sodomor  
mo. Go  
morra.

¶ **ET** sicut praedixit Esaias nisi dominus sabaoth reliquisset nobis semē, sicut Sodomam facti essemus, & sicut Gomorra similes fuisset. ¶ Dixit saluas fore reliquias illas, nunc vero cur sit illud effectum interpretatur, inquitq; semen illud electum & fermentum ipsum reliquit iam deus, quod enim elegit dixerat, reliquit nunc dixit. Perinde ac si inquit, nisi nos deus ipse tutetur, vniuersi haud secus quā Gomorra ipsa & Sodoma in perniciem ibimus, vt pote qui ob praua facinora simus damnationi obnoxii.

Cur gen  
tes susce  
pti iudei  
vero reie  
cti.

¶ **Q**UID ergo dicemus, qd̄ gentes quae nō sectabantur iusticiam apprehenderunt iusticiam, iusticiam autem quae ex fide est, Israel vero sectando legem iusticie, in legē iusticie non peruenit. ¶ Hoc loco apertissime causam refert quā & suscepta a deo sunt gentes, & reiecti iudei, Inquitq; gentes ideo iustificatas esse, quia ex fide tenerent iusticiam, israelitas vero, quia iusticie legem, id est quae ex operibus tota constaret, sequentes conquirent, nondum tamen eo proelectos vt iustificari potuerint, neq; eni tanti lex erat, vt ex actionibus ipsis, iustos redderet homines.

¶ **Q**VARE quia nō ex fide, sed quasi ex operibus legis. Queris quā ob re nō sit israelite iusticiam assecuti, & si enixissime vt assequerentur incumberent, Edisce ergo non ex fide illos iusticiam, sed ex legis operibus conquisisse, ex legis vero operibus inquit: non iustificabitur omnis caro. Attende autem non ex operibus dixisse simpliciter, sed quasi ex operibus vt arguat nō veris illos incubuisse operibus, sed fucata potius quaedam prele tulisse.

Christi  
lapis of  
fendiculi  
iudeorū

¶ **OFFENDERVNT** enim in lapidem offensionis, sicut scriptum est, ecce pono in Syon lapidem offensionis & Petram scandali, & omnis qui crediderit in eum nō cōfundetur. ¶ Qui offendit idcirco illiditur, quia rebus aliis vacet, neq; ea quae coram sunt videat. igitur & iudei cum legi inhierent ad Christum offenderunt, id est illi nō crediderunt. Nā & ab eorū euentu qui minime credidissent, Christus est offendiculi lapis, & petra scādali dictus, ipse namq; quātū in se erat p̄ fundamento fuerat, & firmamento impositus inquit enī. Et omnis qui crediderit in eum nō cōfundetur, siue gētilis sit ille siue iudeus, fides itaq; sola est, nō opa ipsa, quae & opatur oīa & iustificat.

¶ **F**RATRES volūtas quidē cordis mei, & obsecratio apud deum pro israel est ad salutem. ¶ Cum iudeos sit perfidie inculaturus, demulcet nos prius ne ex odio dicere quae dicitur est videatur, inquitq; voluntas mea & vehemens desiderium. Neq; id mō, quin etiam & preces mee p̄ vobis maxime cōnituntur, nō solum vt tormenta illa futura euadatis innoxii, sed vt salutem etiam cōsequamini. Qui ergo possum vobis videri infensus, quibus sim ipse comprecatus salutem?

Zelū ha  
bātes nō  
scdm sci  
entiam.

¶ **T**ESTIMONIUM enim perhibeo illis quod emulationem dei habent, sed nō secundum scientiam, ignorantes enim dei iusticiam, & suam querentes statuere, iusticie dei non sunt subiecti. ¶ Videtur initio quidem illis gratificari demulcens, inquit enim hos dei zelum habere, nō tamen secundum scientiam. Vnde commiseratione dignos potius eos quam supplicio arguit. Legis siquidem hī zelo tuetur, quae a deo sit tradita. Zelus tamen huiusmodi haud quadam secundum scientiam est. Neq; enim scire volunt quemadmodum lex illis cessauerit, nec vltra vim habeat. insequentibus vero ostendit cōtentiosos hos esse, cupidos principatus. Quippe qui cum propriam queant obūmare iusticiam, eam videlicet quae legis sit & labore proprio & operibus parta queue & plane collapsa est, nāc queat consistere, neq; hanc itatuisse coarguuntur, nāc diuine se iusticie subiectisse, quod sane horum & superbiā retegūt, & mentem praefecture percupidam, vel insanam potius patefacit. Quandoq;

Iudei cō  
tatiōsi &  
cupidi  
pricipa  
tus.

quidem id querat statuere, quod instabile sit, & ea in re frustra versetur, at dei iusticia ex fide constat, quippe quae nihil exigat, quod nobis gloriosum sit aut graue, sed omnis sit diuina in gratia sita.

¶ **F**INIS enim legis Christus ad iusticiam omni credenti. ¶ Postq; & legis iusticiā dixit, ne forte qui ex Iudeis crederant, dicerent. Ergo & ipsi hac omīssa iustica legē transgressi sumus, et item qui prorsus nil crederent id forsan obiicerent. Cum constet igitur in lege inesse iusticiā, & si minus nos ad id tēporis hāc adimpleuimus, oīno tñ sumus hāc obituri, vtrūq; itaq; cōfutās Paulus inquit, legis finē Christū esse. Quod enim lex ipsa volebat, vt hominē iustificaret, nec tamē est quod voluit executā, id Christus perfecit, & hominē iustificauit, nec dixeris qui ex iudaicis institutis ad Christi te fidem cōtuleris, legem te fuisse transgressum cum videas potius legis hanc voluntatem, fuisse in te finem iam nactam, quia in Christum credideris. Nec contra tibi quidem Iudeq; nondum fide suscepta asperandum est in te perfectum iri legis iusticiam, cuius perfectior est Christus. Si iusticiam igitur vendicare hanc cupis, Christus est tibi per fidem suscipiendus, hoc pacto, omnium factus est compos.

Christus  
fecit q  
lex nō p̄  
fecerat.

¶ **M**OYSES enim scribit, quoniā iusticiā quae ex lege est, qui fecerit homo viuet in ea. ¶ Cōfirmat qd̄ dixit Christū fuisse qd̄ lex minus impleisset iam executū, & Moyses asserit dixisse hominē posse ex operibus iustificari, neminem tamē inuentū esse qui legis opera ista perficeret, eo nec licere quidem per legem iustificari.

¶ **Q**VE autem ex fide est iusticia sic dicit, ne dixeris in corde tuo, quis ascendet in caelum: id est Christum deducere, aut quis descendet in abyssum: hoc est Christum ex mortuis reuocare. Sed quid dicit scriptura, hoc est. prope est verbū in ore tuo, hoc est verbum fidei quod praedicamus, quod si cōfitearis, in ore tuo dominum Iesum, & in corde tuo crederis, quod deus illum excitauit a mortuis, saluus eris. ¶ Audisti legis opera non posse hominē iusticiam impertiri. Perdendum tibi insuper erit, quā facile liceat & nullo labore in Christo iusticiam comparare, quandoquidem per spīcum sit fidem Apostolum in corde fundatam, vel solem oris confessionem exigere, necessarium autem erit id dictum latius explicare, et quis nam ille qui caelos sit cōfensurus, qui ve in profundum descensurus ad inferos, quod Paulus a Moyses sumēs longe aliter quam litera habeat, interpretatur. Moyses interea quantum ad literam attinet exteriorem sic inquit, dei mandatum Iudeq; iacet tibi sub oculos nec tibi vt hoc ipsum inuenias et potiaris, vel celum est inscendendum, vel subeundus abyssus, sed presto est illud, et tibi propinquius. Ecce tuo scilicet in ore & mente adest. Nam cuncta tibi per legem aperuit deus. Haec quidem secundum literam asseruit Moyses, aliter tamen longe Apostolus, nil hesites inquit, neq; id animo sub dubio verles, quae admodum e caelo Christus descenderit, & cruci, affixus sit, vel ex abyssio cum mortē obisset, id est ex abditissimo & profundissimo loco emerferit. Quin potius crede carnem sumpturum descendisse de caelo, quod item a mortuis suscitatus ascendit, deus enim hunc suscitauit. Potes itaq; vel ob suscitationis dignitatem Christo fidem praestare, quid ergo hac re facilius: cum in ore salutis vis omnis consistat, et ne ob facilitatem huiusmodi contemptibile appareat fidei verbum, ostendit fidei aduersari incredulitatem, quae mente & cogitatione voluatur, eoq; his viriliter obsistendum, ne dixeris inquit in corde tuo, haec illa ve, id est nihil animo agites quod ambigas, vel siquid occurrat quod te in dubium vertat propelle.

Nota!

Fidei qd̄  
interdū  
aduerferi  
tur.

In fide  
os cordis  
& cor oris  
officio  
diget.

¶ **C**ORDE enim creditur ad iusticiam. Ore autem confessio sit ad salutē. ¶ Opus habet & cor oris ministerio, quid enim prodesset animo dūtaxat credere, nisi in hominum cōspectu et verbis profiteremur quod credimus. iustificat enim quae menti insidet fides, perfecta autem salus in cōfessione versatur. Ex ea nāq; & fides splendescit



& plurimos iuuat, eget præterea & os ipsum cordis officio, nam plerique veritate mentita & si Christum ore fatentur, corde tamen ab eo sunt longius.

**¶ DICIT** enim scriptura omnis qui credit in illum non confundetur, non enim est distinctio Iudei & Greci. Nam idem dominus omnium, diues in omnibus qui inuocant illum, ois enim qui inuocauerit nomen domini, saluus erit. **¶** Cū diceret corde prestari credulitate, & ore confessione, producit sacris ex literis testimonia, ut fidei, ita & confessionis, & inuocationis ipsius, quia omnis qui credit et fide pre se ferat necesse est, quia iusti non confundentur. Cum vero omnis qui inuocauerit inquit, confessionem designat, quæ operatur salutem, vnusquisque igitur siue iudeus sit ille, siue Grecus acceptus est deo, quippe qui sit omnium dominus, & diues in omnibus qui inuocant illum, hoc est opes in his possidet sempiternas, qui eius inuocauerint nomen, perinde ac si dixerit quisquam imperatorem in auro argentoue amplissimas habere fortunas, cum itaque credentes deus pro diuiciis habeat, nequaquam ipse & si quauis venia indigna admiseris, desperes, est enim ille vel te suscepturus, ut suarum opum in partem locet.

**¶ QVOMODO** ergo inuocabunt in quem non crediderunt, aut quomodo credent ei quem non audierunt, quomodo autem audient sine prædicante, quò vero prædicabunt, nisi mittatur, sicut scriptum est, quia speciosi pedes annuntiantium pacem, annuntiantium bona. **¶** Dixit superius quicumque inuocauerit eum saluabitur, coarguit itaque negligentie & incredulitatis hoc loco, quia non inuocauerint, cur enim inquit non inuocauerint? quia non crediderunt, quia ob rem non crediderunt: num quia audierunt nequaquam, audierunt quidem & persepe, mox obiectionem hanc subdit, at quo pacto poterant sine prædicante audire? proinde hanc soluit, dicens, at qui multi sunt ad eos, qui prædicarè transmissi, at vnde id liquet? dicit aliquis fuisse hos ad illos dimissos, ad id demum prophetam producit dicentem, quia pulchri sunt pedes annuntiantium pacem, annuntiantium bona, nihil enim circumacti prædicabant. Apostoli præter bona illa ineffabilia & pacem, quæ esset iam deo cum hominibus ipsis conciliata, sit ergo ut fidei non susceptæ crimen ascribatur iudeis, quia non ceperint prædicantes.

**¶ SED** non omnes obediunt euangelio. Esaias enim dicit, domine quis credidit auditui nostro. **¶** Cum predicatorum dixisset prophetarum fuisse testimonio comprobatos, quod diuinitus essent in mundum transmissi, eo quod oportuisset ut audirentur ab omnibus, haud dubie inquit non omnes euangelio paruerunt, nihil tamen ob id iacture patitur veritas. Illud vero idem Esaias prædixit, quis credidit auditui nostro. Perinde ac si dicat per paucos auditui nostro obtemperarunt.

**¶ ERGO** fides ex auditu, auditus autem per verbum christi. **¶** Hoc dictum a superioribus pendet, ac veluti perorat. Et terminat quæ superius dixerat, præterditque aliud quiddam se dicturum. Nam cum iudeis per singula tempora postulantibus signa & resurrectio nem, querentibus pene oculis intueri, Fide dicit ex auditu consistere, quin etiam auditu esse præstantiore, eoque præter hanc non esse aliud, quippe iam expetendum, si quidem auditio hæc non in dictis quibusdam simplicibus, sed diuinis consistat. Itaque si miracula quæ a deo prodeunt flagitas, erit tibi & verbis ut ab eo enunciatis fides præstanda.

**¶ SED** dico nūquid non audierunt? & quid, in omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terre verba eorum. **¶** Haud secus respondet, ac diceret, si quispiam, quid ad Iudeos illud si missi sunt qui euangelium prædicarent? hi tamē horum neminem intellexerunt, inquit igitur terrarum orbis hos audiuit, & hi duntaxat sunt auditionis huius expertes, apud quos tam diu sunt prædicantes Apostoli diuersati, essentque & eorum ex genere orti undi. Quo ergo pacto rationis quippe iam habere in se videbuntur hæc dicta?

**¶ SED** dico nūquid israel non cognouit. **¶** Alia rursum obiectione. Si constat inquit aliquis prædicasse Apostolos, hos vero istorum dicta nihil exaudisse, ergo nec veniam merebuntur.

Ob paucorum incredulitatem nihil iacture patitur euangelica veritas.

Ex auditu fidem consistare.

**¶ PRIMVS** Moyses dicit, ego ad emulationem vos adducam in non gentem, in gentem insipientem, in iram vos mittam. **¶** Et si non aliunde, ex honore saltem, qui gentilibus ipsis impenitus est, sapere debuissent. Nam cum eos spectarent qui Idolis inuenerunt, fuisse tot bonis repente donatos, oportuit eos vel zelo ducti peroscere, has esse gentes de quibus Moyses precinuisset, non enim solum honoris immenitas hæc satis iam videbatur, ut sese ad gentes sectandas impelleret, quin illud etiam quod abiecti, & viles a deo haberentur, qui tantis essent affecti honoribus, ut nec pro gentibus quidem credi apud alios possent, id enim designat quod inquit, qui gentes non sunt & insipientes. Nam quid dari gentilibus ipsis potest inulti, qui lignis & lapidibus inhiarent?

**¶ ESAIAS** autem audet dicitque. Inuentus sum a non querentibus me, palam apparui his qui me non interrogabant. **¶** Moysen cum dixisset priorem fuisse de gentibus vaticinatum, mox alium inducit prophetam eadem illa apertius asserentem. Esaias inquit audet & dicit, id est visus est quæ vera sunt nudius explicare, & potius discrimen subire, quam obticere. Inuentus autem sum inquit a gentibus qui minus me quærerent, nec plane rogarent. Quos autem Moyses gentem insipientem appellat, Hos Esaias non querentes neque rogantes dicit, tanquam indociles & rationis expertes, & quibus essent dei verba infensa, oportuit itaque vel ex his omnibus Iudeos non ignorare, sese fuisse depullos & esse alienos, id est gentes inductas.

**¶ AD** Israel autem dicit, tota die expandi manus meas ad populum non credentem, sed contradicentem mihi. **¶** Ne causam habeat excusandi, quod se gentibus deus inuentu facilem præbuisset, sui vero conuersatione defugerit. Sic inquit, tota die, id est per omne tempus manus meas expandi, ut vos a me traheret, at vos populus incredulus quidem & contumax obstitistis, vobis itaque id criminis datur non mihi, ipse namque distetis brachiis, ad me ut iretis hortatus sum, vos tamē minime paruistis, vnde patet sanè Israelitas & prædicantes audiuisse Apostolos, & cognouisse, haud tamē voluisse illorum dictis obtemperare.

**¶ DICO** ergo nūquid repulit deus populum suum absit. Nam & ego israelita sum ex femine Abraham, de tribu Benjamin, non repulit deus plebem suam, quæ præsciuit. **¶** Cum israelitas affirmet populum contumacem, perinde ac si dubitas inquit, num quod populus sit inobediens, eo & false sunt repromissiones: minime, neque enim qui præsciuit populum deus reiecit. i. qui nouerat esse ad fidem suscipiendam idoneum, sum etenim & ipse israelita, deinde, ne illi obicerent, te ergo solum pro populo ducis, rursum infert, non reiecit deum populum suum cum constat videlicet ad hominum tria milia extitisse, si cuti patet in actis Apostolorum & aliis infinitis qui in christum crediderint.

**¶ AN** ignoratis in Helia quid dicit scriptura, quemadmodum interpellat deum aduersum israel, domine prophetas tuos occiderunt, altaria tua subfoderunt, & ego relictus sum solus, & querunt animam meam. Sed quid dicit illi responsum diuinum? reliqui mihi septem milia virorum, qui non curauerunt genua ante Baal. **¶** Ne forte id dixerint, quid ais Paule, tribus milibus aut milibus quinque vel innumera multitudine tantum populi terminabis, qui arene & stellis assimiletur? inquit igitur Helia temporibus milia hominum septem superfuisse, quibus erat de salute sperandum, quod tamen nehelig ipsi innotuit, nunc vero non iniuria dixerim, quia plurimos esse qui christi fide exceperint, quod si vos latet nil mirum quandoquidem & helias ille lue etatis hoies ignoraret, qui salui essent futuri, tacite autem cum re alia videtur tractare, & christi morte interferit, cuius se cede hi inquinassent iam pridem, & ab initio prædicatam, verum ne asserant illi christum sese occidisse ut seductorem, quo pacto inquit & priscos illos prophetas maiores vestri e medio sustulerunt, num & illi seductores fuerunt? at nobis dictari sunt pro eorum licentia & molesti erant & graues, verum cur illi & altaria disturbabant num illa poterant improbare? cur præterea & Heliam qui pro eorum salute intercederet, fa-

Esaiete/ stimonium.

Populus iudeo contumax et incredulus.

Helias

Iudei prophetas primo & inde christum e medio sustulerunt.

citaretque admiratione queque dignissima ut morte afficerent, conquirebant. Cum itaque tantus esset improborum hominum numerus, septem milia dumtaxat sibi elegit dominus, sicuti responsum diuinum dicit, id est apprensus deus & loquens, haud igitur est quoque modo mirandum si vel gentes & quos dignos praesciuerit, se legerit deus, quod clarius in sequentibus demonstrabit.

¶ **S**I C ergo in hoc tempore reliquie secundum electionem gratie saluae facte sunt. ¶ **Q**uemadmodam enim frumentum contulis eiecit & paleis purius residet, sic malos reprobans deus sibi digniores reliquit, cum autem secundum electionem inquit, gentium studium patefacit, quo sibi sint electionis huiusce dignitatem adepti, cum vero gratie dicit, dei dono id factum praetendit.

¶ **S**I autem gratia iam non ex operibus. Alioqui gratia iam non est gratia. ¶ **M**aximum sane in modum inexcusabiles fore hos asserit, qui ex iudeis Christi fidem non exceperint, perinde ac si dicat, nec enim excusare illud potestis negocia deum & labores exacturum, ab his, qui se & sectentur & colant, quippe qui omnia sit per gratiam elargitus, cur ergo salutem respuitis, praefertim cum id boni possit tam facile vendicari, volentes itaque omnes salui sunt facti, quos dei ex populo esse constaret, nequaquam ergo populum suum repudiat deus, qui dignus salute sit.

¶ **S**I autem ex operibus, non ultra est gratia. Quoniam opus non amplius est opus. Si ex operibus deo grati efficeremur, vaceret gratia, si vero gratia vacet & superuacanea sit, vel opera ipsa tollantur necesse est, ubi enim gratia inerat, nulla requiritur operatio. Et ubi operatio, gratia nulla exigitur.

¶ **Q**UID ergo quod querebat israel. Hoc non est consecutus, electio autem consecuta est. ¶ **C**um aperuit quid gratia sit. Eamque dei donum sine vllis operibus hominum esse monstrasset. Asserit demum israelitas cum iustificationem conquirerent, nequaquam fuisse hanc consecutos, quia nec recte quesissent. Et ex operibus ipsis, quod fieri non poterat iusticiam se habituros sperarent, electio autem hoc est qui electi fuissent, illam sunt nacti, ostendit itaque per hanc electionis appellationem, futurorum bonorum magnitudinem, & dei munere cuncta euenire mortalibus, est & illud huiusmodi apud nos sermone vernaculo vsurpatum, consecutus est ille quod cordi habebat, hoc est sine labore, oblatum aliquid vltro, inuenit.

¶ **C**ETERI vero execati sunt sicut scriptum est, dedit illis deus spiritum compunctionis oculos ut non videant, & aures ut non audiant usque in hodiernum diem. ¶ **E**saiam huiusce cecitatis testem producit, ne sua videatur narrare & propria, dedit autem deus, id est si uult permittitque ut spiritum compunctionis haberent, cum punctioem autem dicit animi habitum quendam pertinacem ad malum & immutabilem, horum itaque insanabilem mentem & in malo constantem, compunctionem appellat, quandoquidem hi & oculos habent, quibus possent miracula intueri, & aures, quibus domini doctrinam perciperent, his tamen vtriusque nihil oportune sunt vsi, neque hos modo sensus Christo domino, sed ne Apostolis quidem accommodarunt.

¶ **E**T Dauid dicit, fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum & in captionem, & in scandalum & in retributionem illis obscurentur oculos eorum ne videant, & dorsum eorum semper incurua. ¶ **Q**ui enim perseverat in malo nec immutantur, extremis suppliciis duexabuntur, & mensa eorum id est ynuerfa fortune bona & deliciae omnes his ipsis in contrarium cedent, capiatur in super & comprehendantur, & cunctis, sint in capturam perfaeles, in omnemque suam vitam & scandalum habeant, & praecitate offendant. Haec autem cum ex prauis actionibus et peccatis perpeti iudeos monstrasset & mercedem simul exponit, his enim inquit, & oculi sunt ne videant obtenebrati, et mentis et prius cecatiunt oculi, vel sensibiles quida et corporei exteriorisque calamita-

Nota diligenter.

Israelite iustificatione non affecuti sunt.

Compunctio quid apud Paulum.

tibus obscurantur, & illorum incuruatum est dorsum, quippe qui Romanorum feruitute & iugo praemuntur, a quo nunquam soluentur.

¶ **D**ICO ergo nunquid sic offenderunt ut caderent absit. ¶ **C**um satis iam eos carpsisset, quemadmodum consoletur nunc querit, rogatque num hi deliquerunt ut caderent, id est num facinus insanabile aliquod commiserunt absit, offenderunt enim id est illi sunt, nec tamen a deo, ut profus acti praecipites videantur, vel ita collapsi ut se cum velint nequeant aliquando attollere. Sunt namque & hi vel in seculi consummatione habituri salutem, ita ut salui fiant, sicuti & in orationis processu asseritur est Paulus.

¶ **S**ED illorum delicto salus gentibus, ut illos emulentur. ¶ **D**uo quaedam hic nuntiat Paulus & Iudeos soletur, & gentium tumorem & insolentiam frenet, inquitque iudeorum ex lapsu et diffidentia nec Christo praestita fide, salutem obuensis gentilibus, erat sane id consequens & res ipsa identidem videbatur exposcere, ut horum salus gentium praerent salutem, sed quoniam minus hi paruissent, vocate sunt gentes, quod multis in locis in euangelio demonstratur, saluati sunt quidem gentiles, ut illos emulentur, id est gentibus collati honores, cum iudeos momorderint, vel harum emulatione sese ut ad fidem conferant persuadebunt.

¶ **Q**UOD si delictum illorum diuicie sunt mundi, & diminutio eorum diuicie gentium, quanto magis plenitudo eorum. ¶ **S**i cum offenderent inquit iudei, tam multis peperere salutem, ut ipse eiectis admisse sint gentes, & illorum peccatum diuiciarum loco gentilibus concesserit, quanto magis plenitudo ipsorum, id est cum & ipsi salutem fuerint penitendo adepti, haec quidem eo nunc differit ut iudeis gratificetur, et solamen his aliquod afferat, non enim gentiles si fide caruissent, idcirco salui fuissent effecti, qui offenderent iudei.

¶ **V**OBIS enim dico gentibus, quoadiu quidem ego sum gentium Apostolus ministerium enim meum honorifico, si quo modo ad emulandum prouocem carnem meam, & saluos faciam aliquos ex illis. ¶ **R**ursum cum iudeorum demulcet animos gentiles cohercet, inquitque, laudo vos o gentes duabus de causis. Primum quia necesse est mihi, ut pote qui vos in litu edos susceperim, honorificare ministerium meum, id est vos, secundo ut ad emulationem prouocem carnem meam, hoc est Iudeos, sanguine mihi secundum carnem coniunctos, & saluos faciam, nec vniuersos dixit sed aliquos, tacite etiam illorum duriciem patefacit, & eorum nonnullos emulatione quadam inductos et contentione suspicatur, gentiles imituros & suscepturos fidem.

¶ **S**I enim amissio eorum reconciliatio mundi quae assumptio nisi vita ex mortuis. ¶ **S**i cum iudeis inquit succenseret deus, tantis alios donauit bonis, & cum inimicis amicitiam conciliauit, quibus non ille largitionibus iudeos est ornaturus, si illos susceperit, erit enim tunc ex mortuis vita, id est bona innumera, id enim praefert per vitam, simul etiam nescio quid, profundius aperit, videlicet quae admodum a mortuis resurrectio, ut non iudeorum gratia futura est, sic nec illorum respectu aliis obuertura est salus, nisi fide habuerit quemcumque autem dicere pro iudeis nititur, lenta quadam gratificatione & frigida ad illorum gratiam loquitur, nec secus ac solent medici egrotantibus plerumque gratificari.

¶ **Q**UOD si delibatio sancta est & massa, & si radix sancta & rami. ¶ **D**elibatione & radice patriarchas appellat, fermetum vero & ramos qui illorum persuasum crediderint, consolatur itaque infideles iudeos, & vos inquit credetes, sanctimoniam comparabitis, est enim necesse ut delibatio, id est fermetum & massa psimilis sit, & radicibus rami. quod si & vos non hac fueritis similitudine nacti, & sume erit i vobis & pertinacis nequicie argumentum.

¶ **Q**UOD si aliqui ex ramis fracti sunt, tu autem cum oleaster esses infertus est in illis, et fecius radice, et pinguedinis oliuae factus es, noli gloriari aduersus ramos. ¶ **I**nfideles iudeos ramos appellat cofractos, sunt enim sanctiori hac indigni radice redditi, et

Ex iudeorum lapsu ac diffidentia salus obuens gentibus.

Paulus apostolum se gentium vocat.

Patriarchae delibatio vocantur.

Inferus,  
nō plātatus.

recte cōfracti sunt dixit, si quidem nunq̄ antea cōstat perdidisse hos deum vel grāuiter delinquentes, vt impresentiarū sunt perditū, pro his itaq̄ inferus est inquit gentilis, nō tamē plātatus dixit sed inferus, ostendens iudeū pro arbore quin etiam vel ea dē in arbore. id est in patriarchis ipsis gentiū cōsistere nationem, participemq̄ & radicis esse & qualitatis effectam, id est eiūdem sortitam esse a deo cum illis, & ingenuitatis & glorie portionem, haud quāq̄ ergo in ramos iactabundus ipse insurgas.

¶ QVOD si gloriaris non tu radicem portas, sed radix te. ¶ Id sane auulforū ramorum erit officium, nam radicis est sustinere, vides quā frigide gratificetur iudeis, consolari illos dumtaxat studens quin potius vt gentes secentur hos concitat, aperiens qualem sint iacturam perpepsi, & quemadmodum alii sua possideant.

Gentiles  
fidei bñficio Iudeis sunt  
praelati.

¶ DICES ergo fracti sunt rami, vt ego inserar, bene propter infidelitatem fracti sūt tu autem fides tas. Noli altum sapere, sed time. ¶ Ostendit hoc loco non propterea fuisse gentiles inductos, quia commisissent iudei. Sed fidei gratia, quam prę se tulerint illi. Quibus vero in rebus videtur gentium nationem frenare, iudeos magis enundat venia quauis commisisse indigna. Interea tamen & gentilem instituit & iudeum, inquit igitur tu, qui gentilis sis, ideo fuisse iudeos effractus, vt inserar ipse, effracti sunt quidem, sed prę ipsorum infidelitate, non vt honorem aliquem tibi deberet deus, stetit enim fide, id est per fidem radici insertus, itaq̄ et tibi ne cadas verendum est, quando non nature infertio, sed fidei sit.

Gentiles  
infertio &  
inductio,  
quia i iudeorum  
norē fuerit.

¶ SI enim deus naturalibus ramis non pepercit, forte nec tibi parcat. ¶ Illi inquit satorū erāt patriarcharū filii et fuere ob infidelitatem diffracti, timendum ergo et tibi erit qui inductitius sis, & nuper admissus, ne forte et delinquenti tibi non parcat.

¶ VIDE ergo bonitatem & leueritatem dei, in eos quidem qui ceciderunt feueritatem. In te autem bonitatem dei si permanferis in bonitate, alioqui & tu excideris, & illi si non permanferint in incredulitate inferentur, potens est enim iterum inferere illos. ¶ Non enim quod recte egeris aduertē inquit, sed dei bonitatem attende. nam omnium summa huius in gratia versatur, & curavt incumbas non fidei dixit, sed bonitati, hoc est ad vsq̄ finem ea facito sedulo, quæ dei sunt non indigna clementia. Na si haud ita te gesseris, non aliter ipse es perdendus, atq̄ illi certo sunt inferendi, si non in infidelitate perliterint, neq̄ enim illos prior pręcidit deus. Sed ipsi per se sunt ob suam incredulitatē præcisi, dei autem dicit feueritatem, quia nil illis pepercit, tam prave labentibus, sed indignos potius iudicavit, qui primoribus illis & sanctis patribus participes essent, vel aliquo cum illis vinculo necterentur. prudenter autem ex his quæ iudeo obtigerint gentilem per terrefacit, et iudeum hortatur gentilis exemplo, vt per fidem & ipse inferatur, reddatq̄ illum ob dei potestatem & lpei plenum, potens enim inquit est deus infertionem hanc facere, qui omnia supra humanam spem operatur.

Secūdū  
naturam  
& præter  
naturam  
qd apud  
Paulum

¶ NAM si & tu ex naturali excisus es oleastro, & contra naturā insertus es in bonam oliuam, quāto magis hi qui secundū naturam inferentur sue oliue. ¶ Si gentilis ipse cum improbus sis maiores tuos habeas oleastro affimiles, a quibus si ob fidem abscisus, & præter naturam fueris bone oliue, id est patriarchis insertus, quanto magis iudeus qui natura id boni possideat, nonne ad suā oliuam, id est ad suos patres confugiet, secundum naturā, cum a Paulo dictū inuenieris p re decēti & quæ vt sequatur ne cesse sit ceperis, exēpli gratia, decuit sane Abraham filiiū patris sanctitate sectari, et sanctum fore, & contra cum præter naturē dixerit, pro indecenti & alieno sumendum est præter naturā, est enim filium qui a scelerato gentili sit ortus, posse sanctitatē seruare.

¶ NOLO autem vos ignorare fratres mysteriū hoc, vt non sitis vobis ipsis sapientes, quia cecitas ex parte contigit in israel, donec plenitudo gentium intraret, & sic

omnis Israel saluus fieret. ¶ Mysterium hoc loco illud inquit, quod nondum vel sciri queat, vel explicari, quod illud erit id scilicet quod non penitus infideles iudei futuri sint, sed ex parte illorum sit cecitas. Nam vt superius diximus ex eis pleriq̄ quos deus prescisset fidem sunt assecuti, & alii rursus sunt credituri, sunt tamen interea cecitate hi capti, donec ex gentibus prædestinati saluentur, tunc demum quicumq̄ crediderit israelita videlicet saluus fiet.

¶ SICVT scriptum est, veniet ex Syon qui eripiat & auertat impietatem ab Iacob, & hoc illis a me testamentum, cū abstulero peccata eorum. ¶ Esaiam rursus clamitatem inducit, ex Syon proditū qui habeat cōdonāde salutis potestatem, & israelitarum purgandi peccata. At quando hæc dicis futura, nimirum cum illorum delicta sustulerim, id est cum per baptismum venia dignos reddiderim, quam nondum sunt cōsecuti, quippe qui cecitate laborent, cum hanc tandem omnino sint habituri.

¶ SECUNDVM euangelium quidem inimici propter vos, secundum electionem autem carissimi propter patres, sine penitētia enim sunt dona & vocatio dei. ¶ Quoniam euangelio inquit, ipsi obtemperastis & estis a deo experti, contentiosiores illi effecti sunt, et descuerunt magis & inimicitias acius vobiscum exercent, & quemadmodum istorum progenitores ab initio deus elegit, sic nec sinet hos prorsus iri dispersitum, quippe quos diligit & suscepturus sit demum, si credant.

¶ SICVT enim aliquando et vos nō credidistis deo, nunc autē misericordiam consecuti estis, ppter illorū incredulitatē. ita & isti nō crediderunt in vestrā misericordiā, vt et ipsi misericordiam consequantur. ¶ Confirmat israelitas adhuc demū futuros, vos quidē gentiles inquit, et si priores vocati parere deo nil voluistis, quo factū est vt iudei acciti sint, et legem acceperint, deinceps his rursus excitis, nec Christo obtēperantibus, reuocati vos estis & misericordiam consecuti, & commissorum remissio, per vos impetrata vel his condonabitur, quando quid & ipsi vos imitati credituri sūt tandem, vnde et eandem quā ipsi iam estis adepti misericordiam, consequentur.

¶ CONCLVSI T enim dominus omnia in incredulitate, vt omnium misereatur. ¶ Id est coarguit hos incredulos vt alterna contētionē alteros saluos reddat, pri⁹ nāq̄ ob gentiliū contumaciam saluabit iudeos, rursus vt dictū est iudeis minus obtēperantibus gentiles salui facti his salutem adeptis, emulatione impulsū iudei salutem nouissimis seculis vendicabunt, ita vt omnes dei misericordiam assequantur.

¶ O altitudo diuitiarum sapientie et scientie dei quā incomprehensibilia sunt iudicia eius & inuestigabiles vie eius. ¶ Dei dispositiones reputans secū Apostolus, vel quæ a mundi constitutione fuere vnq̄ animo uersans, quæ admodū scilicet contraria constare contrariis faciat, per quæ alteri⁹ inobedientiam, alterius obsequiū arguat, miratur & obstupescit, nihil diffusius qui nostra tā optime disposuerit, v. i. in futurum de iudeorum salute rationē deniq̄ habiturū, diuicias vero bonitatē appellat, cuius vel solam altitudinem demiratur, quin de quātitate nil differens conticecat. Diuitiarum vero ideo intulit, quia gentiles ipsos ex fide p diuites fecerit, cum bonitate præterea dei sapientiam expauescit, mirabundus et stupens, quæ & nostra dispenset, et gentiles indociles, reddat prudentiores, et scientiam itupet, quæ quod cuiq̄ vtile sit, facile interno scit, nec eius incomprehensibilia iudicia dixit, sed inscrutabilia, id est quæ scrutari ne queant prorsus, nec plane disquiri, et vie, id est dispositiones, quæ nō modo nulla possunt cognitione complecti, sed ne inuestigari quidem, nec vllum vestigium pateat.

¶ QVIS enim cognouit sensum domini, aut quis consiliarius eius fuit, aut quis prior dedit illi, vt retribuere tur eis. ¶ Solus inquit quæ sua sunt nouit deus, et pter eū alius nemo. Cumq̄ et sapiens sit ab alio consultore nemine est ad sapientiam etuditus, sed ipse sibi est satis, et bonorum et omnium fons: quodcumq̄ largitur non accepti d. iiii.

Esaię verba a paulo citata.

Paulus israelitas cōfirmat

Altitudo diuitiarum dei

muneris vicissitudine, nec vlli obnoxius, sed suapte bonitate largitur, quis enim prius or tradidit illi, id est deo, ut ei retribuatur, id est ut dei beneficium tanquam remuneratio aliqua accepti officii reddita extimetur.

**¶ QVONIAM** ex ipso & per ipsum & in ipso facta sunt omnia. Ipse fons omnium est & origo, quod cum & ipso inquit pretenditur, & omnium rerum effector, quod per ipsum significatur, & in se cuncta complectitur, quod cum in ipsum dicit exprimitur, vniuersa namque ab ipso ortum habent, & per ipsum effecta sunt, & in ipsum tanquam in fundamentum aliquid iuxta praestant & continentur, & vertuntur omnia.

Paulus se perorat cum gratiarum actione.

**¶ IPSI** gloria in secula seculorum Amen. Solet Paulus cum magni aliquid dixerit & gratias agere, peroras quae ad modum et hoc loco facit, nam postquam dei & bonitatem & sapientiam scientiamque & dispositiones contemplando obstupuit, gloriam illi et laudem reddit, nosque facere item instituit, ut bonis affecti ingentibus, & verbis et operum vite actionibus, gratias deo & laudes referamus.

**¶ OBSEURO** itaque vos fratres per misericordiam dei, ut exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem sanctam deo placentem, rationabile obsequium vestrum.

Postquam satis est sermoni dogmatico immoratus, ad moralem procedit, ubi vero ineffabilem dei erga nos dispensationem ostendit & bonitatem, hortatur et orat, per dei misericordiam. Proinde hanc mediatricem proponat, ut huius saltem pudore ducti nil ipsi agamus quod sit ea indignum, verum quid ille orat, nempe ut praeparemus corpora nostra, id est ut illa ad praedium exponamus, dici enim sic vulgo solet. Parauit milicie princeps ad bellum acies, & instruit, vel quia debemus ipsi deo membra haec nostra tanquam imperatori proferre probatiora & fortia, istiusmodi enim sunt qui principibus astant, quietiam eadem illa in hostiam viuam sunt offerenda, ut hisdem castigatis tandem, & fere confectis, secundum spiritum vitam ducamus, enim vero non est iudeorum immolatio deo accepta. Quis enim hanc inquit a manibus vestris requisit, fidelium vero sacrificium & rationalis seruitus, magnum in modum a deo repositum, inquit enim immola deo sacrificium laudis, et illud sacrificium laudis honorificabit me, rationalis autem seruitus non solum quae ratione & iure optimo deo impenditur dici potest, sed etiam quae secundum Christum ducitur vita, cum nullum in nobis quod absurdius sit vicium dominatur, sed nostra omnia & ratio ipsa moderatur equitas, & quemadmodum pontifex aliquis maximus sui iuris efficitur, cum inter nam maculat nequitiam & siue verba hic faciat, siue quid agat, deo videtur assistere, sic tibi trepidandum assiduo, nec secus ac solet pontifex ille, cum remagat diuinam & sacris astat altaribus.

**¶ NOLITE** conformari huic seculo, sed reformamini in nouitate sensus vestri.

Et modum suggerit quot sit rationalis haec seruitus comparanda, qui modus tunc sane per nos adhibebitur, cum nihil erimus huic seculo ipsi conformes, quod nihil habet quod aut diu constare possit, aut stabile sit, sed illius cuncta & momentanea sunt, & figuram vel solam asseruant, nec substantiam habent aliquam quae subsistat, et firmior sit. Nolite igitur huic seculo conformari, nutabundo et labili, id est nolite sapere quae seculi sunt, sed mentis vestre in nouatione transformamini, hoc est innouate vos ipsos, exempli gratia. es ipse diuturnis criminibus obuolutus, obduxit animum tuum prauis facinoribus et vetustior iam effectus est ille, nouum hunc reddito, castiga et stude ut magis ac magis in viam redeat castigatus, sic proculdubio innouaberis, cum formam hanc tuam ad meliora transferas, aduerte autem eos nos conformari minus debere huic seculo dixisse, quia breue sit illud et facile dissoluitur, et figuram praese labilem ferat, cum vero de virtute agit et spiritus in nouatione transformamini intulit, ut virtutem ostendat, nullam habere in se adumbratam figuram, sed formam

Querenda spiritus in nouatio.

veram & subsistentem, nec illo indigere exteriori ornatu, quemadmodum mundus qui se & comit quidem, et figuris quibusdam expolit ut nos fallat, debemus itaque semper in virtutis effigiem transformari. In nouatione a prauis ad bonum desumpta, & a minori virtute prouehi ad maiorem.

**¶ VT** probetis quae sit voluntas dei bona & beneplacens et Perfecta. Cum in nouatione uamini dixerit, noui semper effecti, infert etiam cui rei conducatur istiusmodi mentis in nouatio, inquitque ut preberis, id est ut noscatis quae dei voluntas sit, qui eum mentem gesserit vetustate confectam, longe ab est a diuine voluntatis cognitione, quae sane exigit ut in spiritu et paupertate uiuatur, & luctu, et aliis in rebus, quas lege cauit, at qui mente & animo in nouatur, tenet haud dubie quid deus velit, nec tamen ea cognitione qua & Iudei qui a lege pendebant, quae & si pro dei tunc voluntate in legem sit habita, alioqui nec grata fuit neque perfecta, non enim ut praecipua lata est illa, sed ob illorum imbecillitatem concessa. Testamentum vero hoc nouum et perfectum est et deo acceptum, potest secundum Basilium dei voluntas velim hunc modum intelligi quod multa vult deus, quae partim quia nobis in beneficium cedunt, & bonitates sunt plena, bona dicuntur, partim mala, quia inferunt malum, quod profecto tum sit, cum nostris prauis facinoribus irascitur deus, tametsi illorum finis optimus sit futurus, Debemus igitur bonam hanc dei imitari voluntatem, quae vero fuerit ad malum pro diuina, nequaquam erit sectanda, non enim ipsi inferendorum malorum sumus ministri, sed potestates ille peruerse iunguntur hoc munere. Primum itaque aduerte quae sit dei voluntas in bonum, quae percepta, quid illis deinceps sit beneplacitum, spectatosunt, namque bona pleraque quae vel temporis ratione vel persone nil placeant, exempli gratia, bonum est quidem deo offerre incensum, ozias tamen cum id obtulisset non placuit, bonum praeterea fuit ut dei Arcana discipulis crederentur, haud tamen, erat cum non dum tempus adesset deo id placitum, non enim inquit potestatis nunc portare, cum autem simul & bonum erit et beneplacens, curandum ut perfectum & integrum sit, quod bonum cum erit hoc modo absolutum, uti res postulabit tribuendum est, non mancu vel iminutu, sed in simplicitate, i. affatim & liberaliter, quod si parce illud doneatur, nil plane perfectioris mensurae modum assequetur istiusmodi largitio.

**¶ DICO** enim per gratiam quae data est michi, omni qui est inter vos, non plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem. Pre sua humilitate Apostolus nullibi dignum se dicit, cui fides praestetur, sed dei clementiam, & gratiam sepe interferit quibus omnia se consecutum fatetur, non meum aliquid inquit edissero, sed dei ex gratia & eius suggestu dicta haec profero, omnibus autem edico tam priuato quam magistratum gerenti, non esse ultra quam, sciri oporteat, sapientum, & primum quidem de humilitate differit, aqua & Christus exorsus est, cum inquit beati pauperes spiritu, quod autem Paulus hoc loco sentit huiusmodi est, oportet quidem sapere, hoc est excellentiam habere mentem, sed ad habendam celestium cognitionem, et conculcanda terrena, non ut in proximos superbiamus, id enim foret longe plus sapere quam oportet sed ut sapiamus ad sobrietatem id est ad humilitatem, accepimus enim sapientiam non ut ea ad insipientiam, sed ad sobrietatem hoc est ad humilitatem utamur, quod eo dixit, ut arguat qui se non humilem exhibet, desipere, & plane efferi, qui vero praesetulorit humilitatem, mente nunc esse integra eoque & optime sapere praedicari.

**¶ VNICVIQUE** sicut deus diuisit mensuram fidei. Cum diceret nobis non ultra sapientum quam ratio ipsa deposcat, sed sobrie sapientum, differit & quemadmodum sapere debeamus, & ut sic sapiamus ut putemus vnicuique deum fuisse mensuram fidei impertitum, & quoniam singulis deus fidei mensuram diuisit, non enim id tua virtute, sed dei munere effectum est, quod siue manum sit illud, siue exiguum, d.v.

Cui rei conducatur mentis in nouatio qua postulat Paulus.

Testamentum nouum quod a lege differat. Basiliius.

Sapere plus quam oportet quod sit apud Paulum.

Fidesno  
stra du/  
plex.

deus ipse largitus est. Eides autem hoc loco pro dei gratia sumenda est, qua illa mira-  
cula factarent, duplex namque est fides nostra, altera, ut illud, fides te saluum fecit, alte-  
ra dei est donum, qua fiunt miranda, ut illud, si habueritis fidem ut coccum sinapis, di-  
cetis monti huic, &c.

**SICVT** enim in vno corpore multa membra habeamus, omnia autem membra  
non eundem actum habent, ita multi vnum corpus sumus in Christo, singuli autem  
alter alterius membra. **Corporis** & membrorum ex ipso eorum tollit elationem, qui  
sapere ultra modum conquirunt, nam quemadmodum vnum est corpus, & membra habet di-  
uersa varios actus operantia, sic & fideles ipsi vnum in Christo sunt corpus, tanquam capi-  
ti innixum, & pro se quisque adiuicem est alterius membrum, ita ut non solum qui ma-  
ior est, minoris sit membrum, sed minor maioris. Nolite ergo inuicem superbire, quam-  
do quidem & ipsi non secus ac membra, alterna ope indigetis.

Prophe-  
tia.

**HABENTES** autem donationes secundum gratiam que data est nobis differē-  
tes, siue prophetiam secundum rationem fidei. **Non enim numerum vel magnitu-  
dinem vel paruitatem expressit eos habere, sed varietatem, ut vel ex nomine ipso eo-  
rum qui efferuntur reprimat insolentiam, nec officia dixit & virtutes, sed donationes  
appellat, ut a deo asserat ista concedi, quinetiam ut seigniores ad studium excitet, ostē-  
dit & ipsos, ut frui his donis liceat, conferre aliquid posse, vnde inquit siue prophetia  
secundum fidei proportionem, quae & si gratie sit loco habenda, haud tamen effundi-  
tur temere, sed tantum influit, quantum vas aliquod offeratur, quod excipere se sit acco-  
modum, cuius prophetie idcirco meminit prius ut nos commonefaciat, ne condemne-  
mus vel delinquentes, qui id muneris sint consecuti, diceret deus quos mea gratia ipse  
non spoliarem, tu quis es, ut contemptui habeas?**

Admini-  
stratio  
donum  
quoddam  
spiritale  
dicitur.

**Sive ministerium in ministrando.** **Est sane priuatum quoddam dispensandi do-  
num administratio, qualis illa septem Diaconorum fuit potest tamen pro quouis ope-  
re spiritali intelligi, infertigitur si quis administrationem susceperit, in administratio-  
ne videlicet maneat, neque hanc praeter aliud querat, neque in alium superbiendo infur-  
gat, sed maneat accepto contentus.**

**SIVE** qui docet in doctrina. Si generalem quandam administrationem intelli-  
gis, accipe etiam huius & species enumeratas, si priuatum, attende quemadmodum  
vel huius prius fecerit mentionem vel si inferior sit, & doctrinam quae sit longe presta-  
tior secundo loco posuerit, indifferentem in his ordinem praefrens, & plane per hoc  
instructurus, neque intumescendum his esse, nec quoque pacto superbiendum, qui aliis pre-  
stare quauis gratia videantur.

**QUI** exortatur in exortationibus. **Quinetiam vel homo adhortatio doctrinae  
quedam est species, ea quippe dicitur esse doctrina vel simplex, que possit de re quali-  
bet disputare abiecta, exortatio vero que animum merore vel ira affectum, & conti-  
net verbis & frenat, qui igitur inquit hortatur in hortationibus perstet, hisque & operam  
impendens, neminem per insolentiam aspneretur.**

Negligē-  
tia pre-  
latis.

**QUI** tribuit in simplicitate, qui praesidet in sollicitudine. **Cum doctrinam &  
exhortationem commemorasset, quae animis praesident ad tutelam, nunc de rebus  
corporeis differit, quae secundo sunt loco habende. Simplicitatem autem habundanti-  
am dicit, est enim necesse habunde largiri, nulla namque per mansura est virtus quae ex-  
ercetur remissius, Accedit & virgines cum oleum haberent, alioqui quia satis esse non  
videbatur, fuisse reiectas, nec minus & praesidentem oportet diligentissimum esse,  
nec munus sibi iniunctum exequi negligentius, praesidere namque est, cum verbis, tum  
proprii corporis adminiculo opem praestare indigenti, & quoniam pecuniis iuuan-  
dos fore inopes dixit, & earum non multis sit copia, esse tamen cum praesidemus, ege-**

his pro viribus studiosissime succurrendum iniungit.

**QUI** compatitur in hilaritate. **Dixit superius habunde esse & sollicitate tribuen-  
dum, & quoniam plerique & si multa impartiantur, inuiti tamen id agunt, mestique conse-  
runt suam, necessarium fore inquit, ut in habundanti largitione nulla insit tristitia, sed hi-  
laritas potius & tranquillior facies, est namque letandum magnopere cum tibi tenui quodam  
& per exiguo proicio celum vedicas. Aduerte autem hoc largientis esse & commiseratis discri-  
men quod alter quod ab alio ceperit in alium confert, & alter vero quae sua sunt tribuit.**

Dadum  
cum hylari-  
tate,

**DILECTIO** sine simulatione. **Ostendit quemadmodum perfici possint predi-  
cta, nunc caritatem aequam debere fucatum esse, tunc enim & amore dicit subsecu-  
turum, & cuncta factu fore facillima, cum is qui clementior sit, hilarem se in locado be-  
nefici praestet, & diuicias alienis perinde ac sibi ipsi impartiat, & si praesuerit ois studio  
praesit, quadoquidem proximi gratia non secus ac pro se ipso contendat.**

**ODIENTES** malum. **Dixit in caritate, & quoniam est noxium quoddam  
amoris genus, cuiusmodi praedonum vel istiusmodi ad furta conspirantium beneuolentia,  
illud inert, odientes malum, id est ex animo malum odio habetote, cumque plerique sint qui  
& si re ipsa a prauis abstineant facinoribus, sunt tamen ea perpetrandi cupidiores, odium  
inquit aduersus nequitiam quod ex corde prodeat a vobis exegerim, ut aia purior  
sit & integrior, neque cum illud auditis, amate vos inuicem existimabitis vos concitari  
ut conspiretis ad malum, sed velim quod est his longe diuersum, alienos vos fieri, non  
modo ab actionibus prauis, sed etiam ab omni metis affectu qui ducat ad malum.**

**ADHERENT** bono. **Nec fat est mala defugere, sed incumbendum etiam  
ut bona operemur, propterea & bono inherentes dixit, id est ut animi quodam affectu  
quod bonum est prosequamini, nec secus ac deus, cum virum femine arcti copularet  
uxori inherere subiecit.**

**CARITATEM** fraternitatis inuicem diligentes. **Comonefecit vos inquit ut mu-  
tua vos beneuolentia complectamini, & merito quidem id erit per vos exequendum,  
estis namque fraternitatis vinculo nexi, & vna ex vulua & lauacro proceati. Equum est  
itaque ut ad inuicem amicitiam ineatis, qua vel magis fraternitas haec inotescat, & ami-  
cicia quam fraternitas parit gratior sit futura & firmitior.**

**HONORE** vos inuicem praueuientes. **Differit hoc loco quemadmodum frater-  
na haec caritas diu sit permansura, tum scilicet cum se fratres honore praueuerint, in eo-  
que exhibendo se vel officiiis alternis anticipent.**

**Solitudine** non pigri. **Quoniam videntur plerique proximum, animo dumta-  
xat prosequi, nec tamen manum porrigunt indigenti vel opere ferunt, studio esse in-  
quit & diligentie connitendum ut dum aliis praesidemus, & auxilio sumus.**

**Spiritu** feruentes. **Haud secus ac quisquam roget, quo pacto efficiemur sollicitu-  
dine non pigri, respondet si spiritu erimus feruentiores, id est si exciti fuerimus & ca-  
ritatis ardore incensi, at illud velim aduertas quod cum plerisque virtutis species expli-  
casset, demum & spiritu feruentes intulerit, peride ac si qui fuerit dicta haec omnia co-  
secutus, & spiritus sit gratiam habiturus, & ab eo incensus feruetat.**

**DOMINO** seruientes. **Cum fraternitatis amore tenebris & caritate simul ha-  
bueris, & reliqua fueris, que superius narrata sunt nactus, tunc deo videberis inseruire,  
qui in se excipit quodcumque in fratrem contuleris.**

**Spe** gaudentes. **Quoniam magna quedam & factu difficilia exegisse videtur,  
ait nunc quemadmodum fieri haec facillime, queat, si spe, videlicet ipsi iuuabimur, eni-  
virilem quemadmodum animum reddit, spes & ad obeunda pericula fidentiore.**

**IN** tribulatione patientes. **Et quoniam spes de futuris habetur, asserit eum tam  
in presenti hoc seculo, quam in futuro magni aliquid boni vendicaturum, qui ex an-**

Non suffi-  
cit ama-  
re nisi  
manus  
porriga-  
tur egenti

Spes de  
futuro,

gustie & præssure tollerantia de se periculum fecerit.  
**ORATIONI** inflātes. Magna vel id futurum est adiumento. i. oratio ipsa, vt consequi cuncta possimus quæ sunt superius explicata, nec quidem simpliciter orantes dixit, sed orationi insistentes, vt si nichil in initio statim acceperis deprecatus, in stando tamen ad votum cuncta perficias.

Elemosyna.

**NECESSITATIBVS** sanctorum cōmunicātes. Superius dixit qui in hilaritate commiseratur, vniuersis plane manum porrexit & opem tulit, nūc vero de elemosyna meminit, quæ in fideles ipsos confertur, quos sanctos appellat, nec solum inquit istorum necessitatibus subuenite, quin velim & participes sitis, arguens pro merimonio id haberi oportere, cuius & lucrum in commune sit concessurum. si quidem tibi tribuenti argentum, illi contra daturū sunt celum, sic sane cum nummis celestia commutabis, nec deliciis sanctorum dixit sed necessitatibus succurrendum, vt occius impetret quod hortatur. Nam quo pacto non inhumani vel immanes potius videri debent, qui sanctorum non subueniant indigentie.

Nō delicias, sed necessitates succurrēdū.

**HOSPITALITATEM** sectantes. Non dixit tractantes, sed sectātes, vt nos instruat, nil expectandū fore vt nos adeant paupes, sed occurrēdū his potius esse, insuper & persequendos hos esse, vt Abraam & Loth illum fecisse memorie proditum est.

**BENEDICITE** persequentibus vos, benedicite & nolite maledicere. Postq̄ eos de caritate fraterna & erga proximos amore instruxit, demum quemadmodum nos erga inimicos debeamus habere edisserit, neq̄ id dixit nolite vel odia exercere vel vindictas, sed quod præstantius est, benedictis p̄sequimini vobis inuisos, porro qui pro Christo se insectantibus benedixerit, arguit se id letiori animo ferre quod ei⁹ gratia tollerat, quem colat plurimum, contra vero qui maledictis se laceffentem insequitur eo grauius se id ferre quod patitur patefacit, quia eum nil amet, cuius ob gratiam iniuria laceffitur.

Gaudere cū gaudētibus animi ē ab omni inuidia liberi.

**ELERE** cum flentibus, & gaudere cū gaudentibus. Mira opus est animi magnitudine, vt non modo vacemus inuidia sed etiam ad gaudere possimus, leticia exultantibus, per id nāq̄ arguitur animus oī prorsus inuidia liber, si quidē lōge est maius gaudentibus congratulari, quam edere cum flentibus gemitum, lacrimas namq̄ natura suggerit, & ad cōmiserādū faciles reddit, ad misericordiam igitur nos erudit, & vt animo sumus erga oēs beneuolentissimo, vel in eos ipsos qui nos persequuntur.

Supbie morbo laborabat Roma.

**ID** ipsum inuicem consentientes. Rursum de sobrietate & humilitate nunc disserit, & metito quidem. Infederat enim in vrbe regia vt pote rerum potita, supbie morbus, Sensus autem huiusmodi est, & si magni te ducis, haud tamen qui frater sit, te in feriozem existimabis, vt enim tenuem illum & humilem putas, sic velim de te ipse & sentias, hunc enim in modum omnem disparitatem equabis, nec illum cōtemnestāq̄ tibi sit impar, sed eque hūc ac ipsum te honoribus prosequeris.

Moyfes focerī cōsilio iuabatur.

**NON** alta sapientes, sed humilibus consentientes. Quo pacto dicit aliquis, qd paulo ante dictū est, cōsequi quispiā poterit, nepe si altiora iquit, & superba minime sapuerim⁹, sed cū humilibus, id est vilioribus abiectis & contemptibilibus consentiemur, id est deferemur, & illorum nos forti annumerabimus.

**NOLITE** esse prudentes apud vosmetipsos. Hoc est nolite vel vestre prudentie vel viribus ita confidere, vt existimetis nemine vos indigere consultore & quæ recta sunt suggerente. Moyfes enī & si dei colloquio fruere tur, opus tamē habuit quem consuleret focero.

**NVLLI** malum pro malo reddentes. Si alium quēpiā dixeris neq̄ esse & improbum, cur ipse hunc imitaris & quæ praua sunt peragis, nec solum inquit, nil mali crederenti intuleris, sed nemini dixit, vel grecus sit ille, vel quiuis alius fuerit.

**PROVIDENTES** bona coram omnibus hominibus. Non enim vt ad iactantiam viuamus hoc intulit, sed ne causam aliis præbeamus nos obtrectandi, presertim cum plurimi sint qui dicta nostra & facta obseruent.

**SI** fieri potest quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habetes. Recte dixit si fieri potest, nam sepe nec quietem ducere possumus, nec pacem seruare, p̄fertim cum de fide certamen aliquod oritur, age igitur inquit nullam pro virib⁹ cuiq̄ diffidii vel obturbationis occasionem obtuleris, verum si religionem fideue offensum iri prospexeris, ohlisse virili & ingenti animo pro veritate tutanda decertans, nec dixerim hominem ipsum odio habeas, sed illius sit tibi odiosa impietas, vel potius hūc commiseratus curandum per te & ad sanitatem reuocandum existimato, sic fiet vt qd interea fieri videbatur non posse, factu facillimum sit, & quantum in te fuerit pacis vsus, impietate dumtaxat oppugnata.

Impios odio non esse habendos, sed impietatem.

**NON** vos metipsos vindicantes carissimi, sed date locum ire, scriptum est enī mihi vindictam & ego retribuā dicit dñs. Ceditei quit ire, id est diuine, quæ illatas vobis iniurias vindicabit, nam si penas de iniuriam inferentibus sumpturi vos estis, nō vobis op̄laturus accurret deus, at si illos missos feceritis acerbius in hos vindicabit. Apl's aut̄ eo hæc intulit sacrarū litterarū testimonio cōprobata, vt cōsoletur itollerātes, qui nichil magis voluptati habēt cū offendūtur, q̄ vt contumelias vindicent.

**SED** si esurierit inimicus tuus ciba illum, si sitit, potum da illi, hoc enim facies carbones ignis congeres super caput eius. Plurimum nobis a sapientie exigit, quid ergo in quiet quispiā non erga laceffentes iniuria, pax erit vtenda, quin etiā vel bñficia conferenda esse inuixerim inquit, quippe qui sis in caput illius congesturus carbones, quod eo intulit vt eorum qui laceffuntur & afficiuntur iniuriis subleuet animi pusillitatem, quibus nihil a deo videtur suaue, quam hostem spectare cruciatum subisse, quafi illud inquit deus vilue in contumeliosum & laceffentem exercere vindictam: boni aliquid in eum conferto, tunc acerbior ero tue iniurie vindex, vnde & cum acriora tormenta pratenderet fore, dixit vt ardentem in eum carbones accumulares, & ea propter & illud prædixit esse diuine ire concedendum.

Congerere carbones in caput inimici quō sit intelligendū.

**NOLI** vinci a malo, sed vince in bono malū. Hoc loco tacite arguit, non eo esse inimicos cibandos, vt acriora illis supplicia inferamus hoc plane sibi vult illud cum inquit, noli vinci a malo, hoc est nichil in quēpiā iniquo & maleuolo aō gesseris, nec hūc tibi imitandum desumpseris, qui officere soleat & obesse, hæc namq̄ tua erit victoria, quin potius quouis studio nitere beneficio vincere, eundemq̄ ex improbo reddere pbiozem, quæ autem supra cōmemorauit Apostolus, vt eos qui pusillo sunt animo & impacientes demulceat dixit, nunc vero quæ perfectiora sunt explicauit.

**OMNIS** anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Postq̄ satis iam auditorum mores insituit, eosdemq̄ vt humanos se erga hostes exhibeant commonefecit induxit aliud quoddam instructionis genus, & vniuersos erudit, siue sacerdos sit ille, siue monachus, siue Apostolus, vt se principibus subdat, cuiusmodi subiectio nil profuse est dei sublatū cognitionem, quod idcirco, Apostolus admonet, vt ostendat euangelium, homines non vt a deo desciscant, instruere, neq̄ ad crudelitatem, hos erudire, sed ad gratitudinem potius & fidem.

Non ois princeps a deo.

**NON** enim est potestas nisi a deo, quæ autem sunt, a deo ordinata sunt. Quæret aliquis, quid ais: num singuli a deo principes insituntur? non illud assero inquit, neq̄ de singulis qui hoc principatus munere iunguntur, nūc mihi est sermo, sed de re ipsa, nam quod constitute sint potestates & alii dominantur, alii vero dominorum imperio pareant, ne confuse omnia differantur, diuine sapientie esse id dixerim opus, neq̄ enim, dixit non est princeps, sed nulla est nisi a deo profiscatur po-

testas, ita ut de ipso principatus munere non de principe differat, sicuti cum sapiens aliquis dixerit, a deo, vxor viro coniungitur, haud sane inquit quicumque cum vxore rem habeat, ex eo sibi vxorem connectere, sed deum hanc copulasse, qui & nuptias fecerit potestates itaque omnes quascumque a deo & cogitatione versaueris, a deo sunt instituite, siue patris in filium, siue in vxorem & viri, vel si quas alias dixeris, siue ceteras omnes, quas esse vel inter bruta animata constat, quales apium, anserum, & piscium sunt, & huiusmodi.

**CLTAQVE** qui resistit potestati, dei ordinationi resistit, qui autem ipsi sibi resistunt, damnationem acquirunt. Ne forte illud fideles obicerent, nos ipse reddis abiectiones, qui cum sumus regno celorum potituri, principibus subdas, ostendit deo esse se subiectos qui magistratibus parent, quinetiam quod est horribilius adiicit, eum videlicet qui his minus paruerit, deo obistere, qui illos instituit, qui vero obstitit, cum deo, tum hominibus penas daturum, quod sane per illud significatur quod inquit, damnationem sibi acquirunt.

**INAM** principes non sunt timori boni operis sed mali, vis autem non timere potestatem, bonum fac & habebis laudem ex ipsa. Quid trepidas aut quid timore corripis, num tibi recta agentis, mala ingessurus est princeps? non enim ille formidini futurus est ei, qui virtuti incubit, quin potius si bona egeris in tui gloriam affidebit, tantumque aberit ut se tibi formidolosum exhibeat, ut vel laudem tuam sit prope futurus.

**DEI** enim minister est tibi in bonum. Princeps enim dei voluntati obsequitur. Consulit tibi per euangelium deus ut pudiciam & castitatem secteris, has ipsas & princeps iubet feruare, auariciam comonefacit per legem & furta defugas, & ille de his praesidet cognitur, ita sit ut si principi illi obtemperaueris, ad optimas actiones tibi vel opera praestet.

**SI** autem malum feceris time, non enim sine causa gladium portat. Non enim princeps nobis formidinem parit, sed nostra malignitas, qua et principis gladius excercetur, id est principis potestas, quae penas exigit neque enim temere ille succictus est ferro, sed ut improbos tormentis afficiat.

**DEI** enim minister est index in iram ei qui malum operatur. Cum laudibus princeps virtutem extulerit, dei voluntatem exequitur, cum gladio vititur, dei minister est, cum vero index fuerit virtutis, nequitiam insectatur, plerique enim non dei magis quam principis formidine ducti sese ad virtutem exercent, praesul itaque ille, cum animaduertit in improbos ob virtutis vindictam, dei ministerio fungitur.

**IDEOQVE** necessitati subditi estote, non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam. Neesse est inquit ut subeas iugum, ut non modo vel dei vel principum iram nil profus pericliteris ut contumax, nec intolerabili afficiaris supplicio, sed etiam ne conscientia carere appareas, id est ne ingratus in beneficos arguaris, maximis enim beneficiis principes ciuitates condonant, per illos namque et nostra hec vita constat, qui si tollantur e medio, auferatur et cuncta neesse est vocantibus infirmiores potentibus, suadeat ergo sibi conscientia tua, eis honorem ut deferas, qui nobis bona huiusmodi largiuntur.

**IDEO** enim et tributa praestatis. Ipse inquit principum istiusmodi in te beneficia testificaris & probas, cum eis tributum et mercedem dependis, quod sane perspicuum est, eo te illud persolvere, quia et tui curam illi susceperint, neque enim praesidibus ipsis hos sensus a principio detulisset, nisi nobis fuisset praenecessarii, quippe cum ipsis curis vacui, hos habeamus qui pro nobis inuigilent.

**MINISTRI** autem dei sunt in hoc ipsum permanentes. Fit itaque vel dei id voluntate, ut tributa suis ministris pendantur, vult enim deus ut pax ipsa et virtus exerceantur, et propulsetur iniquitas, ad idque deo volente ministri sunt principes et illi parent, cum ministerio isto funguntur, & pro communi hominum statu labores in-

Potestas  
ois a deo  
istituta  
qua late  
pa teat.

Princeps  
iusticia  
exercens  
e  
dei mini  
ster.

Princeps  
qua sit  
necessari  
us.

sumunt, in eoque & perstant & connituntur, ut vitam ipsi per quietem ducamus, si quis vero hoc principatu abutitur, nihil is principi officit, quin suum ille, & moderandi & ministrandi decus tutetur.

**CREDDIT** Ergo omnibus debita, cui tributum, tributum, cui vectigal, vectigal, cui timorem, timorem, cui honorem honorem. Debitum inquit tibi quoddam inexcusabile impositum est, quod persolvere principibus debeas, gratitudinis scilicet, redde itaque vniuersis quibus creditus est magistratus, quod debes, cui fueris pro censu obligatus, censum depende, cui pro vectigali, vectigal, cui pro tributo, tributum persolue, nec solum pecunias deberi illis affirmat, quin & timorem, hoc est pudorem & verecundiam, & honoris plurimum principibus exhibendum, ita ut cui debeat hic honos, honos reddatur, timor autem duplex est, altero noxii, ex malorum facinorum conscientia corripuntur, alterum vicissitudine quadam impatiuntur, qui mutuo detinentur amore, cuiusmodi timor, honor est quidam praecipuus qualis ille videtur cum inquit, nichil deest timentibus eum, & timor domini permanet, in seculum seculi, timor ante hoc loco venerationem quandam praetendit.

**NEMINI** quicumque debeatis nisi ut inuicem diligatis. Soluite inquit quae maiora sunt debita, nunquam tamen persolvere caritatem velitis, quin potius sit illa vobis debitum quoddam perpetuum, neque existimes velim si hodie proximo te beneuolum praestitisti, fuisse te ob id beneuolentiae vinculo liberatum, ut eundem mox in crastinum negligas, sed existimate proximo cuique perpetui amoris esse obnoxium.

**QVI** enim diligit proximum legem impleuit, nam non adulterabis, non occides non furaberis, non falsum testimonium dices, non concupisces, & si quod est aliud mandatum, in hoc verbo instauratur, diliges proximum tuum sicut te ipsum. Totam legem implet qui proximum amore prosequitur, itaque amare hunc debet cum ex hoc animi affectu, tantum quicumque beneficii vendicet, ut legem ipsam adimpleat, eniuero & mandatorum summam, breuius explicat, virtutis namque ut principium, ita & finis est caritas, lex ergo intentiorem quandam beneuolentiam exigit, quippe quae istiusmodi iubeat, haud secus te ipsum, proximum colas, Christus vero, quod praestantius est, longe magis hunc esse beneuolentia complectendum iniungit, quem nos ipsi complectimur quandoquidem vel animam ipsam amici gratia ponenda comonefacit.

**Dilectio** proximi malum non operatur, plenitudo ergo legis est caritas. Duas caritati inesse virtuti species patefacit, mali videlicet abstinentiam cum malum inquit non operatur, & boni operationem cum infert, impletio igitur legis, quo fit ut integram nobis virtutem pariat caritas quae lege praetenditur.

**Et** hoc scientes tempus, quia hora est iam nos de somno surgere. Debetis inquit plurimi facere caritatem, per hanc namque & relinque constant virtutes, & temporis gratia, quia in proximo est resurrectio, in propinquo & dei iudicium, neesse est itaque ut ab ignaue & torpedinis somno excitemini, proptioresque sitis & parati ad opera, quae resurrectione sint non indigna.

**INUNC** enim propinquior est nostra salus, quam cum credimus. Quoniam par erat ut illi in fidei ipsius primordiis, maiorem de se diligentiam & feruorem praestarent, & deinceps temporis processu restigescerent, dixit magis hoc tempore futuro seculo appropinquamus, quod potiore quodam salutis nomine expressit, si quidem peccantibus illud non saluti sit, sed exitio futurum, cum itaque ad diem illum propinquiores accedimus, maiori studio virtuti est incumbendum, quod postmodum ex his quae insequuntur ostendit.

**NOX** praecelsit, dies autem appropinquabit. Id est ad finem nox ipsa declinat, exempli gratia. Concedamus horis duodecim produci noctem, e quibus decem

Tributa  
principi  
bus esse  
pededa.

Timor  
duplex.

Totam  
legem  
implet,  
qui proxi  
mum amo  
re prosequitur.

Per lac  
tate reli  
que vir  
tutes con  
stant.

Nox se-  
culū hoc  
expmī,  
dies futu-  
rū iudici-  
um.

exactis prouectam hanc dicimus, id est prope modum finem trāsgressam, breuiq; fo-  
re vt finiatur, quia in auroram iam vergat, sic sane per noctem hoc seculum exprimit,  
cum quia in eo pleriq; versentur in tenebris, tum etiam quod singulorum sit vita oc-  
cultior. Dein vero per diem, futurum illud pretendit iudiciū, quia in eo sint iusti sple-  
dorem habituri & gloriā, & quæ adhuc celata sunt & occulta patebunt cuncta, in eua-  
gelio tamen per diē presens hoc seculum dicim⁹, quia in ea sit bonis operibus studen-  
dum per noctem vero futurum quia nemini in eo licebit aliquid operari.

**¶** **ABIICIAMVS** ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis. **¶** Opera vo-  
cat peccati actiones, vt pote quæ plurimum difficultatis habeant & negocii, & in ma-  
ximo sint cum in hac vita, tum in futura, discrimine. iusticie vero arma quæ virtutis  
sunt opera, quibus hi quidem securiores redduntur & tuti, qui illa sunt nacti, ea na-  
q; armorum sunt loco, & afferūt caritatem. Abiiciamus autem tenebrarum opera cū  
inquit & lucis arma induamur, & quæ admodū possint delictorū actiones defugi, &  
ad virtutem possumus induci, facilitatem ostendit, nam vt nobis per facile est altero de  
posito indumento vt alterum induamus, sic leue admodum reiecta nequitia, vt virtu-  
tem sectemur.

**¶** Sicut in die honeste ambulemus. **¶** Dixerat supra appropinquare diem, nunc im-  
minere hunc indicat, cum honeste inquit in die vt ambulemus. Et quoniam ea apud  
Romanos gloria plurimū erat, quæ esset a multis delata, pellicit eos & moderat,  
per honestatis eiusmodi appellationem, neq; ambulate dixit sed ambulemus vt mi-  
nus molestam exhortationem hanc reddat, nichil enim a deo impudentiā parit, quā  
praua facinora, vt contra, nulla re magis quā virtute comparatur honestas.

Paul⁹ nō  
phibet  
potū, sed  
vinū intē-  
peratiā.

**¶** **NON** incommestationibus & ebrietatibus. **¶** Non potum prohibet sed vini po-  
tus intemperantiam, nec vino frui, sed temulentiam interdicit, comos enim grece can-  
tiones dicuntur quæ post nimiam vini luxuriam, & potum habundantissimum per  
luxum & incontinentiam decantantur, quod etiam pariniā dicitur.

**¶** **NON** in cubilibus & impudiciis. **¶** Cum ebrietatis mentionem fecisset, nunc &  
mala quæ hanc subsequuntur cōmemorat, nam vel ex hac violentiā, seuicia & impie-  
tas oritur, hoc autem loco non legitimum mulierum concubitum prohibet ineundū,  
sed incestum & adulterium.

Mala te-  
muletie.

**¶** **NON** incōtentiōe & emulatiōe. **¶** Sublati quæ ex cōcupiscentia prodeūt malis,  
nunc quæ ab ira nascuntur cōprimūt vicia, nil enī a deo ventre ipsam succendit & ira-  
cundiam concitat, quā temulentia, ex emulatione aut cōtentiōe oritur, qui enī alteri in-  
uidet, & ad cōuitiā demū deueniet, cōtentiōe itaq; cū sit sublaturus, ad liuorē vnde il-  
la originem sumpsit decurrit, & quoniā ex ebrietate & comestationibus incenduntur  
& bella, & domus euertuntur plerumq; post illas, contentiōis & inuidie meminit.

**¶** **SED** induimini dñm Iesum christum. **¶** Cū nos sordidis vestibus exuisset, vt  
optimis ornet, nō vltra lucis armis nos induit, sed quod horribilius est proueste Chri-  
stum largitur, hoc si quis fuerit obductus oēm prorsus est virtutem adeptus.

Carnis  
cura quo-  
modo sit  
habenda  
et quate-  
nus.

**¶** **ET** carnis curam ne feceritis in desiderijs. **¶** Nil sane quominus carni prouiden-  
dū sit impedit, sed illi ne ad voluptatem & luxum indulgeatur iniungit. Perinde ac si  
dicat, carnis dumtaxat ad sanitatem non ad incontinentiam habenda est ratio, nec enī  
dici prouidentia posset, quæ carni flammam & incendium excitaret, et ignis caminū  
& gehennam illi succenderet, ad vnum illud querendum, vt carnem bona valetudine  
habeas, neq; id preter quidpiam cure habendum ne libidinem nimiam carnis indulgē-  
tia excites, quin studium omne tuum spiritualibus in rebus impendes.

**¶** **INEIRMVM** autem in fide assumite. **¶** Ex iudeis pleriq; vel post Christi fi-  
dem susceptā, efscas a lege olim interdictas cauebant, & ita vt a carne suilla his quondā

in esum vetita, abstinerent, nondum confisi a lege prorsus desciscere, sed cum minus  
se tolerabiles fore existimarēt, si suillam & solam non ederent, ceterarum carniū esu  
intermissō, oleribus vescerentur, ceteri vero qui perfectiores iam essent, nec huiusce-  
modi escam & si lege interdictam cauerent, cauentibus conuitiabantur, veritus itaq;  
Paulus, nesi potiores illi & stabili iam fide, imperfectiores alios minus oportune  
incederent, nec decenter & leniter castigarent, obturbarent potius & a fide suscepta  
summouerēt, qui aliquid viderentur proficere, & rem prudenter pertractat et alterna-  
tim horum partes tutatur, siquidem nec conuiciātes audet obiurgare, quod nequiter  
agant, ne imperfectiores in sua pertinacia obfirmet, nec rursus iure illos ab his casti-  
gari, ne ad criminandum hos redderet acriores, sed modeste hos admonet, et videtur  
quidem fide iam obfirmatos potius increpare, cum tamen sub sermōnis quæ ad hos  
habet pretextu, castigationem omnem in infirmiores conuertat, quod plane ex verbis  
quibus ad hoc vtitur potest intelligi, nam cum infirmos appellat, confestim valetudi-  
ne affectos ostendit, cum vero assumite inquit, hoc est iuuare, arguit illos cura indige-  
re & medela non mediocri, quod vltimum sane est morbi indicium.

**¶** **NON** in disceptationibus cogitationum. **¶** Hoc est nil altercantes et variis sugge-  
stionibus perturbemini, quin egrotantem curandum existimate.

**¶** **CALVS** enim credit manducare se omnia, infirmus autem holus māducāt. **¶** Cō-  
parat cum imperfecto qui sit perfectionem adeptus, inquitq; perfectus quidem in fi-  
de confusus, indifferenter oia comedat, imperfectior vero, vt pote qui nutabundus sit &  
instabilis, holus habet in esum, equū est igitur vt curetur potius q̄ offēdatur infirmior.

Infirmitatis est i-  
cibus des-  
lectū iu-  
daicū fa-  
cere.

**¶** **IS** qui manducat, nō manducantē non spernat, & qui non māducāt, manducantē  
non iudicat, deus enim illū non assumpsit. **¶** Qui omnibus vescerentur tanq̄ i fide  
perfectiores, ceteros aspernabantur, qui pro iudeorum more a plurimis abstinebant,  
& rursus qui minus ederent, eos qui omnibus vescerentur Gule vitio condēnabant,  
& quoniam horum pleriq; erant gentiles, vel horum inquit Apostolus deum susce-  
pisse tutelā suā, hoc est suam ineffabilem gratiam in eos ostēdisse, quid igitur cum eis  
vtra de lege contendis, quandoquidem & eos deus iustificauit.

**¶** **TV** qui es qui iudicas alienū seruū, suo dño stat aut cadit. **¶** Perfectiores alloqui-  
tur istiusmodi, vt quæ admodū eos a pximi cōtemptu auertit, sic ne alios iudicent des-  
hortatur, vtrumq; enim id facitabant qui magis in fide p̄fecerāt. Nā et minus perfe-  
ctos aspernabātur et iudicabant, tacite aut carpit hoc loco qui nondum ad fidei perfe-  
ctionē euaserit, perinde ac si dicat, neq; enim quod huius facta iudicanda non sint, eo  
iudicium interdico, sed q; alteri sit in seruitutē adscriptus, hoc est nō tuum sit, sed dei  
mancipiū, qui & si sit morbo affectus, haud tamē seruitutem euasit, nec ob id penitus  
desperandus, rursus vt hunc consoletur, non prorsus eum infert fuisse collapsum, sed  
siue stet pedibus ait, siue labatur vtrūq; in domini siue lucrum, siue damnū concedit.

**¶** **STABIL** autem, potens est enim deus statuere illum. **¶** Cum inquit a deo hūc  
obfirmatum iri, labantem arguit, & ita vt consistendum diuina ope indigeat, quod  
dicere de his consueuimus de quibus nulla haberi spes possit.

**¶** **NAM** alius iudicat diē inter diem, alius iudicat omnem diem. **¶** Erant nonnulli  
qui & si a carne suilla abstinerent, statutis tamen diebus ab ea cauebant, alii vero, qui  
illam assiduo esitarent, qui tamen abstinentes illos, quod minus ederent inculcabant,  
de his ita mentionē nunc facit, inquitq; alius aliter iudicat, ita vt in equo sit res, haud  
tamen ob eiusmodi abstinentiam incedendi sunt fratres. Ex his quidem et abstinen-  
tibus condescendere videtur Apostolus, vt pote in quibus recens esset fides plantata.

Neophy-  
tis perce-  
bat Pau-  
lus & in-  
dulge-  
bat.

**¶** **VNVSQ; VISQ; VE** in suo sensu abundet. **¶** Perinde ac si inquit, cum de dog-  
matibus agitur, nequaquā est op⁹ vt nostro sensu ducamur, quin erunt quæ ab aliis acce-



primustenenda, vel si angelus e celo demissus diuersa denunciet, cum vero de ciboru abstinentia contentio oritur vel aliis istiusmodi, si qui sunt ex Neophytis qui delinquant, vel indulgentia egeant, laxanda hys erit non intendenda seueritas.

¶ QVI sapit, diem domino sapit, & qui manducat domino manducat. ¶ Qui die inquit obseruat, domini ob gratiam seruat, quia eum veretur, qui vero minus bunc obseruauerit propter dominum, tanq̄ in Christo perfectionem adeptus omnibus legis obseruationibus euasit superior.

¶ ET qui manducat domino maducat, gratias enim agit deo, & qui non manducat domino non manducat & gratias agit deo. ¶ Vnum inquit illud perquirimus si dei respectu gerantur omnia, eidēq; per eos si aguntur & gratie, qui abstinent, & qui cibum sumunt, quod sane si mēte hac geritur, calumniari poterit nemo. Hæc quidem vt diximus Neophytorum ob gratiam differit, & tacite carpit qui Iudaice legis instituta sectantur, cum inquit & qui non comedit deo gratias refert, quo enim id pacto ageret qui adhuc a lege penderet: solus itaq; qui comedit, deo gratias agit.

¶ NEMO enim vestrum sibi viuuit & nemo sibi moritur, siue enim viuimus, deo uiuimus, siue morimur deo morimur. ¶ Dominum inquit habemus cui cure nos sumus, qui pro diuitiis, vitam hanc nostram ducit, & mortem pro dāno, neq; enim nobis ipsi dūtaxat viuim⁹, sed etiam dño, vitam autem hoc loco intelligit quæ fide constat, & mortem quæ a fide exciderit, nequaquā igitur eos permissurus est deus, qui fuerint infirmiores, subire hunc secundum fidem interitū, vel in fidei huius casum plabi.

¶ SI VE igitur viuimus, siue morimur domini sumus. ¶ A fidei morte ad naturalem pertransit, qua de nunc differit, videlicet siue nature vitam hanc viuimus, inquit, siue mortem obimus, domini sumus.

¶ IN hoc enim Christus mortuus est, resurrexit vt uiuorum & mortuorum dominetur. ¶ Vel hoc ait tibi suadeat, dominum eorum qui imbecilliores sunt suscepturū curam, vt in viam redeant tandem, quia & sanguinem fuderit & subierit mortē, vt in nobis ius & imperium habeat, quo ergo pacto non & illis prospiciat qui in eius sint seruitutem redacti, & quorum causa sit tam multa perpeffus: Porro si vita perfunctis solet deus prospicere, quid illis factur⁹ est qui adhuc in humanis agūt: hæc vero ideo intulit vt pudore offundat qui Iudaicos ritus sectetur, suadeatq; vel eum qui adhuc legi intendat, ingratum se Christo præstare, qui pro se mortem obierit.

¶ TV autem quid Iudicas fratrem tuum, comedentem vt gulosum, & tu autem comedēs quare spernis fratrem tuum tanq̄ modice fidei, frater est non oportet aspernari pprium mēbrum, num tu p iplo redditurus es rationē: ipse cōstituetur añ tribunal & ipse penas subibit. ¶ Vides quēadmodū per hæc que ad pfectiores edisserit, perterrefacit Iudaizantē, vtpote qui apud tribunal illud horribile subiturus sit cruciatū.

¶ SCRIPTVM est enim uiuo ego dicit domin⁹ quoniam mihi flectetur omne genu. & omnis lingua confitebitur deo. Itaq; vnusquisq; nostrū pro se rationē reddet deo. ¶ Quod inquit fore vt tanq̄ serui apud dominum iudicemur, & propheta testatur, cum dicit, omnes mihi genua flexuri sunt, & omnis lingua, vel eorum qui ante cōditam legem fuere mortaliū, vel legis tempore confitebitur mihi. i. factorū redditura est rationem. at cui nimirū non legi sed Christo, quid ergo amplius a lege depēdes?

¶ NON amplius ergo inuicem iudicemus, sed hoc iudicate potius ne ponatis officulum fratri vel scandalum. ¶ Vtriq; inquit quæ inter vos oborta est, soluite contentionem, & ita vt neq; ipse qui comedis imbecilliozem incessas, nec tu qui a veritatis elcīs abstines, fratrem quoquo pacto offendas, quia ipse legem obserues, scandali autem & offensionis appellatio vtriusq; videtur pro mutua quadam sese offendendi vicissitudine tam vscenti scilicet, quam abstinenti competere.

Vita que fide constat.

Iudaicos ritus obseruantes tacite reprehedit.

¶ SCIO & confido in dño Iesu quia nihil cōmune per ipsum nisi ei qui existimat quid in quinquatū cōe esse, illi cōmune est. ¶ Postq̄ cōmonescit minus esse offendēdū qui infirmioris sit fidei, de cibis etiam statuit, imbecillum erudiens, ne illos sumere veatur, nec tanq̄ immundos abhorreat, inquitq; noui & confido non in cogitibus hiscē humanis, sed i domino, hoc est, edoctus ab eo, & certior fact⁹, quod nihil per se sit inquinatū, id est quo ad eius naturam immundum, sed id ad eorum hominum fieri opinionem immundum, a quibus & solis sordidum habeatur, non ceteris.

Nihil ciboru im mundū.

¶ SI enim propter cibum frater tuus contristatur, iam non secundum caritatem amibulas. ¶ Ad perfectiores hoc loquitur, & si nequaquam natura sint inquinata cibaria oportuit tamen te a carne suilla abstinere, si caritate eras obseruaturus, ne tristitia frater offensus afficeretur, moxq; & ita subiungit.

¶ NOLI cibo tuo illum perdere pro quo Christus mortuus est. ¶ Nec sane edulii gratia fratrem eneces velim, aut perueras, qui a Christo tanto sit studio & cure habitus, vt huius gratia vel mortem subierit, nam si te porcinam ille edentem carnem perspexerit, ex mutuo iurgio & astu obstinatio fieri, & in discrimine erit ne Christo relicto legi profus inhereat.

¶ NON ergo blasphemetur bonū nostrum. ¶ Hoc est, tu cum perfectionem sis nactus in fide, hæc enim & bonū appellat, noli hac tua perfectione abuti, nec causam pbeas vt quis hanc detestetur. Nam cū perfectior sis, si imperfectum perdideris, id ipsum quod tibi inerat boni obrectatoribus carpendum expones, potes etiam id bonum pro dogmate capere, quasi sic sentiat Paulus futurū omino ob vestra dissidia & escarum contetiones hmōi, vt execrentur infideles vestrū id bonū, id est dogma hoc vestrum.

Perfecti sua perfectione non abutantur.

¶ NON enim est regnum dei esca & potus. ¶ Neq; enim ob escam potum vepbatum nos iri existimemus, nec id quidem celeste illud in regnum inuexerit, carpit autem eos qui ob cibatum huiusmodi plurimum sibi laudis vendicarent.

¶ SED iusticia & pax et gaudiū in spiritu sancto. ¶ Ad regnum dei aditum iusticia patefacit, id est vniuersæ virtutes, inculpabilis vita & pax, quæ pximo sine iurgio exhibetur, & leticia quā parit concordia, ommissa tristitia, quæ pximi ex afflictione oboritur. Et quoniā vel paruis in rebus pax quēdā & gaudiū videtur inesse, i spiritu sancto eiecit. Perinde ac si inquit de pace equidē & hilaritate, quam in spiritu sancto constat inesse, edissero, non aliqua quauis pace vel mūdana leticia, potest & sensu alio quodam profundiori id dictum interpretari, dicitq; qui a carne suilla haud quāq; abstinuit, saluti inferre iniuriam quā ei moriēs Christ⁹ iā cōparasset, sic cōtra qui fratris ob gratiā ab eiusmodi esca se cōtinuerit, iusticiā operatur quæ celeste elargitur iperitū.

Iusticiæ nomine oēs virtutes cōplectitur Athanasius siue vulgari⁹.

¶ QVI enim in his seruerit Christo placet deo & probatus est hominibus. ¶ Ostēdit hoc loco inanis glorie & iactantie gratia obiurgasse se imperfectos, qui haberentur perfectiores, qui enim vult inquit hominibus esse admirationi, non tantum ex ipa vite perfectione, quantum ex pacis & reliquarum virtutum gratia laudem consequetur, quas inter vel eam esse maximam constat, christo scilicet inferuire, & deo placere, non tamen carnis suille abstinentiam virtuti & laudi ducere.

¶ ITA QVE quæ pacis sunt sectemur, & quæ edificatiōis sūt inuicē custodiamus. ¶ Quæ pacis sūt ibecillioris cuiuspiā cā intulit, is nāq; erat qui ceteros diuexaret, quæ vero ad edificationē spectat, ppter pfectiorē aliquē dixit, vtpote qui fratrem carpat & turbet, quin vlti vtriusq; id crimē ipertit, cū ad inuicē inquit, cūq; & pacis pri⁹ cōmeminisset edificatiōis, deinceps arguit haud facile posse pximi edificationē sine pace constare.

¶ NOLI propter cibum destruere dei opus. ¶ Dei opus, fratris esse salutem affirmat, non ergo hæc ipse dissolueris, quā Christus pximo comparauit, & cibi psertim gratia, velis videlicet ab istiusmodi esu abstinere, vt fratrem sic lucrifacias.

**OMNIA** quidem munda sunt, sed malum est homini qui per offendiculum manducat. Cum perfectiorem acrius increpasset, veritas ne infirmior in sua prava conscientia perseveret, rursus hunc in modum decernit. Sunt quidem omnia munda, officium tamen haec homini qui improba conscientia obturbetur, imperfectus enim suillam immundam existimans, si hanc degustare cogatur, magis incessitur, necesse est itaque ut a re prius ediscat munda esse in eum omnia.

Et si munda sunt omnia, infirmi tamen scandalizandi non sunt.

**BONVM** est non manducare carnem, & non bibere vinum, neque in quo frater tuus offenditur, aut scandalizatur, aut infirmatur. Tu inquit fratrem manducare compellis, quibus ille uti in cibum minus confidit, ipse vero ea dixerim per te esse vitanda, quae fratrem offendunt nec ideo quod mala haec videantur, quippe cum munda sint omnia, sed quod scandalum ex his inferatur infirmo, scandalizatur enim ut leuis, offenditur autem quia morbo laboret, utpote qui fidei sit per exiguae, ex his itaque omnibus pellicit firmiorem, ut fratri opituletur qui profusus & fragilis sit, & imbecillus. **TV** fidem habes penes te ipsum, habe coram deo. **Hic** plane explicat qui perfectior videretur iactantiae gratia suam hanc ostentasse perfectionem, intertigitur. Visne te mihi nunc aperire quemadmodum de istiusmodi esicis & sentias recte, & credas per puras esse, nil mihi dixeris vel alteri cuius significandum, sed satis sit tibi vel tacita conscientia tua, & deus ipse, cui tu pates.

**BEATVS** qui non iudicat semetipsum in eo quod probat. Si hominum nemo perpexerit ipsem tibi ad id consequendum facturus est satis, si te ipsum minus condemnas, nec te ea in re tua te conscientia criminis arguat, quam vel probaueris vel degeris confectandum, intelligas autem haec de propolitis esicis dumtaxat dici.

**QVI** autem discernit si manducauerit, damnatus est, quia non ex fide. Qui heret inquit nec fidentius edit danatur, nec eo quod immundus sit cibus, sed quia diffidit hunc mundum esse, & illum perinde ac si inquinatus esset, libauit.

**OMNE** autem quod non est ex fide peccatum est. Quotiescumque quisquam vel nihil confidit, vel autumat obsonium aliquod immundum esse, et ita ut deprauata conscientia illud degustet, profusus est peccato obnoxius.

**DEBEMVS** autem nos firmiores, imbecillitates infirmorum sustinere. Lenit hoc loco & hortatur perfectiores ut alios instituendi secum vna onus insumant, quod sane praedit cum inquit, nos qui fortiores sumus, nec simpliciter infirmos dixit, sed infirmorum imbecillitates, duplici usus vocabulo, ut ad maiorem hos commiserationem alliciat.

**ET** non nobis placere. Cum diceret oportere nos sustinere, docet quemadmodum fieri id queat, si ea videlicet quae nostra sunt nil requiramus.

**VNVSQVISQVE** vestrum proximo suo placeat in bonum, ad edificationem. Ne forte perfectus ille id inquit, ecce ipse ad me quod bonum est attraho, ad edificationem adiuxit, perinde ac si illud inferat, nunc quidem & si quod agis sit rectum, verum quia minus sit oportune, ad perditionem potius facit, si quidem impetiuua obiurgatio nihil edificat.

Intemperantia obiurgatio nihil edificat.

**TENIM** Christus non sibi placuit, sed sicut scriptum est, impropria impropria tibi ceciderunt super me. Christum producit in medium ut arguat nobis eius exemplo viuendum, illi namque licebat sese a quouis opprobrio & contumelia vindicare, neque ea quae passus est perpeti, si sibi ipsi placere maluisset, hoc est, si quod sua intererat, conquiesceret, sed suo iure repudiato, tum cruciatus & tormenta potius excepisset, haud sane bonam de se multitudini opinionem ingererat, quippe quia impotens esse & nullius momenti videretur, habereturque pro malefico & seductore, alios inquit saluos facit, seipsum autem saluare non potest. Exprobrantium itaque impropria tibi patri vestri testamento obiecta, in me filium reciderunt, ita sit ut nil nobis mihi obtigisse sit visum.

**QVECVNQVE** enim scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt, ut per patientiam & consolationem scripturarum spem habeamus. Haec autem inquit ideo sunt scripta, ut ea sectemur, hoc loco etiam ad tentationum tolerantiam illos hortatur, cum ait, vel scripturae ipsius hortatu validiores effecti toleremus, tolerandoque ostendamus nobis spem esse vegetam quandam & stabilem, si quidem qui sustinet, sperare futura bona videtur, quemadmodum contra qui impatientior est, a spe ipsa excidisse conuincitur.

**DEVS** autem patientiae & consolationis det vobis id ipsum sapere alterutrum secundum **CHRISTVM IESVM**. Arguit ex sacris literis deum vna & tolerantiam & consolationem largiri, eoque ipsum patientiae deum & consolationis appellat, utpote qui haerum sit & largitor & causa, optat itaque & his coprecatur, id ipsum ab eo ad inuicem sapere exhiberi, illud enim est certioris caritatis indicium, ut quod de se quisquam sapiat, itidem & de proximo sentiat, & quoniam est alius quidam huius seculi amor, intulit secundum **CHRISTVM IESVM**, hoc est illa sapiatis quae **CHRISTO IESV** sunt placita.

**VT** vnanimes vno ore glorificetis deum, & patrem domini nostri **IESV CHRISTI**. Quid nam lucrum consequimur cum vnum omnes sentimus & sapimus? nempe quia deum laudibus ipsi efferimus, nec ore dumtaxat vno id agimus, sed & animis vnus, hoc enim cum vnanimes ait praetendit, mox illud seorsum orditur, & patrem domini nostri **IESV CHRISTI**, quod si ita perlegas videlicet ipsi Christi deum & patrem esse, neque potest id absurdum videri, est enim secundum humanitatem Christi deus, et pater secundum diuinitatem.

**PR**opter quod suscipite inuicem sicut et Christus suscipit vos, in honorem dei. Superioribus monitis iterato insistit, & in exemplum Christum inducit. Id sane iniquis cum vobis inuicem operem tuleritis, deo in gloria cedet, istiusmodi namque vestra animorum coniunctio deo laudem affert, in hoc enim inquit cognitari sunt omnes quod ipse me miserit si in vnum conuenietis, quemadmodum contra vestra dissidia deo blasphemiam pariunt, nam & gentiles cum Christianos homines viderint factionibus inter se concertare, fidem ipsam criminantur et culpant.

**DICO** enim **CHRISTVM IESVM** ministrum fuisse circumcisionis propter veritatem ad confirmandas promissiones patrum. A superioribus quae subsequuntur dependet, ostendit autem hoc loco Paulus, Christum haudquaquam sibi ipsi gessisse morem, sed nostri potius gratia omnia tolerasse, et gentibus suadet, ne in Iudeos qui credidissent superbe & insolenter se gererent, constat enim Iudeos ex diuinis pollicitationibus suis maioribus factis fuisse saluos assecutos, gentes vero misericordia solui et dei benignitate saluos factos, quod autem dicit tale promissum Abraham fuerat iam pridem, fore scilicet ut eius semine mundum hereditaret, verum cum omnes qui ex Abraham ortu duxissent fontes essent & peccatis obnoxii, utpote qui fuissent lege peruariati, eoque & promissione illa viderentur indigni, venit Christus & legem impleuit, et circumcisionem in se admisit, lege itaque adimpleta circumcisionis et Abraham semen effectus, dei iram dissoluit, effecitque nos ad excipiendas promissiones idoneos, ob id igitur circumcisionem suscepit ut vera redderet dei promissa, non ut lege statueret, quid igitur heus tu qui Iudaicos ritus sectaris a lege pendes? cuius gratia ut a promissionibus excidat haud sane in paruo versaris discrimine.

**GENTES** autem super misericordia honorare deum. Qui ex Iudeis essent oriundi et si videbantur indigni, habuisse tamen constat promissiones, ipse vero gentilis ex sola dei clementia saluos est redditus, propterea & merito debes laudem deo enixius deferre et gloriam, haudquaquam igitur me inculandum existimabitis si vos appello & aliorum, exposcit enim sacerdotale hoc meum officium ut euangelium predicem, quia in re verbis utor pro cultro, estis enim vos hostie loco, quis ergo sacerdotem insimulabit illate iniurie, quia nouaculam admouerit ad immolationem iam destinatis.

**SICVT** scriptum est propter hoc confitebor tibi in gentibus domine et nomini

Deus patientiae et consolationis dicitur.

Gentiles ex dei misericordia salui facti.

Christus cur circumcisionem admisit.

Sacerdotale officium euangelium predicare.

tuo cantabo, & iterum dicit. Letamini gentes cum plebe eius, & iterum. Laudate omnes gentes dominum & magnificate eum omnes populi, & rursus Esaias ait. Erit radix iesse, & qui exurget regere gentes, in eo gentes sperabunt. Testimoniis omnibus his inductis, nititur Paulus demonstrare, futurum omnino ut ex gentibus homines cum credituris Iudeis iungantur, & vnum sentiatur omnes, Iudeos preterea frenat & comprimit ne in gentes superbiat, cum pateat plane prophetas gentes vocasse, quinetiam & his qui ex gentibus sunt persuadet humilitatem per se sectandam, arguitque eos tanto plura deo debere, quo & multa affatim acceperint, si quidem cum essent non populus, uniti sunt populo confitebor autem in gentibus sub Christi persona prolatum est, hoc est predicabo te opater in gentibus, erit autem radix iesse, id est ex radice iesse prodibit qui surget dominari gentibus hoc est Christus.

Gentes cum Iudeis creditur.

Oidium inter gentes & iudeos.

DEVS autem spei repleat vos omni gaudio & pace in credendo, ut habundetis in spe & virtute spiritus sancti. Precatur his ut omni leticia impleantur, qui ex Iudeis videlicet erant fideles effecti, pace vero gentiles, hi namque sunt visus inuenios hos habuisse qui adhuc a lege penderent, vel potius utique he nationes odia inter se exercebant, verum quo pacto hi possunt gaudio repleri & pace? In credendo quidem, fides vero qua in re vobis est profutura: nimirum ut in spe habundetis, sperantes futura, & aduersa, & grauiora tolerantes, ad quid preterea & spes nobis conduxerit, si queas ad consequendam haud dubie spiritus sancti virtutem, quae spem ipsam nobis reddit validiorem, largitur enim & spes ipsa nobis spiritus sancti potentiam, & rursus spes haec a sancto spiritu stabilitur.

CERTVS sum autem fratres mei & ego ipse de vobis quonia ipsi pleni estis dilectione, repleti omni scientia, ita ut possitis alterutrum monere. Cum durior habuisset multis in locis oratione, consolatur hos tandem, nec solum audiui inquit sed certior sum vel ipse ego effectus qui vos obiurgo & criminor, quod estis bonitate referti, hoc est mente bona & erga fratres beneuola, vel integra virtute ipsam bonitatem appellet, nec bonitatem dixit habetis, sed pleni bonitate estis, nam nihil prodesset si essemus bonitatem adepti, nec scire quemadmodum illa utendum sit, propterea omni scientia subdidit, ut possitis alterutrum monere, hoc est non solum vos docere, sed alios comonere facere & castigare.

Romani tumidi & ideo sermone blando leniendi.

AVDACIVS autem scripsi vobis fratres, ex parte, tanquam in memoriam vos reducens. Erant Romani id temporis in summo dignitatis fastigio, ideo & elati animi videbantur & tumidi, & eos nunc propterea lenit cum inquit audacius scripsi, admodum namque istiusmodi verbis hos irangit, neque his contentus, sed ex parte adiecit, id est placide & breuiter, nec in docentis morem id egi, sed in memoriam redigentis, hoc est paululum admonentis.

PROPTER gratiam quae data est mihi a deo ut sum minister Christi iesu, in gentibus sanctificans euangelium dei. Humili admodum sermone utitur inquit, non enim mihi ipse honore vltro arripui, sed de hoc mihi decreuit qui me ad id operis segregauit, nec meis pro meritis, sed sua ex gratia, ad quid autem mihi data est gratia? certe ut euangelii ministerio fungar & sacerdotio, nil itaque mihi succenseatis si vos alloquor, id enim mihi est sacerdotii munus, ut euangelium predicem, & proculrosum sermonem sortitus, & vos hostie loco, quis ergo sacerdotem in simulabit qui cultum adigat in sacrificium destinatis.

Sancti tas non ex fide tantum sed ex bonis operibus.

VI fiat oblatio gentium accepta et sanctificata in spiritu sancto. Neque eo ad vos scripsi, ut laudem mihi aliquam vendicem, sed cum reliquis gentibus ut salutem & vos consequamini, hoc pacto gentium ipsorum oblatio omni fit ex parte accepta, quando quidem vniuersi deo fructificant, sanctificata in spiritu sancto, hoc est in puriori quadam & spiritali vita, neque enim sola ex fide, quin & ex optimis vite actionibus, sanctitate quis adipiscitur, credentes enim, & baptizati accipimus spiritum, verum si rectis operibus caruerimus

extinguatur omnis suscepta illa spiritus gratia, reprimit insuper Romanorum elationem, ne eum dedignetur in preceptorum habere, qui vniuersas gentium deo obtulerit nationes.

HABEO igitur gloriam in CHRISTO IESU ad deum. Postquam se humile admodum reddidit & abiectum, rursus tamen suum sermonem Paulo effert, ne omnino contemptui habeatur. Inquitque mea gloria non in me ipso aut in meo studio & industria posita est, sed in Christi gratia. Verum si quibus in rebus gloriam & ipse quaesierim, in his equidem quae dei sunt dixerim, hoc est non in vanis his & momentaneis, sed in spiritalibus ipsis mea omnis est gloria.

NON enim audeo aliquid loqui eorum quae per me non efficit Christus, in obedientiam gentium verbo & factis, in virtute signorum & prodigiorum, in virtute spiritus dei. Quoniam euangelii se ministrum vel in omnes gentes asseruit, nunc subdit nihil equidem gloriosius neque ut iactabundus & insolens predicat quod ipse non gefecerim, quin potius nihil ipse cofeci, sed deus me pro instrumento quodam visus & organo operatus est omnia. Quodcumque enim vel loquor vel sum de celestibus philosophatus, vel si quid aliud ago, vel si vitam duco celestem, & miracula factito, deo sunt accensenda non mihi, differt autem a prodigio signum, quod signum dici in rebus naturalibus solet, cum nouum aliquid & insolitum editur, ut illud quod Petri focus febricitans statim conualuit, cum enim febris curatur, nature officium est, quod autem mox post tactum febris abcesserit, nouitatem praefert, prodigium vero in his haud dubie constat quae praeter naturam videtur, videlicet cum biceps aliquis oritur, vel cum is visum recuperat, qui cecus sit natus. Et quonia signa hominum & prodigia demonum opera quadam plerumque eduntur, in spiritus dei virtute adiunxit, vnde quanta sit eius pretenditur dignitas, cuius tantum valeat spiritus, ut istiusmodi admiratione dignissima faceret.

Prodigium et lignum differunt.

ITA ut ab Hierusalem usque ad Illiricum repleuerim euangelium Christi. Perinde ac si inquit visne dictorum meorum spectare iudicium? respice discipulorum meorum multitudinem, ab Hierosolymis quippe ad mare usque illiricum, quod eius est regionis confinium, quae nunc Bulgaria dicitur, non predicauit inquit sed compleui euangelium, ut arguat se non inanem habuisse sermonem, sed utilem plurimis & perfectum, & ne forte existimes cum ab Hierusalem dicit ad Illiricum usque recta illum fuisse profectum, & in circuitu addidit, hoc est eas oras quae in septentrionali sunt plagae, et ad meridiem vergunt verbo transegi et peragraui.

Illyricum confinium bulgariae

SIC autem hoc predicauit euangelium non ubi nominatus est Christus, ne super alienum fundamentum edificare. Non solum tot innumeris gentibus euangelium predicando, quod visum est persuasi, sed me etiam ad homines contuli apud quos fuerat Christi nomen inauditum, a deo ipse ab eo absum, ut me alienis discipulis ingeram, vel glorie gratia, id agam. Itaque neque ideo ad vos literas dedi, quasi a vobis cupiam laudem vendicare, sed ut ministerium meum absoluam, alienum autem fundamentum Apostolorum instructione dicit, neque eo quod illi essent ab inuicem alieni, vel contraria predicarent, id dixit, sed mercedis ipsius ratione, si quidem aliorum Apostolorum merita pro susceptis in Christi fide vulgata laboribus, aliena a Paulo videbantur, quia nihil sibi afferrent mercedis, cum aliis ex euangelio venirent.

SED sicut scriptum est quibus non est annuntiatum de eo, videbunt, et qui non audierunt de eo, intelligunt. Prophetiam hoc loco ostendit adimpletam, plurimum autem infundat et laborem infundit in gentem, qui indociles admodum et rudes eligit instruendos, cui rei Paulus erat intentus.

PROPTER quod et impediabar plurimum, venire ad vos. Vel id ipsum epistole initio dixit, impeditus sum usque adhuc, nunc vero impedimenti exponit causam, videlicet quia euangelium predicando circumfaret, vnde ob id inquit, equidem plurimum impediabar hoc est, per sepe cupidus vos ad eundem, iter aggrediens interpellatus sum, et detentus.



illi opitulamini & manus porrigite.

¶ Et enim ipsa quoque assistit multis & michi. ¶ Huius primo laudes explicauit, mox ut suscipiatur & orat, postremo & laudes repetit, unde quoque hos cogens ut in honore hanc habeant, cuius sit ecclesia ministerio vsa, & plerisque tulerit opem, et mihi ipsi orbis terrarum praconi & tanta perpeffo.

Paulus ex opificio victitabat, nam texebat tentoria

¶ SALVTATE priscam & anxilla adiutores meos in CHRISTO IESU. ¶ Fuit re hi quidem michi adiumento in sermone & doctrina, laborum insuper & periculorum participes, nonnulli vero eo adiutores hos dicunt, quia ex tentoria texerent, quorum ex opificio, & ipsi cum Paulo victitarent.

¶ QVI pro aia mea suas ceruices supposuerunt. Perfecti quidem & hi martyres extitere. Quippe quibus Neronis tempore magnum oibus impenderet discrimen.

¶ QVIBVS non solum ego gratias ago, sed cuncte ecclesie gentium. ¶ Hoc loco istorum in se hospitalitatem praetendit, & ne ad gratiam hec fallo videatur dixisse, & alios testes producit.

Nuptie impedimēto virtuti non sunt

¶ ET domesticam eorum ecclesiam. & Tanta erant hi probitate imbuti, ut suam domum & familiam omnem fideles reddiderint, horum itaque domum ecclesiam dixit, nec solum quia Christi fidem exceperant, sed quia hospitio credentes admitterent eorum preterea domus duci per ecclesia debet, in qua dei timor insit & virtus, audiant hec qui nuptiis copulantur, & intelligant eas non esse ad virtutem impedimento.

¶ SALVTATE Epenetum dilectum meum, qui est primitiuus Achaie in christo. ¶ Per magnum est sane, a Paulo quempiam coli & obseruari, qui non ad gratiam nouit, sed vero iudicio suam impertiri beneuolentiam, primitiuum vero ideo dixit, vel quia maiorem quam reliqui omnes praese tulerit pietatem, eoque et in Christo adiecit, hoc est non se pro huius seculi bonis, sed pro his quae sunt Christi priorem obtulit.

Femina apostolico fuges officio.

¶ SALVTATE mariam quae multum laborauit in nobis. ¶ Ex susceptis pro veritate laboribus mulierem exornat, non solum inquitens sui ipsius gratia vigiliis & humi cubationibus insudauit, sed in nobis Apostolorum officio functa laborem insumpsit, queret aliquis cur Paulus feminam hoc loco produxerit viros erudientem ad fidem, cum nullam huiusmodi permittat mulieribus facultatem: haud quaque doctrinae apostolus interdicit sermonem, sed ne in confessa praesideat mulier vel suggestum cōsciat alios instructura prohibuit, sed priuatam ubique instructionem maxime probat, licenim & vxor virum instituit, et Prisca Apollo edocuit, nec illam ait multum alios instruxisse sed, laborasse plurimum, ut arguat illam vel in erogandis priuatis pecunijs, & modis alijs fuisse hoc ministerio vsam.

Paulus priuatam femine instructionem non permittit, non publicam.

¶ SALVTATE Andronicum et iuniam cognatos & conceptiuos meos, qui sunt nobiles in Apostolis, qui et ante me fuerunt in christo. ¶ Non tantum laudis affert cum Paulo iuncta necessitudo & propinquitas sanguinis, quantum subita cum Paulo seruitus, longe enim grauiora tollerabant fideles, quam solet captiuus qui compedibus vincuntur, magni est sane faciendum, Apostoli nomen fuisse sortita & iuniam, praesertim quae mulier esset, quod preterea maioris estimandum, & nobiles inter Apostolos dicit insignes, sunt enim hi ex rebus gestis et optimis actionibus adepti nobilitatem, nec Paulum pudet hos profiteri in Christi fide suscipienda se preuenisse, quin potius et laudibus effert, quod ad id boni anticipandum profuissent.

¶ Salutate ampliam dilectissimum mihi in domino. ¶ Si ab imperatore obseruari et coli, maximi sit, quanto magis ab apostolo qui virtutis gratia et dei respectu homines caritate complectitur.

¶ SALVTATE Urbanum adiutorem nostrum in Christo. Id quidem superiorum rem illam excedit laudem, quin immo ab hoc illa originem sumit, est enim haud dubie

ille dilectus qui sit in tali opere adiutor & socius.

¶ ET stachim delictum meum. ¶ hunc pari dignatur laude.

¶ SALVTATE Apelle probum in CHRISTO. ¶ Hoc est qui nec criminis potest coargui, nec vlla affectus est nota, nonnulli dicunt probum hunc appellasse Apellem, quia alter quidam tunc erat Apelles in nomen sortitur, moribus deprauatus & improbus.

¶ SALVTATE eos qui sunt in Aristoboli domo. ¶ Hos nominatim non explicat quia forte erant eorum quos supra meminit similes.

¶ SALVTATE Herodionem cognatum meum. Salutate & eos qui sunt in Narcissi domo, qui sunt in domino. ¶ Id est fideles.

¶ SALVTATE Tryphenam & Tryphosam qui laborant in domino. ¶ Demaria quidem dixit quod laboris plurimum insumpisset, de his vero quod adhuc labori incumbat quod utique his summa in laudem cedit, continenter aliquid factitare & insudare negotio.

¶ SALVTATE Perfidem mihi carissimam, quae multum laborauit in domino. ¶ Hec quidem eo habetur praestantior quo a Paulo sit caritate complexa & opere simul pro domino impenderit plurimum, hoc modo singulos pro dignitate appellat, & reddit ad opus diuinum promptiores, & alios ut imitentur instigat.

¶ SALVTATE Rufum delictum in domino & matrem eius ac meam. ¶ Duplex id bonum quod filius & mater irreprehensibiles sint, nec temere suam & matrem hanc intulisset, nisi per magnam inesse mulieri illi virtutem percaluisset.

¶ SALVTATE Alynchitum Phlegontem Hermam Patrobam & Hermam. & qui cum eis sunt fratres. ¶ Haud quaque attendas quod nullam his adiecit laudem, sed illud aduerte quod cum ceteris essent inferiores, dignatus est tamen hos sua salute, quin potius vel hanc in eos contulit laudem quod fratres appellet.

¶ SALVTATE Philogum & Iuliam Nereum est fororem eius & Olimpam & reliquos qui cum eis sunt sanctos. ¶ Inges sane vel horum est laus quod sanctos non cupat.

¶ SALVTATE inuicem in oculo sancto. ¶ Ne altercatio oriatur quod varia quacumque am per se appellatione sint nuncupati, & impari prorsus laudum genere affecti, hos de mum ex oculo sancto permiscet & pares facit, ne maior inferiore contemnat, vel inferior maiori inuideat, oculo hoc sancto mitigante omnia & coequante.

¶ SALVTANT vos ecclesie Christi. ¶ Nec solum hos pares & vnanimes reddit, quin etiam ab ecclesiarum vnitatem salutem transmittit, nam ecclesiarum, hoc nomine fideles omnes complectitur, nil hunc illum exprimes, a tam multis igitur personis hoc in epistola quod in alijs nullo seruauit, hac in epistola salutem his impertitur, quia nondum urbe & Romanos conspexerat, & plerisque quos antea cognouisset Romam confugerent, eoque haud iniuria sigillatim illos commemorans, Romanis commendat.

¶ ROGGO autem vos fratres ut obseruetis eos qui dissensiones & offendicula praeter doctrinam quam vos didicistis faciunt. ¶ Rursum eos commonefacit non consulendo sed obsecrando, et cum honore non mediocri fratres appellat, & tantantum se ut patefaciat dolos, obseruate inquit, hoc est diligenter illos caute, praecedunt autem dissensiones, quas mox et scandala subsequuntur, quando enim vnitum est ecclesie corpus nullum habent aditum scandala, hoc est hereses praeter doctrinam quam vos didicistis inquit non quam ipsi docuimus, anticipans eos et arguens excepisse iam se eius doctrinam et credidisse, et permanendum in his esse quae accepissent, dissensiones vero et scandala hoc est hereses ab his induci, qui praeter Apostolorum doctrinam et dogma aliquid afferant.

¶ ET declinate ab illis, huiusmodi enim Christo domino nostro non seruiunt, sed suo ventri. ¶ Defugite hos inquit, qui si vel ne scii vel errore ducti delinquent, reduci aliquando possent in viam et corrigi, sed quoniam scienter in id facinus prolabun-

Olympia.

Oculum sanctum.

In ecclesia eorum de non subire scandala.

tur vitandi sunt maxime, Iudeos vero hos esse indicat, quos acerrime solet gulositatis insimulare, istiusmodi enim Iudeorum vniuersum est genus, ex hac igitur ventris in glutie & vitiorum seruitute omnes eruperunt hereses. Aduerte autem eum qui sit vtri & gule addictus, Christo seruire non posse.

Vetri ad dictus deo serui re nō pōt

¶ **ET** dulces sermones & benedictiones seducunt corda innocentium. ¶ Insidiantur inquit & blandiuntur, id enim verba suauia praeferunt & benedicta, si quidem verba beneuolentia expriment, mens vero dolis est plena, nec sane vos inquit seducunt & fallunt, sed innocentium, id est simplicium corda.

¶ **VESTRA** autē obedientia in omnē locum diuulgata est, gaudeo igitur in vobis. ¶ Incautos pfecto alios & imprudentes, non vos inescant & alliciunt, quandoquidē vestra obedientia quae a summa mensuetudine oritur ad oēs perualit, quo sit vt non solum ipse testificari hanc possim vobis inesse, sed orbis terrarum vniuersus.

¶ **GAVDEO** igitur in vobis. ¶ Hoc est vestri gratia quia decepti non estis afficior iucunditate.

¶ **SED** volo vos sapientes esse in bono & simplices in malo. ¶ Arguit ex his circumuentos fuisse nōnullos, per simile id sane dictum, quod dominus ait. Estote prudētes sicut serpentes, & simplices sicut colūbe, vult autem hos & sapientes in bono & prudētes fieri, hoc est in propriā tam salutem quā commodum, simplices vero in malo, id est ad mala aliis irroganda nō docti simplex enim & integer vita, nocet nemini.

¶ **DEVS** autem pacis conteret. Satan sub pedibus vestris velociter. ¶ Cum essent inter illorū nonnullos iam ortē dissensionē, pacis inuocat largitore, vt sedet hereses tollatq; neq; subdat intulit, sed quod acrius est, conterat dixit, nec eos modo qui diffidia moliantur, sed horum etiā prefectum & ducem commoliat, hos autem a tempore consolatur, cum velociter & breui futurum id intulit, conterat vero & optantis est & praedictis futura, futurū siquidē est vt Sathanas ille tradatur i tenebras & deligetur.

Satanas in tenebras tradus.

¶ **GRATIA** domini nostri **IESU CHRISTI** vobiscum. ¶ Gratiam eis comemorat, vt vel ex his quae iam per gratiam acceperunt, promptiores reddantur, vel ex futuris bonis ad fidem, si enim vos deus & si olim hostes & sibi infensos saluauit, longē nunc magis perditurus est sathanam, qui mala ista interferit.

¶ **SALVAT** vos Thimotheus adiutor meus. ¶ Hic enim Apostolum in euangelio subleuabat, magne sane id laudis vt eadem faceret Thimotheus quae & Paulus faceret.

¶ **ET** Lucius & Iason & Sosipater cognati mei. ¶ Iason iste in act. Apostolorum plurimum vendicat laudis, vt pote qui viriliter pericula pro Christo subiret, cognati autem et propinqui dicuntur non modo qui carnis necessitudine, sed qui fide et religione nobis sunt iuncti, nō enim tales se praestitissent vt arctissimo vinculo fratribus iungerentur, nullam horum fecisset Paulus mentionem.

Tertius siue vt alii, tertius hac epistolam scripsit Paulo dictante.

¶ **SALVTO** ego vos Tertius qui Epistolam scripsi. ¶ Id autē non suae laudis gratia scribit, sed vt vehementiorem vendicat a Romanis in se beneuolentiam, vt pote qui in his litteris conscribendis operam hanc praestitisset.

¶ **Salutat** vos Gaius hospes meus, & vniuerse ecclesiae. ¶ Hoc est qui me hospitio exoptat et quod maioris est gloriae, et vniuersam ecclesiam domi recipiebat quoscumq; scilicet se aduētes fideles, neq; enim temere apud hunc Paulus diuertisset, nisi dignum se hospitem comperisset.

¶ **SALVAT** vos Erasius archarius ciuitatis & Quartus frater. ¶ Hoc est ciuitatis praefectus et moderator, vnde datur intelligi neq; opes nec dignitates et magistratus cuiq; esse vel ad fidem, vel ad recte viuendum impedimento.

¶ **GRATIA** domini nostri **IESU CHRISTI** sit cum omnibus vobis Amen.

¶ Epistolam vel inde exorsus est inquit, gratia vobis & pax, cuius & in calce & gratiam subdidit, eandemq; illis adesse precatur & optat, tunc enim nostra arguitur vera & certior disciplina, cum non solum verbis, verum & praecipulis sumus discipulis profuturi, propterea & illud dicebat, nos autem orationi & dispensationi sermonis instamus, nec nos tutabuntur, qui nichil ex operibus nostris speramus posse salutis locum aliquem inuenire, sed quicquid est spei, diuinae gratiae & elementae accensamus, quibus & demonum laqueis superiores euasimus, qui sunt sub pedibus nostris conterriti in **CHRISTO IESU**, hoc est Christi potentia, cui est gloria in secula. Amen.

Missae est praecedens Epistola per Pheben ministram Cechrensis Ecclesiae.

Argumentum in priorē Epistolam ad Corinthios.

¶ **CORINTHII** sunt Achaici. Et hi similiter ab Apostolo audierunt verbum veritatis, & subuersi sunt multiphariae falsis Apostolorum, quidam a Philosophiae verbosa eloquentia, alii secta legis Iudaicae inducti sunt, hos reuocat Apostolus ad veram fidem, & euangelicam sapientiam, scribens eis ab Epheso per Thimotheum discipulum suum.

Corinthii qui

In primam ad Corinthios Epistolam Athanasii prologus.



CORINTHVS CVM PLVRIMVM ET OPIBVS polleret & sapientia, in Christu credidit, a quo post fide suscepta...

Corinthii

vicio vesceretur nonnulli, & de pecuniis repetitis cum ireretur contentio, iudices gentiles adirent, comas insuper nutrent viri, & cum in Ecclesiis sepe comessarent, nil cibi egere...

Christi Apostolus dicitur dignitate si non quiescit.

PAVLVS vocatus Apostolus. Perinde ac si inquit, neque hanc ipse mihi dignitatem qua sibi, nec propria vlla sapientia accepit, quippe qui olim cum essem Ecclesie dei euerfor...

Ecclesia quid.

IESV CHRISTI. Christus fuit Apostolorum instructor, cur vobis ipsis adseribitis mortales quosdam in preceptores.

PER voluntatem dei. Haud sane nos ille dignos vocavit & saluos fecit, sed quia sic ei placitum est, egit ut libuit, nunc vero placuit illi ut ipse vos edocerem, cur alium prater me vultis magistrum, num deo ut obfistendum, ducatis id agitis?

SOSTENES frater. Prae modestia sostenem sibi adiungit in comitem, quod quidem Corinthiorum ut tollat insolentiam facit, qui ceteros aspernantur.

ECCLESIE dei quae est Corinthi. Non huius illiusue dixit Ecclesiam, sed dei, quid ergo homines ipsi habetis qui vos tutentur? quod si estis Ecclesie nomen sortiti, necessarium est ut iuncti & unanimis sitis, quandoquidem Ecclesia vnitas quaedam & conuentio interpretatur.

SANCTIFICATIS in CHRISTO IESV. Neque enim in quouis hominum sed in CHRISTO IESV hanc estis sanctimoniam consecuti, & baptismi gratia non humane sapientie aut diuitiarum, quibus elati insolecitis.

VOCATIS sanctis. Quin & hoc ipsum credere haud quaquam nostrum est iuris, sed dei potentie & voluntatis, a quo estis hoc pacto vocati ut obsequendo exceperitis simul & fidem, sit itaque ut a deo fides hec sumat initium. Nam si vos ille non conuocasset, nequaquam paruissetis.

Fideles omnes vna faciunt Ecclesiam.

CVM omnibus qui inuocant nomen domini nostri IESV CHRISTI. Nec vobis solis pax sit huiusmodi, sed vniuersis Christi inuocantibus nomen.

IN omni loco nostro & ipsorum. Omnium videlicet quotquot ubique fidelium sunt, meminit, ut arguat fideles omnes vnam esse ecclesiam, vnde sic eos videtur oburgare, cur ipsi vnus ciuitatis incolae inter vos dissidetis, nonnulli vero nostro & ipsorum loco ita intelligunt, id est in quo & nos sumus, & illi.

GRATIA vobis & pax a deo patre nostro & in domino IESV CHRISTO.

Adeo ea vobis sit gratia, quam olim ipsi cum inimici essemus iam consecuti pace nunc utimur, eandem & vobis ut praesto sit comprecamur, nec vltra a pace eiusmodi excidatis optamus, qui factionibus nunc & quibusdam inter vos simultatibus dissidetis, nunc vero cur vos hominibus adixistis, illorumque & gratiam inire studetis, & piacere illis ut praceptoribus omni studio connitimini?

GRATIAS ago. Hoc loco nos ad gratitudinem quandam erudit, cumque id ipsum per omnem Epistolam agat, nunc tamen oportunius longe quam alibi gratitudinem recordatur, gratitudo enim gratiam sequitur gratia vero nec debitum praefert, nec beneficii arguit vicissitudinem.

DEO meo. Ex summo quodam animi affectu com omnem deum suum hic facit semper pro vobis in gratia dei. Ex his utique & Corinthios instruit ut & ipsi assiduas deo gratias agant, & nichil propriis vel actionibus confidant, vel vllis virtutibus, sed in dei gratia sit illorum spes omnis.

QVE data est michi in vobis in CHRISTO IESV. Hoc est per Christum dum taxat nec per alium quempiam michi concessa quid ergo homines ipsi attenditis, cum sit in deo & solo sperandum?

Quia in oibus diuites facti estis in illo. In illo, id est per ipsum, cum constet vel opes ipsas & si pro diuitiis habende non sint, per vniuersum tamen donari, cur ipsi omnino ingrattissimi homines vobis sine vlllo delectu in praepceptores adsciscitis.

IN omni verbo & in omni scientia. Est namque & sine scientia verbum, ut potest cum quis nullo sensu superuacanea narrat, est praeterea & sine verbo scientia videlicet cum altiora quispiam cogitatione & mente complectitur, caret tamen quo illa explicare queat, sermone, vos vero inquit & sermonem habetis & dei scientiam, ita ut intelligendi & loquendi vobis in sit facultas.

Verbum sine scientia sine verbo.

Sicut testimonium Christi confirmatum est in vobis. Sicut per verbum videlicet & scientiam quibus utriusque celestes diuitias comparatis confirmatum est in vobis testimonium, hoc est dei archaenum, neque enim per exteriorem sapientiam arcanorum dei facti estis participes, sed quibus dignati estis signis ac donis.

ITA ut nichil vobis desit in vlla gratia. Queret aliquis si perpetua erant illa dona adepti, cur eisdem in orationis progressu carnales appellat, responderi ad id potest, neque omnes spirituales fuisse, nec secundum carnem vixisse vniuersos, vnde impraesentiarum verba hominum spirituales habuisse Apulum, ad carnales vero quae paulo post subsequetur, vel forte quia fieri poterat, ut in ipsis fidei susceptae primordiis, cuncta essent haec dona adepti, & deum vt feruor ille refrigit, desideria facti, secundum carnem vitam transigerent.

EXPECTANTIBVS reuelationem domini nostri iesu christi. Hoc loco territat eos cum meminit secundi & futuri Christi aduentus, quasi id inquit, si futurum est, ut Christus ipse reueletur, & iudicaturus adueniat, quo pacto alios ipsi estis iam nacti qui vobis praesint & ductent? Ostendit praeterea & cum his donis alias deprecandas esse, virtutes si quidem illa nihil hominum dona iuuabunt, nisi & vita accedat bene transacta. Cum autem reuelationem dicit, ostendit vel hoc tempore Christum nobis adesse delitescere tamen interea, quia sese in futuro iudicio sit palam facturum.

Aduentus secundus christi cur reuelatio dicitur.

QUI & confirmabit vos usque ad finem sine crimine in die aduentus domini nostri iesu christi. Cum confirmabit inquit ostendit eos & nutabundos esse & ab aliis circumuentos, cum vero sine crimine dicit illos criminibus subesse demonstrat, Christum autem iesu eo frequentius hoc loco repetit, quam in ceteris Epistolis solet, ut Corinthios commonefaciat, per hunc se & salutem fuisse adeptos, & huius ex nomine, non alterius hominis, Christianos se dici.

FIDELIS deus per quem vocati estis in societatem filii eius IESV CHRISTI.

domini nostri. Hoc est veridicus est deus, Itaque si nichil ille mentitur & vos ad filii sui vocavit societatem, id est ut suo in regno cum filio vna & vos gloria donet, perspicuum est deum omnino qua: promissit facturum, estis ei ipsi vocati, non iniussi ad istis, cur ergo insolescitis: nec secus superbia efferimini, ac si vestra opera id effeceritis?

**COBSECRO** autem vos fratres per nome domini nostri iesu christi. Cum acerbiora sit in hos verba facturus, preueniens per Christum illos precatur, sic inquit cum haud satis ipse flectere vos valeam precibus, ad id peragendum Christi nome obtektor & inuoco, a quo & ipsi christianum estis nomen sortiti, quo christi nomine affecto per vos ignominia, ab hominibus ducere mauultis cognomen.

**CVT** id ipsum dicatis oes, & non sint in vobis schismata. Quid illud est inquit quod precor, ut omnes vnum sentiat, nil dissidentes, cum enim vnum aliquid implures scinditur partes, videtur quidem in frustra multa & minutura concisum, alioqui qua: potest in multis & detruncatis id esse utilitas, quin & vnum illud perdidit quod integrum fuerat, apertissime igitur illorum facta, schismata nuncupat, quo verbo que admodum calamitose cum Corinthiis ageretur, demonstrat.

**SITIS** autem perfecti in eodem sensu & in eadem scientia. Quonia supra ut vnum loquerentur omnes iniunxerat, ne existimarent verbo tenus hanc animorum coniunctionem seruandam, & in eodem sensu abiecit, hoc est idem ut sentiat, cuncti & multi in aliquare vna sunt conuenturi, in alia minime, & perfecti sitis adiunxit, hoc est oibus in rebus, idem cunctis sit animus. Multi preterea & si idem videntur sentire, animis tamen & mente dissentiunt, quod sane tunc sit, cum fidem vnam omnes habent, caritate tamen longe disiungimur, quod plane expressit cum in eodem sensu diceret, & eadem scientia.

**SIGNIFICATVM** est michi de vobis fratres ab his qui sunt Cloes. Ne illi qua: obiciuntur negarent testes producit, idemque ne commentitus videatur, ut quos ipse fuisset commentus, nomine explicat, & qui cloes sunt inquit. Erat autem cloes Corinthi domus et familia quedam sic appellata, nec definit fratres hos appellare, quoru est perspicuat esset illoru commissa, haud tamen eos fraterno nomine dedignatur, nec illorum exprimit nomina, qui sibi corinthiorum facta renuntiaffet, sed domum integram & familiam posuit, ne testes productos in senos corinthiis redderet.

**QVIA** contentiones sunt inter vos. Mitiore vsus verbo contentiones appellat, qua: sibi sunt de corinthiis renuntiaata, cum vero illos vltro obiugat, dissidia obicit, qua: longe & contentionibus videntur deteriora.

**HOC** autem dico quod vnusquisque vestrum dicit, ego quidem sum, Pauli ego autem Apollo. Id quidem non vestrum aliqui dicunt, sed omnes, nec haec inuoluit Paulus, quia eiusmodi verba iactarent Corinthii, sed ipse in hunc modum sermone figurat ut arguat sic, id dicere Pauli sum, & Apollo sum, noxium est & criminosum, longe magis officiet & crimini dabitur, sese alios homines delegisse quos sectarentur.

**EGO** autem cephe. Haud sane ut se preferat post remo meminit petri, sed ut huc sibi potius ante ponat, quemadmodum, Christi deinceps & nomen honoris gratia subdit. In rebus vero indignis & abiectioribus se ipsum primo commemorat.

**EGO** autem Christi. Neque enim ob id eos inculcat, quod christi se afferant sectatores, sed quia non omnes itidem fateantur, vel potius ego sum Christi intulit, volens id criminosius augere & grauius reddere, arguereque Christum ipsum oblatum esse in parte vna ut pariter oes saluos faceret, ipsi vero in diuersum se scinderent, prueretque.

**Diuisus est Christus**, num intercisus est Christus? num eius diuisus est Christus? Irascentis sunt verba & indignabundi, nonnulli autem diuisus est Christus in hunc

Fratres vocat Paulus corinthios licet paruaricatos.

Factio nes vitantes de quales sunt eorum qui fratres vocatur.

in hunc sensum accipiunt, videlicet num ille mortalibus diuisit ecclesiam? num partem vnam ipse accepit: alteram vobis contulit?

**CVNM** Paulus crucifixus est pro vobis. Confutat eueritque quod erat per hos absurdus gestum, & proprium nomen producit in medium, ne videatur liuore datus aliorum nomina recordari, nec sane id dixit, num Paulus vobis creationis dedit originem, sed quod longe prestat & eius ineffabilem prefert humanitatem, crucem commemorat. Nec illud intulit, num Paulus pro vobis mortem excepit, sed num crucifixus est dixit, ut quod turpe & ignominiosum visum est mortis genus ostenderet Christum, non se subisse.

**CAVT** in nomine Pauli baptizati estis. Baptizauit haud dubie plures Apostolus, sed in Christi nomine non suo. Id autem eo infert, quia vel illud dissidii causam prebuit, cum vellent singuli ab his sibi nomen desumere, a quibus & baptismum sumpsissent, haud enim id querit quis sit baptismus ablutus, sed cuius sub nomine fuerit quispiam baptizatus. Christus enim, non autem qui baptizat, dimittit peccata.

**GRATIAS** ago deo quia neminem baptizauit nisi Crispum & Gaium. Quid inquit baptismi gratia insolescitis, quando quidem ipse ego magis gratias agam, quia id baptizandi munus haud saepe obiuerim, quod tamen non ideo infert, ut improbet baptismi virtutem, sed illorum ut diluat insolentiam, qui baptizantium nomina iactarent, & glorie ducerent, quam baptismus ipse, non baptismi minister afferret.

**NEQVIS** dicat quia in meo nomine baptizauit. Neque enim haec ideo dixerim quia ita se habeat res, sed veritus ne eo vsque puehatur haec pestis, ut vel iactare id audeant multi. Nam si vel infimis viris baptizantibus orta haec contentio est, quo tandem id progressurum est malum si ipse qui sum euangelii praeco baptismum administraret? Propterea coercendi erunt nonnulli, ne mihi baptizandi id imputent munus.

**BAPTIZAVI** & Stephani domum. Erat vir hic sane egregius & insignis.

**CETERVM** nescio si quem alium baptizauerim. A deo inquit baptismi administratio haud magne mihi est cure, ut non satis meminerim vtrum alium quempiam praeter hos baptismum abluerim. Quo ergo pacto in hoc vos efferimini.

**NON** enim misit me Christus baptizare sed euangelizare. Erat quidem euangelii praedicatio vel sola grauis admodum & operosa, & ferreos animos deposcebat, nedum quiret Apostolus & Baptismo intendere, na hominis cuiuspiam immutare sententiam, & ad veritatem traducere, vel a patriis institutis & legibus, quibus diutius inoleuit, diuere, & praesertim non sine summo dissuadetis vite discrimine, magni quidem & excelsi animi erat, paratum vero quempiam & volentem ad baptismum excipere, cuique licet, qui sacerdotio fungitur. Queret aliquis, num nemine baptismi lauacro tingebat Apostolus, quia minus esset ad id destinatus: haud sane fuerat ad id praecipue missus, non tamen ob ire id munus prohibebatur. nam qui maioribus esset negotiis deputatus, vel minora exercere iam poterat.

**NON** in sapientia verbi, ut non euacuetur crux Christi. Sublata illoru qui baptismi ministros iactaret, superbia, ad eos pertrahit qui sese ob exteriorē hanc & humanā sapientiam magnificarent. Inquitque & misit me dñs euangelizare non in sapientia sermonis, hoc est in orationis ornatu, ne crux imminuta patiatur iacturā, id enim ut non euacuetur cum inquit pretendit. i. ne vacua & inutilis arguatur. Na si in eiusmodi sermonis sapientia predicasset Apostoli, iure forte obiceret homines persuasione potius illos & verborum lenocinio quoda alios ad veritatis notionem pellicere, non ei, que ipsi predicat & profiteretur, virtute, quod utique in crucifixi euacuatione & danu cessisset, nunc vero cum doctrine mundanae huius ignari, predicet Christum, pculdubio arguit cuncta per eius qui cruci affixus est, potentiam geri. Poteft & aliter illud euacuetur intelligi, ex empigratia, ros f. i.

Christus non diuisus.

Euangelii praedicatio onus grauius est, quam baptismi praedicatione.



Diuinitas Christi syllogismis pbari non potest.

gabit gentilis aliquis de diuinitate ipsa me quidpiam, quod ab homine comprehendi non possit, si enitar illi quod postulat syllogismis nonnullis, & exterioris sapientie huius rationibus patefacere, haud dubie succubam deficiens, nulla enim potest diuinitas ipsa ratione pbari, ita fiet ut imbecillitatem hanc meam Christi ipsius quem dico ac sententiam impotentie, unde & crux ipsa euacuabitur, hoc est inanis & vacua euincetur.

**VERBUM** enim crucis pereuntibus quidem stulticia est. Cum essent Corinthi nonnulli qui crucem illuderent, decens erat & necessarium ut huiusmodi illudibus, pro sua sapientia fideles obstitere, & crucem hanc tutarentur, indignaque & grauius ferrent illorum in crucem ludibria, subdit itaque nulla vos ob id subeat admiratio, perditis enim & minus credentibus quae a deo sunt ad salutem concessa, stulta videntur, sermonem vero crucis, predicationem designat, qua Christi affixi patibulo nomine diuulgabatur.

**NOBIS** autem qui salui facti sumus virtus dei est. Crux ipsa non modo dei virtutem quin & sapientiam indicat, virtutem quia mortem morte dissoluit, est namque immense potentie & exuberantis virtutis, ut is qui ceciderat referat palmam, sapientiam vero quia hac via perditos saluos effecit.

**SCRIPTUM** est enim perdam sapientiam sapientium, & prudentium reprobo. Cum infideles sapientes perditos diceret, confirmat id statim scripture testimonio, illam enim inquit, tollam deperdamque a sapientibus sapientiam, quam ipsi per exteriora haec iactant, hoc est insipientem illam conuincam, & prudentiam prudentium demam, qui sapere sibi videntur.

**VBI** sapiens, vbi scriba, vbi conquisitor huius seculi, nonne stultam fecit deus sapientiam huius mundi. Cum explicasset quae sacris literis continentur, perspicua in super ex rebus ipsis haec facit, & gentiles quidem reprehendit, quia usurpare id solent vbi est sapiens, id est philosophus, philosophiae enim studebant plurimum & sapientis apud eos summa auctoritas erat. Iudeos vero coarguit cum dicitur vbi nam scriba, inquisitores autem eos appellat, opinionationibus quibusdam & inuestigationibus permittunt omnia, horum nemo salutem attulit nobis praeter piscatores qui erroribus nos exemerunt, fatuam autem reddidit, hoc est inertem & nullius momenti esse coarguit mundi sapientiam deus, utpote quae inuenire veritatem nequirit.

**NAM** quia in dei sapientia non cognouit mundus, per sapientiam deum placuit deo per stultitiam predicationis saluos facere credentes. Causam aperit qua sit exterior haec sapientia stultior reddita. Nam cum ex diuina sapientia quae ex hac potest machina creatorum comprehendere, celum ipsum & terra & omnis haec mundi structura suam predicant, & laudibus efferunt conditorem, deum tamen haudquaquam cognouit mundus, hoc est qui mundana haec sapiunt, quippe qui prauis cupidinibus capiuntur, & quodam dicendi lepore, qui huic inesse sapientie videtur quae oculis cernitur detinetur, quominus queat deum & veritatem ipsam per noscere placuit, aut deo per eorum predicationem qui & imperitiores essent, & stulti apud alios haberentur credentibus salutem largiri. Gentiles itaque & si dei sapientiam instructrice habeant, eam videlicet quae in hac tanta rerum molitione comprehenditur, dei tamen nullam sunt adepti cognitionem quia illi potius intenderent sapientie quae verbis constaret inanibus, nec dei esset.

**QUONIAM** Iudei signa petunt, & Graeci sapientiam querunt, nos autem predicamus Iesum crucifixum. Nititur Paulus patefacere quemadmodum ex contrariis deus contra sit operatus, inquitque cum Iudeum ad fidem exhortor, mox ille ut predicatio certior deprehendatur, signa deponit, nos vero Christum affixum patibulo predicamus, quod vtrique modo quo ad exteriora haudquaquam signorum, nec potestatis, quia ignominiosum habetur, vltimum praese fert argumentum, sed imbecillitatem potius patefacit & impotentiam, alioqui id ipsum patibulum quod imbecillum & contrarium noscitur. Iudeos ipsos quo ad

Inquisitores qui,

ipsorum petitionem ad fidem traducit & maximam praefert dei virtutem, rursum & Graeci a nobis sapientiam querunt, sed his etiam euangelium predicamus, quod ad vulgi tamen opinionem, vesanum videtur Christum predicare, qui fuerit cruci affixus, nihilominus vel ex predicatione hominum persuadentur gentiles & credunt, nonne hoc ergo summe est potentie argumentum Graecos homines ex rebus plane contrariis & longe diuersis, atque ipsi perquirant motigeros reddi, & Christo obtemperantes?

**IUDEIS** quidem scandalum, gentibus autem stulticiam. Iudeis quidem scandalum est crucifixus, offendunt namque cum dicunt, quo nam pacto qui cum publicanis & meretricibus ac peccatoribus versatus sit ac demum fuerit cruci affixus esse poterit deus? Graeci vero mysterium hoc pro stulticia ducunt, & plane irridunt, quoniam fide dumtaxat non rationibus vel syllogismis, quibus ipsi nituntur, comprehenditur, fuisse deum cruci adiudicatum, nec praeterea id villo est orationis cultu significatum.

**IPSIS** autem vocatis Iudeis atque Graecis, Christum dei virtutem & dei sapientiam. Incredulis quidem Iudeis scandalum Christus est, & infidis Graecis pro stulticia ducitur. Quoniam quae maximum in modum conquirunt vtrique, hoc est sapientiam, in Christo minus inueniunt, nec ab vtrisque Iudeis scilicet a Graecis, accitis hoc est dignis habitis qui vocarentur a deo comprehenditur, verum quid queris Iudee signa? ecce Christus dei est virtus quae signorum est operatrix, tu vero Graece quid inquis sapientiam deponis? habes Christum qui patris est sapientia.

**QUA** quod stultum est dei, sapientius est hominibus, & quod infirmum est dei fortius est hominibus. Cruce appellat insipientem, utpote quae insipiens sit visa, haec tamen est hominibus sapientior, siquidem philosophos constat frigidis & inutilibus rebus vacasse, cruce vero mundo peperit salutem, & quae dei est, eo videtur infirmius, quia ex impotentia quadam visus sit cruci esse affixus, sed id longe est hominibus fortius, nec ob id solum quia quo magis annitentibus multis huius nomen extinguere, eo plurimum pollet & floret, sed quia per hunc qui sit visus infirmior, fortis demon ille vincit & coercit.

**VIDETE** enim vocationem vestram fratres quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles. Contemplamini inquit & diligenter inquirite qui sunt ad fidem vocati, comperietis sane eorum non multos esse secundum carnem, hoc est in hac vita sapientes, non enim, nullus sapiens, intulit, sed non multi, erant enim inter eos qui iam credidissent & sapientes, ut Areopagita ille fuit, & Antiphatus quidam & alii qui haudquaquam in presenti ex nomine innotescunt, quinetiam & potentes & ingenui crediderunt nonnulli, propterea & inter omnes non multi subiungit. Aduerte ergo quanta sit vis predicandi, ut vel idiotas & literarum ignaros tam sapientissima edocuerit instituta, ut vel exterior haec scientia profusus arguatur inutilis.

**SED** quae stulta sunt mundi elegit deus ut confundat sapientes, & infirma mundi elegit ut confundat fortia. Hoc maxime graecos confundit, spectabunt enim in foro opificem aliquem longe melius, quam se ipsos philosophari, imbecillumque & abiectum vel eos qui in potentatu sunt & opibus affluunt, humiles reddere & mansuetos.

**ET** ignobilia mundi & contemptibilia elegit deus, ut ea quae sunt destrueret. Qui nullius videntur esse momenti, ea quae non sunt dicit, quae sunt vero pro illis hic ponit qui alicuius esse auctoritatis apparent, quos ut inertes argueret & plane nulli visui esse, eos elegit, qui nihil sunt, haudquaquam tamen quia inquit elegit, eo abiectissimos quosque credideritis predicandi negotium id accepisse, preclaros vero & gloria insignes fuisse ab eiusmodi munere exequendo reiectos, quin potius existimes velim vel hosce qui honoribus & diuitiis pollent, ad suam sapientie & opum praesumptam opinionem efferri plurimum & insolere, eoque nec dei preconium suscepisse, cum abiectiores & humiles longe magis deo sint visi ad id munus accommodi.

Cruentur insipientem Paulus vocauerit.

Areopagiat.

**¶**VT non gloriatur omnis caro in conspectu dei. **¶**Propterea inquit. Infirmos quosque elegit deus, ut eorum frenet superbiam qui mundana hæc sapiunt, suadeat per omnia fore per nos illi ad eius arbitrium committenda, neque se coram aliquo cuiquam iactandum. cur ergo & vos Corinthii super his præceptoribus a deo insolentis, qui exteriorum imbuti sunt sapientia?

**¶**EX ipso autem vos estis in **CHRISTO IESU**. **¶**Ex ipso inquit vos estis, neque ideo quod nos ad esse aliquid ille traduxerit, sed ad bene esse, perinde ac si inquit. Filii dei effecti estis & ex ipso constatis facti in Christo filii, hoc est per Christum, & quoniam dixerat illum ignobilia elegisse, ostendit cunctos nobilitate hos anteire, qui deum in patrem sint habunde iam assecuti.

**¶**QVI factus est sapientia nobis a deo & iusticia, & sanctificatio, & redemptio. **¶**Id est sapientes nos, & iustos & sanctos, ac liberos fecit, hæc enim præfert redemptio, quippe quæ a seruitute peccati nos reuocauit, & quemadmodum ignobiles eligens nobiles reddidit, cum hos in dei filios adsciuisset, sic & stultos sapientes effecit, ipse nobis sapientia factus. Verum cur non potius dixit sapientes nos fecit, sed factus est nobis sapientia, nempe ut muneris patefaceret largitatem, perinde ac si inquit, se ipsum nobis largitus est. At cum magna quedam de filio prædicaret, videlicet quod sapientia & iusticia, & sanctificatio, & redemptio factus est nobis, a deo adiecit, ne ingentium hunc suspiceris, sed ut ad causam ipsam hoc est ad patrem refugias, a quo filius genitus sit. Aduerte quem in his ordinem seruet Apostolus. Nam hos primum ab errore exemptos & sapientes effecit, & ad dei cognitionem instruxit, deinceps peccatorum largitus est veniam, & per spiritum sanctum sanctitate donauit, unde ita effectum est, ut perfectam a malis omnibus vacationem concesserit, & ita ut spiritus ipsi in potestate simus, eidemque inhererimus.

**¶**QVEM ADMODUM scriptum est, qui gloriatur in domino gloriatur.

**¶**Hæc inquit omnia eo sic instituta & facta sunt, ut nemo se alicuius momenti existimet, vel de se aliquid iactet, siue in alio quouis hominum, nisi in deo dumtaxat gloriatur, qui tanta in nos contulit beneficia, cur ergo vos intumescitis? quid efferimini vel vestri gratia, vel vos instrumentum magistrorum.

**¶**ET ego cum venissem ad vos fratres, veni non in sublimitate sermonis aut sapientie, annuntians vobis testimonium Christi. **¶**Non modo inquit euangelii discipuli sunt insipientes & ignobiles lecti, quin vel ipse ego euangelii præco, nullo ad vos concessi verborum apparatu, vel sapientia vlla humana, dei vobis testimonium pronuntiaturus, id est Christi mortem. vide ut præco ipse insipiens & ignarus deprehenditur, & quod per hunc prædicatur, mors & crux sit, & vicisse tamen hæc prædicando arguitur, perspicuum itaque est ineffabilem esse potentiam, quæ rem hanc ita se habere permiserit. Queret aliquis, quid igitur non poterat Paulus si libuisset, per sapientiam ad Christi præconium peruenire? nequaquam profecto per se potuisset, quippe qui indotum, se fateretur, & minus in dicendo ornatum. Christus tamen id facere quiuerat, qui maioribus illi donis ornarat, alioqui haudquaquam id sub sui nominis præconio profuisset, plus enim glorie consequitur Christus, cum per Pauli inscitiam victor euadit, quam si per eiusdem vel sapientiam vel eloquentiam victoriam reportaret.

**¶**NON enim iudicauit me aliquid scire inter vos, nisi Christum & hunc crucifixum. **¶**Placuit inquit Christo ut expers sapientie essem humane huius, & nescius, & ipse quidem factus id optimum iudicauit, ut nullam haberem externe huius sapientie notionem, nisi **CHRISTO IESU** cruci affixi.

**¶**ET ego in infirmitate, & timore, & tremore multo fui apud vos. **¶**Non solum inquit ad vos tenuis admodum & abiectior, quod ad sermonem spectat, concessi,

Paulus euangelii præco nulla humana sapientia instructus ad prædicandum venit.

quin & infirmior, formidolosus & tremens sum apud vos commoratus, hoc est persecutionibus afflictaus, & molestis horridioribus plurimis sum affectus. Verebar enim & ipse in hominis morem discrimina, quin potius trepidus illa expauescebam, quod sane illi maiorem in laudem cedit, utpote qui cum eiusdem esset nobis nature particeps, tamen asperrima quæque sponte & mira animi promptitudine superabat, hæc autem eo commemorat, ut Christi potentiam patefaciat, ut cum ei tot obicerentur aduersa, nihilominus hæc omnia vinceret, nec minus ut Corinthiorum supercilium arguat & tumorem, sapientie dumtaxat & opibus confidentium.

**¶**ET sermo meus & prædicatio mea non in persuasibilibus humane sapientie verbis, sed in ostensione spiritus & virtutis. **¶**Haudquaquam inquit meus sermo argutiolis & persuasionibus nitetur, nec erat dicendi arte & cultu instructus, sed in spiritus confitebatur ostensione, hoc est, spiritum sanctum præ se ferebat, vel quia ineffabili quodam modo spiritus idem acceptissimis verbis auditoribus persuadebat, vel etiam quia & signa edebat, & prodigia. nam & virtutis infert, hoc est, signorum. Ingens est enim fidei argumentum mortuos suscitare. Et quoniam per demones quibusdam prestigiosis & virtutes & signa eduntur, cum primum spiritus mentionem fecisset, mox & virtutis adiecit, indicans ad spiritum facta hæc pertinere, poteris & virtutis illud in alium sensum accipere, videlicet quod se non in sapientia, sed in infirmitate fateatur venisse, & sapientie quidem in spiritus ostensione obiecit infirmitati virtutis, perinde ac si dicat, & si persecutionem sum ipse perpeffus, & verbera, fortior tamen sum visus.

**¶**VT fides vestra non sit in sapientia hominum sed in virtute dei. **¶**Hominum sapientiam persuasibilem nuncupat eloquentiam. Dei vero virtutem vt superius diximus infirmorum & persecutionem tolerantium fortitudinem, & signorum editionem, quæ haud dubie o Corinthii vestram fidem vi illa diuina, non verborum lenocinio confirmavit.

**¶**SAPIENTIAM loquimur inter perfectos, sapientiam vero non huius seculi neque principum qui destruitur. **¶**Stultitiam quidem superius Christi præconium appellauit quod a Grecis sic dici sit usurpatum. Sed postquam ex rebus ipsis aperuit, veram esse præconium id sapientiam, fides tandem audent sapientiam Christi prædicationem fateri, asserereque & salutem per crucem parari, quippe sapientie est & non mediocris, mortem morte delere. Perfectos autem fideles ipsos appellat, siquidem hi perfectiores habentur, qui ceteris rebus contemptis ad celos subuolant. Huius vero seculi sapientiam nuncupat quæ exterior est, vt momentaneam nec diu mansuram, & cum hoc simul seculo euanituram, principes autem seculi huius non demones dicit vt sentiunt multi, sed peritos & eloquentes & oratores, qui concionabundi duces effecti sunt populi, nec secus eos ac temporarios adstruit huius seculi dominos & breui, futurorumque paulo post.

**¶**SED loquimur dei sapientiam in mysterio quæ abscondita est. **¶**Mysterium noiat quod fit de Christo præconium, quod & si hoc sit nomen fortitum, mysterium tamen est, cum quia vel angelos ipsos antequam fieret id latuit, tum quia aliud ipsi spectant, aliud intelligunt. Nam crucem vi deo & passionem & virtutem agnosco, seruum audio, & dominum ipsum adoro, cuiusmodi sapientia infide es quidem prius clausa habet, fideles vero non penitent, videmus enim adhuc in speculo.

**¶**QVAM prædestinavit deus ante secula in gloriam nostram. **¶**Prædestinavit dixit, vt ostendat summam dei in nos & curam & caritatem. Nam vt illi maxima nos persequi beneuolentia existimentur, qui iam pridem prompti sunt & parati conferre in nos beneficia, sic deus vel ante secula ipsa nostre glorie gratia futuram per crucem salutem prædestinavit, quæ proculdubio summa est, quæ nobis communicauit sapientiam, quadoquidem illud in serui gloriam cedit, latetis mysterii participasse in domino.

**¶**QVAM nemo principum huius seculi cognouit. **¶**Seculi huius principes Herodem intelliges & Pilatum, quibus eiusmodi mysterium fuit incognitum quinetiam

Homini nunc sapientia vocatur a paulo eloquentia & vis persuadendi.

Eloquentes & oratores paulus principes huius seculi vocat.

Mysterium definitio

vel ipsos Iudeorum pontifices, qui pari ignorantia tenebantur.

**¶** SI enim cognouissent nunquam dominum glorie crucifixissent. **¶** Si cognouissent inquit futurum crucis splendorem, futuramque ex ea terrarum orbis salutem, vel si pontifices ipsi suam urbem preuidissent concessuram aliquando Romanis in predam, sed et item in Ierusalem uituros, haud sane glorie dominum cruci adiudicassent glorie autem dominum hoc loco Christum appellat, quod autem crux ipsa ex ignominiosa gloriosa sit reddita, eo perspicuum est quod nihil sit Christus ex ea iacture perperitus, quin laudem potius consecutus, quippe qui ob hanc crucem suam erga genus humanum pro se demeritum tulerit. Dicit aliquis ergo si minus illi dei mysterium cognouerunt, errati veniam promerentur: ita sane, si in posterum penitentia ducti Christum adiuissent, essent hoc pacto haud secus ac Paulus & reliqui ex hebreis remissionem delictorum adepti.

**¶** SED sicut scriptum est que nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, que preparauit deus diligentibus se. **¶** Quid ille se colentibus preparauit, Christi scilicet notionem, & salutem que nobis est per eius incarnationem quesita, haec quidem neque oculus humanus inspicit, nec auris auditu percipit, nec cor aliquod meditando complexum est. Nam & prophetarum neque mortalibus oculis ista spectabatur nec auribus hauriebant humanis, nec mente hac mortali intelligebant, que ipsi in de Christo praedicerent, sed diuinitus cuncta per eos enuntiabantur, dominus enim inquit adiunxit mihi aurem, spiritalem uidelicet & alia huiusmodi pleraque.

**¶** NOBIS autem reuelauit deus per spiritum suum. **¶** Quoniam pacto dicit aliquis que cor hominis non ascendunt uos didicistis: quia deus inquit, per spiritum suum non per humanam sapientiam mysterium illud nobis aperuit, hanc enim nequaquam dignatus est deus, ut eius arcana perspiciat.

**¶** SPIRITVS enim omnia scrutatur etiam profunda dei, quis enim scit hominum que sint hominis, nisi spiritus hominis qui in ipso est: ita & que dei sunt nemo cognouit, nisi spiritus dei. **¶** Tanti inquit erat dei mysterium & a deo reconditum, ut ab alio posset nemine percipi, nisi a spiritu ipso nos instruente, qui & dei profunda nouit, scrutatur autem cum inquit, non ignorantiam arguit, sed uehementem quandam & acerrimam eius mysterii cognitionem, que admodum etiam de patre dicitur, qui & corda scrutatur, hoc est qui rimetur & noscat hominum interiora, qui spiritus incredibili afficitur gaudio, & in delitiis est cum dei mysteria contemplatur. Sic enim & dei dicitur scrutari profunda. Ostendit etiam ex sequentibus quod acrem habeat spiritus dei cognitionem. Nam que admodum spiritus hominis nouit que in homine sunt, sic diuinus spiritus que dei sunt callet, unde edoceri nos possumus non alienam a patre spiritum habere substantiam, sicuti nec humano spiritui inesse aliam dicimus quam habeat homo.

**¶** NOS autem non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum qui ex deo est. **¶** Mundi spiritum humanam sapientiam interpretatur Apostolus, quam haud quam inquit accepimus, ut superuacaneam eius praedicationem arguat & inanem sed dei inquit spiritum ipsi accepimus, hoc est deo consubstantialem qui ex dei ipsius substantia constat, quem ipsi instructorem habemus.

**¶** UT sciamus que a deo donata sunt nobis. **¶** Perinde ac si dicat lux quidem est spiritus, hanc ipsi lucem a spiritu ipso illuminati accepimus, ut opera noscamus, at que nobis sunt a deo dono concessa: nimirum que de Christo sunt per hunc destinata, ut delictet quemadmodum & obierit mortem, & dei nos filios fecerit, utque & in seipso uel locum nobis ad patris dexteram confidendi parauerit. Ita fit, ut qui spiritu carent, huiusmodi rerum nullam habere possint cognitionem.

**¶** QVIBUS & loquimur non in doctis humane sapientie uerbis, sed in doctrina spiritus sancti. **¶** A deo inquit nos sapientia Graecorum, philosophos speramus, ut ab hominibus illi

Mundi spiritus quid.

instructi sint, nos uero que loquimur a spiritu sancto edocti pronuntiemus.

**¶** SPIRITUALIBVS spiritualia comparantes. **¶** Videlicet si quaestiones nonnullas obortiantur comparamus has protinus, id est dissoluimus, spiritualibus aliis quibusdam uel sensus uel historiarum, exempli gratia utrum resurrexerit Christus iam queritur, hanc ipsi quaestiuunculam spiritalem, & alia quadam spirituali, hoc est ex Ione prophetarum historia & comparamus & soluimus, idemque utrum & uirgo peperit, uel ex aliarum sterilitate id soluitur Sare uidelicet, Rebecce & Elizabeth, que nulla nature sequela, nec uel uirtute conceperat. Quinetiam ex Eue & Ade exemplo qui sine uero creati sunt semine, sed ex humore producti, potest praeterea illud spiritualibus spiritualia comparantes in hunc sensum accipi, hoc est spiritualibus hominibus spiritualia comparantes, qui eiusmodi & enodare queunt & capere, unde sic infert.

**¶** ANIMALIS autem homo non percipit ea que sunt spiritus dei, stulticia enim illi, & non potest intelligere que spiritualiter examinantur. **¶** Animalis est homo qui cuncta adscribit animi sui cogitationibus, & suo sensu defertur, nec putat sibi celestis praesidio opus esse, nec quidquam uult per fidem & credulitatem admittere, sed arbitratu omnia stulta que probari ratione non possunt, ducitque naturali quodam decursu omnia fieri, nec constare quicquam praeter naturam posse, animalem igitur dicit naturalem, nam & animus circa nature dispositionem uersatur & ordinem.

**¶** ET non potest intelligere quod spiritualiter examinatur. **¶** Hoc est haud intelligit que dicta sunt fidei indigere, nec posse cogitatione comprehendere, & hoc designat spiritualiter examinatur, hoc est per fidem & spiritum demonstratur.

**¶** SPIRITUALIS autem homo iudicat omnia, & ipse a nemine iudicatur. **¶** Spiritalis inquit omnia nouit, & praesentia quod momentanea sunt, & futura quod stabilia, & sua quod salutem sint adeptura, & infideles quod sint cruciandi, eorumque & illos coarguit, ipse uero a nemine examinatur, hoc est arguitur, ut pote qui pro se omnia spectet, & propria uideat, & eorum praesertim qui capti mentis luminibus fuerint, facta prospiciat, cum illi nec sua oculis, nec aliena colluunt.

**¶** QVIS enim nouit sensum domini nisi spiritus domini qui instruit eum. **¶** Spiritalem sensum domini mentem appellat, sed cum dixisset supra a nemine iudicatur, proinde id inquit infert, non enim id temere dixi. Nam quis nouit sensum domini nisi spiritus domini qui instruit eum? Si enim nemo potest domini sensum percipere, hoc est quem spiritualis ille adeptus est, longe magis neque edocere praeter hunc ipsum uos quisquam, uel corrigere quiuerit.

**¶** NOS autem sensum Christi habemus. **¶** Nihil inquit obstupescatis quod dei sensum spiritalem dixerim mentem. Nam & ipsi nos omnes Christi sensum habemus, hoc est, quecumque ipsi & tenemus & nouimus Christus nobis aperuit & reuoluit, nec secus & que de diuinis rebus sentimus a Christo habemus hoc est ab eo sumus, quam uelacumque habemus de rebus ad fidem spectantibus cognitionem, edocti, iure ergo & a nemine examinari nos possumus, qui spirituales sumus, nonnulli sensum Christi patrem dixerunt, plerique & spiritum sanctum.

**¶** ET ego fratres non potui uobis loqui quasi spiritualibus sed quasi carnalibus. **¶** De tractat quidem & improbat illorum ob exteriori hac sapientia elatione, ne istiusmodi forte obicerent, haud quam ipsi humane sapientie, sed spiritualis gratia insolecimus, arguit hos nondum spiritualis huius uel adeptos esse perfectionem, sed hanc ut adipiscantur futurum, infertque nondum perfecti quidquam percipitis, & recte non potui illud adiecisse, ne uideatur liuore ductus perfectiora illis nondum praedicasse, cum enim carnalibus effectis inquit non potui ut perfectis loqui. Queret aliquis, quo ergo pacto cum imperfecti essent signa huius facitabant? Erant sane Corinthii ut principio diximus istius-

Spiritualibus spiritualia comparare quid.

Animalis homo quis.

Miracu-  
la inter-  
dum per  
idignos  
geruntur.

modi vt signa ederēt, cuiusmodi fuerāt & qui demones in Christi noīe eiciēbāt, mira-  
cula tamē ad aliorū vtilitatem fiunt persepe, eoq; & per indignos gerūtur nonnunq̄.  
¶ **¶** ET quasi paruulis in Christo lac vobis potum dedi non escam, nondum enim po-  
teratis, sed nec nunc quidem potestis, adhuc enim carnales estis. ¶ Quantum ad ea  
quæ Christi sunt spectat, infantes estis, & ideo lac vobis in potum, hoc est simplici-  
rem quandam doctrinam, non cibum vobis, id est perfectiorem obtuli, quam obrem  
quoniam nondum poteratis, quod eo intulit Paulus vt Corinthiorum reprimat su-  
percilium & insolentiam tollat, qui sue plurimum considerent sapientie, neq; nunc  
quidem potestis, nam & adhuc quæ carnis sunt sapitis, vides vt illos idcirco nondum  
arguat posse maiora percipere, quia mallent carnales esse quam spirituales.

¶ **¶** CVM enim sit intervos zelus & contentio, nonne carnales estis, & secundum ho-  
minem ambulatis? ¶ Superiorem sermonem omnem ad Corinthiorum primates  
habuit qui sapientia plurimum intumescerent & nobilitate, nunc vero ad inferiores  
& subditos orationem diuertit, inquitq; merito equidem vos carnales appello, quan-  
do quidem inter vos liuore altercatione & simultatibus decertatur, poterat præterea  
eos adulterii & aliorum facinorum inculcare, sed quia horum factiones diffitionesq;  
tunc magis vrgebant, harum nunc dumtaxat memini. Vbiq; Paulus inuidiam con-  
tentioni subiungit. Vos itaq; inquit cum talibus sitis vitis inquinati secundum ho-  
minem ambulatis, hoc est quæ carnis sunt & terrena sapitis.

¶ **¶** CVM enim quis dicat ego sum quidem Pauli, alius autem ego sum Apollo, nō-  
ne carnales estis? ¶ Sub Pauli & Apollo hoc nomine eos demonstrat, qui Corinthi  
gloriam opes & doctrinam iactarent.

¶ **¶** QVIS igitur est Paulus, quis Apollo, nisi ministri per quos credidistis. ¶ Sub  
hoc sui & Apollo nomine, quod vult maxime peragit. Confirmat namq; nihil se esse,  
perinde ac si dicat si nihil nos sumus, quid erit de vestris his instructoribus dicendum?  
nos quidem fidei ministerio fungimur, haud tamen radix ipsi & fons sumus & bo-  
norum, sed Christus horum est causa, num ergo nobis idcirco superbiendū est, quia  
quæ a deo sunt, vobis sumministrauimus? in illo enim cuncta consistunt, qui bona  
eiusmodi elargitur. Nec euangelii dixit sumus ipsi præcones sed ministri, quorum  
alterum verbis dumtaxat constat, alterum opere & factis.

¶ **¶** VNICVIQVE sicut dominus dedit. ¶ Nec sane vel tenuē administrandi hoc  
munus nostra sumus industria consecuti, quin vel id ipsum a deo, & si haud pari men-  
sura, accepimus.

¶ **¶** EGO plantauī, Apollo rigauit, sed deus incrementum dedit. ¶ Ipse inquit &  
prior de Christo præconium profeminauī, Apollo vero haudquaquam permisit iactum  
id semen, improbi hostis tentationum vredine est uq; exarescere, vos tamē deus, quos  
ipsi plantauimus, auxit.

¶ **¶** ITAQVE neq; qui plantat est aliquid, neq; qui rigat, sed qui incrementum dat  
deus. ¶ Aduerte vt minus moleste primarios illos Corinthiorum sapientes inquam  
& diuites aspernetur, cum & se ipsum & Apollo vt nihili ducit quorum sub nomine  
paruifacit Corinthios, admonetq; deum & solum obseruari debere, eiq; accenseri  
quicquid boni contigerit.

¶ **¶** QVI plantat autem & qui rigat vnum sunt. ¶ Cum nihil nobis sine deo facere li-  
ceat, equa omnes sumus conditione, cur ergo inuicem inolefcitis, cum vnum sitis?

¶ **¶** VNVSQVISQVE autem propriam mercedem accipiet secundum suum la-  
borem. ¶ Quoniam posset non absurdum videri, vt qui plurimum in fide vulgan-  
da insumpissent laboris, tardiores in posterum redderentur, quando quidem vel pa-  
res se reliquis noscerent, qui minusea in re insudassent, confestim hanc tollit suspitio-

Euāge-  
lii mini-  
strū se vo-  
cat Pau-  
lus.

nem aitq; eo omnes pari sorte haberi, quia sine deo incrementum ferente nil valeant  
singuli. Nam quo ad benemerentium attinet præmia, pro suo labore habiturus est  
quisq; mercedem, nec tamen secundum proprium opus dixit, sed suum laborem. Cur  
enim debet præmerita palma intercipi, si opere imperfecto enixe sunt labores impetit?  
¶ **¶** DEI enim sumus adiutores. ¶ Qui alios inquit instruit? deo cooperamur, quip-  
pe qui operanti deo & ipsi operam nostram præstamus, qui omnium salutem percu-  
pit, nec tamen in nra est potestate vel operari vel largiri salutem, vnde nec contemnen-  
di nos sumus, quia deum sic iuuimus nec vobis superbiendum, quia deo id omne  
adscribitur.

¶ **¶** DEI agricultura estis, dei edificatio estis. ¶ Cum dixisset superius ego plantaui  
huiusmodi insisit metaphore, hos modo dei agriculturam appellas. Si itaq; dei estis  
cultura & edificatio inquit, ab ipso domino non ab agricolis leu fabris murariis, duce-  
re nomen debetis, necesse itaq; erit vt tanq̄ cultio & ager concordie septis & vallo ob-  
ducamini, & in vnum vt nihil discrepantes, haud secus ac edificium aliquod muris  
obductum, conueniatis.

¶ **¶** SECVNDVM gratiam dei quæ data est michi, vt sapiens Architectus posui fun-  
damentum. ¶ Cum sapientem se nuncupat Architectum, non id iactandi se gratia  
facit, sed vt arguat prudentes id esse Architecti officium, istiusmodi fundamentum  
iecisse, hoc est Christum, quod autem id se non efferendi causa dixerit patet ex eo cū  
inquit secundum gratiam dei, neq; enim ait mea virtute sed dei gratia, hanc ipse ade-  
ptus sum sapientiam.

¶ **¶** ALIVS autem superedificat, vnusquisq; autem videat quomodo super edificet.  
¶ Cum de animorum coniunctione & concordia differuisse, disputat demum & quæ  
admodum viuendum his sit, edificationem appellans opera singulorum.

¶ **¶** FVNDAMENTVM enim aliud nemo potest ponere præter id quod positum  
est, quod est CHRISTVS IESVS. Haudquaquam inquit aliud quisquam iacere pote-  
rit fundamentum quadiu perstat sapiens ille Architectus, qui si aliquando sit desitu-  
rus, quod dici est nephas, tunc aliud poni licebit, a quo sunt o Corinthii intervos obor-  
te contentiones, verum cum constat Christum & verum esse & vnicum fundamentū,  
super hunc vobis edificatio statuenda, non liuore & altercationibus, sed virtutibus &  
operibus bonis constructa.

¶ **¶** SI QVIS autem superedificat, supra fundamentum hoc, aurum, argentum, lapi-  
des præciosos, ligna, fenum stipulant, vnus cuiusq; opus manifestum erit. ¶ Postq̄ erit  
mus per fidem gloriam consecuti, singuli super huiusmodi fundamentum edificabi-  
mus, alii quidem opera rectiora & benefacta, quæ tamē inter se vel magnitudine, vel  
exiguitate differunt plurimum, vt castimoniam quæ aurum præfert, vel nuptias ho-  
nore dignissimas quæ argentum præferunt, vel paupertatem, quæ præciosis lapi-  
dibus comparatur, vel abundantiore elemosinam, quæ cum minoris præti rebus  
conferri potest, alii vero vel praua facinora superedificabunt, quæ & si gradibus discer-  
nantur, possunt tamen feni & stipule quæ facile flagrant & succenduntur nominibus  
dici, cuiusmodi immunditia, idololatria, & auaritia sunt, ligna autem erunt quæ his  
inferiora sunt vitia, qualis temulentia est, & risus effusior, & eiusmodi alia, tametsi eō  
tra nonnulli sentiant qui pro lignis maiora quæ dixim⁹ flagitia capiunt, pro feno ve-  
ro & stipula inferiora hæc & minora.

¶ **¶** DIES enim domini declarabit, quia in igne reuelabitur vnus cuiusq; opus quale  
q; sit ignis pbabit. ¶ Diem domini iudicii diem interpretatur, futurumq; adstruit,  
vt per ignem opera retegantur & palam fiant, qualia pro eorum natura sunt singula,  
siue aurum fuerit, siue lapis siue dictorum quodcumq; aliud.

Paulus  
Archite-  
ctus.

Christi  
fundamē-  
tum.

Castitas  
auro cō-  
paratur.  
Nuptie  
argento.

Dies dñi  
quis.

**SIC** VIVIS opus miferit quod superedificavit mercedē accipiet, si cuius op<sup>9</sup> ardeat, detrimentum patietur. ❖ Si aurum inquit vel argentum habueris, præstabit omnino quod operaberis & præmiū accepturus est, Sin vero fenum vel istiusmodi, haud quaquā ignis defluentem vredinem opera tua tolerabunt, hoc enim præfert cum ardeat inquit, quin potius opera hæc tua prava esse coarguentur. Fit itaq; vt sine rebus operibus nil valeat fides. Ecce hoc loco Christus ipse in fūdamētum est positus, alio qui opera quæ a Christo sunt aliena, vt ardeant digna iam prædicantur.

**IPSE** autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem. ❖ Non enim ad operum instar & ipse perdendus est qui ea gesserit tanquā in nichilū euasurus, sed saluus erit, hoc est sanus & integer asseruabitur, vt igne ardeat, dici enim apud nos solet, cum lignum foco iniectum haud facile absumi, nec in cineres ocys collabi videmus in igne domini id suffecturum arsurumq; longius, patitur autem peccator iacturam, quia his rebus plurimum insudauit, e quibus frustra in impensis laboribusq; min<sup>9</sup> subsisteret, nec diu essent mensura perditionem adeptus est, nam omne flagitium, tanquā nihil sit plane existimandum est, quia eius exitus frustra mortales habeat, nec secus fallit<sup>9</sup> quis magno prætio depresso rem emat emortuam & cadauerofam, pro viua, saluus autem erit peccator hoc est integer vt diximus asseruabitur, penas perpetuo luiturus.

**nescitis** quia templum dei estis & spiritus dei habitat in vobis. ❖ De adultero mox est incepturus sermonem. Aduerte ergo quam prudenter his verbis vtatur. Nam cum date nobis gratie hoc est inhabitantis in nobis spiritus meminit, verecundia afficit adulterantem, & si nequaquā conspectus cuiusq; personam nunc patefaciat, ad omnes tamen verba nunc facit si enim dei templum inquit nos sumus, quia in nobis inhabitet spiritus, ergo spiritus ipse est deus.

**SI QVIS** autem dei templum hoc violauerit disperdet illum deus. ❖ Cum dispudet inquit non aliquem detestatur, sed futurum ita pronuntiat.

**TEMPLUM** enim dei sanctum est quod estis vos. ❖ Ergo nihil poterit adulter aliquis vel fornicator vltra sanctior dici, quia desit dei templum iam esse & huius dignitatem spiritu sancto a se ppullato amisit, qui se sanctitate donauerat, verū quis dei futurum est templum, vos quidem si puriores & sine labe manseritis.

**NEMO** se seducat. ❖ Existimās videlicet aliter se rem habere, ac dixerim.

**SI QVIS** videtur inter vos sapiens esse in hoc seculo, stultus fiat vt sit sapiens. ❖ De adultero cum paucis absoluisse, rursus ad eos qui ob exteriorem hanc sapientiam efferuntur, habet sermonem & inquit qui sapiens inter vos esse apparet, fiat hic stultior, hoc est detrectet & contemptui habeat humanam hanc sapientiam, vt diuinā adipiscatur, nam quemadmodum secundum deum inopia & rerum contemptus, p diuitiis sunt, & ignominia in gloriam cedit, sic secundum deum insipientiam esse p sapientia constat. Aduerte autem quemadmodum non sapientiam deponat hic dixerit, sed fiat insipiens, quod longe est maius, hoc est nullam existimes habere exterorum diuinarum cognitionem, neq; propriis, confidas cogitatibus. sed in bruti animalis morem & minus sagacis deum sequere, nichil heres, nil dubius, quin omnib<sup>9</sup> illi in rebus fidem præstabis.

**SAPIENTIA** enim huius mundi, stultitia est apud deum. ❖ Nec solum hæc inquit nil prorsus ad diuinam illam & celestem sapientiam assequendam conducit, sed impedimento est potius & iacture, vt pote quæ præ superbia discere dedignatur, & a vera distrahit disciplina, eoq; & in ignorantia versari faciat, qui se vtatur, quo fit vt huiusmodi humane sapientie lectatores a deo vt vesani repudientur.

**SCRIPTVM** enim comprehendam sapientes in astutia eorum. ❖ Vel testes

Peccatū nihil.

Hūana sapientia contemptibilis apud deum.

producit vt asserat mortalium sapientiam pro stulticia apud deum haberi iquitq; vt stultos comprehensurus sapientes est deus, qui vel si astutia sint & prudentia quadā imbuti, vt insani & dementes coarguuntur, exempli gratia, existimant illi minus se deo indigere, sed per se posse omnium rerum habere cognitionem, ex ipsis itaq; reb<sup>9</sup> arguit deus, nihil his eorum veritiam profuisse, sed his opem diuinam necessariam fore omnino, qui illa sunt vili minus idiguisse, eo fit vt in sua astutia, qua se omnia tenere arbitrarentur, deprehensi sint prorsus ignari.

**ET** iterum dominus nouit cogitationes sapientium. ❖ Si igitur dominus nouit inanes esse prudentiū cogitatus, vt pote qui nichil vel necessariū vel salutare sint cogitatione complexi, quo pacto vos o Corinthiū quæ deo aduersantur tenetis, vel vestros huiusmodi animorum conceptus tanquā peritiles confectamini?

**ITAQVE** nemo gloriatur in hominibus, omnia enim vestra sunt siue Paulus siue Apollo siue Cephas. ❖ Hæc videtur subiectis edicere, vrget tamen & primates illos Corinthiorum, asserens nil esse cuiq; gloriandum, neq; in exteriori illa sapientia, quippe q̄ stultitia sit, neq; in spiritalibus donis, hæc enim dei sunt munera, quib<sup>9</sup> & subditorum respectu donantur maiores, quod autem dicit tale est, omnia enim sunt vestra, quid ergo vestri se efferunt præceptores, & insolescūt, & vos itē hos ipsos extollitis, & illorum augetis vesaniam: num illi suam quidpiam habent vestra sane sunt omnia quæ sunt illi adepti, & vestre utilitatis gratia a deo hisdem concessa, rursus & sui & Petri, Nunc meminit & sub eorum persona istorum explicat præceptores, ne forte hi grauer ferret se nomine appellari, qui Corinthios instituerent, & illud vt inferat si vestri ob gratiam hæc ipsi dona accepimus, & vestri gratia sumus in præceptores ppositi, eo magis qui vos instituunt, haud quaquā debent tanquā propriis efferri officiis, presertim cum hæc non sua, sed aliorum sint bona.

**SI VE** mundus, siue vita, siue mors, siue presentia, siue futura. Quinetiam vos edocentium vita, per vos esse constat, vt persecutionem tolerates proficiatis, illis insuper & mors vestri ob gratiam obuenerit, quippe qui pro vobis periclitetur & vestre salutis causa sese periculis obiectent, vel aliter sumi id dictum potest, videlicet quod Adam eo sit mortalis effectus, vt continentiores ipsi efficiamini, & eo mortem subierit vt salui vos sitis, & plane orbis terrarum vniuersus assequatur salutem, vt eius ductu ad creatorem iter suscipiatis, & mundi huius corruptione, perinde ac si monitore vtaminis ad incorruptibilem cupiditatem, quinetiam vel præsentia hæc, id est terre bona, & futura illa nostri ob gratiam sunt parata, quib<sup>9</sup> iā pridē deus credentes donauit.

**OMNIA** enim vestra sunt, vos autem Christi, Christus autem dei. ❖ Haud sane eodem nos iure dei sumus, quo Christus est dei, nos enim dei tanquā ab eo & facti & p creati, Christus vero dei vt pote qui ante secula sit, qui sui a deo & causam habeat & ortum, ita fit vt si simplex sit verbum, huius tamen diuersus sit sensus, si quidem non pari iure nostra sint omnia, quo & Christi sunt vniuersa, nos enim Christo sumus creati & seruitutē obnoxii, cuncta vero & si nobis subiciantur, non tamen sunt a nobis creata, itaq; haud recte vobiscum agitur cum vos ipsos adiudicatis mortalib<sup>9</sup>, qui Christi sitis ditione obstricti.

**SIC** vos existimet homo vt ministros Christi & dispensatores ministeriorū dei. ❖ Et si ministri iquit nos sumus qui alios instruimus, cur domino propulso, ministri frantum vobis nomina consciuitis: cum vero Mysteriorum dispensatores appellat doctores indicat, qui haud temere debent dei sermonem omnibus impartiri, sed tenipus per eos, oportunum & modus seruandus est, cum illum impartiant, quinetiam nec mysteria ipia aperienda sunt cunctis, non enim vel prudentis est viri vel recte, credata dispensantis, partim illa & sine delictu omnibus patefacere.

Adā cur mortalis effectus.

Mysteria cunctis aperienda non esse, neq; partim.

**HOC** autē queritur inter dispensatores, ut fidelis quis inueniatur. Hoc est ideo ab eo fides exigitur, ne illa quæ domini sunt faciat sua, neue ut dominus eadem illa tractet, quin potius ut aliena & a domino possessa dispenset, neque arbitretur propria esse que sub dñi sunt potestate, sed contra que sua sūt domini esse arbitretur.

**MHI** autem prominimo est ut a vobis iudicer aut ab humano die. Morbus hic sane inuaserat Corinthum, ut qui doctorum diuersas tenere partes viderentur, iudicantium loco considerent, assererentque hunc illiue potiores esse & doctrina ceteros ante ire, alios vero pronunciarent longe inferiores, sed quoniam dixerat Paulus quærendum esse ut inter dispensatores quis fidus reperitur, & visus est forte aditum præbuisse singulorum vitam diiudicandi, quod certe longe magis illorum auget diffidia, ne itaque id subeant mali, hos ab huiusmodi iudicio reprimat, dicens michi autem pro minimo est, hoc est ignominie vel maxime duxerim, ut aliquid de me iudiciū proferatis, moxque ne illos offendat perinde ac si contemptui habeat, vel ab humana die adiecit, hoc est vel ab alio quouis ut iudicer hominū, qui vel clarus sit & excellens, Cōsuevit enim scriptura hominis diem, rei altitudinem quandam & excellentiā nūcupare, quod profecto non se purgandi gratia explicat Paulus, quippe in quē nemo sententiam tulerat, sed ne sui exēplo alios hi iudicatio incessant, persuadere admittitur.

**SED** neque me ipsum iudico, nihil enim michi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum, qui autem me iudicat dominus est. Nequaquam me inquit existimetis, perinde ac vos sim vel ceteros homines aspernatus, indignum ducere ut alios iudicetis, neque enim vel me ipsum arbitror suffecturum, qui possim huius iudicii vim persecutari, nec sane michi vilius sum facinoris conscius, neque ob id sum tamen iustificatus, hoc est haud tamen sum peccati expers & purior redditus, cosentaneum enim est me aliqua commississe, & esse me commissorum ignarum. Est tamen dominus cuius acerrimum est certissimumque iudicium, sententiā de me laturus. Qua ex re velim existimetis quam acrior diuini iudicii sit futura exactio.

**ITAQVE** nolite ante tempus, iudicare, quoad usque veniat dominus. Vides qui admodum hec non sui gratia protulerit Paulus, sed ut Corinthios ipsos coerceat, ne alios iudicet, sic enim hic causet ut in sui persona aliorum calumnias vel gesta excipiat, & excepta exponat, & hoc pacto alios instruat, quos duxerit instruendos.

**Qui** & illuminabit abscondita tenebrarum & manifestabit consilia cordium. Nunc quidem patefcunt inquit praua facinora, hæc enim pro tenebrarum occultis accipimus. Nam & virtute preditus apparebit plerūque qui prophanus sit & viciis inquit natus, tunc itaque deus palam facturus est omnia, sic certe vel cordis consilia retegat, exempli gratia, effert aliquis quem piā laudibus & magnificat, id sane bonum appareret, at huius forsitan est corrupta voluntas, poterit namque haud quā certo animi iudicio illas quempiam laudes contulisse, nec mente equa, rursum alius quempiam vnum corrigeat arguetque, nec tamen ut eum ad sanitatem reducat, quin ut fratris patefaciat scelera, isti iudicii igitur cordium consilia deo iudicante patebunt.

**ET** tunc laus erit unicuique a deo. Orationis series deposcebat, ut vel supplicium diceret, vel laudem manere hos homines qui tales se prestitissent, in eo tamen quodvisum est dictu potius terminauit sermonem.

**NEC** autem fratres transfigurauit in me, & Apollo propter vos, ut in nobis discatis non supra quam scriptum est sapere, Que dicta superius de Corinthiorum inquit dissensionibus sunt & præcipue ceteros iudicarent, ideo protulimus ut ex nostre personæ figura, nil ultra quā quod scriptum est sapere perdiscatis, edisserit enim in hunc modum scriptura & superbiam interdicit, qui prior esse inter vos mauult, sit hic omnium vltimus, & qui se humilem reddit, exaltabitur, & alia istiusmodi multa. Quod autē

Hois di  
es quidi  
facris lit  
teris sit.

iudicandum non sit quod ignores, nolite inquit iudicare & non iudicabimini.

**NEC** vnus aduersus alterum inflatur, pro alio. Vel hæc ad populum verba facit, variat tamen & instruendi modum, nam ad primates illos & præceptores sermonem intendit, non in discipulos ipsos, sicuti hoc loco facit. Corinthii eum enim cum de magistrorum primatu contenderent, istorum præstantia efferebantur. Nam qui aliquem haberet in præceptorē, huius ut simul & dignitatem tueretur & excellentiam, alterius cuiusque magistrum conuictis incessabat, ita ut discipulis inter se altercantibus, singuli suum iactarent doctorem, eundemque & glorie ducerent, & iactitando intumesceret, recte autem huiusmodi animorum perturbationem inflationem dixit, a corporis quadam metaphora, quod malis humoribus & spiritu inquinato inflatur.

**QVID** enim te discerneris, quod id enim habes quod non accepisti, si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis. Rursum in Corinthiorum doctores inuehitur, inquit, quis te discernit & dignum laude iudicauit an num homo at fallitur humanum iudicium, concedatur ut in te aliquid sit laudabile, id tamen haud quā dixerim tuum esse, sed dei dono concessum, idque non tuo aliquo vel merito vel officio accepisti, si itaque accepisti quid gloriaris & iactabundus intumescis, quasi nihil accepisti, & credis potius ex te illud & propriis laboribus peperisse, non enim quempiam decet ut in his quæ acceperit insolecat, quippe que aliena sunt et ab aliis collata, non per se parata.

**IAM** saturati estis, iam diuites facti estis. Re egre ferentis sunt dicta, perinde ac si dicat tam cito nullius opera indigetis, nec deesse quidpiam vobis existimatis, sed iam estis oppleti, & ad perfectionem breui adeo euasistis, & omnes cum diuine intelligentie tum & donorum nati iam opes estis, quem perfectionem, & si in futuro esse seculo constat, vos tamen ut videre videor vel in hac vita consecuti iam estis, quod plane perspicuum vestra iactantia facit, hac scilicet vos esse perfectionem adeptos, hæc autem eo infert, ut & si ita se gerant, infectos esse coarguat.

**SINE** nobis regnatis. Vel id quidem pro sua consuetudine intulit, illorum ingratitude argues, perinde ac si id inquit, & si tot estis a deo dignitati vos beneficiis, horum tamen nobis nil placet, qui tantum in vobis laborem insumpsimus impartiri.

**ET** utinam regnetis, ut & nos vobiscum regnemus. Vellem equidem ait vos esse iam regnum adeptos, hoc est affectos perfectionem, moxque ne ironice dictum id videatur, sic intulit, ut & nos vobiscum regnemus, hoc est eadem bona nos ven dicemus que nati vos estis, quippe quorum gloria nobis cedit in laudem, nam & præceptoribus cunctis optabilis est discipulorum perfectio.

**PVTO** enim quod deus nos Apotolos nouissimos ostendit, tanquam morti destinatos. Tristitia vel potius pudore affectus in hæc verba prorumpit, videre enim inquit videor ex his quæ per vos geruntur hoc tempore, nos ipsos Apostolos omnium potestros fuisse a deo monstratos, & morti insuper destinatos, hoc est ad mortis damnationem & paratos & promptos, licet itaque vel ex his ipsis quibus vobis ipsi regnum parastis coniectura quadam percipere, morti nos esse tandem adictos, fontiumque & damnatorum locum tenere Apotolos, id est qui tanta sumus dei ob gratiam passi.

**QVIA** spectaculum facti sumus mundo, & angelis, & hominibus. Hoc est non recondito loco aliquo & abditiore penas nos luimus, sed ubique terrarum, spectantque nos tormentis variis afflictatos, non homines solum, neque enim tam vilia sunt & pusilla quæ gerimus, quin & angeli ipsi, eo namque magnitudinis nostra certamina pcesserunt ut digna sint vel ab angelis ipsis spectari, neque enim nobis cum hominibus solum est colluctatio, quin etiam est cum iniquorum angelorum potentia decertandum.

**NOS** stulti propter Christum, vos autem prudentes in Christo. Rursum hæc

Iudiciū  
humanū  
fallitur.

Discipulorū  
preceptoribus  
optabilis

Colluctatio  
cū  
iniquis an  
gelis.

I. AD CORINTHIOS.

prudens loquitur. Cum enim propter Christum vapularent Apostoli & contempti essent, illi vero contra & amplissimis afficerentur honoribus, & pro sapientibus haberentur, idque sibi Christi ob gratiam obuenisse iactarent, quo pacto Apostolus inquit duo adinucem aduersantia conuenire in his qui vnum sentiant poterunt, ut ipsi videlicet quia Christum creditis honores adipiscamini, nos contra quia hunc preedicamus malis innumeris afflictemur: necesse est itaque vel ut ipsi que Christi sunt sentiamus, vel vobis & solis credentibus, Christi hæc sapientia relinquatur. Sed quoniam indignum videtur Christi Apostolos nequaquam que Christi sunt sapere, restat haud dubie ut vos fallat opinio.

Infirmi  
tas quid  
apud pau  
lum.

**IN**OS infirmi vos autem fortes, vos nobiles, nos autem ignobiles. Hoc est nos circumagimur & persecutionibus diuexamur, vos vero ocio & quiete fruimini. Vbiq; Paulus sub infirmitatis hoc nomine præfluras præ tendit, & vos quidem gloria & nobilitate præstatis, nos autem in ignominia diuersamur, hæc sane omnia perinde ac Corinthiorum facta grauius ferens intulit Paulus, sensus vero istiusmodi est, quo enim pacto id decens videri potest, ut nos malis iactemur, vos vero quiete freti in bonis versemini: Fit itaque ut perspicuum sit nullis vos bonis affluere, quia potius male obsecum nunc agi, quando quidem nec per apostolorum dignitate vita vobis transigitur, vnde nec vobis erit in his que nunc geritis superbiendum.

**VSQVE** ad hanc horam esurimus & sitimus & nudi sumus. Quid inquit vera recensebo, cum liceat nobis præsentia conspiciari, ecce vos nunc in deliciis agitis, nos vero aduersis & malis præmimur.

**ET** collaphis cedimur, & instabiles sumus. Hoc est vapulamur, hoc vero superbentibus obicit & inflatis, qui nullis verberibus pro Christo affligerentur.

**ET** instabiles sumus. Hoc est distrahimur, agitatur & fuga salutem quarimus id quidem in diuites illos & opulentos intendit, qui ocio fruuntur.

Paulus  
prehendit  
causa præ  
dicantes

**ET** laboramus operantes manibus nostris. Hæc autem in eos fert qui lucri ob gratiam audent prædicandi munus inuadere.

**MALEDICIMUR** & benedicimus, persecutionem patimur & sustinemus, blasphemamur & obsecramus. Et quod omnium est præstantissimum, nil horum ini quo animo tolleramus, at vnde id liquet, ex malis nimirum quæ nobis ab omnibus ingeruntur, cum illa officiosa quadam cõpensamus vicitudine. Ita vt qui in nos maledicta congesserint, benedicto mox prosequamur, & qui acrioribus nos conuictis vt gent, blasphemiam enim acerbiorum contumeliam præfert obsecramus, hoc est mitioribus & lenientibus verbis illorum in nos conuicticia compensamus, eoq; Christiani stulticie arguuntur, qui pro malis bona pendunt.

Peripsē  
ma quid

**TANQVAM** purgamenta huius mundi facti sumus, omnium peripsēma vsq; adhuc. Purgamentum sordes dicitur quædam, quæ ex re aliqua immunda, & lurida tergitur & repurgatur, peripsēma enim grece purgamentum significat, apote, quod abstergere & purgare dici latine potest, quia merito quiddam eius sciendi sumus & abominationi habendi, nec vobis solum sed mundo, & hominum generi vniuerso, neq; ad præstitutum aliquod tempus, sed vsq; ad huc, hoc est semper. Aduerte qualem sese præstare debeat Christianus, vtq; & illi ad usq; finem sit de certandum.

**NON** vt confundam vos hæc scribo, sed vt filios meos carissimos moneo. Non enim inquit vel vituperandi vos gratia vel confundendi, neq; iniquo & maleuolenti hæc animo dixerim, sed tanq; filios, neq; id modo, quin & carissimos, nil icrepe, sed leniter commonefacio, quis enim patrem non tulerit admonentem?

**NAM** si decem milia pedagogorum habeatis in Christo, sed non multos patres.

I. AD CORINTHIOS.

Et si aliquid vos beneuolentia prosequuntur, nequaquam tamen meum erga vos quisquam equabit amorem, siquidem ceteros pedagogos habetis, me vero in partem, ut itaque vnus est parens pedagogos esse multos constat, & vnus amore patris videlicet longohade est interuallo multorum affectio, sic longius abest a mea & paterna in vos caritate aliorum qui vos instruunt simulata beneuolentia. Attende autem quemadmodum cum pedagogus dixisset in Christo subiecerit, ne illos prorsus offendat quin potius quod laboriosius videbatur his contulit, pide ac si dicat, tales esse pedagogos oportet, ut enixe alios in Christo instituât, amoris vero magnitudinem sibi seruauit.

**NAM** in CHRISTO IESU per euangelium ego vos genui. Confirmans se his esse in partem prepositum, quippe vos inquit Christo bene iuuante per euangelium genuisse, neq; enim vt solent pleriq; id mihi ait officium vendico, sed Christo ipsi ascribo, nec instruxit vos dixit, sed genui sub nature ipsius nomine, quæ habeat erga hos caritatem expressit & familiarissimos sibi hos esse discipulos & coniunctissimos demonstrauit, quemadmodum & in reliqua Epistola id ipsum subinfert.

**ERGO** ergo vos imitatores mei estote. In cunctis inquit me imitami, & nolite vel sapientia, vel opibus intumescere vel efferrî, neq; cum fratribus vlla sit vobis dissensio, sed pro sapientia hac ipsa externa & bonis fortune, caritatem in proximos complectamini, vide hominis intentionem & vehementem animi affectum, precatur enim & orat non iungit. Multum preterea vel ad aliorum cohortationem, id valet, cum se imitandum proponit.

Timotheus a  
Paulo  
missus.

**IDEO** misi ad vos Timotheum, qui est filius meus carissimus & fidelis in domino. Quoniam vos michi non secus ac filii cure estis, nisi ad vos Timotheum, nam et si ipse institueret vos gratia concedere, Corinthum cupiebam, id tamen vt facerem cum minime licuisset, illum transmissi qui mihi est carissimus filius, hoc autem intulit, ut & suum erga illos amorem aperiat, quippe qui vt eis pdesset, filii tulit absentiam, simul etiam vt Timotheus in honore apud Corinthios haberetur. Is itaque inquit, qui est fidelis in domino hoc est cuius fides in his quæ dei sunt, non huius seculi bonis fuit perfecta, vel in vestris administrandis se fidum præstabit.

**QUI** vos commonefaciat vias meas, quæ sunt in CHRISTO IESU, sicut vbi omnia ecclesia doceo. Non enim vos instructuros est inquit, ne id illi ferræt molestus, cum nondum esset Timotheus etate prouectior, sed commonefaciet, vobis enim denuo recensebit quæ iam diu tenetis, nec noui quidpiam est allaturus, vias autem dicit predicationis dispensationes & regulam, consuetudines vel leges diuinas & quem admodum ipse ambulo, quia non tumidus & elatus vt vos intumescitis, neq; vestro more contentiones inuexi & chimata. In Christo autem dixit quia eius vie nullum haberent humanarum rerum vestigium, sed in Christo omnes constarent, vel quia essent ille Christi ope directe. ostensurus est enim hic vobis quem ipse seruem in cunctis ecclesiis predicandi modum, nil enim quod nouum sit visum apud vos prædicaui, sed omnes erant dictorum meorum non ignari, pudere itaque nos preter ceteras ecclesias oportebit qui a viis meis tam temere alterastis.

**TANQVAM** venturus non sum ad vos sic inflati sunt quidam. Postq; Timotheum professus est eo ad se transmississe, ne segniores & torpidi redderentur, sic infert, et si impræsentiarum non venio, & mea absentia insolentiores effecit nonnullos, venturus sum tamen. Arguit autem puerilem inesse his animum siquidem puerorum sit præceptore absente metas impositas transilire, hos vero inflatos dicit, qui circa adulterantem illum qui cum patris vxore rem habuisset adhuc versarentur, sicuti & sapientes & diuites appellat, qui sapientia & opibus efferuntur, vel forte quia deerat qui eos criminis argueret Paulus, magnum in modum intumescabant.

Rem ha  
bes cum  
nouerca.

I. AD CORINTHIOS.

¶ VENIAM autem cito ad vos si dominus voluerit. ¶ Coercentis verba sunt haec & ad pudicitiam instituentis, recte autem si dominus voluerit intulit, huius enim ad nutum geruntur omnia.

¶ Et cognoscam non sermonem eorum qui inflati sunt, sed virtutem. Cum enim lingue volubilitati Corinthii & eloquentie considerent plurimum, Paulum vero tanquam idiotam & Graece sapientie ignarum aspernarentur, spectabo inquit non vestram dicacitatem, neque enim haec est vlla in re necessaria, cum opus virtute sit potius quae signis ostendat, quippe cum non oratione exulta & tumida, sed miraculis spiritus sancti virtute editis praedicatum sit celorum imperium.

¶ QUID vultis in virga veniam ad vos, an in caritate & spiritu mansuetudinis. ¶ Virgam supplicia appellat & penas, ait igitur in vestra est potestate situm, vtrum hoc pacto an aliter sim ad vos concessurus, si vos ipsos negligentiores prestabitis, venies, tormentis afficiam, si vero exiti fueritis & spiritu vigiles, benignitatis erga vos spiritus & mansuetudinis vtar, est namque & crucians & tormentis afficiens spiritus hunc tamen a potioribus nominat, cum mansuetudinis infert, quemadmodum deum & dementem dicimus & misericordem, non alios torquentem, tamen si torquendi illi insit facultas.

¶ OMNINO auditur inter vos fornicatio & talis fornicatio qualis nec inter gentes, ita vixorem patris aliquis habeat. ¶ Omnibus hoc, etsi vnius sit, imputat scelus illud negligant, perinde ac si ab eo flagitio alieni & minus participes, sed omni studio corrigere adnitantur quod in communem ignominiam cedat & dedecus, nec auditur inquit sed auditur omnino, perinde ac si dicat, si auditu hoc interdictum est intolerabile facinus, quantum magis, minus est cuiquam audendum, & vos inter precipue quos spiritualibus mysteriis dignatus est deus, augendi autem criminis gratia illud subiecit, qualis nec inter gentes, nec geritur dixit sed nominatur ut vxoram patris habeat quispiam nec nouercam expressit, sed patris dixit vxorem, ut acrius illos ad repetendam genitoris memoriam vrgeat, honestius insuper & habeat intulit, cum eum fornicationis huiusce, vel omnis magis puderet.

¶ ET vos inflati estis. ¶ Hoc est super fornicantis huius doctrina, erat enim qui scelus patrarat apud illos sapiens habitus. Aduerte quam prudenter id facinus, haec ipsa rem explicet, eum enim cum fornicante illo ut ignobili & facinoroso sermonem habeat ducat indignum, neque equum existimet, ut in medium prodeat & innotescat, ad alios verba facit tanquam de communi crimine diserturus.

¶ ET non magis luctum habuistis, ut tollatur de medio vestrum qui hoc opus fecit. ¶ Eo inquit vobis plorandum fuit quia ad communem ecclesie calumniam euasit hoc scelus, nec minus optandum & lachrymis deprecandum, uti facere in pestilenti morbo solemus, ut a vobis sublatus is tanquam communis pernicietis aliqua dirimatur abigaturque neque hoc quidam loco Apostolus fornicatoris illius explicat nomen, sed qui hoc opus fecit dumtaxat intulit.

¶ EGO quidem absens corpore praesens autem spiritu, iam iudicavi ut praesens. ¶ Neque enim suam Paulus profectioem opperitur, ut cum ad eos concesserit tunc & facinus propalaret & fornicator ille formidine caperetur, sed tanquam pestem exitialem ab eorum quam studet prius comprimere, quam in vniuersum ecclesie corpus transmitteretur, praesens autem spiritu dixit ut Corinthios vrgeat in flagitiosum & pestiferum hominem sententiam ferre, terreatque afferens se illorum iudicia & gesta omnia spiritu cogniturum, cum vero eo autem infert, tanquam praesens iam iudicavi, nihil hos sinit nisi in adulteri illius condemnationem intendere. Nam & ego inquit hunc iam iudicavi & sententiam tuli, quam sequi & ipsi debetis.

¶ EVM

Paulus grece sapientie ignarus spnebat.

Horrendum scelus eius qui cum nouerca miscebat.

I. AD CORINTHIOS.

Fo. XLIX.

¶ EVM qui sic operatus est in nomine domini nostri IESU CHRISTI congregatis vobis & in meo spiritu. ¶ Ne videretur id per se audere vel hos admittit ad ferendum iudicium comites. Vobis inquit in vnum conuenientibus in CHRISTI IESU nomine, hoc est ne humano instinctu sed diuino potius, paratur hic vester conuentus, videlicet ut Christus ipse eius rei gratia de qua acturi estis coire in vnum vos faciat, adiecit praeterea & meo spiritu, ne illum venia dignum existiment, sed tanquam adstante se & omnia prospectante hunc iudicent potius & damnent.

¶ CVM virtute domini nostri IESU CHRISTI committere huiusmodi sathanene. ¶ Vel quia potens est Christus hanc vobis gratiam elargiri, ut adulterum hunc sathane demandare possitis, vel quia Christus ipse vobiscum vna in hunc tulit sententiam, nec sathane prorsus dedendum hunc dicit, sed committendum, perinde ac si illi aperiat ad penitentiam fores, neque hoc quidem loco vllam facit de huius nomine mentionem, sed huiusmodi inquit.

¶ IN interitum carnis ut spiritus saluus sit in die domini Iesu. ¶ Ut sathanas scilicet morbo hunc maceret, nam cum ex corpore, luxurie concupiscentia defluat, debet hoc sane supplicis affici, ut saluus sit spiritus, hoc est ut anima ipsa saluetur, vel forte spiritus, id est dei gratia integra illi seruetur, neque ab eo tanquam ab impio abscedat penitus, quod vtiq; curationem & medelam esset suscipientis potius, quam subeuntis tormenta. Bene autem in die apposuit, ut Corinthii saltem terrore ducti egrescenti illi mox medeantur, & qui morbo affectus est fornicator, medelam accipiat, quinetiam praescribit diabolo terminos, quales illi & deus in Iob praefiniuit, ut corpus dumtaxat anima inoffensa contingeret.

¶ NON bona est gloriatio vestra. ¶ Ostendit hoc loco Corinthios nihil permisisse adulterum hunc penitere, quia huius sapientiam glorie ducerent. Erat enim is apud eos habitus e sapientibus vnus.

¶ NESCITIS quia modicum fermentum totam massam corrumpit. ¶ Vobis inquit non illi prospicio, potest namque quod neglectum est malum, vel reliquum ecclesie corpus corrumpere, nam ut solet fermenti vel tenue quidpiam & perexiguum, massam totam confundere, eandemque vel in sui immutare naturam, sic & huius delictum multos est ad se imitandum facile traducturum.

¶ EXPURGATE vetus fermentum, ut sitis noua conspersio sicut estis azimi. ¶ Hoc est adulterum hunc e medio tollite, & alios facinorosos propellite, vetus autem fermentum, omne nequitie genus appellat, nec purgate dixit sed expurgate ut sitis noua conspersio nulla improbitate admixta, & sicut estis, hoc est quemadmodum vos esse decet, sine fermento, & azimi, hoc est absque vetusta iniquitate accida illa, & mordenti, ob penitentiam.

¶ ET ENIM pascha nostrum immolatus est Christus. ¶ Cum de azimis mentionem fecisset quibus in paschali celebritate vescerentur iudei, allegorice differens, quid illa sint azima, siquidem animi sit dispositio quaedam omnis prorsus nequitie expers, nunc etiam & pascha per allegoriam interpretatur, Christum inquit nobis esse in pascha, qui pro nobis sit immolatus. Debemus itaque azima haec, id est puritatem omni vitio alienam complecti.

¶ ITAQUE epulemur, non in fermento veteri, neque in fermento malicie & nequitie. ¶ Arguit ex his omne tempus festum esse & celebre Christianis, propter bonorum magnitudinem quae illis sunt gratis concessa, propterea inquit immolatus est dei filius, ut re letos & celebres dies agere faciat, non in antiquo Ade fermento, neque in vita quod longe deterius est, nequitie plena, nam malus is vtiq; dicitur qui mala exequitur, neque vero, qui mente iniqua & malicie quadam profunditate quae mala sunt peragit.

g. i.

Corpus affligendum.

Quid iuris habuerit sathanas in Iob.

Vetus fermentum quod apud Paulum.

Azima quid nocet Paulus.



I. AD CORINTHIOS!

**SED** in azimis sinceritatis & veritatis. Hoc est in vita puriori & integra, ad nequitie differentiam & veritatis, id est vera non simulata & sine dolo, quod ut fecerat & maliciam dixit, vel poteris cum veritatis inquit, & veteres typos a veritate hac se gregandos referre, qui nihil pre se ferebant, vel pro sinceritate puritatem ipsam intelleges, quae opere constat, & actionibus, & contemplationem pro veritate.

**SCRIPSI** vobis in epistola ne commisceamini fornicariis. Quam dicit epistolam: hanc quidem ipsam, nam cum dixisset superius expurgate vetus fermentum, suspicati sunt forte Corinthii, vel a ceteris sibi qui in Grecia essent adulteris precauendum, quod tamen ita edisserit.

**ET** non utique fornicariis huius mundi, aut avaris, aut rapacibus seruientibus, alio qui debueratis de hoc mundo exisse. Hunc in modum construitur & intelligitur orationis huius contextus, & utique non fornicariis huius mundi commiseri prohibui, hoc est gentilibus, alioqui alius mundus vobis esset querendus, qui enim fieri potest vna in ciuitate vel ex maiore parte diuersantibus, qui ex gentibus essent, non his admiserit.

**NON** autem scripsi vobis ne commisceamini, si quis frater nominatur, aut fornicator, aut avarus, aut idolis seruiens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cum huiusmodi nec cibum sumere. Vides quemadmodum non vnus aliquis esset fornicationis scelere inquinatus, sed alii erant plerique eiusmodi, & variis affectu iam vitis, verum quo pacto frater cum sit & inseruire idolis poterit: quemadmodum enim contigit, olim & samaritis vt pars dimidia pie coleret deum, sic & inter hos quidam idolis adhuc inherebant, anticipat praeterea de his qui Idolothytae uelcebantur, sermonem, recte autem dixit, qui frater vocatur, quippe cui fratris dumtaxat nomen sit reliquum, nec in veritate est frater, qui huius sit malis obnoxius.

Idolothyta.

Gentiles qui foris sunt.

**QVID** enim mihi de his qui foris sunt iudicare. Qui foris sunt gentiles dixit, & idolis deditos, qui vero interius Christianos, perinde ac si dicat, neminem equidem nunc eorum qui exteriores sunt aloquor, id enim leges meas excederet. Superuacaneum igitur Christi praeccepta illis iniungere, qui extra Christi aulam diuagantur, quae cumque enim lex differit, his qui sub lege sunt differit.

**NONNE** de his qui intus sunt vos iudicatis, nam eos qui foris sunt deus iudicabit. Nonne qui intus sunt vos iudicatis, hoc est nonne de Christianis iudicaturus estis, nam qui foris sunt, deus iudicandos suscipiet. Fit itaque vt si apud vos qui intus secus sunt iudicentur, euasuri sint horribilem dei sententiam.

Improbis e medio tollendi.

**CAVFERTE** malum ex vobis ipsis. Meminit dicti cuiusdam veteris testamenti, vt arguat a principio legis latori visum id esse, improbos scilicet tollendose medio esse. Ex vobis ipsis cum inquit iudicat utilitatis plurimum his allaturum si praua demantur.

**CAVDET** aliquis vestrum habens negocium aduersus alterum, iudicari apud iniquos & non apud factos. Cum de pecuniis creditis & repetundis, causas haberent nonnulli, ad gentiles iudices haud secus ac legis Christiane latores, has deferebant, illorum iudicio terminandas. Id Paulus in medium prodies castigat & corrigit, cumque & avaros commemorasset, hos statim vt curet, ardore incenditur, qui talibus in rebus delinquerent. Aduerte autem quemadmodum initio statim iram praetendat, quippe qui audaciam rem ipsam appelleret & iniusticiam, neque enim apud infideles, sed apud iniquos intulit, quandoquidem qui litigat, quod equum sit assequi concupiscit, quod tamen minus hos posse arguit adipisci. Iniqui enim & iniusti sunt inquit gentiliu iudices, quo ergo pacto, quod equius sit pro te sunt laturi iudicium, sanctos vero fideles appellat, ex ipsis nominibus quantum hi inter se differant patefacit, cum inquit res sint alteri, alteri sanctimoniam polleant.

I. AD CORINTHIOS!

**AN** nescitis quoniam sancti de hoc mundo iudicabunt. Quoniam fideles cum idiote essent & legum ignari, haudquaquam digni forsitan viderentur, qui decernerent causas, dignos hos & idoneos reddit, tum sanctos hos nuncupat, tum etiam quod de mundo cognituri sint asserit, non tamen quod a confidentibus his iudicandi sint ceteri, dominus quippe est facturus iudicium, sed ad supplicia condemnandi, hi namque etiam cum ceteris sint passibilis nature participes, credidisse tamen inuenti sunt, illi vero Christi fide non ex cepisse, nonne haberi huiusmodi incredentiu fides pro infidelium damnatione debet.

**ET** si in vobis iudicabitur hic mundus, digni estis qui de minimis iudicetis. Attende quemadmodum non a vobis dixerit, sed in vobis, hoc est a deo quidem iudicabitur, in vobis autem condemnabitur, eo scilicet quia exemplo ceteris ipsi sitis credentes. Illud vero indigni estis qui minima iudicetis, hunc habet sensum, nam vt decens est iudicatos illos per vos hoc est fideles, qui intus estis, confundi, sic contra vobis ad ignominiam cedet, ab his qui extra sunt & infidelibus iudicari, quorum profecto nullius sunt momenti iudicia, siquidem quae per vos qui interiores estis feruntur, haudquaquam sunt huiusmodi.

**NON** scitis quoniam angelos iudicabimus, quanto magis secularia. Angelos demones ipsos appellat, sunt enim & hi per nos condemnandi, tunc sane cum ipsi qui sumus hac carne obducti, in corporeos illos vicisse coarguemur.

Angelos demones appellat Paulus.

**SECVLARIA** igitur iudicia si habueritis contemptibiles qui sunt in ecclesia, illos constituite ad iudicandum ad verecundiam vestram dico, si non est inter vos sapiens quisquam, qui possit iudicare inter fratrem suum & fratrem. Cum id vnum percipue vellet, Apollolus, vt a forensi iudicio profusus illi abesset, occurreret aliquis inquit, dicitque neque vnum quidem in ecclesia esse qui sapiens sit & cognoscere causas queat huiusmodi, vel si ita se res habuerit ait, vt nemo sit in ecclesia sapiens, malim equidem vel abiectiores ecclesie iudices, quam infideles ipsos constituatis, vel vero ad vestram verecundiam dixerim, non quod ita se habeat, vt vel falso excusantibus vobis nihil obstitam, quandoquidem tanta est apud vos sapientium raritas, vt vel viliores oporteat & literarum ignaros sententias ferre, inter fratrem autem adiecit, arguens vt cum inter fratres causa aliqua agitur, nil esse opus vel diuersarum rerum cognitione, vel multa scientia, quando plurimum, faciat ad controuersias dissoluendas fraterna affectio.

**SED** frater cum fratre in iudicio contendit, & hoc apud infideles. Duplex constat esse id malum, & quia cum fratre lis est, & quia apud infideles agitata.

**IAM** quidem omnino delictum est in vobis quod iudicia habetis inter vosmet. Primum quae apud infideles inibantur iudicia substulit, nunc vero eadem illa prorsus euertit dicens, omnino delictum est vobis, hoc est in condemnationem & ignominiam cedit, quia iudicia inter vos exercetis, inter vosmet autem dixit, quia non minoris cum Christiani sumus fratres debemus, ac nos ipsos estimare.

**QVARE** non magis iniuriam accipitis, quare non magis fraudes patimini, sed vos iniuriam facitis & fraudatis, & praesertim fratres.

**MVLTI**PLEX istorum est crimen, tum quia illatam nesciunt iniuriam ferre, tum quia ipsi sese in alios in iustos exhibent, tum demum quia in fratres iniquitate exercent, latius inquit foret, nec inferre nec pati iniurias, concludit, demum melius esse tollerare, quam inferre iniuriam.

Melius tollerare in iniuria, quam inferre.

**AN** nescitis quia iniqui regnum dei non possidebunt. Quasi comminando hos admonet, vt sua dicta faciat firmiora, ac tanquam de re confessa & certiore hos rogat.

**NOLIT** E errare. Hoc loco ostendit fuisse apud Corinthios nonnullos qui dicerent deum esse clementiorem, & neminem ob delicta cruciaturum inducturumque potius in celeste nos regnum. Inquit igitur, nolite errare, errat enim & longe fallitur qui

cum hinc futura bona sperat se habiturum, contraria postmodum nanciscatur.

Molles  
qui.

**¶**NEQVE fornicari, neq; idolis seruientes, neq; adulteri, neq; molles. **¶**Molles dicit qui feda & nefaria patiuntur, subiungit enim & qui turpia factitant.

**¶**NEQVE masculorum concubitores, neq; fures, neq; auari, neq; ebriosi, neq; maledici, neq; rapaces regnum dei possidebunt. **¶**Querunt nonnulli cur ebriosos & dicta nefaria perpetrantes, hic interiecerit, ubi de idolatriis dixit Apostolus: quia & Christus eum qui stultum quēpiam dixerit, gehenne obnoxium pronunciauit, deinde quia haudquaquam de cruciatu nunc mentio fit, sed de regni celestis iactura & casu, quo ex regno, & si huiusmodi homines equę sunt omnes casuri, in subeundis tamē suppliciis, quam sint differentiam habituri, nullus est impresentiarum querendi locus.

**¶**ET hæc quidem fuistis sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis, in nomine domini nostri IESU CHRISTI, & in spiritu dei nostri. **¶**Cognoscite inquit e quantis vos deus exemerit malis, & quātis vos ille bonis donauerit. Nam cum essetis antea his quæ diximus vitis inquinati, ab his tamen vos mundiores effecit, & labe tam tetra absterfit, neq; id modo, quin & vos ille sanctificat. Quo pacto iustificandis inquit, cum enim prius vos abluisset, & iusticia condonasset, mox & sanctimoniam contulit, nec in huius illiusue nomine, sed Christi dumtaxat. In spiritu sancto, hoc est trinitas ipsa hæc omnia vobis largita est. Cum enim deum inquit in Christi nomine & spiritu sanctificasse præter trinitatem, nihil aliud præfert.

Ex gula  
fornica-  
tio.

**¶**OMNIA mihi licent, sed non omnia expediunt. **¶**Quoniam de fornicante illo fecerat mentionem, & de eodem iterato sit verba facturus, interserit demum & de vitio Gule sermonem. Ex ea namq; per sepe fornicationis vitia prodeunt, ait igitur. licet haud dubie mihi & cibum & potum desumere, nil tamē conducit immoderate id facere.

**¶**OMNIA mihi licent, sed ego sub nullius redigar potestatem. **¶**Possum inquit & cibo uti & potu. Et tamen si me intemperanter addixerim, mei iuris cum sum, luxus & intemperantie subisse seruitutem deprehendar. Quemadmodum & alibi dicit, quorum deus venter est, nolim ergo malorum huiusmodi imperium pati.

**¶**ESCA ventri, & venter escis. **¶**Ventrem ingluuiem ipsam appellat, non stomachum, corporis nostri membrum, escas vero ciborum effusus & immoderatio vsus, inquit igitur, escam huiusmodi sine modo sumptam, & gutturis indulgentiam, amicitias inter se & familiaritatem conciliasse, nec patere nobis per hæc accessum. Sed alternis & ad se & per manus resistere, quos sibi habeant obsequentes.

Futuri  
seculi cō-  
ditio.

**¶**DEVS autem & hunc & has destruet. **¶**Non ventrem inquit, sed ventris ingluuiem, nec escam ipsam & cibum, sed luxuriam & intemperantiam sublaturus est deus. Dicunt nonnulli prenuntiarum per id futuri seculi conditionem, ubi nec capi poterit cibus, nec potus hauriri, quin etiam cum ibidem vel cibone moderatiore quidem uti quis quiuerit, longe magis profusior esca, & ingluuius omnis tolletur.

Delitiarū  
finis ē  
fornica-  
tio.

**¶**CORPVS autē non fornicationi, sed domino & dominus corpori. **¶**Siquidē p̄ se quenda erat oratio, corpus autē non escis nec ventri, haud tamen hoc dixit, sed fornicationi, arguens quēadmodum deliciarum finis fornicatio sit, quod autem dicit tale est corpus quidem haudquaquam est eo effectū, ut in luxu sit, & delitiis, & in fornicationem labatur, sed deum ut caput ipsum sectetur, cum deus sibi capitis instar præsideat.

**¶**DEVS autem & dominum suscitauit, & nos suscitabit per virtutem suam. **¶**Nil obturberis cū deū audis dominū suscitasse. Nam haud secus ac pueri minoribus his condescendit, cum enim patrem illi & deum omnino profiteretur, & cunctorum causam esse penes omnes certa esset & constans opinio, resurrectionē filii patri demādat, & nos pariter fore ab eo suscitandos decernit. Nam quemadmodum Christum qui caput est nostrum, a mortuis hic excitauit, sic nos suscitabit qui corpus reliquū sumus,

per virtutem eius propterea intulit, ut dictis suis faciat fidē, quod autem patri tanquam omnium cause vel Christi resurrectionē permittat, est quidem ex eo perspicuum, quod de se ipso profitetur & Christus, soluente templum hoc inquit & illud post triduum excitabo, & rursum scriptum est, præbuit autem seipsum viuum, itaque cum ipse se scitauerit patri utpote qui sue resurrectionis sit causa, rem omnem adscribit.

**¶**NE SCITIS quoniam corpora vestra membra sunt Christi. **¶**Rursum ad propositam fornicationis castigationem se confert, de eaq; horrendum in modum definit.

**¶**TOLLENS itaque membra Christi faciam membra meretricis: absit. **¶**Non enim dixit prostitute femine copula, sed quod horribilius est, faciam meretricis membra, quis enim id audiens non contremiscat? Christi membra a Christo diuisa, in meretricis membra conuertit.

**¶**AN nescitis quoniam qui adheret meretrici, vnum corpus efficitur, erunt enim inquit duo in carne vna. **¶**Quod dixit confirmat, quemadmodum scilicet meretricis reddatur Christi hæc membra, ex libidinis enim commertio vnum fiunt fornicator & meretrix, ita fit ut viri membra quæ Christi sunt in vulgate femine membra vertantur.

**¶**QVI autem adheret domino vnus spiritus est. **¶**Vides ut ex nudis nominibus meretricis & Christi inductam accusationem exaggeret, inquit igitur qui adhaerit domino eo vel maxime spiritum eundem cum Christo fortiri, quia nihil agat per carnis instinctu, hoc est spiritualis hic redditur, ea namq; cū domino inuicem coniunctio, spiritus illi exhibet sanctitatem, quin etiam ex his patefacit Christi membra redditos esse fideles.

**¶**EVGITE fornicationem. **¶**Haud secus quam insectatricem aliquam quæ semper nos vrgeat, fugiendam hortatur libidinem, suadetq; uti ab ea enixe ablineamus, nihil enim nos a deo insectatur, quam carnis concupiscentia.

**¶**OMNE enim peccatum quodcumq; fecerit homo extra corpus est, qui autem fornicatur, in corpus suum peccat. **¶**Fornicatione namq; libidinantis totum inticitur corpus. unde qui rem veneram factitant, adire balneas consuecunt, ut corpus fordibus & illuuiæ affectum abstergant. In corpus itaque ipsum fornicator delinquit cum illud inquinat & sordē conspurcat. Nam etsi videatur cum hominem trucidamus, corpore admitti id facinus, non tamen vniuersum ex eo corpus sordescit. Possumus namq; vel lapide vel ligno, vel alio quopiam tormento ictus intingere, & nihil corpus hoc inquinare, verum tamen nullo pacto licebit sine corpore fornicari, quo sit ut illud omnino commaculetur. Cupit itaque Paulus id scelus e medio tollere cuius ob gratiam illi propositum erat Corinthios comonefacere & castigare. Potest & aliter illud intelligi, videlicet qui fuerit libidinatus, in propriū corpus delinquit, qui non suscipiendi liberos cupiditate id agat, nec cum vxore legitima misceatur, sed frustra corpus seminis proiutione corrumpat & imbecillitet, vel etiam in corpus suum delinquit adulter, quia in femina peccet adulterando quæ suum præferat corpus, illa namq; ex venerea illo congressu vel vnum cum viro sortita est corpus, in eam autem delinquere dicitur, quia haudquaquam illi legitime commiscetur, sensus tamen superior, ceteris potior creditur. Querunt nonnulli quid de inuidia dixeris nonne & hæc macerat corpus: hanc quæstionculam sic soluunt pleriq;. Dicunt enim inuidiam quandam esse animi perturbationem non actum, nunc vero de opere & actione ipsa fieri ab Apostolo mentionem, siquidem inquit omne peccatum quodcumq; fecerit homo, ubi nil prorsus de huiusmodi animorum perturbatione & affectu disseruit, inuidia namq; haudquaquam a nobis enascitur, sed operatur in nobis.

**¶**NE SCITIS quoniam membra vestra templum sunt spiritus sancti, qui in vobis est, quem habetis a deo. **¶**Hos magis territat, cum ob muneris, hoc est spiritus sancti magnitudinem, tum largientis hoc est dei dignitatem, templum inquit eitis & sancti.

Fornica-  
tionis i-  
mundi-  
tia.

Nota!

Inuidia  
animi p-  
turbatio  
non actus.

Etū quippe quod ex sancto spiritu esse constat, nolite ergo hoc templum quod sanctitate donatum est, impurum & sordidatum efficere, neque dei hoc donū inutile red- dite, a deo namque accepistis hunc spiritum.

Liberū  
arbitriū  
a nobis  
Paul⁹ nō  
aufert.

¶ **ET** non estis vestri, empti enim estis precio magno. ¶ Estis enim inquit sub domi- no constituti, nec quicquid habetis quod vestri sit iuris, nec corpus ipsum, quippe qui precio empti magno sitis, hoc est Christi sanguine, quo sit, ut membra vestra non vobis, sed domino obstricta sint seruitute, & pro illius arbitrio ferantur necesse est. Id autem nō eo intulit ut liberum nobis demat arbitrium, sed iure ut arguat deo esse inseruiendum, a quo sumus precio empti.

¶ **GLORIFICATE** & portare deum in corpore vestro. ¶ Cum enim empti precio sitis, deum vestro in corpore glorificate, operantes quæ sunt rectiora, & corpus id in puritate seruata & castimonia, ut hominibus opera nostra spectantibus optima & deo gloria referatur, & in eundem ab his vel laudes congerantur.

¶ **ET** in spiritu vestro. ¶ Ostendit hoc loco non modo corpore esse ab adulterio de- clinandum, sed animo, scilicet ut mentem ipsam nulla labe afficiamur, spiritum namque mentem & cogitatum appellat, quod adulterum corde concipere, vel in euangelio prohibeamur.

¶ **QVE** dei sunt. ¶ Frequētius recordatur Apostolus nequaquam in nostra esse nos po- testate, sed dño seruitute obstringi, id est deo qui & aiām nostrā, & corpus redimerit.

¶ **DE** quibus autem scripsistis mihi. ¶ Dissensionibus iam, fornicatione & auari- cia castigatis, de nuptiis & celibatu iam statuit. Scripsit enim Corinthiū rogantes Apostolum, vtrum esset a re vxoria abstinentium, an minime.

¶ **BONVM** est homini mulierem non tangere. ¶ Bonum est inquit & egregium mortali cuique, non sacerdoti dumtaxat, ut sentiūt multi, nil prorsus mulierem contin- gere, sed vitam celibem ducere & castam seruare, quod tamen fieri si nequeat, matri- monium imbecillitati nostre subueniet, infert igitur.

¶ **PROPTER** fornicationem autem vnusquisque vxorē suam habeat, & vnaqueque virum suum. ¶ In vtramque disputat partem. potest enim vir dari qui pudicitiam tue- atur, & mulier aliqua quæ procliuor sit in libidinem, & contra, enim uero de fornicatione cum faceret mentionem, ad veneris abstinentiam vniuersos compellit, & si de- clinande inquit fornicationis gratia nuptie permittuntur, non tamen his quidam abuti per luxum, & intemperantiam debent.

Non esse  
ab vtēdū  
nuptiis p  
intempe  
rantiam.

¶ **VXORI** vir debitum reddat, similiter autem & vxor viro. ¶ Ut enim mutue estis caritati obstricti, sic eritis & debitum reddere alternis obnoxii.

¶ **MVLIER** potestatem sui corporis non habet sed vir, similiter autem & vir sui cor- poris potestatem non habet. ¶ Quod autem mutua caritas debiti loco ab his sit exi- genda, nunc patefacit cum nullam hos asserit suorum habere corporum potestatem, sed mulierem serue speciem præ se ferre & domine, serue quia subiecta sit viro, nec vllā vendicet corporis sui potestatem, ut vulgare illud ad libidinem quibus libeat, queat, domine quia, contra suum viri sit corpus in quo nullum habeat ille imperium, ut pos- sit pro eius arbitrio adulteratis illud & meretricibus demandare, non itaque ab simili ratione & vir vxoris est seruus & dominus.

Marit⁹  
& vxor si  
bi inuicē  
seruiunt  
& domi-  
nantur.

¶ **NOLITE** fraudare inuicem, nisi ex consensu ad tempus. ¶ Hoc est viro inuito nil a coitu abstineat vxor, vel vir vxore nolente, quodcumque enim contra alterius volū- tatem fecerit alter, fraudis loco habendum est, quemadmodum & in pecuniis com- mitti dicimus fraudem, cum repugnante domino extorquentur, secus tamē se res ha- bebit, cum id fieri contigerit vtriusque assentientibus, hoc est cum ex conuento tempus aliquod vtriusque ad celibatum presiniunt.

¶ **VT** vacetis ieiunio & orationi. ¶ Explanat cur ad tempus aliquid dixerit, videlicet cū oportunū sit orationi vacare, hoc est enixe fuerit orandū, nec simpliciter ut ore- tis dixit, sed ut vacetis orationi. nā si a simplici oratione arceret cōcordēs, cur alibi inde sin enter orandum intulisset, ut itaque orari maiori studio possit, abstinete inquit ab in- uicem, perinde ac si coitus orationem potius interpellat, quam labē pariat aut sordes.

Coitus  
orationē  
interpel-  
lat.

¶ **ET** rursum reuertimini in id ipsum ne tentet vos satanas propter incontinentiam vestrā. ¶ Reuertimini inuicem inquit non ut legē vobis vllā aut necessitatē imponā, sed ne satane pbeatis occasionē in fornicatione vos pntandī. Et quoniam satanas nequaquam nobis prior ipse ad fornicandū causam pbet, sed nostra in primis lasciuiā, vnde per in- continentiam addidit, ille namque cum nos incontinentes perspexerit, ad luxuriā inuitat.

Paul⁹ i/  
dulgeter  
quedam  
pmittit.

¶ **HEC** autem dico secundū indulgentiam non secundū imperium. ¶ Ad tempus inquit vos inuicem fraudate per indulgentiam dixi, hoc est vestre indulgens fragilitati, nulla vobis vel lege imposta, vel mandato in dicto, quod excedi impune non possit.

¶ **VOLO** autem omnes homines esse sicut me ipsum. ¶ Vbi rem aliquam arduam inducit & perdifficilem, sese proferre in medium consuevit. Apostolus, velim itaque ait a luxu & venere vniuersos homines abstinere, quemadmodum & ipse abstineo, hoc est castitatem sectari, non venerem.

¶ **SED** vnusquisque proprium donum habet a deo, alius quidem sic, alius vero sic.

Celibat⁹  
dei do-  
num est.

¶ Permanere inquit i celibatu dei est donum, tamen nostro studio ea res egeat. Cur ergo continentiam dei donum appellat, ut eos quos castigando diu iam vrget, quan- do propria asserit intemperantia in id crimen fuisse prolapsos, consoletur & mitiget. Aduerte autem quemadmodum etiam pro dono connubium statuatur, & cum singu- los dicit proprium donum habere, alium sic, id est vtilit continentior & virginitatem tuetur, & alium sic, quia matrimonio scilicet & nuptiis obstringatur.

¶ **DICO** autem non nuptis & viduis, bonum est illis si sic permāserint, sicut & ego quod si non se continent, nubant, melius est enim nubere, quam vri. ¶ Vides ut sapi- enter Apostolus potiore arguat pudicitiam, nec eum ad hanc adhortetur seruādam quia venere abstinere non possit, ne grauius delinquatur. Nam si vehementiorem hu- iusmodi violentiam tuleris & ardorem libidinis sustinebis, ingens est enim concupis- centie vis, eris haud dubie labore immenso liberatus, cui proculdubio timendum fu- isset, ne in deterius aliquod facinus prolaberis.

ad ego si dicit

¶ **HIS** autem qui matrimonio iuncti sunt precipio non ego, sed dominus. ¶ Cum dominus lege decreuerit nisi adulterii ratione nuptias minus oportere dissolui, eo- nunc inquit. Non ego id vobis iniungo, sed dominus. Cuncta tamen Pauli superio- ra mandata, nequaquam sunt pro diuinis dictis expressa, tamen quæcumque Paulus disse- rit, domini dicta sint, non humana, præsertim cum paulopost sit idem dicturus. Vi- deor enim & ipse spiritum dei habere.

¶ **VXORE** enim a viro non discedere, quod si discesserit manere innuptam, aut viro suo reconciliari, & vir vxorem non dimittat. ¶ Quoniam seruande pudicitie gratia vel intollerantia quadam, vel alia quauis de causa fiunt diuortia, satius inquit est ut nulla prorsus fiat seiunctio, quæ tamen si fieri contigerit, maneat mulier virum habēs, tamen cum eo nihil commisceatur, nec alium superinducat, vel viro concilietur.

ego dico no dicit

¶ **NAM** ceteris ego dico non dominus. Si quis frater vxorem habet infidelem, & hec consentit habitare cum illo, non dimittat illam. Sed si qua mulier habet virum infide- lem, & hic consentit habitare cum illa, non dimittat virum. ¶ Quid ais? si infidelis sit quispiam, maneat vis cum vxore, si adulter & fornicarius, prohibes, præsertim cum adulterio deterior sit infidelitas, at nostra potius vindicat Christus quam sua, nam dimitte inquit ibi munus tuum & fratri tuo reconciliare, num qui mille talia sit as-

Infidelis  
tas adul-  
terio pes-  
ior.

pernatus, in eum qui nec in numeris centum fuerit sibi obnoxius suam iniuriam vlciscetur: nec secus ergo hoc loco, infidelitate qua constat in se delinqui contemnit deus & nihil ducit, ob fornicationem vero qua in uxorem peccatur penas exigit. Dicunt tamen nonnulli per ignorantiam infidelitatem obnati, quam Paulus inquit forsitan iri sublatum. Quid enim nesci mulier si virum saluum factura sis, fornicationem vero ex confessa quadam fieri & indubitata malicia haud dubium est. Fornicator prae-terea eo prouectus est sceleris, vt propria membra a se ipso disiunxerit, haec namq; vt primum a femina subtulit adulterata, quae sua fuerant, meretricis effecit. Infidelis vero nil prorsus in ea carnis coniunctione deliquit, videlicet quia sua membra per copulam vxoris effecerit, quin potius ob nexum forte eiusmodi vel ex fide, fidei vxori iungitur, citius quam huius, vt ita dixerim, vitam ob suam infidelitatem peruerat, carpere turq; haud dubie ob id euangelium, si credens ab incredulo seiungeretur. Id tamen tum quidem futurum intelligas, si vtrique cum in infidelitate perfliterent inissent coniugium, mox alter ad fidem venisset. Nam si prius fuisset aut vir aut vxor fidelis, haudquaquam cum infideli iungi matrimonio licuisset. Nec dixit quidem, si quis vult infidelem accipere, sed si quis habet infidelem vxorem nec simpliciter infideli fidelem, sed volenti coniungit, quod sane cum consenserit inquit praefertur, hoc est voluerit.

Fidelis cum infideli matrimonio non copulatur.

**SANCTIFICATVS** est enim vir infidelis per mulierem fidelem, & sanctificata est mulier infidelis per virum fidelem. Hoc est patris fidelioris habundanti puritate vincitur infidelis cuiuspiam immunditia, neq; eo quod sanctitatem adipiscatur in posterum infidelis, si quidem non sanctus est dixit, sed sanctificatus est, hoc est ab eius quae fidelis sit infidelis vincitur sanctimonia. Haec autem dicit, ne vereatur fidelis aliqua mulier labe & sordibus infici, si cum infideli rem habeat, & illi matrimonio sit ante fidem susceptam coniuncta. Queritur autem, quod si quis qui meretrici adhaerit, vnum iam corpus cum ea sortitus, fiat immundior, & si perspicuum est vel eam qua cum idolatra versetur vnum cum illo corpus sortiri, cur tamen ea ex re non immunda reddatur mulier: Quoniam vel id ipsum libidinandi commercium impurum per se & sordidum est. Eoq; vel vtrosq; coinquinari, verum quod ad fidem spectat, & infidelem longe se aliter habet. Si quidem ob suam incredulitatem immundus efficitur infidelis, non tamen secundum incredulitatem eiusmodi si cum viro versetur & mulier. Sed secundum copulam conjugalem sanctificatur, quam nullam habere in se immunditiam liquet. Est enim haec illi connubii vinculis nexa, propterea nullam fidelis ex eo labem admiserit.

questio singularis.

**ALIOQVI** filii vestri immundi essent. Nam si infidelis inquit credentis nitor non vinceretur, forent sane quos parerent liberi immundiores, vel ex parte dimidia mundi.

**INUNC** autem sancti sunt. Hoc est non immundi, demit enim omnem suspicionem fidelis femine sanctimonia.

**QVOD** si infidelis discedit discedat. Hoc est si vir infidelis vxori fidei iungat secum vt sentiat, & particeps sue fiat infidelitatis, dirimat potius matrimonium mulier, & a viro abscedat. Satius enim est connubium ipsum dissoluere, quam pietatem & dei cultum admittere.

Connubium dissoluendum magis quam pietas ac dei cultus admittendus.

**NON** est enim seruituti subiectus frater aut soror in huiusmodi, in pace autem vocauit nos deus. Si tecum ille eo inquit iurgatur quod sue infidelitatis participare nil tolere, confestim secedito, non enim es eiusmodi seruituti subiecta, hoc est nil cogere virum in rebus huiusmodi perpeti, melius est enim secedere quam altercari, neq; enim diuine illud est voluntatis, quippe qui nos in pace vocarit, itaq; si tibi litiget, & iurgis vrgeat, praebuit ille diuortii causam.

**QVOD** enim nosti mulier si virum saluum feceris. Rursum ad id quod superius dixerat redit, videlicet non dimittat mulier virum, si enim tibi nihil molestus sit inquit, maneto cum eo & commune facito, aliquid forte hoc modo peregeris, quasi rem in ambiguo statuit, cum ne videatur mulieri necessitatem vllam omnino imposuisse, vt viro Christi fidem excipiendam suadeat, tum vt hanc reddat ad bene sperandum intentam & a desperatione auertat.

Aduerte

**CAVT** quid scis vir si mulierem saluam facies, nisi vniciq; sicut diuisit dominus, & sicut in omnibus ecclesiis doceo. Non nulli sic construunt, quid nosti vir, si mulierem saluam facies necne: deiceps quasi ex alio quodam capite dicat, vniciq; vt diuisit dominus, perinde ac si dicat, vnde compertum habes, si saluam facturus hanc sis, an minime: id quidem est prorsus incertum, quod diu res in ambiguo fuerit haudquaquam dirimendum erit connubium, quod si saluam non feceris, nil tibi officiet, saluam autem hanc si reddideris, & alius profuisti ac tibi. Alius vero aliter senserit, quasi ab inde exorsus, nisi vt vniciq; diuisit deus, qui sensus est longe potior, perinde ac si dicat Apostolus, haudquaquam propter infidelitatem diuortiorum, nisi vt vniciq; hoc quisq; sic habeat quemadmodum & qua forte vt sit deo est placitum, vxorem habens infidelem vocatus es, maneto hanc habens & nihil tibi eius infidelitas oberit.

**ET** sicut in omnibus ecclesiis doceo. Hoc intulit vt Corinthios, quandoquidem & alios habeant huius discipline participes, ad obsequendum reddat paratiores.

**CIRCUNCISVS** aliquis vocatus est, non adducat praeputium. Fieri poterat vt multi quos defecte pellicule poduisset medicamento appposito, & hanc niterentur iterato sarcire & obscenum illud confisum in pristinum statum redigere.

Circumcisus.

**IN** praeputio aliquis vocatus est non circumciditur, circumcisio nihil est, praeputium nihil est, sed obseruatio mandatorum dei. Vbiq; post fidem, virtutis exigitur operario, reliqua vero aut parcius requiruntur aut nunquam.

**VNVSQVISQVE** in qua vocatione vocatus est in ea permaneat, seruus vocatus es, non sit tibi cura, sed & si potes liber fieri magis vttere. In vocatione qua vocatus est, hoc est quocunq; in vite genere, vel ordine, vel conditione Christi fidem suscepit quispiam, in hoc perseueret, vocationem autem dicit inductionem ad fidem. Seruus cum es vocatus es, nihil sis velim ob seruitutem hanc anxius, neq; ob id ob turberis, non enim quae a deo est obfutura est seruitus, quin potius si potes liber fieri vttere magis, hoc est acius seruitutem exerce, in vsumq; aliquem & vtilitatem conferto.

**QVI** enim domino vocatus est seruus, libertus est domini, similiter qui liber vocatus est, seruus est Christi. Libertus dicitur qui seruitute eximitur, inquit igitur, tu qui cum in seruitute maneres credidisti in Christum libertus effectus es Christi, liberatus enim hic te a peccato & seruitute exteriori, tamen si seruus sis, qui enim a vicis liberatur & animi ingenuitate potitur, nequaquam vltra est seruus, & si seruitute adhuc videatur obstringi. Rursum alius quispiam liber cum esset ad fidem vocatus, Christi seruus efficitur. Itaq; si seruitutis nomen seruuum obturbat, intelligat in Christo se libertate hac vti, quod longe est humana seruitute praestantius, porro si libertatis hoc nomen liberum hominem extollit & ampliat, intelligat idem esse se Christi seruituti obnoxium, comprimatur se & frenet a vitiis, vt pote qui tanti domini iugum subiecit, & debeat illi quae grata sunt facere, vides quam prudenter Apostolus quae vtrimaq; deceant partem commonefaciat.

Libertus

Libertus

Libertas

**PRECIO** empti estis, nolite fieri serui hominum, vnusquisq; in quo vocatus est, maneat apud deum. Nec solum ad seruos istiusmodi differit, sed ad liberos homines habet haec verba, vel vnuerfos instituit vel Christianum hominem, vt nihil ad humanam gratiam facitet, neq; illorum iussa qui praua iniunxerint, exequatur. Hoc

enim esset hominibus seruitum iri, & per eos praesertim qui redempti precio sint, neque id eo intulit ut a dominis desciscant mancipia, absit, neque enim id iubet, quod liqui do patet ex eo quod dixerat, vnusquisque qua uocatione uocatus est maneat, hoc est vel si fuerit in seruitute uocatus, in ea hic pset. Apud deum autem adiecit, ne forte impro bis dn̄s obsequendo, deficiamus a deo, vtriusque itaq; in reb⁹ prouidit, videlicet ne sub dei praetextu discedat a dominis, quoru in potestate eorum sunt corpora, & rursum ne a deo deficiant, cum dominis obsequi ultra quam deceat volunt.

Virginitas.

Devirginitate nihil stuit Paulus.

Nex⁹ cōnubii.

Matrimonii cura.

DE virginitate autem praecceptum domini non habeo, consilium autem do tanq̄ misericordiam consecutus a domino ut sim fidelis. Cum de continentia habunde disseruisset, castigassetq; satis Corinthios, ad virginitatem transgreditur quae cereris est longe praestator, atq; nullum dominum tulisse de virginitate legem, neque de hac sibi quidpiam iniunxisse. Sed vnum illud dixisse & solum, qui potest capere capiat. Quo circa neque ipse ausim de illa quicq; statuere, magnū hoc enim & periculosū, alio qui consulerem equidem, quemadmodum & ipse non indignus apud deum sum habitus, ut sim fidelis, hoc est qui domini mysterii cognitionem ut habeam sū dignat⁹.

EXISTIMO ergo hoc bonum esse propter instantem necessitatem, quoniam bonum est homini sic esse. Ut sentio inquit a nuptiis abstinere conducit homini propter rei vxorie difficultates atq; molestias, non immundicie gratia, aut quia impurior debeat res illa haberi.

ALLIGATUS es vxori, noli querere solutionem, solutus es ab vxore, noli quere vxorem, si aut acceperis vxorem, nō praecasti. Cum enim alligatus es inquit, arguit malum afferre connubia, quia hominem nexu quodam deuinciat, cum vero solutus es ait, ostēdit eū qui nuptiarum sit expers, nequaquā debere nex⁹ vxorios querere, vel si solutus es, eo forsitan intulit, non ut diuortium vllum praetendat, quod fieri ad vxoris & viri arbitrium solet, sed ut absurdam aliquam viri & femine diiunctionem designet, si abstinentiā vtriusque & celibatum depaenitentur nequaquā dicitur illa solutio adiecit praeterea illud si vxorem duxeris, non peccasti, vide ut tacite nos ad virginitatem tutandam hortetur, siquidem matrimonium compedes appellat & vincula, virginitatem vero solutionem & libertatem.

ET si nupserit virgo, non peccauit. Virginem hoc loco dicit non eam quae deo dicata sit, haec namque si nupserit, delinquit haud dubie plurimum, ut pote quae Christo sponso superinducat adulterum, sed quae nondum nupserit adolescentulam, non enim immunde sunt nuptie.

TRIBULATIONEM tamen carnis habebunt huiusmodi, ego autem vobis parco. Matrimonii angores & curas tribulationem appellat, ipse vero haud secus inquit, ac pater indulgeo velimq; vos & libertate uti & carere trinitia, quod praestare de se connubia nequeunt, quippe quae pro vinculis sunt, & qui illis subauntur nullam sui habeant potestatem, ut supra iam diximus.

HOC itaq; dico fratres, tempus breue est reliquum est. Quoniam fore dixerat ut carnis sibi molestiam parerent, ne aliquis occurrens inquit & voluptatem tamen hos habituros, inducit quae sunt voluptatis, temporis scilicet breuitatem, quia ad breue voluptas sit ois, ad luxum autem & voluptatem omnia faciunt. nam & Christi regnum in pximo est, ad eūq; tandem sumus cōmigraturi, itaq; vel si qua est in nuptiis voluptas & oblectatio, quia momentanea sit & breui dilabitur, molestiā affert.

VT & qui habent vxores tanq̄ non habentes sint, & qui sicut tanq̄ non sicut, & qui gaudent tanq̄ non gaudentes, & qui emunt tanq̄ non possidentes, & qui vtuntur hoc modo, tanq̄ non vtantur. Queret aliquis si hi qui aliquid non secus debet ac si nihil haberet se ipsos praestare, qd̄ demum necesse est, ut se matrimonio vinciat.

onusq; sibi maius imponant, quid autem sibi vult illud tanq̄ non habentes, id scilicet, ne affixi studium omne circa nuptias conterant, & vxores, pari modo ne debeat quispiam cure multum impendere & sollicitudinis, vel mestis in rebus quod sane qui sicut illud praetendit, vel letioribus quod vtriusque cum gaudentes dixisset expressit, vel in facultatibus permutandis, quod cum qui emunt, intulit & declarauit, verum quid hec inquit, aut illa differo, vt paucis cuncta absoluam, vel qui hoc mundo vtuntur, ita se gerant tanq̄ hunc ipsum nulli vsui habeant, hoc est omni nisu contendere debent, ne hoc habitantur, est enim Grece catachresis abusus, minus quidam & ultra quam deceat rerum excessus.

PRETERIT enim figura huius mundi. Hoc est labitur, quid ergo habenti rei & fluxe herendum? mundi vero eo dixit figuram, quia eius bona solo terminentur aspectu, & apparentia sint, & nullo fundamento subsistant.

VOLO autem vos sine sollicitudine esse. Quo pacto futuri sine sollicitudine simus, qui vxore caremus sic indicat.

QUI sine vxore est cogitat quae dei sūt, quomodo deo placeat, qui autē cum vxore est cogitat quae mundi sunt, quomodo placeat vxori. Quonā modo Apostole cum vacare curis nos velis, eoq; & ad celibatum hortaris, illud repetis, qui sine vxore est cogitat, quae dei sunt, ecce vel aliunde cure nobis oboriuntur, haud tamen cuiusmodi vxorem habentes solent vrgere. Nā quae de domo suggeruntur meditationes & salutare sunt, & magnum in modum oblectat. De mūdo vero & noxie sunt & immo leste, cur enim illud non molestum sit & turbulentū, cum morem gerere vxori studemus, mundo praesertim huic deditissime, aurumq; efflagitanti & margaritas & reliquum luxum, quibus viri miserrimi iniustius agere & exercere, quae iniqua sunt cōpelluntur, & reliqua factitare, quae anime & detrimentosa sunt, & officiunt maxime.

DIVISA est mulier nupta, & virgo. Hoc est ab inuicem differunt, nec cura simili ducuntur, sed seiuncte sunt studiis & aliene & rebus intendunt disparibus, & discrepant curis, quo fit, vt via sit eligenda quae potior sit & minus laboriosa.

INNUPTA & virgo cogitat quae domini sunt, quemadmodum domino placeat, vt sit sancta corpore & spiritu. nupta autem cogitat quae mundi sūt, quomodo placeat viro. Nec satis est inquit, corpore sanctum esse, nisi & spiritu constet haec sanctitas, vera enim & certavirginitas animi puritas. Nam & si plerūq; nulla corporis lae infecte sunt virgines, animo tamen sunt inquinatae, ceterum & illud aduerte, virginem minus hanc esse, quae mundi curam suscepit. Cum itaq; que virginitatem pofiteatur prospexeris suscepisse mundi hanc curam, intellige nil profus eam a nupta differre. Paulus enim terminos vtriusque perscripsit, quibus facile possint he internosci, nec tamen rei venerie vsu vel continentiam praesiniuit, sed sollicitudinem & incuriam, sit itaq; vt ea quae rebus praesentibus nimium cure impenderit, pro virgine min⁹ habenda sit, cogitat autem nupta quemadmodum placeat viro, vel forte quia & venustati & pulchritudini studet, vel quia rem familiarem optime curet, vel etiam quia in clementiorem se & parcam exhibeat.

Hoc autem ad vtilitatem vestram dico, nō vt laqueum vobis iniiciā. De virginitate sum inquit sermonem adortus, cum eam vobis vidissem, quia molestia & curava caret, animeq; conduceret plurimum, profuturam, nec eo id dixerim, vt aliquos cogā, vel inuitus virginitatem seruare. Laqueum autem necessitatem ipsam appellat, perinde ac si dicat, nullam vobis eius rei impono necessitatem.

SED ad id quod honestum est & facultatem praebet sine impedimento domini obsecrandi. Vt honeste inquit & pure viuatis, haec dixerim. Nam virginitati quid dici vel honestius potest vel purius? quinetiam vt coniugii perturbationibus liberi,

Vxores habentes sint tanq̄ nō habentes.

Procacitas vxoria.

Verā virginitas.

sine sollicitudine supplicare deo possitis, in eumque curam vestram ut omnem transi-  
ratis & cogitatum

¶ SI quis autem turpem se videri existimat super virgine sua quod sit superadulta &  
ita oportet fieri quod vult faciat, non peccat si nubat. ¶ Id est si ea locare viro maluerit  
locet, nil quidem cum id egerit peccat, est tamen satius virginem suam ut seruet, ut in  
sequentibus infert.

¶ QVI autem statuit firmus in corde suo non habens necessitatem, potestatem autem  
habens sue voluntatis, & hoc iudicauit in corde suo seruare virginitatem suam, bene-  
facit, itaque & qui matrimonio iungit virginem suam benefacit, & qui non iungit me-  
lius facit. ¶ Aduerte uti in primis & demiretur & laudibus efferat, qui filie tueatur  
virginitatem, stabilem illum & benefundatum appellans & recto iudicio quae agat  
hunc facere iudicauit enim inquit in corde suo, qui igitur filiam alteri locat instabilis  
est & nihil habet in se firmitatis, id namque clarius exprimit cum ait, qui necessitatem  
non habet, velut qui nihil coactus potestatem habeat cui libitum fuerit filiam suam ma-  
trimonio copulare, quo fit ut filie seruata virginitas patri gloriam afferat, nec minus  
& qui filiam locat recte agit, non enim nubedo delinquitur, quodcumque autem his pec-  
catum nec cesserit, recte & laudabiliter geritur. Est tamen satius longe nemini filiam  
connubio iungere, id enim est officii loco habendum, & mire virtutis.

Secunde  
nuptie.

¶ MVLER alligata est legi quanto tempore vir eius viuit, quod si dormierit vir eius,  
liberata est, cui vult nubat tantum in domino, beatorum autem erit si sic maneat secun-  
dum consilium meum, puto autem quod ego & spiritum dei habeam. ¶ De secun-  
dis hoc loco nuptiis commonefacit, quas & si videtur permittere, beatiorem tamen hanc  
asserit, quae nequaquam his nupserit. Nam quemadmodum primis nuptiis, praefertur vir-  
ginitas, sic secundis primae sunt potiores. legi itaque alligata est mulier, id est legi obtri-  
gitur qua de adulteriis ipsis cauetur, ne adultera fiat si viro superstiti alteri copuletur,  
quo mortuo priori vinculo liberatur & lege, in domino tamen & solo si nubat liberta-  
tem assequitur, hoc est si Christiano iungatur, vel si in pudicitia maneat & celibatu, &  
familie praesit nullis affecta concupiscentiae viciis, secundum autem meum consilium  
eo intulit, ne videtur iniunxisse necessitatem, affirmat tamen suum consilium, pro  
dei amittendum sententia inquiens, puto enim quod & ego spiritum dei habeam, quod  
sane summam Pauli refert humilitatem, neque enim habeo dixit, sed puto.

Consiliu  
pauli quae  
sit accipi-  
endum.

¶ DE his autem quae idolis sacrificantur, scimus quia omnes scientiam habemus,  
sed scientia inflat, caritas autem edificat. ¶ Erant apud Corinthios perfectiones non-  
nulli, qui plane sentirent nihil hominem posse ex his quae stomacho admittuntur co-  
inquinari, & idola haud dubie scirent e ligno constare vel lapide, nec posse cuiquam illa ob-  
ficere, alioqui indifferenter idolorum huiusmodi templa adeuntes, & aras, sese idolo-  
thytiis ingurgitabant, quos cum fidei infirmioris spectarent nonnulli, & vna concede-  
bant & immolationibus vescabantur, nec tamen pari vel mente vel opinione, ut  
qui idola indigna existimarent quibus immolaretur. Id sane factum ut succenseret.  
Paulum prouocauit, quid nisi quod vtriusque maximum in modum obesset & perfe-  
ctioribus, quia demonum mente participarent, & minus perfectis, quia ad idololatri-  
am impellerentur. Studet igitur id mali Paulus castigare, eoque omnis ut affolet se-  
pe, imperfectioribus illis, perfectiores alloquitur, reprimitque in primis illorum, quae  
ex humana scientia ceperant, insolentiam, inquiens haudquaquam vos soli rerum habe-  
tis cognitionem, sed cuncti nouimus nihil esse in hoc seculo idola, scientia tamen &  
mundanarum rerum cognitio, non modo nullam affert utilitatem, sed maxime  
officit, siquidem & tumidos reddit & insolentes qui ea potuntur eoque & hominem a  
proximis membris rescindit, nisi caritatem sibi confociauerit, quae & moliri contra

Caritas  
potior est  
scientia.

riapote est, & ab ipsa superbia est aliena. Quaecumque enim sine caritate, scientia demo-  
stratur, eadem illa instaurat caritas, quae proximi gratia omnia facit.

¶ SI quis autem existimat se aliquid scire, nondum cognouit quemadmodum oportet  
teat eum scire. ¶ A maioribus nititur id ipsum patefacere & confirmare, nam et si cum  
caritate coniuncta haec constat scientia, nec erit quidem hoc pacto perfectior, quando  
quidem nemo sit in hac vita, qui rei alicuius habeat ut habere oportet cognitionem, vel  
si Petrus sit ille, siue paulus. Quid ergo vos intumescitis qui scientiam scitis sine cari-  
tate adepti? quando hanc ipsam vel si cum caritate haberetis coniunctam, nil tamen  
vobis quod esset perfectum ex cognitione capere licuisset.

¶ SI quis autem diligit deum hic cognitus est ab eo. Quod sentit hoc loco huiusmo-  
di est, si quis videlicet proximum amore prosequitur, & deum colat necesse est, quive  
ro deum coluerit, non deum inquit cognouit, sed a deo est cognitus, hoc est notus illi,  
& familiaris efficitur. qui ergo deo sit notior, a deo & scientiam sumit, neque hanc qui-  
dem perfecte assequitur. noli itaque si scientiam scis consecutus efferri, non enim perfe-  
cta est illa, nec tua virtute, sed dei munificetia comparata, vide quod modis istorum fre-  
net superbiam.

¶ DE eis autem quae idolis immolantur, scimus quia nihil est idolum in mundo, &  
quod nullus deus nisi vnus. ¶ Rursum omnibus communem hanc scientiam facit ut  
horum frenet elationem. Nam omnes nouimus inquit, quia nihil est idolum in mun-  
do, hoc est quia nec virium habent nec potentie quicquam, neque dii sunt idola, sed lapides  
des & demones potius. Et quoniam erant inter grecos, idiote & sapientes, quorum  
alteri praeter lapides ipsos nil ultra cognitione aliequebantur, alteri diuinam idolis  
inesse potentiam existimabant, apud idiotas & humane huius scientiae expertes nihil  
esse idolum in mundo differuit, apud philosophos praeter vnum, esse alium neminem  
deum. Itaque vnde nec diuinitatis quicquam in se idola ipsa habere, quandoquidem  
perspicue constat deum vnum esse, non multos.

Idoloru  
vanitas.

¶ NAM si sunt qui dii dicantur, siue in celo, siue in terra, siquidem sunt dii multi, &  
domini multi, vobis tamen vnus deus pater, ex quo omnia, & nos in illo. ¶ Quoni-  
am dixerat nullum praeter vnum esse alium deum, tamen si plurimos greci, asseuerat-  
rent, ne palam videatur illorum impugnare religionem & deos, vel si fuerint inquit,  
qui dii dicantur, id est victi & comentiti, & verbo tenent, & nomine, siue in celo, ut sol & luna  
& astra reliqua, quorum diuinitatem commenti sunt greci, nobis tamen vnus est de-  
us pater, a quo omnia, quibus deus rerum cunctarum conditorem hunc arguit, cum  
vero & nos in ipso inquit, fidei exprimit rationem, qua deo iuncti familiaritate nos  
sumus, perinde ac si dicat, & ad ipsum conuersi sumus, & in ipsum pendemus.

Deo vnus

Greci.

¶ ET vnus dominus IESVS CHRISTVS, per quem omnia, & nos per ipsum,  
¶ Per filium inquit ad aliquid esse perducta sunt vniuersa, & nos in super ad hanc vi-  
tam & ut auram hanc inspiremus inducti, neque id solum, quin etiam eo producti ut  
bene vobiscum ageretur, & fides effecti ad veritatem ab erroribus transiremus. Cum  
autem deus vnus pater intelligis, & vnus dominus filius, non tamen seiunctos hos  
dixeris, quasi pater dei sit nomen sortitus, & filius domini, varie enim & filius dicitur  
deus ut patet ex his. Christus secundum carnem qui est super omnes deos, & con-  
tra, pater dominus nuncupatur, cum inquit, dixit dominus domino meo, sede a  
dextris meis. Sed quoniam apud grecos concinabatur apostolus, deorum multi-  
tudinem profitentes, & potestates multiplices, propterea nec filium deum dixit hoc  
loco, ne duos esse hos deos patrem scilicet & filium existimarent, ut qui plurimos de-  
os asserere consueverant, neque patrem dominum, ne multi esse apud nos domini vide-  
rentur, eoque nec spiritus fecit hic mentionem, cum nollet audientium imbecillitatem

Paulus  
christum  
cur raro  
deum vo-  
cet.

I. ADCORINTHIOS.

penitus inculcare, quemadmodum & prophete nichil aperte de filio Iudeorum gratia meminerunt, ne huius passibilem exitumarent natiuitatem. propterea frequenter illud commemorat inquit, non est deus praeter hunc quispiam, & vnum esse deum omnibus constat, & dominum vnum. Ad differantiam igitur commentitiorum deorum, non ut filium a patre se iungeret, vnum deum patrem dixit, & ut falsi domini inter noscerentur, non pater, qui nihil a filio differt, vnum dominum filium intulit.

SED non in omnibus est scientia. Haud quaquam inquit id sentiunt omnes deum videlicet vnum esse, non multos, vel non omnes sciunt idola nullius esse momenti.

QVIDAM autem cum conscientia vsque nunc idoli, quasi idolothyta manducant, & conscientia ipsorum cum sit infirma polluitur. Quosdam dixit cum nollet eos omnino vituperare. Erant enim nonnulli qui ab idolorum seruitute & cultum, ad Christi fidem se transtulissent, qui vsque adhuc, hoc est post fidem susceptam, idolothytis vescerentur, ea mente, ut idolis immolarent, idoli enim inquit conscientia, hoc est mentis pristina erga idola seruantes, ducunt haec aliquid esse, verenturque, quasi aliquid sibi possint obesse, & ideo nequaquam dixit idola alios inquinare, sed horum pollui conscientiam, perinde ac si imbecillam & fragilem & cui non liceat internoscere, nichil esse huiusmodi idola, quandoquidem neminem queant per se inquinare. Ceterum intellige istiusmodi homines rem haud absimilem pati ac aliquis solet qui pro iudaica consuetudine in labem ducat demortuum aliquid atrectare, deinceps cum viderit id ipsum conscientia pura alios praetentasse, hos veritus, & manibus ipse atrectet, inquinatque eius vel pristina conscientiam, ut qui hesitando id agat & trepidus.

ESCA autem nos non commendat deo. Ne forte occurrat quispiam inquit, quid mea reuertit si quis praeter imbecillitatem turbetur, cum ipse pura conscientia sumperim cibum arguit plane vel hunc in deorum qui contemptum sumitur cibum nihili esse, vel si minus ex eo frater offenditur, perinde ac si dicat, neque hoc modo quidpiam egeris vel laude dignum vel deo acceptum, non enim esca nos deo coniungit.

NEQUE enim manducauerimus habundabimus, neque si non manducauerimus deficiemus. Hoc est neque si comederimus abundantius quidpiam consequemur, vel apud deum plus aliquid proficiemus, neque si cibo abstinebimus defectiores futuri sumus, aut iminuemur.

VIDERE autem ne forte, haec licentia vestra offendiculum fiat infirmis. His verbis hos territat, nec scientia vestra dixit, sed licentia, hoc est petulantia vestra & tumor, infirmiores offendit, quod sane magis hos urget & criminatur, siquidem nec imbecillis quibus praestandum auxilium esset, hi parcunt.

SI enim quis viderit eum qui habet scientiam in idolo recubentem, nonne conscientia eius cum sit infirma edificabitur ad manducandum idolothyta. Hoc est te quemadmodum asseris perfectionem adeptum, si infirmior aliquis viderit idolothyta degustantem, nonne maiorem accepturus est causam, ut huiusmodi idolorum vescatur immolationibus, & magis ac magis in praesumpta iam de idolis opinione quod aliquid sint, confirmabitur, id enim cum edificabitur inquit, designat.

ET peribit infirmus frater in tua scientia, propter quem Christus mortuus est. Et namque alterius, cuius gratia Christus mortem obiit, occasio perditionis tuae scientia, hoc est tua perfectio, siquidem Christus mori pro fratre nil recusavit, tu vero, nec cibo quidem & idolothytis abstines, ne fratrem offendas.

SIC autem peccantes in fratrem, & percutientes conscientiam infirmam in Christum peccatis. Non enim offendentes dixit sed percutientes, ut horum arguat impietatem, quandoquidem aliorum sunt infirmioris conscientie percussores. Cum vero in Christum inquit delinquitis ad ipsum iniquitatis, apicem peccatum prouexit

Dii commentitii.

Idolothyta manducantes.

I. AD CORINTHIOS.

verum quo pacto id facinus in Christo admittitur, nimirum quia Christi corpus & membra sunt qui percelluntur, & quam Christus ipse proprii sanguinis profusione, salutem edificasset, istiusmodi percussores demoliuntur.

QVAPROPTER si esca scandalizat fratrem meum, non manducabo carnem in eternum, ne fratrem meum scandalizem. More optimi praceptoris, ex se quae dicit confirmat, non enim si iure, dixit quaequam leserim, sed quouis modo nec ab idolothytis intulit, abstinebo, sed carne simpliciter, vel si ea mihi sit in esum concessa, neque vnum vel alterum diem, sed vniuersum vite mee. Id enim in eternum significat, nec demum ut perdam dixit, sed ne offendam.

NON sum Apostolus, non sum liber, non ne CHRISTVM IESVM dominum nostrum vidi. Quoniam dixit si cibus fratrem meum offendit, nequaquam carnem manducauerim in eternum, ne gloriari videatur vel inolescere, cogitur tandem aperire quemadmodum vel a concessis cibibus cauerit, ne quorundam animum lederet, vel Christo ipso iubente, qui euangelium praedicaret de euangelio, hoc est ab his qui ad fidem instruerentur, sumeret victum. Ipse tamen si optio detur malim equidem inedia confici, quam ut videar a vobis quidpiam accepisse, sed mearum manuum opera vite michi alimoniam comparo. Erant enim ut videtur apud Corinthios praepceptores non nulli, praediuites & opulenti, qui glorie duceret alios gratis instrere, molireturque, ut Apostolo ad ignominiam cederet, quesitus ex doctrina cibis, quare ipse animaduersa cauebat ne victum a discipulis sumeret, tamen si esset id ei permisum, mecum itaque sic agitur inquit. Vos tamen nec idolothytis interea abstinetis, huc tamen omnis orationis huiusce sensus redigitur. Non sum inquit Apostolus, nequis forte occurrens inquit, propterea nulla sumis a discipulis alimeta quia tibi ut agas hoc non licet, unde id infert, quid illud, nonne & Apostoli ceteri victum a discipulis capiunt, etiam inquit, quid igitur, nonne & ipse Apostolus sum, ut illi sunt scilicet, nonne & liber sum, hoc est neminem habens qui me capere hunc victum prohibeat, & ne illud praeterea obiiceretur, at in eo te superant ceteri, quia viderint dominum, sic infert, nonne dominum Iesum conspexi, & omnium postremum abortiuo visus est, & mihi permagnus est sane oculis deum spectasse, vestri enim inquit beati sunt oculi, quia videtis quae nec prophete viderunt, nec reges.

NONNE opus meum vos estis in domino. Qui tum inquiet aliquis. Si Apostolus es & Apostoli officio fungeris, nec dum tamen Apostoli aliquid praeter tuleris facinus. Erat namque & Iudas Apostolus & dominum viderat, propterea Paulus uthec obiicienti occurrat, sic ait, nonne opus meum vos estis, sum itaque Apostoli ministerio functus, & quoniam rem sane ingentem iactauerat, adiecit, in domino, hoc est nec mea id quidem virtute, sed domini potentia egi.

ET si aliis non sum Apostolus, sed tamen vobis sum. Nec equidem me terrarum orbis profiteor praepceptorem, vobis tamen, nonne Apostolus sum, cur ergo a vobis nihil accepi, a quibus ut caperem maxime oportebat.

NAM signaculum Apostolatus mei vos estis in domino. Hoc est si quis vult certior fieri vtrum Apostolus sum nec ne. Vos equidem in argumentum mei Apostolatus ostento. Et vos haud dubie estis, qui meum Apostolatum & ob signatis & obfirmatis, nam Apostoli opera, qualiacumque sunt, in vobis instituendis iam patefeci.

MEA defensio apud eos qui me interrogant, hoc est. Querentibus inquit certiores fieri, unde id liqueat me Apulum esse vos ipse in meam defensionem propono, quos ut ostendero a me cuncta fuisse edoctos, omnes propulso, qui me eiusmodi rogitant.

INVNOQVID non habemus potestatem manducandi & bibendi. A discipulis scilicet victum accipiamus, quod & si factu fas, haud tamen hac ipsi licentia utimur.

Paulus optimus praceptor.

Paulus a discipulis nichil accipiebat.

Paulus abortiuus.

Femine locupletiores sequuntur. Apostolos.

Ioannes & iacob fratres domini cur.

Apostolatam militiam quae dicitur.

Pastor de lacte comedit non lac totum absorbet.

Apostoli aratoribus & triturantibus comparantur.

¶ NVNQVID non habemus potestatem sororem mulierem circumducendi, sicut & ceteri Apostoli & fratres domini & Cefas. Femine utique locupletiores sequuntur Apostolos, illisque & necessaria sunt ministrabant, & vacuos quibusvis curis reddebant, ut praedicationi dumtaxat intenderent vires. Aduerte autem quemadmodum omnium postremum posuerit Petrum, ut eum ceteris arguat praestantiorum, quid enim inquit, alios commemorauerim, quandoquidem vel Petrus ipse hoc facit, fratres autem domini Iacobum dicit Hierosolymorum episcopum, & Ioannem, & Simonem, & Iudam, hi namque carnis necessitudine erant Christo coniuncti, ut ex virginis sororibus orti.

¶ AVT solus ego & Barnabas non habemus potestatem hoc operandi. Hoc est enim nobis non licet in ocio vitam ducere, cibarique a discipulis vel nil operantes. Barnabas autem eo adiecit, quia eiusdem secum difficultatis participaret, quippe qui proprio sudore sustentaretur.

¶ QVIS militat suis stipendiis utitur. Hoc est propriis sumptibus, cum milites omnes stipendiis publicis nutriantur, apte autem rei militaris induxit similitudinem, comperit namque vel Apostolis ipsis militia, tum quia & periculis plurimis agitantur, tum etiam quia sensibili oppugnantur ab hoste.

¶ QVIS plantat vineam & fructum eius non edit. Ex vineae similitudine, Apostoli labores praestant, & summam calamitatem & sollicitudinem patefacit, neque totum fructum inquit comedit, sed de fructu, nec preterea quo quis ex eo fructu ditescat, sed quis non edit dixit, ubique commune faciens oportere ad necessitatem, non ad luxum cuncta requiri, nihilque quod modum excedat deposci.

¶ QVIS pascit gregem & de lacte gregis non manducat. Nunc quidem qui vel oves vendit eas esit dicit, vel lac totum absorbeat, sed de lacte comedit, arguens praecceptorem paucis contentum esse, & cibari necessaria oportere, pastoris vero sub nomine diligentiae quandam praetendit & studii magnitudinem, quod per praecceptorem sit in discipulos exhibendum.

¶ NVNQVID secundum hominem haec dico, an & lex haec non dicit. Hoc est non solum argumentis humanis haec affirmaverim, nec unum habeo a sacris literis modo testimonium, asseveraverim equidem haud dubie haec deo placere, & legem non humanam, sed diuinam esse quae ista iniungit.

¶ IN Moyse enim lege scriptum est, non alligabis os boui trituranti. Quod vult Apostolus habunde confirmat, ideoque & bouem inducit similitudinem.

¶ NVNQVID de bobus cura est deorum. Dicit aliquis num deo illa de bobus est cura: ita sane, nec tamen adeo ut de his tulerit legem, sed aliud quiddam ille praetendit ex hac in bestias indulgentia, ut Iudeos scilicet assuefaceret exerceretque, ut & ipsi magistrorum curam susciperent, quae ex re certiores efficiuntur, quaecumque de animalibus brutis in veteri testamento narrantur, ad hominum conferri doctrinam.

¶ AN propter vos utique dicit, nam propter vos scripta sunt. Utique illud tanquam in re certiore adiecit, ne vllum auditori contradicendi locum relinqueret.

¶ QVONIAM, in spe debet, qui arat, arare. Hoc est qui alios instruit sub spe debet laborem mercedis insumere.

¶ ET qui triturat, sub spe fructus percipiendi. A seminis ad aerae transit similitudinem. Unde & Apostolorum sudores plurimos patefacit, & quemadmodum ipsi iidem & arandi officio & triturandi fungantur, & quoniam qui arat sola spe nititur, & qui triturat iam fructus aliquid percipit, ideo id idem & qui triturat iam spei participat, & ne quis occurreret id inquit, num ipse Apostolis pro tot susceptis laboribus cibum dumtaxat in mercedem contuleris, sub spe addidit, hoc est sub futurorum bonorum expectatione

expectatione, ita ut illa speranda sint, dum interea & hi per vos nutriantur.

¶ SI nos vobis spiritualia seminamus, magnum est si carnalia vestra metamus. Hoc loco rei equitatem ostendit, perinde ac si dicat, nequaquam sunt pro nostris tollatis in vos beneficii paria, quae ipsi rependitis premia, vos enim nobis spiritualia seminavimus, num igitur manum debet videri si vos contra redditis quae carnalia sunt: cibum videlicet.

¶ SI alii potestatis vestre participes sunt, quare non potius nos. Adulteri nos quosdam designat hoc loco Paulus instructores, qui impudenter & imperiose ab his dona praesentia exigebant, & ideo non illud expressit, quod alii vestra bona accipiunt, sed si potestatis vestre participant dixit. Id est si vobis dominantur & imperant, & ut obsequentissimis seruis vtuntur nonne longe magis & nos qui veri sumus Apostoli sumere a vobis vite necessaria debemus.

¶ SED non vli sumus hac potestate. Et si liceat nobis ut a vobis cibemur, nil tamen hac sumus licentia vli, ne ipsi offenderemini. Cum vos interea nil prolius ab idolotheis abstineatis, ne alios irritetis qui infirmioris sunt fidei fratres.

¶ SED omnia sustinemus, ne quod offendiculum demus euangelio Christi. Dixit quispiam idcirco non aliquid accepisti quia aliena opera nihil indignisti. Quinimmo inquit vel in magna rerum angustia constituti omnia toleramus, inedia videlicet sitim & nuditatem, ne aliquod offendiculum demus quod Grece etcopelatine dicere significantius intermissionem possumus vel intercessionem, hoc est ut nihil ipsi in euangelii praedicatione vel more vel dilationis afferamus.

¶ AN ignoratis quoniam qui sacra operantur de sacrario edunt. Non satis superioribus contentus testimonio ex lege & alia congerit arguens quemadmodum si bibas sit a discipulis vite necessaria sumere, & quoniam quod de boue triturante iam dixit, in rem suam diuerterat, asserit lege mandari apertius ut victitent ex bonis sacrarii, qui sacra pertractant. Leuite videlicet qui pro gradu sacerdotibus erant inferiores, nec sane dixit ut ex oblationibus ederent, sed ex sacrario, ne vel qui aliquid caperent puderet accepti, perinde ac ab hominibus alerentur, vel qui impartiretur his sua, insolecerent.

¶ QVI altari insunt altaris sunt participes. Hoc est sacerdotes & sacerdotum primores, cum autem insunt inquit, assidua quaedam pretenditur seruitus, non enim qui sacra sapiunt dixit, ut ostendat vel in his esse modum seruandum, nec esse cumulandis pecuniis incumbendum, nec a sacrificantibus dixit aliquid sumunt, sed altaris sunt participes, oblata siquidem haudquaquam de cetero erant offerentium iuris, sed in sacrarii & altaris potestatem cedebant, participes eo autem dixit, quia immolatorum animalium sanguis, in altare perfundebatur, adolebaturque adeps & igni consumebatur, carnis vero portionem sacerdos sumebat, pectusculum scilicet & armum dextrum erant itaque olocautomata ipsa & sola altari & sacrario mancipata.

¶ SIC & Christus praecipit euangelium praedicantibus, ut de euangelio viuerent. Quod erat omnium fortius postremum posuit, quid multa inquit dominus ita iniunxit leges sanciens veteri testamento conformes, & quemadmodum superius dixit de sacrario edendum, sic & hoc loco manducandum asserit non ex discipulorum facultatibus, sed de euangelio, ne forte superbiant qui Apostolos sustentarent, neque enim inquit, tu his alimoniam ministras, sed propria quaedam industria hoc est euangelii enunciatio Apostolos alit, & sane viuerent dixit, non mercaturam exercere vel thesauros accumulare, prodolor ut facit multi.

¶ EGO autem nullo horum sum usus. Videlicet neque pro allatis per me exemplis, nec pro veteris testamenti licentia, nec annum pro Christi permissu, re vllavestra sum usus ut victum a vobis acciperem.

Adulteri primi praecceptores.

Leuite.

Mos veterum sacratorum.

In sacerdotibus vel predicatores mercaturam exercetes.



**NON** scripsi hęc vt ita fiant in me. Ne quis forte occurrens sic inquit, quid illud si in presentia hac minus vteris potestate, vt tamen in futurum est, & idcirco hęc iactas, castigat mox quod antea protulerat, haudquaquā propterea ad vos ista perscripsi, vt ita fiat in me, hoc est vt aliquid a vobis accipiam.

**BONVM** enim mihi potius mori, q̄ vt gloriā meam quis euacuet. Malim inquit inedia confici q̄ vt euacuet quis, hoc est q̄ gloriā meam vacuam arguat, & inānem gloriā vero vt gaudiū exprimat magnitudinem dixit, quo proculdubio afficiebatur ingenti, quod gratis euāgelii p̄dicaret. Sed dicit aliquis haud dubie dolens id Paulus, ac merens animo iniquo ferebant quod nihil acciperet, vt itaq̄ suspicionē hęc tollat, tantum inquit a merore absum, vt gloriā ducam.

**SI** enim euāgelii p̄dico, non est mihi gloria, necessitas enī mihi incumbit, ve autem mihi si non euangelizauero. Dicit aliquis quid ais? nil prorsus tibi euāgelii cedit ad gloriā, sed quia gratis hoc p̄dicas, laudem vendicas. Erit ergo p̄stantior tua hęc euāgelio liberalitas absit inquit, est quippe mihi iniuncta euāgelii p̄dicatio, exequi q̄ & iussa obstringor, quo fit vt haudquaquā laudi mihi sit ascribendum, si perfero iniunctū officium, quin potius ve mihi si minus id exequar, vapulādum enī mihi & multis esset, vt qui nihil pro dei p̄cepto iam peregrissem, gratis autem euāgelium p̄dicare, voluntaria quedam est libertas, eoq̄ & gloriā promeretur. Illud vero necessitas mihi incumbit, vt non liberum demat arbitrium dixit, sed vt suam exprimat animi promptitudinem, qua dei iniunctum p̄dicandi euāgelii munus exceperit, nec minus vt formidine teneri se arguat ne penas luat si iussa dei non exequatur.

**SI** enī volens hoc egero mercedem habeo, si autē inuitus dispensatio mihi credita est. Si mihi inquit istiusmodi euāgelii p̄dicatio demandata non esset, obiremq̄ id muneris vltro, haud dubie mercedis plurimū vendicarem, si vero illa mihi est, nec potestulanti commissa, perspicuū sane me haud sponte id agere, sed dñi mandatum complere. Id enim inuitus designat, quocirca nil mihi illud est vel liberalitati vel gloriā accensendum, credita siquidē dispensationem administro. Attēde autem quemadmodū non illud intulerit, videlicet si inuitus mercedē non habeo, vt ostēdat se p̄dicandi euāgelii gratia habiturū mercedē, tamen si dñi exequatur mandatum, alioqui absurdum foret, si Apostoli oēs pro hmoi suscepto p̄dicationis munere nihil essent p̄mii acceperunt, tamen si haudquaquā tātūdem futurū sit, vt is mereatur, qui mercede & p̄mio, quanto is condonatur, qui gratis euāgelium p̄dicauerit.

**QVE** ergo est merces mea vt euāgelium p̄dicās sine impensa ponam euāgelii Christi, vt non abutar potestate mea in euāgelio. Hęc inquit est vt q̄ merces vberior & laude non indigna, vt non abutar potestate mea, hoc est vt penitus vtar, simplici enī & intentionē vsū, abusum dixit, vbiq̄ Paulus potestatem, pro bonis p̄sentibus nuncupat arguens plane, & qui ad vitā necessitatem hęc bona accipiunt, nihil delinquere, in euāgelio autem dixit, vt ostēdat eum qui euāgelio inludauerit, non qui ocio torpeat, accipere aliquid debere.

**NAM** cū liber essem ex oib⁹ me in seruum addixi, vt omnibus lucrifacerē. Non modo inquit cū ptātem haberem, nihil accipiebā, quin etiā cū liber essem, & nulli obnoxius, nec ductus necessitate, me ipsum seruitute obstrinxī, nō vni cuiq̄ aut alteri, sed terrarum orbi vniuerso, nec tanq̄ adulator aliquis vt morem aliis gererem, sed vt multis conducerem, quandoquidem vt cunctis prodessem minus liceret.

**Et** factus sum Iudęus tanq̄ Iudęus, vt Iudęos lucrarer. Quemadmodum cū Timotheum circudit, neq̄ enī Iudęus effectus sum inquit, sed tanq̄ Iudęus vt arguat dispensatione quadam fuisse per se id rei gestum, vt tūc circūcideret.

**HIS** qui sub lege sunt quasi sub lege esse, vt eos qui legi essent subiecti, lucrifacerem.

Voluntaria libertas gloriā promeretur.

Paul⁹ dispensator

Paulo multis nō cunctis prodesse licuit.

rem. Profelitos fuisse hos constat, quos comparasset, vel iudeos nonnullos, qui & si fidem susceperant, adhuc tamen a lege pendebat, talem autem se cuiq̄ exhibebat apostolus dispensatione quadam & arte, vt alios in viam reduceret.

**HIS** qui sine lege erant tanq̄ sine lege fui. Sine lege eos fuisse dicit, qui cum ex gentibus essent, nullam haberent Moysis legem, qualis Cornelius fuit, vel forte athenienses hos asserit, quorum infirmitati condescendisse est visus, cum apud eos ex altari ignoto deo sacro concionatus de Christo, non tanq̄ de deo, sed tanq̄ de homine copiose differuit, quippe qui nondum vel audire tale quid potuissent, vel diuini mysterii profunditatem mente complecti, sed cum Christum existimarent fuisse in deū relatum, qualis apud eos Hercules habebatur: & Esculapius & ceteri, qui ex hominibus dii sunt facti; tanq̄ autem vbiq̄ idcirco adiecit, vt intelligas eum, nō certo hęc animi iudicio, sed simulato egisse, vt eos pelliceret, vel ad veritatem accederent.

**CVM** sine lege dei non essem, sed in lege essem Christi vt lucrifacerem eos qui sine lege erant. Ne forte existimes Paulum cum apud eos qui lege carerent concionaretur, vim mentem immutasse vel animo fuisse a vera Christi religione alieno, sit infert cum sine lege dei non essem, hoc est cum minime essem a lege diuina alienus, sed legem haberem, nec legem simpliciter, sed Christi legem id est veteri legi p̄fero Christi legem, cur illud: vt qui sine lege sunt lucrifaciam.

**FACTVS** sum infirmis tanq̄ infirmus, vt infirmos, lucrifacerem. Vel quia a vobis qui animo estis imbecillo & facile offendimini, nil prorsus vel depoposci in vite alimoniam vel accipi; vel quia tunc ipse infirmior sum infirmis effectus, cum plane perspecta auditorum infirmitate, nihil de filii & spiritus diuinitate differerem.

**OMNIBVS** factus sum omnia, vt omnino saluos nonnullos facerem. Quid multa? omnibus pro singulorum conditione & indulgi & condescendi, tamen si minus considerem cunctis me pariturum salutem, sed vt aliquos saluos redderem, quod sane debet magis mirum videri, quippe cum haudquaquā sit admirandū, vt quis maioris utilitatis & fructus gratia, laboris multum infumat, sed illud debet haud dubie magnum existimari, cum parui commodi causa plurimum quis infudet, omnino autem adiunxit, vt p̄ceptores reliquos solaretur, qui etsi omnibus nequeant docere pro eorum cupiditate salutem afferre, nil prorsus debeant inertis ocio contabescere cum vel paucis sit profuturus.

**HOC** autem facio propter euāgelium, vt particeps eius fiam. Euāgelii appellatione fideles exprimit, qui salutem sint per euāgelium assecuti, quemadmodū & superius dixit de euāgelio viuere, id est ex fidelium ope vitam ducere, vt igitur inquit, cum fidelibus queam & palme & coronarum portionem sortiri, id ago; neq̄ enī mercedis spe vlla id ille agebat, sed vt Corinthiis persuaderet fratru gratia & supernorum bonorum, expectatione vel gratia queq̄ & in iocunda aggredierentur. Attēde apostoli humilitatem, qui cum inter ceteros fideles primatum teneret, horum se numero in bonis celestibus participandis adiecerit, qui simplicem sunt fidem adepti.

**NESCITIS**, quia qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, vnus autem accipit brauium. Cū dixisset fratribus esse condescendum acrius illos coarguit se veritatis; peride ac si inquit, nequaquā existimetis & si fidē Christi iā exceperitis & ecclesie stadiū ingressi iam sitis satis id vobis ad salutem futurū, quemadmodū neq̄ cursoribus ipsis in stadio cucurrisse sat est, nisi ad brauiū vsq̄ p̄derit, quod etiā p̄ vos vt attigatur erit totis viribus annitēdū, tamen in discrimine haud paruo versemini, ne illud vos comprehendatis, qui vt vestra quadam perfectionis p̄sumpta opinione, neglectis fratribus idolothytis ingurgitami.

**SIC** currite vt comprehendatis, omnis autem qui in agone contēdit, ab omnibus h. ii.

Profeliti

Esculapius. Apud athenienses Paul⁹ concionatus.

Fratrib⁹ condescendum

Idolothyta,

I. AD CORINTHIOS.

abstinet. ¶ Eo inquit vobis ineundus est cursus, vt proposita premia consequamini, quod vtiq; sine charitatis praesidio, quam profecto nullam habetis, fieri non potest, praesertim cum perfectiores vos ipsos ex istimetis, quod tamen est longe secus, quippe qui nondum brauium comprehendistis, vt autem arguat magnum in modum hos iminutos, vt quibus ex ventris ingluuie & fornicatio & ebrietas insit, sic infert, qui in agone contendit; ab omnibus abstinet, neq; enim est ab hoc temperandum, ab illo minus, sed ab omnibus dixit, pernoctate ergo quam longo sitis a brauii interuallo, & modum perdiscite, id est temperantiam ipsam qua palmam emeriti coronemini.

¶ ILLI quidam vt corruptibilem coronam accipiant, vos autem incorruptam. ¶ Per inde ac si inquit, quam rei huiusmodi pudere vos debet, si quidem corruptibilis illi corone gratia, omnibus in rebus continentes se prebeant, non itide ipsi egerimus praecorruptibili consequenda.

¶ EGO quidem sic curro, non quasi in incertum. ¶ Hoc est nil timere ago vti vos consuecistis, qui vt idolothytis vescamini, alios perditis, quod sane per vos cum incon- sideratius fiat in incertum haud dubie & frustra decurritis, atqui Paulus optimi mo- rem magistri, se in exemplum producit.

¶ SIC pugno non quasi aerem verberans. ¶ Habeo enim demonem ipsum: & re- luctantem, quam plagis affligam, vos tamen hunc haudquaquam vergetis; nec verberibus vllis afficitis, quin vestrae potius mentis perfectioni consili, fratres offenditis.

¶ SED castigo corpus meum, & in seruitutem redigo. ¶ Arguit hoc loco Corinthios gulae fuisse & ventri addictos, fouisseq; item id vitii sub quodam perfectionis pretextu, quia perfectioris se fidei crederent, ipse vero inquit, laborem subeo omnem, vt con- stantius viuam, castigo enim corpus meum, hoc est aduersus carnem depugno, ypopias grece, vnde verbum ypopiaz quod castigo interpretatum est, liuiores dicimus quosdam qui sub oculis infliguntur, cum pugnis res agitur, & decertatur, qua ex re negens illud patefacit certamen, quod nature inertus, corpus enim hoc nostrum violenta quadam tyrannide animae aduersatur; impugnatq; vt hostis acerrimus. cum enim castigo in- quit, & plagis se illud arguit affecisse, mox insuper & in seruitutem redigo intulit, vt intelligas haud aliter illud q; in serui morem esse habendum, lasciuientis, & contuma- cis, frenandumq; id ipsum vt a domino non vt ab hoste, & subiugandum.

¶ NE FORTE cum aliis praedicauerim; ipse reprobus efficiar. ¶ Vel hisce ex ver- bis abstinentiores hos reddit, perinde ac si inquit, si mea haec haudquaquam est ad la- lutem satis vel doctrina vel praedicatione, nisi & in fontem me quibusuis praebeam, & prauis liberum facinoribus, quo pacto ipsi per solam fidem assequi salutem poteritis qui tot sitis peccatis deuincti.

¶ NOLO AVTEM vos fratres, quemadmodum patres vestri omnes sub nube fue- runt, & omnes mare transierunt. ¶ Enumerat quantis a deo fuerunt Iudei dignati muneribus, ostenditq; vti ex his praeripit & si tam multis affecti beneficiis, nil tamen fuerint deo gratificati, haec autem inquit vt plane demonstret; quemadmodum vt Iu- daeis, etsi donis sint affecti praecipuis, nil tamen situis ea res profuisse, vt pote qui nul- lum ex se benemerenti deo munus rependerent, sic vobis Corinthii fides ipsa, aut col- lata in vos spiritalium ministeriorum beneficia, nil haud dubie sunt profutura, nisi vos ipsi diuina gratia dignos exhibeatis, fuisse autem sub nube omnes hos inquit, sic- cuti & propheta testatur; extendit nubem in protectionem eorum, & mare omnes tran- sierunt.

¶ ET omnes in Moyse baptizati sunt in nube & in mari. ¶ Sunt enim hi Moy- si, & nubis ymbraculo, & maris traiectu effecti participes, nam cum priorem Moy-

Brauii  
victoria.

Pauli se  
exemplum  
adducit.

Corpus  
aduersus  
aiam ty-  
ranniam.

I. AD CORINTHIOS.

sem transeuntem spectassent, fluctibus se commiserunt, cuiusmodi rei tum olim gestae figura & in nobismet contigit, nam Christo prius mortem obeunte, & paulo post re- surgente, eius mortem tum plane preferimus; cum baptisim aquis immergimur, tunc demum resurrectionem significamus, cum ex aquis educimur, baptizati itaq; i moy- se sunt, quia illo videlicet, ad figuram baptisimatis & duce sunt vsi & preuio; precede- batur vel ex eo tempore baptisim figura huiusmodi in nube, & in maris transgressu.

¶ ET Omnes eandem escam spiritalem manducauerunt, & omnes eundem potum spiritalem biberunt. ¶ Vt enim nos baptisim aqua perfusi, corpus dominicum man- ducamus, sic & manna illi, mare traiecto, in esum sunt vsi, & quemadmodum ipsi do- mini sanguinem bibimus, sic illi erumpentem e percusso lapide aquam biberunt, hec quidem Paulus spiritali quodam disserit sensu. nam & si haec sensibilia erant; aut ta- men nature consentanea, sed spiritus gratia gerebantur, que gratia cum corpore vna & animas aleret, & ad fidem & crudelitatem induceret.

¶ BIBERANT Autem de spiritali consequenti petra; petra autem erat Christus. ¶ De esca quidem cum meminisset, nulla preterea indiguit assertione, que per se sa- tis pateret, nec quicquam esset a sui natura immutata, in potu vero, quia eius dumtaxat sum ministrandi modus immutaretur, assertionibus vtitur dicens, nequaquam la- pides ipsius naturam potum hunc prestittisse, qui etsi alias scaturisse conceditur, spiri- talis tamen alius lapis id omne operabatur, id est Christus; consequenti autem eo di- xit, vt ostenderet Christum eundem hunc illis ubiq; affuisse; & miracula huiusmodi factitasse omnia.

¶ VERUNTAMEN non in pluribus eorum beneplacitum est deo, prostrati eni sunt in deserto. ¶ Etsi amoris indicia pleraq; erga Iudeos ostenderit deus, nihil est ta- in horum maiore in partem operibus oblectatus, non enim omnes sunt reprobati, sed plurimi, cum autem in pluribus inquit designat; idcirco nihil innumeram multitudi- nem profuisse iudeis, quia nullum ipsi erga beneficium deum, amorem pretulerint, cu- vero prostrati sunt; dicit repentiam iudeorum praedicationem & stragem & diuini- tus in hos illata supplicia patefacit.

¶ HEC Autem in figura facta sunt nostri, vt non simus ipsi concupitores malorum quemadmodum & illi concupierunt. ¶ Haud secus iudeorum tormenta preferunt futurorum figuras, ac in eos collata beneficia pretulere, Arguit autem hoc loco Co- rinthios non modo cruciatum iri, sed acrioribus esse q; iudeos penis afficiendos, quan- doquidem horum facta nostri figuram expresserint, nos vero rem ipsam veram, cer- tioremq; preferamus, vtq; donorum magnitudine alios ipsi excedimus, sic penis ma- ioribus afficiemur, si deum delinquendo offendimus. Cum autem malorum inquit concupitores omne malignitatis genus expressit, siquidem ab ipsa concupiscentia vi- tium quoduis emanat, deinceps per species vitia ipsa edisserit qui illi concupierunt alia nimirum carnem deos priuatos, sicuti in sequentibus Paulus patefecit, horum idolatriam.

¶ NEQVE IDOLIS seruietes efficiamini, quemadmodum nonnulli eorum si- cut scriptum est, sedit populus manducare & bibere & surrexit ludere. ¶ Primu hos carpit; qui idolothytis vescerentur, ostenditq; quemadmodum illi gulae vitio sint in idolatriam hanc ipsam prolapsi, choreis nanq; circa vitulum constitutis & in propa- tulo tripudiantes ludebant, sic inquit & ipsi in discrimine estis preuestra ingluuie, & immolationum esu huiusmodi, ne in idolorum cultum labamini. Vbinam ergo ve- stra illa quam iactatis perfectio, que ad idolatriam ducit.

¶ NEQVE Fornicemur: sicuti nonnulli eorum fornicati sunt, & ceciderunt in vna die viginti tria milia. ¶ Rursu fornicatio is hic meminit, & continet castigatioe dicta h. iiii.

baptisim  
figura.

Baptiza  
ti i moy-  
se.

Christus  
lapis spi-  
ritalis.

historia  
Madian

sua obfirmat, cuiusmodi fornicationis delictum, ortum ab ipsa ingluuie ducit. Quæ ret aliquis, quoniam tempore tria hæc & viginti hominum milia occubuerunt. Nempe cū ex Madian mulieres Balaam consilio & instinctu in aciem prodissent iudeorum iuniores ad se traxerunt, eosque per concubitum & fornicationem, ut Balphegor immolarent, prouocauerunt, ceciditque populus in acie.

**¶ NEQVE** Tentemus deum, quemadmodum quidem eorum tentauerunt, & a serpentibus interierunt. **¶** Indicat sane hoc loco Corinthios signa efflagitatio deum tentasse.

**¶ NEQVE** Murmuraueritis, sicut quidam eorum murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore. **¶** Id est ab exitiali quadam dei potentia, ostendit præterea eos nihil viriliter tulisse aduersum, sed murmurando diebitasse: quando aduenient bona, & mala cessabunt.

**¶ HEC** Autem sub figura contingebant illis, scripta sunt autem ad commonefactionem vestram, in quos fines seculorum deuenerunt. **¶** Cum inquit hæc scripta esse, ut instantis periculi admoneremur, Corinthios perterrefacit. Sunt enim nobis ea horribiliora quedam supplicio expectanda, quo maioribus sumus donati beneficiis, quinetiam & finem eis imminere ostendit, neque montanea asserit futura esse tormenta, sed sempiterna quedam, quæ post mundi consummationem nos exceptura sint, iam enim dei iudicium illud pro foribus adest, cū mundi huius secula nacta sunt finem.

Iudiciū  
dei p foribus  
adest

**¶ ITA QVE** Qui se stare existimat, videat ne cadat. **¶** Rursum eos qui ob suam scitiam superbirent, conspicuos facit inquit, & si stabilem se permanere arbitraris cauendum tamen ne prolabar, quinetiam hæc tua stabilitas nihil habet in se firmitatis, siquidem & si tibi consistere tibi videris, non tamen certo es gradu stabilitus, vel si stabilis fueris, facilis es ex desperatione casus.

**¶ TENTATIO** vos non apprehendat, nisi humana, fidelis autem deus qui non permittit vos tentari supra id quod potestis, sed faciet cum tentatione & prouentum ut ferre possitis. **¶** Quoniam his timorem iniecerat, cū diceret, qui se stare existimat, videat ne prolabatur. Erant enim molestiis & tentationibus plerisque affecti, ne forte dixerint, quid nos territas? qui & si tentationes quæ multas tolerauimus, nequaquam tamen collapsi sumus: respondet quoniam nulla vos corripuit tentatio: nisi humana, id est exitiua quedam & mediocris, humanum enim ubique Paulus tenuit quippiam & exile appellat, mox etiam hos consolatur suadens, ut oculos ad deum intendant, ut qui veridicus sit: & nil mentiatur, quippe qui sit ea pollicitus, venite qui laboratis: & ego reficiam vos. Nequaquam itaque ille vos linet, ultra vires tentari, sed inuadentem vos tentationem efficiet equa proportione vestris viribus respondere, quin potius omnis tentatio nostras superat vires, nisi opem tulerit deus, feceritque cum tentatione prouentum, hoc est declinare tentationem nos faciat, & liberos reddat, celerius scilicet prouentum tentationis eiusmodi possimus tolerare molestiam, vel facturus est inquit prouentum: ut ferre queamus aduersa, id est, ut leuior nobis videatur tentatio, & toleratu facilior.

**¶ PROPTEREA** fratres declinate idolatriam. **¶** Postquam eos satis coarguit, solatur tandem cum fratres appellat, nec ultra eos quod fratribus obesse ab idolothytis arceat, sed quia rem ipsam improbet, & detractet, idolis dicitans id esse immolando iseruire, celeremque ab eiusmodi esu secessum exposcens, declinate inquit.

**¶ UT** Prudentibus loquor, vos ipsi iudicate, quod prædico. **¶** Cum crimen in nos grauius coniecisset, idolorum cultum appellans, quæ hi factitarent, lenit breue id dictum & mitigat, fontesque hos ipsos & noxios constituit iudices, quod sane propriis verbis, ut certis & veris fidenter affirmat perinde ac si iquiat, nil aliorum ope idigeo, quæ

Humana  
tentatio  
quæ acci  
piatur a  
Paulo.

de re sententiam ferant, quin potius velim vos ipsi ut sapientes iudicetis.

**¶ TALIS** benedictionis cui benedicimus, nonne communicatio sanguinis Christi est? **¶** Hoc est gratiarum actionis, in macibus namque illum habentes gratias ei haud dubie agimus, qui nostri gratia sanguinem suum effuderit, dignatusque nos sit bonis ineffabilibus, non enim participatio dixit, sed communicatio, ut plus aliquid exprimat summam sed coniunctionem, quod autem dixit tale est. Sanguis enim iste qui calice continetur ille est, qui Christi e latere profluxit, hunc ipsi cum sumimus, participamus, hoc est Christo coniungimur. nonne igitur vos pudet corinthii, cū ad idolorum calicem ab hoc Christi decurritis poculo, qui vos ab idolis liberauit?

Sacramē  
tū eucha  
ristiæ.

**¶ PANEM** quem frangimus, nonne communicatio corporis Christi est. **¶** Quod in patibulo minus sustinuit dominus, quippe cuius neque os fuerit contritum, hoc nostri ob gratiam contractus patitur: que enim frangimus inquit, communicatio autem corporis Christi est, eo intulit, quia quemadmodum corpus illud Christo unitum est sit & nos illi per panem hunc copulamur.

Communi  
tio.

**¶ QUONIAM** vnus panis, vnum corpus multi sumus. **¶** Cū communicatio corporis est retulisset, compertum nobis sit, aliud esse quod communicat, quod communicatur, & aliud nunc quod præstantius est sic inquit, patefacit, idem nos sumus quoque Christi corpus. Quid enim est panis, & Christi corpus, quod autem huius participant redduntur, nimirum Christi corpus, non ergo multa sunt nostra corpora: sed vnum, nam quemadmodum panis vnus e pluribus granis conficitur, sic & nos plures cum sumus, vnum efficiamur Christi corpus.

Simile.

**¶ OMNES** qui de vno pane participamus. **¶** Cū itaque vnum sumus, quo pacto inter nos charitate seruata non in vnum inuicem coheremus, præsertim cum Paulus dicat, eo nobis dominus corpus proprium impertitur, ut sibi nos copulet, & nexu quodam mutuo reddat propinquiores, at ubi prior illa carnis natura prauis est facinoribus corrupta, & vitæ celestis effecta est expers, suam deus contulit nobis nostræ assimilem, quæ & peccato careret, & vitam largiretur, ut eius effecti participes, & sibi admisceremur, & vitam duceremus innoxia, ut prope quod vnum essemus cū Christo corpus adepti.

carnis na  
tura pri  
or prauis  
facinori  
bus cor  
rupta.

**¶ VIDETE** israel secundum carnem, nonne qui edunt hostias: participes sunt altarum? **¶** A crassioribus inquit exemplis erudimini intelligentes, quod per vos geritur, idolorum præfert commercium, secundum carnem israhel dixit, ut arguat secundum spiritum & ipsos constare. Aduerte autem quemadmodum id fiat, de Iudeis namque nil intulit natura quod de eo participaret, sed altaris sunt participes, dixit in quo quod immolandum fuisset impositum igni consumebatur, de Christi autem corpore haud quæ res ita se habet, sed Christi corporis fuit participatio, non enim altaris sumus, sed dominici corporis ipsi participes.

**¶ QUID** Ergo dico quod immolandum sit aliquid, aut quod idolum sit aliquid. **¶** Veritus ne videretur egretulisse, perinde ac si aliqua inesset idolis virtus, sic infert. Non eo vos ab idolis abigo, quasi illa aut obesse queant; aut prodesse. Quippe que nihil sunt profus. Sed quoniam nullum deo offerretur sacrificium: vnde sic addit.

**¶ SED QVE** immolant gentes, demoniis immolant, & non deo. **¶** Haud itaque ad domini nostri inimicos tanto vos studio conferatis. Nam si regia mensa omnia ad fontium & damnatorum cenam procurreret, longe haud dubie aberraret, neque eo quod nocumentum illa, aut utilitatem sit allatura, sed quia ad iniuriam regie mensæ id cedere videretur.

Mensæ  
mysticæ  
participes  
deo  
sodales  
sunt

**¶ NOLO** Autem vos socios fieri demoniorum. **¶** Si enim qui mystice mensæ participant, cum deo ineunt sodalitatem. Neesse est ut qui demonice participes fuerint, cum demonibus ipsis iungant confortia.

**Q**UONIAM non potestis calicem domini bibere, & calicem demoniorum. Quonia id nolo vos demoniorum socios fieri, sub obtentu intulit castigandi. Ne forte huiusmodi castigatio, si ex certa animi sententia videatur prolata contemptui sit, illud adiecit: quiens non potestis calicem domini bibere.

**N**ON potestis mensam domini participare esse, & mensam demoniorum. Ex solis hisce nominibus, ab idolothytis asserit abstinentum.

**N**AN Emulamur dominum, numquid fortiores illo sumus: ut pudore Corinthiis iniiciat: apposuit Paulus. An deum tentamus inquit & irritamus: cum vos cruciandi vim habeat: qui ad eius aduersarios descendiis, moxque in absurdum sermonem prolabitur, inquiens. Num illo erimus fortiores? Meminit preterea & mosaici dicti: eo videlicet me irritauerunt: quod deus non esset: & ad iram me provocauerunt in idolis eorum.

**O**MNIA mihi licent, sed non omnia expediunt. Ne quis forte id dixerit: cum cibum hunc & idolothyta pura conscientia sumperim: sumendi equidem habeo potestatem: etiam inquit: eo enim tibi omnia licent: quia liber sis a deo creatus: nil tamen confert huiusmodi usus: quandoquidem progrediendo idolis erit propter assiduam illorum mensam participationem obnoxius.

**O**MNIA mihi licent, sed non omnia edificant. Nec tibi inquit prodesse id potest: ut antea dixi: nec fratri tuo conducere. Siquidem nil prorsus edificat: sed potius demolitur: & fratris fidem subvertit: itaque si neque tibi: neque illi contulerit, cur idolothytis vescaris.

proximi  
quarēda  
utilitas

**N**EMO quod suum est, querat: sed quod alterius. Nequaquam illud velim scruteris: utrum pura conscientia manduces: sed utrum fratrem edificet: quod per te agitur: ubi quod Paulus unum illud precipue commonefacit: ut proximi sit querenda utilitas.

Venale  
quidquid  
ē mandu  
candum

**O**MNE quod in macello venit manducate: nihil interrogantes propter conscientiam. Cum multis argumentis confirmasset apostolus ab idolorum esse immolationibus abstinentum: ne forte sint ceteris in rebus adeo preter modum hi curiosi, ut que vel in foro venalia exponuntur: obsonia spernarent, veriti ne vel illa idolothyta sint, sic inquit. Omne quod venit: manducate: nihil venditores interrogantes, utrum idolothytum sit necne, quod venditur: perinde ac si percussam suspitione conscientiam purgare nitamini: potest & hoc modo intelligi: noli interrogare, ne conscientiam ledas. Forsitan enim rogando, certior fieres idolothytum esse quod venit, unde posset conscientia tua offendi.

Natura  
nil immun  
dum.

**D**OMINI enim est terra, & plenitudo eius. Quid nisi non enim demonum illa est, si terra itaque poma, arbores, & animantia ipsa & uniuersa denique, sub dei sunt potestate: nil ergo natura ipsa immundum fiet, sed pro singulorum sensu, & mente contaminabitur: habebiturque pro inquinato quodcumque quis duxerit respuendum.

**S**I quis autem vos vocat infidelium, & vultis ire, omne quod vobis apponitur, manducate, nihil interrogantes propter conscientiam. Recte vultis positum est, nam neque adhortandos eos, ituri ne sint ad cenam ab infidelibus acciti, nec dehortandos existimat, nihil autem percontemini, ne ob curiosam admodum investigationem, vereri idola videamini, vestra preterea hanc conscientiam velim & puram seruetis & inoffensam.

Cōscien  
tiā nō of  
fendam?

**S**I QVIS autem dixerit hoc immolatum est idolis, nolite manducare propter illum qui indicauit, & propter conscientiam. Haud equidem quod officere possit, cibum huiusmodi immolationum, nunc interdixerim, sed eius gratia qui rogatus a te profitebitur, utrum idolothytum sit necne quod petieris, ne forte ille animi iactura affectus, existimet Christianos nihil idola exhorrere. Quod autem aut ab idolothytis non tanquam ab immundis, & a domino nostro alienis cauendum esse commonefaciam, ex eo quod dixeram liquet, domini est terra & plenitudo eius, id est omnia que illa complent inherentque, vel aliter, abstinete inquit ab eiusmodi cibo, siquidem domini est terrarum orbis, licet itaque a vobis abunde veterem explere, vobis enim patent omnia, & nihil est interclusum

**C**ONSCIENTIAM autem dico, non tuam, sed alterius. Hoc est gentilis cuiuspiam hominis, nam forsitan ut dixi, vel hic offendetur, vel te ut ganeone lurconem iudicabit, & gule debitum, vel idola suspicabitur eque sibi ac tibi grata esse & accepta.

**U**T quid enim libertas mea iudicatur aliena conscientia. Libertatem appellat quod attentione, studio, & impedimento vacat. At namque libere ipse & incaute cibum de fumo, gentilis vero, me inquiens condemnabit, commentitia sunt christianorum facta, quippe qui & si ab hominibus se idola fateantur, vescuntur tamen libere quod idolis imolatur.

Libertas  
quid pau  
lo.

**S**I ego cum gratia participo, quid blaphemor pro eo quod gratias ago. Equidem inquit quid dei ob gratiam rerum ab eo conditarum particeps sum effectus, qui me animo firmiori creauit & stabili, ut nihil ultra quam decet aduertam, gentilis tamen maledictus me insectabitur, asserens simulata me potius mente ab idolis declinare quam certo iudicio, & gule vicio manducare que is immolentur, illud autem pro eo quod gratias ago eiusmodi est, ipse videlicet deo grates retulerim, quod me prestantem adeo & sublimem effinxerit, tantumque iudaice humilitati precellentem, ut nulla ex parte mihi noceri possit, alioqui ut dixi gentilis homo offenditur, & mala mihi insuper iprecatur.

**S**IVE ergo manducatis siue bibitis, vel aliud quid facitis, omnia in gloriam dei facite. Cuncta inquit per vos in laudem dei peragantur, presentia siquidem vestra hec facta deo ad ignominiam, vel ad execrationem potius cedunt, cibum itaque quis vel potum tum dei in gloriam sumit, cum vel nullius offenderit animum, vel id haudquaquam ventris & voluptatis gratia egerit, sed corporis in exercitatione virtutis seruandis. Demum cuncta quispiam ad dei gloriam operatur, cum omni sublato maleficio nec alium quemuis, nec seipsum pertulerit, id est cum neque ad hominum aucupandam gratiam, neque prauo aliquo animi affectu id agat.

**S**I NE offensione estote iudeis & gentibus, & ecclesie dei. Hoc est nulli aliquamini criminandi vos causam exhibete, quod plane fiet si neque iudeum, neque grecum neque fratres ipsos offendimus, ex his namque dei constat ecclesia. Attende autem quemadmodum postremos posuerit qui reliquos ante irent, enimvero trahendi sunt potius ad fidem mali, quam insectandi sint fratres, ex eo autem imolationum usu offendi ceteros patefacit.

**S**I CVT & ego per omnia omnibus placeo, non querens quod michi vtile est, sed quod multis, ut salui fiant. Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Quoniam ingens laus in eos coniecerat facinus, quippe quos & Grecorum iacture & iudeorum obnoxios fecerint, seipsum in medium confert, ut arguat plane quod illis iniunxerat factum esse per facile, quemadmodum vero quod sibi in commodum cederet nil postularit, multis ex rebus perspicuum est, quas superius explicauit, ut illud, & factus sum omnibus omnia, ut omnes lucrifacere, & ex his precipue que precaretur, ut anathema esset pro fratribus, mei ergo imitatores efficiamini, quemadmodum & ego ipse Christi, nec tamen superbe id dictum existimes, sed ad se imitandum nos magis hortari, nam si ipse inquit, sum christum sectatus: qui ut nobis vitam largiretur, luam neglexit, longe magis a vobis sum imitandus, et si quidem non adeo vos ipse prestiterim quantum ille qui me bonitate quadam incomparabili, tum ceteros antecedit.

Paulus  
anathema  
est cupit  
pro fratri  
bus.

**L**AUDO autem vos fratres, quod per omnia mei memores estis. Postquam de idolothytis sermonem absoluit, qui certe de rebus grauibus habitus est. Leuius quoddam impresentiarum delictum castigat, & corrigit. Solet enim grauioribus minora intermiscere facinora, quae illa erant, si queras: nimirum quod detecta & reuelata facie mulieres orabant, & predicebant futura, quippe que tunc temporis vaticinarentur, viri autem comam supplicando & vaticinando promitterent, ut qui philosophi studerent, quod sane grece erat legis vel institutio, vel eius gentis mos patrius, & prisca consuetudo. Hos itaque et si predicando antea castigasset, presenti sibi paruerunt nonnulli. multi

Philoso  
phi bar  
bam pro  
mittebat  
i. cresce  
re sine  
bant.

etiam in pertinacia perstiterunt, eos itaque quos sibi morigeros habuisset hunc in modum alloquitur, laudo equidem vos, quoniam mei in cunctis memoriam habuistis, tamen si unum erat, cuius eos infimulasset, sed ne capillum promitterent, ne ve proderent comam, vos tamen inquit per omnia mei memores estis, solet paulus mitiori bus verbis lenire, quos a vicis sperat ad bonum traducere.

Paulus non omnia mandata sua litteris mandavit.

**¶** ET sicut tradidi vobis, precepta mea tenetis. **¶** Liqueat ex his cum Paulum, tum Apostolos reliquos haudquaquam omnia litteris mandasse precepta, quae populis tradidissent.

Christus ecclesiae caput.

**¶** VOLO autem vos scire, quod omnis viri caput est Christus. **¶** Videtur ex insequenti oratione sermonem ad eos intendere, quos laudasset, tanquam traditionum suorum detentores, veruntamen pertinaces alios & inobedientes castigat. Omnis autem viri, id est fidelis, Christus est caput. Sumus namque fideles ipsi Christi corpus, non gentiles quorum haudquaquam caput est Christus.

Vir cur caput mulieris

**¶** CAPUT autem mulieris vir, caput vero Christi deus. **¶** Eo vir caput est mulieris, quia in ea imperium habeat, Christi autem caput est deus, quia Christi causa sit, ut pater filii, nobis vero Christus est caput, quia conditor nostri est, & quia suo ex corpore ipsi confitemur, pater autem deus Christi est caput, ut pote qui eum genuerit. Sive ro secundum humanitatem deum Christi caput dictum esse a ceteris dixeris, quem admodum Christus ipse nostrum esse dictus est caput, nihil est hoc impium dictum, siquidem & deus Christi, pater esse secundum humanitatem asseritur. Nam postquam nostri similitudinem dignatus est capere, & frater nobis redditus est, & caput effectus, nil mirum si humilitatis in se nomen accepit, & quem habet secundum divinitatem genitorem, & caput habeat suae humanitatis, tanquam sui ipsius, dominum quem dem & deum.

**¶** OMNIS vir orans aut prophetans velato capite, deturpat caput suum. **¶** Haudquaquam Paulus assidue prohibet virum velare caput, nec nisi orandum sit illi, vel vaticinandum, neque caput velatus dixit, sed capite velato, id est in capite habens, ut tollat non solum veste caput velandi consuetudinem, sed capillo & coma. quinetiam qui comatus est, aliquid in capite gestat, comam videlicet, verum, quo pacto eius caput deturpat: nempe cum princeps natus sit vir, & potens, alterius se ditioni addicat, caput namque obtegere, capiti est iugum imponere, capitis enim velamen illud, servitutis est signum, non potestatis, vel aliter, deturpat aliquis caput, id est Christum, qui suum est caput, & dehonestat, cum se imminuit, & peccatorum servitute obstringit, merito queri posset, cur crimini illud ascribat. Apostolus signa data sunt viro & mulieri, alteri quidem dominatus, alteri servitutis, & alia eiusmodi pleraque, illud vero, virum nullo velamine operiri, cum mulier capite sit operto, quo pacto in crimen etiam non sit adscribendum, quandoquidem nature termini exceduntur: ut vir sit capillo promisso, & coma protensa, femina vero capite reuelato, apertoque.

Caluitium dedecet feminam.

**¶** OMNIS autem mulier orans aut prophetans non velato capite, deturpat caput suum, unum enim est, ac si decaluetur. **¶** Erant ut diximus, femine, quae prophetandi donum haberent, quales Philippi filie extiterunt, & aliae pleraque. Verum quo pacto caput deturpat, quoniam velut protugum eius caput & fugitivum esse coarguit, quod credita sibi a deo potestate desierit. Scito autem, quemadmodum virum, ut diximus, interorandum prophetandumque prohibet, ne veletur, feminam vero non solum orationis & vaticinii tempore, sed operam semper esse deposcit, id namque efflagitat cum inquit, unum enim est, ac si decaluetur. Nam ut decaluetio dedecet mulierem, sic capitis detectio hanc dehonestat, quo fit, ut si capitis operimentum substulerit mulier, & similis ei appareat, quae comam detraxerit.

**¶** NAM si non velatur mulier, tondeatur, si vero turpe est mulieri tonderi, aut decaluari, velet caput suum. **¶** Instat praeterea, ut arguat capitis refectionem tonsure esse per similem, pari turpitudine dehonestari, per haec insuper & quae dixeram ante demonstrat, semper videlicet femine indecorum esse etiam caput detexerit.

Indecorum femine si caput detexerit.

**¶** VIR quidem non debet velare caput suum, quoniam imago & gloria dei est. **¶** Rei huiusmodi causam priorem produxit, cum diceret Christum habere pro capite, neque illum esse volo velamine operiendum. Nunc vero secundum inducit, quod vir scilicet dei sit gloria, id est sub deo constitutus, & dei imago, oportet itaque imperatoris maximi principem in imperatoris conspectu, cum magistratus insignibus apparere, id est capite libero, & expedito, id enim iudicio est rei nullius humane ditioni subesse hunc virum. Sed perinde ac dei imaginem cunctis imperitare.

**¶** MULIER autem gloria viri est. **¶** Id est sub viri est potestate, necesse itaque est, hanc ipsam cum servitutis insignibus comparere, quae in capitis velamento consistunt.

Vir cur potest femine.

**¶** NON enim vir ex muliere est, sed mulier ex viro, etenim non est creatus vir propter mulierem, sed mulier propter virum. **¶** Causas refert quibus vir mulieri precellat, viri quippe ex latere deducta est mulier, nec femine gratia vir, sed viri ob gratiam femina constat, faciamus enim inquit adiutorium sibi, quo ergo pacto velabitur vir, qui tanto sit a deo honorem affectus, arripit enim mulieris figuram, nec secus facit, quam si dyademate regio insigni accepto, eadem deinceps capite luo detecto servilem habitum sumat.

Mulier esse debet velata ut sit servitutis insigne.

**¶** IDEO debet mulier velamen habere supra caput suum, propter angelos. **¶** Debet inquit superioribus de causis mulier supra caput velamen gerere, id est servitutis insigne, & si alia nulla ratione, angelorum tamen pudore ducta, ne in illorum conspectu impudens appareat. Nam ut huiusmodi capitis velamentum, & oculos demittere, & affici verecundia facit, & servilem speciem servare cogit, sit & capitis resectio, impudentiam arguit, que fideles ipsos comitantibus angelis abominationi est.

**¶** VERUNTAMEN nec vir sine muliere, neque mulier sine viro in domino. **¶** Hec ideo infert, quia multum viro contulit excellentie, cum mulierem asserit cum eo, ac per eum constare, & illi subesse, ne itaque viros, ultraque decet extollat, nec feminas humiles profusus efficiat & abiectas sane inquit, in prima illa rerum creatione sic actum est, ut femina constaret ex viro nunc vero nec vir oritur sine femina nisi in domino, hoc est deo id promittente & semen vivificante & vulvam corroborante.

Mulier ex viro.

**¶** NAM sicut mulier de viro ita & vir per mulierem. **¶** Mulier inquit ex viro, viro adhuc integro illud servatur, feminam scilicet ex eo constare, vir vero per mulierem, que virilis videlicet sit ortus minimi tra, vis enim maior est seminis, vir itaque haudquaquam proprie ex muliere dicitur sed ex parte nasci per mulierem, ut pote qui viri ortum lumina ministraverit, de domino tamen Apostolus haud ita differuit, sed factus inquit ex muliere, veritatem ne si per mulierem dixisset occasionem preberet hereticis dicitandi, tanquam per canale aliquod virginis utrum Christum transisse vel quia nullo viri congressu, sed fructus dumtaxat alui virginis hic fuerit.

**¶** OMNIA autem ex deo. **¶** Non viri id officium est sed dei, si itaque cuncta dei potentia fiunt, qui de viris & feminis statuit, nihil his contradixeris, sed te morigerum exhibe.

**¶** Vos ipsi iudicate. **¶** Rursus eos constituit iudices ad voluntatem abunde, cuncta confirmaturus.

Ignominia est viri comam nutriat.

**¶** DECEAT mulierem non velatam orare deum. **¶** Hoc loco quod horrendum est admodum infert, deo videlicet iniuriam fieri. Similiter oret capite resecto.

**¶** NEC ipsa natura docet vos, quod vir quidem si comam nutriat, ignominia est illi.

Proble  
ma.

li, mulier vero si comam nutriat, gloria est illi, quonia capilli pro velamine ei dati sunt. Cur viro coma prolixior ignominie datur, quoniam mulieris speciem induit, & qui vt dominetur est conditus, insignia seruitutis admiserit, mulieri autem glorie condit densior ille capillus, quoniam proprium seruat & hec institutum, est enim honorabilis cuiusque sue conditionis obseruatio. Queret aliquis, quid ergo necessarium est, lintheum capiti, velandi gratia superinducere, si pro velamine coma tributa est: nimirum vt non solum perfidem, sed voluntate etiam suam profiteatur mulier seruitutem.

¶ **SI QVIS** autem videtur contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus neque ecclesia dei. Contentiosus inquit videtur istiusmodi dictis reniti, quod utique nec bone mentis, nec sapientie indicium est. Cum enim Corinthii fucare hec forte argumentis nonnullis vellent, enitebantur syllogismis & captiunculis indifferens id rei arguere, inquit itaque Paulus, consuetudinem ipsi eiusmodi nullam habemus, vel contendendi, vel virilem enutriendi comam, dum mulier careat velamento, neque ipsa dei ecclesia, id est ceteri fideles ipsi, quo fit vt non modo nobis obfistere videamini, sed ecclesie ipsi. Ad verecundiam preterea auditores hec dicta compellunt, ne quid preter apostolorum consuetudinem faciant.

Vetus  
ecclesie  
mos om  
niam comu  
nicandi.

¶ **HOC** autem precipio non laudans quod non in melius, sed in deterius conuenitis. Erat vetus quidem ecclesie mos, vt vel viri primates, vel magistratibus functi, Christi fide excepta, & in medium facultates haberent, & cum inferioribus ceteris vna vescerentur, vnde pre quadam parte rei imitatione, & si haudquam pari consuetudine Corinthii ipsi statutis nonnullis diebus, & festis simul sacris mysteriis epulabantur, opulentioribus ad conuiuium inuitatis, & quibus arctior res familiaris suppeteret. Ortis postmodum dissensionibus ritus ille mirabilis qui mutua caritate & christiana philosophia non modica constaret, sublatu est, nec ultra a Corinthiis seruabatur, vt itaque hos corrigat, hec Paulus scribit. Et quoniam in castigando priori crimine plerosque habuerat sibi morigeros, laudo inquit vos ait. Hic autem cum se res aliter habeat sic infert, hoc autem precipuo non laudans, hoc est nequaquam vos laudo. Siquidem cum vos tantopere de intermilio officio & pristina conuiscendi consuetudine comonefere, oportuisset sane, vt recognito & castigato delicto optima consuetudo reuocaretur, & ad meliora fieret prouectio, & digniores illi conuentus renouarentur, vos vero longe contra diuturnam illam & pristinam imminuistis consuetudinem, & in deterius conuenitis, hoc est, non conuiuendi gratia, sed concertandi.

Christia  
ni primu  
vna cibū  
capiebāt

¶ **PRIMUM** quidem conuenientibus vobis in ecclesiam, audio scissuras esse inter vos. Haudquam confestim de mensa, & conuiuio sermonem aggreditur, sed primum illis obiectione dissidiorum percussis, affirmat demum eo seorsum quoniam cibum desumere, quoniam inter se maxime dissiderent.

¶ **ET** ex parte credo, ne illud Corinthii obiectarent, quod mentiti sunt delatores, neque se credere id prorsus dixit, ne illorum augeat ignominiam, neque fidem penitus demere, ne increpasse hos temere videatur, sed ex parte inquit credo, hoc est Paulum, quoniam par est non omnes, sed horum aliquam partem, ceptam consuetudinem praterisse.

Oportet  
quomodo.

¶ **NAM** oportet hereses esse. Non enim dogmatum vel sectarum hereses dicit hoc loco, sed de istiusmodi mensarum dissensionibus differit, oportet autem illud haec habet significantiam, equum scilicet est, vel necessarium potius minus posse cum homines sumus, recte omnia facere. Credo vero idcirco inquit, vt quemadmodum & dominus dixit, necesse est vt eueniant scandala, videlicet cum improbi hoc in mundo versentur, & bonis mali admixti sint, necesse est vt scandalla sepe contingant.

¶ **VT** & qui probati sunt manifesti fiant in vobis. Vt, hoc loco non eo positum

est, perinde ac si causa reddat, sed vt rei fine designet, quemadmodum id multis ex locis perspicuum est, nam ex superbiorum hominum insolentia huiusmodi conuiuia de dignantium, probi & iusti innotescunt, hoc est pauperes, qui equo animo tolerant sui contemptum, cum prius non esset eorum cognita tolerantia, vel probos dicit, qui concenandi seruarent consuetudinem, non enim omnes hanc soluerant, qui igitur hunc ritum soluisent, et si improbi viderentur, eundem tamen quia tutati in posterum sint, vt probi & frugi arguantur.

¶ **CONVENIENTIBVS** ergo vobis in vnum, iam non est dominicam cenam manducare. Conuentus congregationem praefert & caritatem, cenam autem dominicam conuictum appellat, ad venerande illius dominice cene imitationem, quam Christus cum discipulis egit, ob idque & pradium cena dicit, perinde ac si inquit. Aduerte quali fueritis reprivati, dominice scilicet mense imitatione.

¶ **VNVSQVISQUE** enim suam cenam praesumit ad manducandum. Dominicam hanc cenam, effecistis priuatam, si quidem quandiu fuerat communis, & dominici esse dicebatur, sunt namque & seruis dominorum bona communia. Et quoniam vestrum singuli praueinendo propria cenam edunt, ita vt pauperes haudquaquam operiantur, sed seorsum, & soli cibum sumant. Fedastis profecto hanc cenam quippe qua ex communi & dominica priuatam feceritis.

¶ **ET** alius quidem esurit, alius autem ebrius est. Enimvero pauper fame conficitur, crapulatur vero vir opulentus, quo fit, vt duplici modo ea in re delinquatur, nam & inopes despiciuntur & vos depasti, & cibo qui fuerat puperibus parandus, oppeti, vino madetis.

¶ **NON QUAE** domos non habetis ad manducandum & bibendum. Videlicet si aliis cibum communicare renuitis, cur non domi vescimini?

¶ **Aut ecclesiam dei contemnitis.** Cum enim dominicam cenam in priuatam conuertitis, in ecclesia seorsum edentes, loco ipsi infertis iniuriam.

¶ **ET** confundatis eos qui non habent. Neque enim a deo inquit cure tenuioribus est, quod cibum minus his impartitis, quantum moleste & grauiter ferunt se ignominia affici, quod ipsi accubantibus vobis, & crapula plane distentis, nullas ipsi omnino arguantur facultates habere.

¶ **Quid dicam vobis, laudo vos, in hoc non laudo.** Huiusmodi Corinthiorum crimine patefacto, mitiori vtitur ad eos sermone. Siquid asserendi occasionem nactus mille moribus dignum esse id facinus, moderatius tamen sic inquit, laudo vos, haud equidem laudo, quod eo facit, vt pauperibus placabiliores hos reddat. Quippe si eos castigando acrius & pertinacius momordisset, in pauperes efferasset potius quam placasset, perinde ac si horum de causa ab se illi improbarentur.

¶ **EGO** enim accepi a domino, quod & tradidi vobis. Cur Paulus mysteriorum hic meminit, & noctis illius, in qua Christus cenam cum discipulis fecit? Nempe quia admodum erat necessarium ad his persuadendum vniuersos eadem mensa fuisse dignatur, vos vero contra vniuersum, & propulsatis & dedignamini inquit Dicit aliquis, quo nam pacto hanc a domino accepisse nos mense dixeris dignitatem, qui tunc & procul abesset, & persecutionem pateretur: vt intelligas vel hodierno die super mystica mensa, dominum hunc ipsum adesse, qui non secus ac tunc mysteria tradat.

¶ **QUONIAM** dominus Iesus in qua nocte tradebatur, accepit panem & gratias agens fregit, & dixit, accipite, & manducate, hoc est Corpus meum, quod pro vobis tradetur. Reminiscere inquit, quemadmodum postremum id nobis mysterium dederit, & ea nocte, qua erat paulo post occidendus, & proditorem haberet conuiuiam. Tu vero fratre quibusuis rebus ducis indignum, praefertim cum instructis gratias agere, quales

Vt pti  
la quo  
modoCena do  
minica  
couictus

& Christus ipse agebat, ut nos ad eam rem & formaret & inflitueret. Facis ergo quod minus est his gratis dignum cum ecclesia ipsam confundas, & alio famescente, tu debacharis, & id quidem communiter cunctis precepit. Accipite & manducate corpus scilicet suum, quod omnibus equae dispartiens mori destinasset, ipse vero in cibo sumendo tempore antici pato, neque communem hunc & cibarium panem in medium exponis, neque eundem frangis, ut multis detur, sed tibi ipse referuas.

**HOC** facite in meam commemorationem. Quid ait: si defuncto filio, vel patriam parentales percussus sane conscientia foret, nisi legitima quareque & celebrandis funeribus consueta perficeret, & pauperes conuocares ad cenam, at cum domini es facturus memoriam, nec simplicem saltem mensam vel cibum cuiquam impartiris.

**SIMILITER** et calicem postquam cenauit dicens. Hic calix nouum testamentum est in meo sanguine. Erant apud veteres iudeos calices, quibus sacrificio absoluto brutorum animantium sanguinem offerebant phiala vel calice exceptum, pro beluarum itaque sanguine qui vetus testamentum designat, meum nunc pono dominus inquit qui nouum praefert, nil tamen horrefcas velim cum sanguinem audis, nam si belluarum cruorem in veteri testamento admiseris, quanto magis diuinus erit per te admittendus.

**HOC** facite quotienscumque bibetis in mea commemoratione. Quinetiam per calicem inquit vel mortem commemorabis, quam subiit dominus. Quo ergo pacto solus per potorem debacharis, praefertim cum tremendus hic calix pari cunctis conditione sit traditus.

**QUOTIENS CUMQUE** enim manducabitis panem hunc & calicem bibetis, mortem domini annuntiabitis donec veniat. Non secus inquit debetis hac vos in regere, quae eo tempore agendum fuisse, quo & domini vestri cena conficiebatur, ut humiliter licet cubantes a Christo exciperetis sui corporis immolationem, & Christi mortem annuntiabitis, id est ad usque eius secundum aduentum hanc praferetis.

**ITAQUE** quicumque manducauerit panem, & biberit calicem domini indigne reperit corporis & sanguinis domini. Corinthios arguit, quia inopes aspernarentur veluti indigne mysterium huius participassent, non secus qui id indigne lapsit, sceleris erit obstrictus, quod si sanguinem ipsius domini fuderit. Nam quemadmodum constat, qui tunc dominum pupugerit non potest gratia pupugisse. Sed ut eius sanguinem fuderet, sic & qui indigne hunc hauserit, nullum ex eo fructum adeptus, frui tra ac temere Christi sanguinem fudit. Atque iudei regis chlamydem disciderunt, qui vero immerito sanguinis particeps fuerit, in cenam suam animam mergit, ita fit, ut non equa ob id & iudicis & indigne Christi fumentis sanguinem obuenerit ignominia. Vnde & corporis huius & sanguinis domini reus efficitur. Eritque tanto obnoxius criminis.

**PROBET** autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Consequitur Paulus cum aliqua de re sibi tractanti, alia oportune differenda incidere, & hanc ipsam transigere, quemadmodum impresentiarum, cum de mensa ceptus sit sermo, de mysticis etiam rebus incidente sermone & mystica disputat, ut pote quemadmodum sint necessaria, & bonorum omnium caput in eo consistere patefacit, ut tercia & nitida conscientia ad diuina mysteria concedatur, inquitque. Neminem tibi in iudicem proposuerim, te praeter ipsum. Tua itaque conscientia examinata discussaque adito ea mysteria non festis modo praefatis diebus, sed quouis tempore, cum pure te & dignum coopereris.

**QUI** enim manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit. Nec sane ob mysteriorum naturam id dixerim, quippe quae vitam in se & habet & largiuntur. Sed ob mysteria aduentum indignitatem quibus haud secus illa officium, ac solet oculorum valetudine laborantibus sol ipse obiectus officere.

**NON** diiudicans Corpus domini. Hoc est nil prius disquirere, vel iternofces praesentis mysterii magnitudinem. Nam si certiores essemus, quisnam & quantus sit ille qui non

Mos iudeorum

Pauli mosi disputado.

bis in conspectu adiacet, nulla ferme rei alterius ope indigeremus. Sed solus ille & continentiam nobis & vigilantiam compararet.

**IDEO** inter vos multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi. Argumento sint quae vobis contingunt, eo namque & mortis iam immature, & diuturni morbi obortuntur, quia haudquaquam merito id mysterium sumunt multi. Quid de iis qui ad usque senectute iam ipsa optima & inoffensam valitudinem seruant. Non ne & hi criminibus obstriguntur? At non modo praesentia ista tormenta, quin & grauiora illa, & futura hos manent, qui indigne mysterium illud adierint. Nos autem haudquaquam penis afficeremur, nisi essemus peccatis obnoxii, quemadmodum & insequens illud subsequitur.

**QUOD** si nosmetipsos diiudicarem, non utique diiudicarem. Non enim si nos ipsos cruciatibus dixit afficeremur. Sed si diiudicarem duntaxat, hoc est ipsi nos ob praedam facinora damnarem, haud quidem in terrenis a deo damnationi addiceremur. Sed euaderemus forsitan, ut praesentia, sic & futura supplicia.

**CVM** iudicamur autem, a domino corripimur, ut non cum hoc mundo danemur. Cum enim quod leue admodum est & factu per facile, nihil pagimus, tunc ipsi nos minus danamus, eo quod nec laxiori erga nos indulgentia vitur deus, quinimo hac in vita castigat, ut in futura misericordem se praebet. Castigamur itaque dum viuimus, non ex cruciamur, sed a patre corripimur, ne cum mundo, id est cum infidelibus postmodum condanemur, nam cum summe sint deo cure fideles, hic & penas tolerant pro commissis.

**Itaque** fratres mei cum conuenitis ad manducandum, inuicem expectate. Rursum ad propositum de pauperibus sermonem redit, facta namque tormentorum, & mortis mentione haudquaquam dixit alternis vicem reddite, sed expectate, arguens plane omnibus esse communia, quae in cena huiusmodi conferuntur, oportereque & commune omnium expectari aduentum.

**SI** quis esurit domum manducat. Vrgit haud dubie his verbis Corinthios & pudere hos facit intolerantiae, nec secus ad hos habet sermonem, ac si pueros aliquos & minoris etatis adloqueretur, qui esuriam ferant molestius, improbatque illorum in gluuie, & ideo de ecclesia ipsa educas, domum remittit, quod perculdubio haud mediocris est ignominie.

**VT** non in iudicium conueniatis. Hoc est in vestri iacturam & danationem, eo namque sunt hominum iuncta commercia, ut per caritatem simul conuenientibus, afferant sibi inuicem utilitatem, sin minus, satius est domum se continere, quod non ea de causa infert, ut domum maneat, quin ut eos ad decitiores conuentus alliciat.

**CETERA** autem cum venero disponam. Aut enim hoc loco de aliis nonnullis apud hos delinquentibus differit, qui viuendi modo indigeant, aut eadem de re mentionem nunc facit, perinde ac si dicat, par esse, nonnullos ad haec excusatione vsuros, velim tamen interea ieruanda esse quae retuli, quod si quis aliud quidpiam habeat quod sit dicendum, in meum differat ad vos aduentum. Terret autem eos cum se afferit venturum, ut repressi ac frenati, mox corrigantur, sin autem recte saltem se inuicem gerant.

**DE** spiritalibus autem nolo vos ignorare fratres. Hoc est de spiritus sancti donis, nam qui ex primatibus Corinthi essent baptismi aqua perfusi, a statim spiritu sancto imbuebantur, qui & si humanis oculis minus pateret, suae tamen operationis visibile ali quod edebat indicium, ita ut aut linguarum varietate hiloquerentur, aut vaticiniis & miraculis confirmarent, spiritum sanctum se esse adeptos. Erant itaque inter Corinthios ob huiusmodi spiritus gratiam dissensiones oborte nonnullae. Nam qui maioribus esset donis affecti superbia efferebantur, qui vero minoribus, his inuidebant qui plus spiritus accepissent. Erant praeterea vaticinatores plerique & prophetae minus veridici, qui a veris & diuinis haud facile discernentur. Quae omnia castigat Apostolus, & ea in primis quae ad vates illos pertinent, & prophetas.

**Scitis** autem, quoniam cum getes elictus, ad simulacra muta, put ducebamini euntes.

Immature morres ppter idignesum ptu corpi Christi.

Supb ob spū sancti gratiam Corinthi.

Vaticinator & ppheta quomodo differant.

Cathecumeni qui instruuntur in fide

Demonstratio quomodo dominum confitentur.

Sophia.

**Vaticinatoris & Prophete** discrimen profert Apostolus inquit idolorum tempore, si quis cum futura prädiceret spiritu impuro percitus & detentus sic trahebatur, ut ab eo erat deductus & instigatus, nihil eorum gnarus quæ diceret, sed furēs efferebatur, propheta vero haud ita se habet, sed mente peruigili, cuncta proloquitur, ita fit, ut id esse comperiatur, inter vatem & Prophetam discrimen. **I**deo notum vobis facio quod nemo in spiritu dei loquens, dicens anathema Iesu, & nemo potest dicere dominus Iesus, nisi in spiritu sancto. **H**oc præterea ad vatem internoscendū tibi idicio, sit cum Iesu is maledixerit, & excretur, contra vero prophete illud est argumento, cum Iesu nomine benedictis persequitur. Dicit aliquis quid ergo & in Cathecumenis, & si spiritum sanctum non dū acceperint, num Iesu nomen nuncupant? At nullus interea de his sermo habetur, sed de fidelibus ipsis & infidelibus dumtaxat facta est mentio. Quid demonstrat illi dominum & confitentur, & nominant, ita sane, sed cum vapulat & coercentur id agunt, quod haudquaquam sunt spiritus facturi, si verberibus non urgeantur. **D**iuisiones vero gratiarum sunt, id est aut spiritus. **P**atefacta falsivatis, & veri prophete iam differentia, de donis etiam spiritus differit, ut eos corrigat, & castiget qui spiritus huius sancti munerum gratia inter se altercantur, & primum eum mitigat qui id doleat, quod minori si dono affertur, quid enim doles inquit quia non tantum acceperis, quantum alius quicquam non enim id tibi ex debito soluitur, sed gratia & donum spiritus est, qui in potius veli deo gratias egeris, qui cum nequaquam pro tuis meritis tibi sit ille obnoxius, aliquid tamen & tibi est gratia impartit? Accedit etiam eundem dominum, in alium quendam cui inuideras id beneficii contulisse, quo & affectu te constat, neque angelus tibi id muneris detulit, illi decus, sed id est inest utriusque spiritus.

**E**T diuisiones ministracionum idem aut dominus. Neminis hoc loco & filii ut pote qui bonis nos donet, ministracionum aut dixit, ut eum maxime consoletur, qui minus acceperit, ob idque dolore afficiebatur. **I**n sanamque si donorum homini fieri senserit mentionem, quorum ipse minore parte acceperit, forsitan moleste id tulerit, quia sit ad eius doni participacionem inferior habitus, verum cum ministracionum hic intulisset quæ laborem perferunt & sudorem, haud sane iniquo animo tollerabit in eiusmodi sibi alios perferri, diceret enim quilibet pia, quid doles, si de alio tibi iam peccatis ad laborē vocauit. **E**t diuisiones operationum sunt, id est verode qui operatur omnia in oibus. **H**oc loco & patris meminit, qui curat his fidelibus quæ peragenda sunt operatur, habes præterea in his trinitatem ipsam absolutam plane atque perfectam, donum videlicet, operationem & mysterium, que id est sunt, tamen si nobis differant, paria namque sunt & equa quæ a spiritu, filio, & patre traduntur. **A**d uerum quemadmodum spiritus prius meminerit, postremo patris, quod eorum gratia fecit, qui trinitatis serie accurate disquirunt. **U**nicuique aut datur manifestatio spiritus ad utilitatem. **N**e forte occurrat quispiam inquit, quid michi si id est dominus id est est spiritus, idem est deus, quandoquidem minori sum ipse gratia donatus, respondet, vel id tibi attulit utilitatem, manifesta enim spiritus signa sunt, per hæc namque perspicuum erat spiritum sanctum baptismo ablutos iam inuasisse, quid ergo doles: si enim vel minori affectus est munere, spiritum tamen accepisse te constat. **T**ibi vero quid cure sunt reliqui, si plus quidpiam gratia ceperit.

**A**LIII quidem per spiritum datur sermo sapientie. **Q**ualem videlicet Iohannes tonitruum filius erat, sortitus, qualem & Paulus erat consecutus. **A**LIII autem sermo scientie secundum eundem spiritum. **Q**ualem adepti sunt plerique fidelium, qui et si hanc sibi sapientiam comparassent, alios tamen nequibant instruere, cum per sophiam homines imbuantur, quam perinde ac greci sophiam quandam interpretantur, id est manifestationem & claritatem, qua dei recondita & Arcana innotescant & reuelentur. **R**ursum & spirituum eundem commemorat, ut dictum est, ut eos qui minus gratie accepissent, soletur. **A**LTERI fides in eodem spiritu. **N**on dogmatum fides, sed signorum, quæ vel montes, cum eduntur, traducendi vim habent.

ALII aut

**A**LIII autem gratia sanitatum in vno spiritu. **H**oc est ut sanare quamuis egritudinem queant, & omnem molliciem.

**A**LIII operatio virtutum. **I**s enim & peruicaces poterat & inobedientes tormētis afficere, ut helymam Paulus excecavit, & Ananiam subtulit Petrus, qua potestate carebit, qui sanandi virtutem habuerit.

**A**LIII prophetia, alii discretio spirituum. **I**d est qui internoscendi vim habeat, quis sit fidelium spiritualis, quis spiritu careat, quis propheta, qui ve deceptor.

**A**LIII genera linguarum, alii interpretatio sermonum. **M**agni sane apud Corinthios linguarum gratia habebatur, cui eo plurimum confidebant, quo prius fuisset Apostolis tradita, ob idque & aliis præstantior gratia videbatur, cum esset inferior. nam doctrinae gratia longe est excellentior, & simplex variis linguis loquendi donum plurimum, antecedit linguarum interpretatio, accommodatissime autem linguarum veritatem, genera nuncupauit.

**H**EC aut oia operatur vnus atque idem spiritus diuidens singulis, put vult. **R**ursum Corinthios consolat, cum inquit eundem spiritum oia factitare, quinetiam eum coercent & frenat, quæ minus eiusmodi spiritus delectaret partitio dicens, quemadmodum vult ille sic facit, tu vero quis es, cui spiritus non placeat facta? attende aut eorum gratia hæc dicta intulisse qui spiritum sanctum impugnarent, perinde ac si dicat, non enim ut ipsi vultis, sed ut ei libitum est spiritus agit, ut qui & dominus est, & deus, neque alterius opera indiget, sed ipsemet operatur, sicut & pater, inquit enim de spiritu, qui operatur omnia in omnibus.

**S**ICUT enim corpus vnum est, & membra habet multa, oia aut membra corporis cum sint multa, vnum tamen corpus sunt ita & Christus. **C**eterum corporis exemplo eos solatur, qui eo merentur, ac dolent quia minor est sint spiritus gratiam assecuti, arguens nihil prius ob id fuisse hos iminutos, quia quemadmodum corpus vnum cum sit, ratione tamen hereticum sibi membrorum multiplex videatur. **S**ic & membra & multa sunt, & vnum, quia simul corpus conficiunt, vbi ergo horum discrimen vel vbi quod magnitudie ipsa excedat, aut paruitate iminuaturs quippe cum in vno coeant vniuersa, homini igitur asserit Christum esse, id est Christi ecclesiam, qui cum ecclesiae caput sit, ab eo est ecclesiae iditum nomen. **N**am quemadmodum corpore & capite homo vnus efficitur, sic ecclesiam ipsam, & Christum tamque pro corpore vno & capite ducens Apostolus, pro ecclesia Christum constituit. **D**icit ergo, id ipsum nos omnes in ecclesia esse, tamen illa constat variis ordinibus.

**E**T ENIM in vno spiritu oes nos in vno corpus baptizati sumus, siue Iudei, siue gentiles, siue serui, siue liberi. **A**perit hoc loco, ecclesiam corpori esse, quemadmodum est exemplum assertum, per simile, aitque eodem sub spiritu vniuersi baptismi lauacro sumus partu si in vno corpus, id est ut vnum corpus efficiamur, neque sub diuersis spiritibus, sed sub vno eodemque sumus omnes baptismi abluti, quod sit ut neque ipse sim, quem tu plus quippiam consecutus, quippe qui in vno sumus corpore baptizati, ut corpus vnum efficiamur, tam Iudei, quam Gentilis, tam serui, quam liberi. **S**i itaque hoies tanto discrimine alienos coniunxit hic spiritus, longe magis & nos, cum in vnum sumus corpus redacti: nulla debemus tristitia remorderi, perinde ac si inter nos ipsi distemus.

**E**T oes vno spiritu potati sumus. **V**idetur hoc de spiritali & mystica mensa differere, pane scilicet & vino. nam cum spiritum dicit: potum nobis ministrasse patefecit utrumque, sanguinem scilicet & carnem, verum hoc loco quod verum est & certius, spiritus sancti aduentum designat, qui nos per baptismum, vel ante precepta mysteria inuasit. **P**otati sumus haudquaquam aliter, quam solet arbores a fonte aliquo irrigari, vnus igitur spiritus & nobis potum contulit, & irrigauit, & vnum in corpus congeffit.

**N**am & corpus non vnum est membrum, sed multa. **N**il inquit miremini cum est tanta multitudinem ipsi consistemus, vnum sumus corpus effecti, cui rei argumento est huiusmodi hoc corpus.

Liguarii gra aplis data

Xps caput ecclesie

Ecclesia corpori p similis



I. AD CORINTHIOS.

quod est e pluribus membris consistat, vñ tñ esse nō multa p cōpto haberi potest.  
**¶** SI dixerit pes quoniā nō sū man⁹, non sum de corpore, nō ideo nō est de corpore & si dixerit auris quoniā nō sū oculus, non sum de corpore, nō ideo non est de corpore. ¶ Inducit & mēbra ip̄a loquētia, & perinde ac iurgantia inter se, vt arguat vñ corpus nos esse, tamen si gratiis differamus, deduxit p̄ terea i mediū corporis partes extemas, pedē & auditum, nec pedē facit cū oculis disceptationē inire, sed cum manu, quae se paulo superior sit, auditū autē introducit cū oculo cōtēdentē, vt ostendat his inuide ri solere; nō qui maximū in modū excellant, sed qui plusculū prouehūtur, ait igitur si istiusmodi ptulerit pes, qñ quidē haudquaq̄ sum intermediū locū fortitus, quoadmodū manus, sed oibus sum mēbris inferior, non ideo pars corporis sum; hoc est nō p̄ p̄ terea quia manus sit illa, nō erit ex corpore; neq̄ eni loc⁹ ip̄e vel sit⁹, esse vel non esse corporis partē effecit. Sed cōiunctio quēdā, vel disiunctio. Item & si dixerit auris, cū oculus ip̄e nō sum, eo p̄sus eiūciō; quominus corporis esse pars quēā, nō p̄ p̄ terea desinet esse corporis mēbrū; quā pot⁹ cū locū teneat sibi a principio destinātū, p̄ p̄ terea actio, nē exerceat, erit proculdubio & auris corporis mēbrū. Quocirca qui ibi videris minore fuisse grām consequutus obmurmurare iā desine, es nāq̄ ecclesiae mēbrū; quē p̄fecto Christi est corpus, tamen si inferiorē fortitus sis locū, tūc vero desinas mēbrum esse, cū te a corpore ip̄o disiuueris, auulsusq̄ fueris ab ecclesiae vnitate, tutare ergo huiusmodi vnionem & copulam, si cupis membri nomen seruare.  
**¶** SI Totum corpus, oculus, vbi auditus; si totū auditus, vbi nā odoratus; ¶ Cum se cū oculi & pedis hic mentionem, in super & auditus meminisset & manus, eos dēq̄ & in excellentiā induxisset & humilitatis sententiā; ita vt meroris ex his plus illis quā consolationis iniceretur, ostendit imp̄sentiarum eiusmodi donorum diuersitatem conducere plurimum. Nam si corpus vniuersum ex membro vno constaret, vbi nam reliqua membra consisterent; non te igitur pudet; tot mēbris sublati si duxeris vñ te inter cetera eminere & solum.  
**¶** NVNC aut posuit deus membra vñ quodq̄ eorū in corpore sicut voluit. ¶ Magnū i modū Corinthios frenat, quia cum deum pronuuciasset sic voluisse; p̄ferri p̄sissetq̄ singulis mēbris, p̄ p̄ terea locū, id eni significat posuit, neq̄ pedē cum inferiorem habeat locū, debere id ferre aīo iūiore; quādoquidē deo sic placitum est, idq̄ pedi cōducatur postremū fuisse locū fortitū, neq̄ caput extolli, quia arcē teneat corporis. Id eni diuino ex munere non sua virtute effectum est, sic dicit de ecclesia potest, in qua inferior rem esse hunc voluit, illum vero superiorem, oportet itaq̄; & qui humilior est, sua sit cōditione contentus, & qui sublimior, nil efferatur.  
**¶** QUID si essent oia vñ mēbrū, vbi corpus; nūc aut multa quidē membra, vnum autē corpus. ¶ Attēde Pauli sapientiam, vt ex rebus quē animi videtur p̄ferre pusillitatem, ob huiusmodi, ita vt dixerim, varietatē donorum, & nullā bonorum equabilitatem, hos ip̄os cōprimat, castigatq̄; nā si nulla fuisset mēbrorum diuersitas, neq̄ corpus vñ consistere potuisset, vno autē corpore nō existente, neq̄ equabilitas illa, vt diximus in partiendis honoribus staret, nunc autē que oibus honos defertur, quoniā in vnum desinunt vniuersa. Ex mēbrorum itaq̄ diuersitate vnum cōficitur corpus, ex vno autē cōfecto sic corpore, decoris plurimum mēbris oibus inest adequatio quēdā & paritas, quem ob decorem cuncta admittuntur ad corporis vniū perfectiōnem. Inquit enim vnum est corpus, membra autem plura.  
**¶** NON pōt autem dicere oculus manū, opera tua non indigeo, aut iterū caput pedibus, non estis mihi necessarij. ¶ Castigatis qui minoribus essent donis affecti nunc ad eos sermonem diuertit, qui maioribus acceptis, contra inferiores acris insoluerent, ait namq̄, quemadmodum oculus oblicere huiusmodi ceteris mem-

Membro  
rū vices  
& officia

I. AD CORINTHIOS. FO. LXVI.

bris nequit, vestra opera haudquaq̄ indigeo, siquidem vel vno aliquo membro deficiente vniuersum claudicat corpus, sic neq̄ his qui p̄stantiori donati sunt gratia, licet in eos efferri; qui minorem acceperint, opus enim his habent, quippe qui facere factis per se condendē ecclesiae nequeant, nec fruere soli hanc possint, bene autem posuit potest, nam & si id maxime velint, secus tamen rei natura se habet, quam perfici sine alterius ope queat.  
**¶** SED Multo magis quē videntur mēbra infirmiora esse necessaria sunt, & quē putamus ignobiliora membra esse corporis, iis honorē abūdantiore circūdamus, & quae inhonesta sunt nostra abūdantiore honestatē habent. ¶ Arguit hoc loco quēadmodū necessaria sunt quē minora videtur, apparent siquidē tenuia esse cū minus sint, verum quēnam sunt illa; nimirū quē infirmiora videtur & turpia, magis necessaria tamē hęc sunt, nonnulli autē genitalia membra hęc esse dicūt, quē etsi inhonesta & pudenda videtur, adeo tamē sunt necessaria, vt sine his constare vita non possit, quinetiā illa recondimus vt honesta sint. Nam etsi nudo prorsus sit quispiā corpore, ea tamē nudari nō finit. Pleriq̄ etiam infirmiora hęc & necessaria, oculos dicunt, qui cum pusilli sint, & reliquis mēbris infirmiores, maxime tamen sunt necessarij, ignobiliora vero & inhonesta pedes esse, vnde oculis plurimum per nos curae impendendum esse, vt ibecillis parum munitis affirmāt, & ad pedes ipsos tegendos studiū plurimum adhibendum, vt inoffensi feruentur, tamen si postremi sint, & humi iacentes & ignominiosi apparent. Possunt igitur hęc tribus modis intelligi, vt dicas scilicet infirmiora esse & necessaria, vt oculos, ignobilia vt pedes, inhonesta vt pudenda.  
**¶** HONESTA autem nostra nullius egent. ¶ Ne huiusmodi inquit quispiam occurrat, quoniam fieri id iure potest, vt prouidendum sit inhonestis, & turpibus & nulla honesti p̄ nos ratio habeatur; haudquaq̄ iquit honesta nostra nos paruitacimus, quippe que nulla alterius indigeant ope, & naturalem habeant in se decorem.  
**¶** SED Deus temperauit corpus. ¶ Si itaq̄ illud commiscuit deus & temperamento quodam condiuit, & vnum e pluribus membris confecit, vbi ergo in vnico hoc vel magnitudo dari, vel paruitas potest?  
**¶** EI Cui deerat abūdantiore tribuēdo honorē, vt non sit schisma in corpore. ¶ Non inhonesto dixit & turpi, sed cui deerat. Nā nil est vel informe natura vel inhonestū, abūdantiorem inquit, concedi honorem oportere ei mēbro, quod mancum sit, & additiōe indigeat, perinde ac si inquit, haudquaq̄ velim supbias, si maiori sis honore affectus, moxq̄ & causam infert, nelchisma scilicet in corpore sit. Nam si hęc corporis membra partim natura, partim nostra regantur prudentia, partim vero haudquaq̄ nostra cura, tum studio digna habeantur, ab inuicem haud dubie discinduntur, quandoquidē nec vinculum ferre, nec copulam possint, quibus discissis & membra reliqua offensum iri necesse est, vt pote quē in varias partes diuisum corpus sint habitura. Nolite ergo qui p̄stantioribus estis donati muneribus, minoribus insultare, ne illis diuisis, & vos simul iacturam necessario patiamini.  
**¶** SED In idip̄m p̄ iūicē sollicita sint mēbra. ¶ Nec solū iquit curādū erit, ne membra ip̄a recissa abscedāt. Sed vt igens sit & charitas, & aiorū cōiunctio, quinetiā maiore curā suscipiat, quod maius fuerit, & minoris rebus inuigilet, nec temere sed in idip̄sum sollicita sint, hoc est, vt eiusdē p̄uidētie, quē p̄ maiori adhibeatur, & minor sit particeps, ex eaq̄ vel capiat fructū, ita fiet, vt cū talo ip̄ina inhererit, vniuersum sentiat corpus dolorē, & curationem adhibeat. Nam & caput, inclinatur simul & dorsum, venter & femora cōtrahuntur, intuentur oculi accuratius, & educere manus quod talo inhererat studet, eadem cura & reliquis in mēbris seruabitur.  
**¶** ET si quid patitur vñ mēbrū, cōpatiūtur oia membra, siue gloriatur vñ mēbrū,

Membro  
rū auxi  
lia sunt  
mutua,

Genita  
lia mem  
bra neces  
saria.

Oculi ne  
cessarij.

Inhonestū  
nil na  
tura vel  
turpe,

Membro  
rū bona  
& mala  
cōicabi  
lia.

congaudet omnia membra. ✽ Arcetior illa membrorum cōiunctio communes facit, uti aduersa, sic & successus, sic igitur talo, ut diximus, ipso affecto, omnia membra condolent. Caput vero si coronetur, & reliquis membris gloria inerit & hilaritas quedam, si pulchri sint oculi, & reliquum corpus decorent necesse est.

¶ VOS autem estis corpus Christi, & membra de membro. ✽ Ne forte dixerint aliqui, quid nostra interest membrorum hęc comparatio, respondet & vos quidem estis Christi corpus, quod cum soli nequirent perficere, nisi & ceteri orbis terrę fideles vna affuissent, adiunxit & membra: quę et si minus integrum conficerent corpus, membra tamen preferrent, & hęc de membro, hoc est non membra vniuersa, sed membrorum pars aliqua existebat.

¶ ET Quosdam quidem posuit deus in ecclesia: primum Apostolos, secundo prophetas. ✽ Cum hoc statuerit deus, cur deo obstitit, proponit autem ille Apostolos, tanquam bonorum omnium duces, deinde Prophetas subiecit non veteris testamenti. Illi quippe aduersus Ioānis tempora Christi aduentum prædixerunt. Sed eos dixit, qui post Christi aduentum in nouo testamento futura denūtiauerunt, quales Philippi tiliæ extiterunt, qualis & Agaius ille, quales alii fuere innumeri, abūdabat enim singulis ecclesiis eius modi spiritus gratia, primum autem & secundo, ideo posuit, ut cum postremo linguarum gratiam poluisset, comprimatur, qui ob eam efferebantur.

¶ TERTIO Doctores. ✽ Propheta quidem idcirco doctorem dignitate præcedit, quia spiritu percitus futura prænuntiat, doctor autem & sponte multa edicit, eoque & tertium locum obtinuit.

¶ DEINDE Virtutes, exinde gratias curationum. ✽ Virtutes namque morbo affectos sanitati restituebant, & aduersariis inferebant supplicia, sanandi vero gratia, bonam dumtaxat reddebant valetudinem, ideoque his virtutes proponit, his tamen virtus doctor ille verus præfertur, qui eloquentia & alius vitæ actioibus ceteros instruit.

¶ COPITVLATIONES, Gubernationes. ✽ Hoc est sustentare infirmos, & gubernare, vel sustentare quę fratrum sunt, quod & si nostrę diligentia sit, dei tamen esse id munus asserit suadens, quemadmodum gratos se erga deum exhibeant, illique intendant animum, nec quoque pacto superbiant.

¶ GENERA Linguarum. ✽ Eo postremo linguarum genera posuit, ut eos coartaret, qui in eiusmodi linguarum varietate nimium insolescerent.

¶ INTERPRETATIONES Sermonum, nunquid omnes Apostoli, nunquid omnes Prophetę, nunquid omnes Doctores, nunquid omnes virtutes, nunquid omnes gratiam habent curationum? nunquid omnes linguis loquuntur? nunquid omnes interpretantur? ✽ Quoniam par erat, ut qui minus gratia accepissent, eo maiori afficerentur dolore, quo & maiora sunt, & minora dona enumerata & patefacta. Rursum inferiores ipse solatur, sic inquit, quid enim doles, quod minus sis forsitan prophetę gratiam affectus? Illud equidem te clam habeat nolim, deesse prophetę cuiusquam quod ipse sis nactus, quodque alteri insit carere & alium, ita fit, ut illud vobis utile sit, & satius longe his donis esse contentos, quę iam acceperitis, ut quisque proximo ope indigeat.

¶ EMVLAMINI Autem charismata meliora. Arguit hos tacite, vel causam præbuisse, quominus spiritus dona acciperent. Nam cum emulamini dicit, Studium exigit, & maiorem quandam in comparandis spiritalibus cupiditatem, nec maiora dixit, sed potiora, hoc est magis utilia.

¶ ET Adhuc excellentiore vi vobis demonstro. ✽ Post hęc id enim adhuc illud significat, si prorsus emulatores istiusmodi estis donorum. Aperiam equidem vobis præter rem quandam viam & excellentem, quę vos ad hęc dona perducatur. Charitatem videlicet,

Prophe  
te etiam  
nouo te  
stamento  
& q̄ tales  
fuerunt.

Aduersa  
riis, id est  
demoni  
b⁹ corpa  
obsideti  
bus.

¶ SI Linguis hoim loquar & angelorum, charitate autem non habeam, factus sum velut esonans, aut cymbalum tinniens. ✽ Haudquaquam his via mox aperit. Sed hanc longe prius linguarum gratiam præstare ostendit, quę ipsis potior videretur, ita sane & optabilem præ ceteris donis esse hęc patefacit, linguis autem hoim dicit, qui vbiq̄ terrarum sunt, neque his cõterus & alia quandam adicit excellentiam angelorum inquit linguis, neque id quidē quod angeli linguis habeat dixit, sed melius quiddam & præstantius volens exprimere, quod humanas excederet linguis. Si quidem potentia quedam intelligendi, qua inuicem diuina communicat sensa, angelorum est lingua. Cui ex nostri ad verba promēda organi humani similitudine nomen indidit, quemadmodum alibi, ut illud, inclinet omne genu ceslestium, quibus & si neque ossa insunt, nec nervi, intentius tamen per hęc illorum expressit obsequium. Factus sum tanquam esonans, hoc est vocem quidem emittens, frustra autem loquens & molestus cum sit, nemini prodest, quia charitas Christus.

¶ ET Si habuero prophetiam, & nouerim mysteria omnia & omnem scientiam. ✽ Haud simplicem inquit hic prophetiam, sed eam quę cum excellentior sit, omnia mysteria teneat. Attēde autem quemadmodum in ipso linguarum genere nihil dixerit inesse utilitatis, in prophetia vero mysteriorum omnem asserat contineri cognitionem.

¶ ET Si habuero omnem fidem. ✽ Ne singula differens molestus appareat, ad parentem ipsam & omnem fontem fidem deuenit, & eam quę integra sit & sincera.

¶ ITA Ut montes transferam, charitate autem non habuero nihil sum. ✽ Quoniam permagni apud rudiores habetur, ut montes transferri alio possint, ideo & rei huiusce fecit hic mentionem, inquit, non solum fide fieri vniuersa hęc posse, quin vel fidei parte exigua, uti & dominus asseuerat transuehi montes posse, si fides inerit, aut namque si habueritis fidem ut cocum sinapis, &c. Attēde autem quemadmodum per prophetiam & fidem, omnem sit gratiam cõplexus Apostolus, quandoquidem miracula ipsa vel verbis vel opere cõstent, neque si charitate caream dixit, tenuis sum & abiectior, sed nihil sum prorsus.

¶ ET Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas. ✽ Neque enim si partem substantia mea contulerim dixit, sed facultates omnes. Neque simpliciter si dederim intulit, sed si in cibos pauperum, distribuere, uti impendendis pecuniis diligentior insit dispensatio.

¶ ET Si tradidero corpus meum ita ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. ✽ Non ut moriar dixit, sed quod omnem est visum grauissimum, ut viuens ardeat, neque id quod aliquam affert sine charitate utilitatem. Dicit quispiam, quoniam pacto poterunt charitate sublata dispensari in alendis pauperibus facultates? Respondendum ad illud, Apostolum pro re non existente eam posuisse quę cõstet, quemadmodum cum inquit, siue angelus, siue nos aliud euangelizabimus, præter id quod accepistis, cum neque angelus, neque ipsemet Paulus aliud erat euangelium prædicaturus, quam prædicasset, & alibi item multis in locis, hęc autem dicit vel quia impartiri aliquid sine charitate tunc possumus, cum nulla in egenos miseratione id agitur, sed hoim gratia conciliandi beneuolentiam, tunc vero charitatis id gratia fiet, cum quępiam cõmiseratus aliquis pende ac incensus & ardens, id officii munus exequitur.

¶ CHARITAS Patiens est, benigna est. ✽ Edifferit itaque & charitatis idicicia, & patientiam imprimis proponit totius philosophiæ radicem & fundamentum. Græce namque macrothymos, id est patiens is appellatur, qui longiori sit animo hoc est magno, & dilatine magnanimus potest. Ex eo est & macrothymia, id est magnanimitas, & quoniam nonnulli sunt non ad philosophandum hac animi magnitudine uisi, quales hi sunt qui alios se incessanter irridendo & cauillando ludificantur, perinde ac si hiis artibus patientiam præferant, eoque & iram prouocant potius quam leniant tolerando. Propterea benigna inquit est charitas, haud secus ac si dixerit, seruanda est in omnes charitas

Ligua a  
gelorum  
quid sit.

Miracu  
la vel ver  
bis vel o  
pere cori  
stare.

Macro  
thymos  
quis.  
Magni  
mitas  
quæ

I. AD CORINTHIOS.

benigneque ac toleranter ferendi sunt: quos, vel qui iniuria nos ipsos affecerint. Hec autem eo intulit, ut eos mordeat castigetque, qui Corinthi essent, & moribus prauis imbuti & subdolis.

**CHARITAS** Non emulatur. Hoc est nemini inuidet. Potest namque patiens esse quispiam, & liuore duci, quod tamen charitas ipsa profus defugit, quod eo intulit, ut Corinthios nonnullos castiget, qui inuidia essent crimine huiusce obstricti.

**NON** Agit perperam. Hoc est non est petulans, non inconstans, quin seipsam stabilem reddit & continet. Perperos enim grece, instabilis est & leuis, & metis iops & hec in eos intedit, qui leuitate quadam & inconstantia pleracq; inouarent.

**NON** Inflat. Cedit potest, bonis his oibus superius explicatis fuisse quempiam forte potitum, quibus partis, superbire tamen eundem & intumescere, cuiusmodi vitio vacat charitas ipsa, que & humiles reddit, qui bona hec comparat. Hec sane Paulus intulit, ut elatos arguat & insolentes.

**NON** Agit turpiter. Hoc est non inflatur, quinetiam vel inhonesta tormenta haudquaquam ducit pro ignominiosis & turpibus, eius gratia cuius amore detineatur, quemadmodum & Christus pro sua in nos charitate, ignominiosam crucem non solum suscepit, sed gloria duxit. Poteris & hoc pacto id intelligere, non agit perperam, id est non est contumeliosus, non couiciator. Nihil enim est contumelia, & couitio turpius, his autem dictis in peruicaces inuectus est Paulus.

**NON** Querit que sua sunt, non irritatur. Ille inquit nil turpe agit, qui suam non querit utilitatem, sed proximi commodum, tunc enim vel inferior quaedam dicitur turpitudine, cum afficitur iniuria proximus, nec missus fiat. Hoc autem illis obiectum est, qui ceteros aspernatur, sed neque charitas irritatur, quoniam qui eam sit affectus nemini contumeliosum se prebet, neque irascitur, est enim haudquaquam modestus vir iracundus, ita fit, ut nil indecenter charitas agat, quandoquidem nec commouetur, nec irritatur, hoc est non ad iracundiam profilit, vel id Paulus contumeliosus & iniuriam inferentibus obicit.

**NON** Cogitat malum. Vel omnibus inquit charitas malis affecta ad iram non incitatur, nec solum ad se vindicandum nil mali molitur, sed ne malum quidem & cogitatione & animo versat. Aduerte autem quemadmodum ubique haudquaquam dicitur, vel liuore charitatem teneri, vel ut superior euadat adniti, vel ad victoriam incitari, quin potius nequillam sinit initio statim magnitudinem succrescere, uti hoc loco non malum cogitat, quod eo intulit, ut Corinthios commonefaciat, ne pro accepta iniuria, iniuriam referant.

**NON** Gaudet super iniquitate. Hoc est, nil profus letatur cum iniuria cuius vel molestia, vel malum infertur.

**CONGAVDET** Autem veritati. Sed quod longe est maius inquit aliorum probitati congaudet, & ad veritatis successum maxime gratulatur, eundemque sibi ducit in gloriam, hoc autem intulit Paulus, ut Corinthiorum nonnullos inuidia arguat.

**OMNIA** Suffert. Iniurias & plagas, vel morte videlicet si afferantur, id enim tolerantia beneficio consecuta est charitas, cui inesse hanc dixerat, His vero dictis qui insidias proximo machinantur, obiurgat.

**OMNIA** Credit. Quecumque scilicet dixerit, qui a se colitur, neque subdolum aliquid vel loquitur ipsa, vel loqui alios arbitratur.

**OMNIA** Sperat, omnia sustinet. Nil inquit de eius vita desperat, quem amore ipsa occeperit, sed sperat potius magis ac magis hunc ad meliora prouehere, istiusmodi verba in eos intendit, qui facile forte desperant, quod si tali spe charitas ducta, eo quem colit in nequitia perseverante fallatur, viriliter eius errata laturus est.

Perperos & pperam quid.

Charitas liuore non tenetur, non elatione.

Charitatis opera.

Charitatis simplicitas.

I. AD CORINTHIOS.

Oia namque inquit & suffert, hec vero in eos Paulus iaculatur, qui facile dissidia subeunt.

**CHARITAS** nunquam excidit. Hoc est nunquam fallitur, sed recte oia terminat, vel excidit. id est dissoluitur dici rectius potest, quoniam quidem nec iterum charitas, nec conuiuiscit, sed in futuro seculum cessantibus aliis permanura hec est, ut in sequentibus differet.

**SIVE** Prophetia euacuabitur, siue lingua cessabit. Enumeratis qui e charitate ipsa prodeunt ramis, iterato hanc alio quodam modo extollit, cum vel prophetias ipsas & linguas finem aliquando habituras affirmat, Charitate vero stabilem fore atque perpetuam. Nam si prophetia & lingua fidei suscipiende gratia sunt instituta, fide iam per omnes terras diffusa merito quidem euacuabitur dixit. Nam si hoc tempore super uacanae sunt & inanes, longe magis in futurum cessabunt.

**SIVE** Scientia destruetur, ex parte enim, cognoscimus, & ex parte prophetamus. Cum autem venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est. Dicit aliquis, si futurum est, ut scientia dispditum eat, ergo in ignorantia victuri nos sumus. Ablit igit. Nam de scientia parte aliqua differit, ut Paulus idem, illud interpretatur cum ait, ex parte scientia euacuabitur cum perfectior venerit, in futura scilicet vita, ubi non qualem hoc tempore, verum celestium habebimus notionem, sed longe maiorem, ex epli gratia, haudquaquam nos in presentiarum latet, deum ubique versari, quemadmodum tamen ille versetur, ignorare poterimus, quietiam & virginem peperisse tenemus, futura tamen invita plus aliquid intelligemus, quod ad presentem plurimum faciet cognitionem.

**CVM** Essem paruulus. Cum asseruisset in rei perfectioris aduentu, euacuandum id esse: quod ex parte constaret, nunc exemplum inducit, quo quantum inter se differant presentis & futura scientia patefacit inquit, nunc quidem paruulis videmur affimiles, tunc vero sumus in viros nos euasurus.

**LOQUEBAR** ut paruulus. Hoc ad genera linguarum refertur.

**SAPIEBAM** ut paruulus. Id vero ad prophetias.

**COGITABAM** ut paruulus. Hoc demum ad scientiam ipsam referendum est.

**QVANDO** aut factus sum vir, euacuauit que erant paruuli. Hoc est cum in futuro seculo firmiore fuerim scientiam consecutus, tunc sane qua in presentiarum potimus, imbecillis erit & pexigua & paruuli similis, & euanescent, unde & alia supinducit dicens.

**VIDEMVS** Nunc per speculum in enigmate. Declarat quod dictum est de paruulo, ostenditque subobscura esse nobis rerum cognitionem. Cum clarior tunc sit omnino futura, videmus enim inquit adhuc per speculum, quod ut expressius indicet, rei inspectae imitationem in enigmate intulit, ut maximam partem scientiae arguat, que ex parte constat, pusillitatem.

**TUNC** Autem facie ad faciem. Non enim quod faciem aliquam habeat deus, id dixit, sed ut ex eo ostendat notionem quandam manifestam nobis, & claram admodum & patentem futuram.

**NON** Cognosco ex parte, tunc autem cognoscam, sicut & cognitus sum. Duplici modo Corinthiorum tumorem tollit & insolentiam, primum arguens aliqua ex parte scientiam hanc humanam constare, deinde haudquaquam a nobis ipsis originem ducere, siquidem non ipse inquit noui eum, sed ille me, quemadmodum itaque nunc ille mei habens cognitionem mihi succurrit, & opitulatur, sic & ego tunc longe magis quam in presenti ad eum confugiam. Nam & is qui in tenebris residet, nisi solem prius conspexerit, nequaquam ad radiorum decorem prior accurrit, quin potius splendor ille solaris visendum se offert luce emissa, cuius cum ille quispiam claritatem ex ceperit, tunc eam vltro intueno prosequitur. Haud secus igitur se habet id dictum, sicut & cognitus sum, nec tamen quod ita profus dei simus habituri cognitionem, sed tantum ad eius notionem progrediemur, quantum ipse sui noscendi facultatem attulerit, & tanto illi plus adhaerebimus, quanto propinquiores se nobis presterit, nec secus pro-

Charitas in futuro seculo alius cessabit, bus prima fura est.

Facie ad faciem quomodo exponi debeat.

fecto nobiscū nunc agitur, quam si quis infantem nobilem aliquem expositum & pro-  
iectum inueniat, ore blandulum & alludentem, ita sublatū domum deferat, educetq;  
liberaliter, opibus demū clarū reddat, in regiamq; traducat. Ille vero in ea infantia cū  
diū p̄siterit, nil sentiet penitus quę gesta sint, neq; eius qui se gestauerit alueritq; de-  
metiam iternolcet. At cum i virum euaserit, tunc tandē hoīem cogniturus est, qui fue-  
rit de se tam bene meritus, eundēq; nec immerito beneuolentia prosequetur.

Fide in  
oēs diffu-  
sa p̄phe-  
tiā eua-  
ciantur.

**¶ NVNC** Autē manet fides, spes, charitas, tria hęc, maior autem horum est charitas.  
**¶ Nunc** quidem quę extant linguę scilicet, prophetiā, & scientiā, & si subobscurę, si-  
de tamen in omnes diffusa, quemadmodum dictum est supra penitus euacuabūtur.  
Fides vero spes, & charitas, ipsa longe his erunt stabiliōres, id enim significat cum in-  
quit manent, trium scilicet istorum p̄tendit stabilitatem, & inter hęc eadem summū  
tenere locum charitatem.

**¶ SECTAMINI** charitatem. **¶ Quoniam** charitatem huiusmodi grande aliquid  
esse & immensum ostendit, ad hanc prosequendam nos tandem hortatur, neq; enim  
sequamini eam dixit, sed sectamini, perinde ac si intentiorem quandam diligentiam  
ea in re ac studium exigat. Abscessit illa a nobis, opus ergo ingenti celeritate & curia  
vt hanc contingamus.

**¶ EMVLAMINI** spiritalia, magis autē vt prophetis. **¶ Ne** forte existimarent Co-  
rinthiū idcirco Paulū charitatē adeo extulisse, vt ip̄s dona extingueret, & illud adie-  
cit. Emulamini spiritalia, dona videlicet, & p̄cipue vt prophetandi munus adipsa  
mini. Hoc autē ratione linguarum dixit, quibus Corinthiū maxime superbirent.

**¶ QVI** Enī loquitur lingua loquitur, non hoibus, sed deo, nemo enim audit, spiritus  
autem loquitur mysteria. Nam qui prophetat, hominibus loquitur ad edificationem  
& exhortationem & consolationem. **¶ Linguas** ipsas cum prophetia comparat, ne  
profus has inutiles arguit, neq; per se omnino viles, non enim homines alloquun-  
tur, sed deum, hoc est nequaquā cognitu facilia narrant hominibus & aperta. Sed i sp̄i-  
ritu sancto loquuntur mysteria. Cum itaq; e spiritu sermonem depromant, magni  
res faciēda, quod autem nullam afferant hominibus vtilitatem, inferiores sunt pro-  
phetiā, hęc quippe a spiritu constāt, & vtilior est, siquidem instabiles & labantes edifi-  
cat, & segniores hortatur & excitat, & pusillanimes cōsolatur, vbiq; Paulus quod vtili-  
us est, prestare affirmat.

**¶ QVI** Loquitur lingua seipsum edificat, qui autem prophetat, ecclesiam dei edifi-  
cat. **¶ Pleriq;** linguas loquentes nequeunt plerunq; aliis que dixerint interpretari,  
igitur sibiipsis proficiunt, qui vero prophetat, audiētibus vniuersis vtilitatem impar-  
titur, quantum itaq; est priuata vtilitatis quę vni prodest, & communis, quę ecclesia  
ipsi conduxerit interuallum, tantundem est linguarum, & prophetiā discrimen.

Lingua-  
rū & pro-  
phetiā di-  
scrimē.

**¶ VOLO.** Autem omnes vos loqui linguas, magis autem prophetare. **¶ Quoniam**  
multi apud Corinthios vario linguarum genere loquebantur, ne invidia percitus vbi-  
deatur linguas has paruifacere, volo inquit vt omnes loquantur, nō vt vnum, duosue  
edificent, sed prophetandi & maioris vtilitatis gratia.

**¶ NAM** Maior est qui prophetat, quam qui loquitur linguas, nisi forte interprete-  
tur vt ecclesia edificationem accipiat. **¶ Prestat** inquit propheta, sed ei qui linguas di-  
taxat loquitur, & interpretationum ignaro. Nam si interpretandi cognitionem te-  
neret, par esset propheta qui linguas iam loqueretur, ecclesia quippe obcurioribus in-  
terpretatis quę lingua explicantur, edificatur. Erat autem spiritus gratia interpreta-  
tio, quę plerisq; hoim linguas loquentibus esset concessa, plerisq; vero nequaquā.

**¶ NVNC** Autem fratres si venero ad vos linguas loquens, quid vobis prodero, nisi  
si vobis loquar aut in reuelatione, aut in scientiā, aut i prophetiā, aut i doctrinā. **¶ Vult**

tis ne inquit linguas que interpretandi munere carent, vos internoscere concedatur  
vt Paulus ipse ego qui vos instruxi, linguas loquor, nihil sane ex his vtilitatis p̄ quid  
piam est audientibus obuenturum, ni in reuelatione loquar id est, ni ea tradiderim  
que solent & ab his explicari, qui a deo sunt reuelationem huiusmodi consequu-  
ti, que reuelatio speciem quandam prefert prophetiē, quando astantibus multis rete-  
guntur singulorum dictorum & sensa, aut in scientiā, hoc est qualia proferre debent,  
qui ea potiti sint, qui ve diuina mysteria auditoribus ipsis aperiuut, aut in prophe-  
tiā, quando videlicet, de preteritis, deq; presentibus, atq; futuris rebus disserit quispi-  
am. Est namq; prophetia reuelatione vulgarior, aut in doctrinā, hoc est i specie quadā  
sermonis vim instruendi habentis, cum de virtute vel dogmatibus oritur disputatio,  
vel ad audientium vtilitatem fiat instructio, Nonnulli autem quod in reuelatione est  
hunc in modum intellexere, hoc est de his dicere, que facile solui possit, & clara sit,  
& min⁹ fucata, item & illud, aut in scientiā, id est ea differere, quę cognitu facilia sunt.  
**¶ TAMEN** que sine aia sūt vocē dantiā, siue tibia, siue cythara, nisi distinctionē so-  
nituum dederint, quomodo scietur id quos canitur, aut quod citharizatur. **¶ Verum**  
quid de damno dixerim & iactura, quę nobis ex rerum obscuritate inferitur, aut que  
ex patentioribus & manifestis subsequitur dixerim vtilitate, quandoquidem vel in-  
strumentis ipsis inanimatis nulla vocum aperta varietas insit, sed cōfusa, ac mixta, nil  
profus queat quod tibia canitur internosci, aut quod cythara ipsa pulsatur, neq; vlla  
in eis erit animi vel iniocunditas, vel oblectatio.

**¶ ET ENIM** si incertam vocem det tuba, quis nam se parabit ad bellum. **¶ A** rebus  
superuacaneis descēdit ad necessaria, & tube meminit, iquitq; vel in ea modulus quos-  
dam inesse, quorum alteri ad bellum cieant, alteri a prelio reuocet, hec itaq; tuba, si mi-  
nus clarum sed sub obscurum clangorem eliserit, imparatos milites reddet, quid igitur  
tur commodi potest afferri ex sono aliquo subfurdo atq; incerto.

**¶ ITA** & vos per linguam nisi manifestum sermonem dederitis, quomodo scietur  
id quod dicitur: eritis enim in aera loquentes. **¶ Ne** forsan Corinthiū dixerint quid  
ad nos illud vel tibi, vel tube exemplum: sic inquit, ni vos ob eiusmodi spiritus gra-  
tiam, quę linguas collata est, orationis claritate nitamini, inanis haud dubie erit ve-  
ster omnis sermo & superuacuuus, vt pote qui exaudiri comprehendiq; possit a ne-  
mine. Res namq; omnis in eo versatur, vt afferat huiusmodi loquendi gratia vtilita-  
tem. Dicit aliquis, si nihil hec erat mortalibus profutura, cur ergo conferebatur: nem-  
pe vt illi cōducatur, qui eam acceperit. Nam & si aliis vtilitatem erat hęc allatura, de-  
us fuisset & p̄cibus exorandus, & vite puritate excipiendum interpretandi hoc mu-  
nus vel alteri cuiq; adherendum, qui posset obscura dissoluere, & ideo Paulus huius-  
modi intulit, vt illos mutua animorum coniunctione cōnectat, ne ve existimarent si  
biipsis sat per se posse hęc omnia suppeditare sed suscipiendos esse qui eadem illa in-  
terpretari valeant & enodare, hoc pacto fore, vt linguarum gratia vtilior fiat.

**¶ TAM** multavt puta genera linguarum sunt in hoc mundo, & nihil sine voce est.  
**¶ Hoc** est, tot voces constat in mundo esse, Sytharum scilicet, Indorum, Thracū, &  
gentium aliarum, & omnes exprimunt aliquid non enim sine vocis editione he gen-  
tes loquuntur.

**¶ Si** ergo nesciero virtutem vocis, ero ei cui loquar Barbarus, & qui loquitur michi  
Barbarus. **¶ Si** haudquaquā ipse vim vocis dignouerim, pro Barbaro mihi erit, qui me  
cum sermonem contulerit, vt pote quod stulta loqui sit visus, contra & illi ego Barba-  
rus & insanus videbor, non vocis vitio, sed incitiā.

**¶ SIC** & vos quoniam emulatores estis spirituū ad edificatione me ecclesie, quę-  
rite vt abundetis. **¶ Nonnulli** illud, sic & vos, a reliqua oratione intercedunt, & ita in

Reuelat̄  
tio speci-  
em habet  
p̄phetiā.

Prophe-  
tia,

Lingua-  
rum va-  
rietās.

Basilii  
memi-  
nit, qui  
fuit atha-  
nasio po-  
sterior.

terpretantur, & construunt, sic & vos linguis loquentes & obscure, barbari videntur  
audientibus. Deinde in aliam sententiam transferunt, emulatores estote. Beat<sup>9</sup> men-  
Basilii tenore vno & pari sequela, hunc orationis contextum perlegit, qui cum & ip-  
se nunc sensio, & vos igitur inquit, emulamini spiritalia dona, sed eo pacto, vt ad ec-  
clesie edificationem et vtilitatem abundare nitamini, adeo namq; nichil prohibeo  
linguis vos eloqui, vt abundare velim dicendi copia, si modo illas ad communem  
vtilitatem exerceatis.

**¶** ET ideo qui loquitur lingua, oret vt interpretetur. **¶** Modum exprimit quo id  
donum multis incommodum cedat. Oret enim inquit qui linguis loquitur vt in-  
terpretetur, hoc est vt interpretationem accipiat, ipsi itaq; causam prebent, ne illam  
adipiscatur, quandoquidem nequaquam id muneris a deo exposcant.

**¶** NAM si orem lingua, spiritus meus orat, mens autē mea sine fructu est. **¶** Et  
nonnulli apud priscos illos Christiane fidei sectatores, qui supplicandi gratiam lin-  
gua exciperent, loquerenturq; vel Persica voce, vel Romana, cum illorum mens esset  
earum rerum ignara, que lingua sic ederentur. Dicit itaq; Paulus, spiritus me<sup>9</sup> orat,  
hoc est gratia que linguam agit, mens autem mea fructu caret, quia nil prorsus in-  
telligit, que proferuntur. Attende quemadmodum progrediendo, arguat plane, qui  
lingua dumtaxat verba faciat, vel sibi ipsi minus prodesse, id ipsumq; sentit hoc loco  
Basilii, & nonnulli preterea sic asseuerant, si loquar lingua, nil autem ceteris decla-  
rando profecerim, spiritus quidem meus, siue animus, quantum ad se spectat, vtilita-  
tis plurimum vendicat, mens vero mea sine emolumento erit, quia nulli quidpiam  
impartit vtilitatis, qui ita vt dictum hoc pacto interpretantur, verebantur, vt arbi-  
tror Montani cuiusdam deliramenta. Is namq; heresim induxit huiusmodi prophe-  
tas videlicet vniuersos nil prorsus eorumq; denunciaissent, intellexisse, sed spiritu ca-  
ptos, predixisse nonnulla, quorum nullam imposterum haberent cognitionē. Quod  
sane haud quaquam habet aliquem in presentia locum, neq; enim de prophetis dicit hoc  
Paulus perinde ac si ignorarent, que dicta per se fuissent, sed de his disserit, nec tamen  
omnibus, qui linguis his loquerentur.

**¶** Quid ergo est orabo spiritu, orabo & mente, psallam & spiritu, psallam & mente  
Quid igitur inquit maiorem potest afferre vtilitatem, quid v fuerit a deo magis ac  
magis efflagitandum? Nempe vt spiritu oretur, hoc est, gratia, quinetiam & mente  
id est meditatione concipere quid sit orandum, itemq; & quid canendo precādū sit.

**¶** CETERVM si benedixeris spiritu, quis supplet locum idiotę? quomodo dicit  
Amen super tuam benedictionem, quoniam quid dicas nescit. **¶** Cum psallis inquit  
si spiritu, hoc est per linguam spiritali gratia benedixeris quis supplebit idio te lo-  
cum, hoc est, quo pacto Amen laicus, cum ipse oraueris, respondebit, te si quidem in  
secula seculorum sub obscure & in lingua pronunciantem, neq; idiota per te ille exaudie-  
rit, neq; vllum ex his profectum accipiet.

**¶** NAM tu quidem bene gratias agis, sed alter non edificatur. **¶** Ne prorsus videatur  
lingue hanc gratiam extenuare sic inquit, ipse quidem recte gratias agis. Verum  
tamen proximi vtilitate reiecta inutiles erunt eiusmodi gratie.

**¶** GRATIAS ago deo quod omnium vestrum lingua loquor. **¶** Ne forte Pauli  
Corinthii suspicentur, ideo lingue gratia habere contemptui, quia huius sit ille im-  
munis & expers illud infert, quod omnium vestrum lingua loquor.

**¶** SED in ecclesia volo quinque verba sensu meo loqui, vt alios instruam, quoniam  
decem milia verborum in lingua. **¶** Sensu meo, hoc est, intelligens & sciens quae di-  
xerim, potensq; vel eadem interpretari, vt & aliis pariam vtilitatem, quam mille ver-  
borum in lingua, hoc est si ea minus valeam explicare, tunc namq; apud me dumtaxat

Basilii.

Montani  
heresis.

et res id debet vtilitas, qui ea protulerim. Quinq; autem verba singuli proferunt pre-  
ceptores, qui sensibus quinque, qui nobis insunt accomoda applicant medicameta,  
**¶** FRATRES nolite pueri effici sensibus sed malicia pueri estote, sensibus autem  
perfecti estote. Patefacta qualis linguarum sit gratia. Tandem que magis inces-  
sat, & vigeat oratione vtitur, increpatq; Corinthiorum nonnullos, quod puerilia fa-  
ciant. Est enim puerorum sane vel queuis exigua demirari, que temere stupori esse  
videantur, quales sunt lingue, quodq; & magna hi parui faciant, perinde ac si nil no-  
ui preferant, vel admiradi, quales sunt prophetie. Commonefacit in super etiam eos  
hoc loco, ne in puerorum morem se ad nequitiam habeant, id est, ne ob linguarum su-  
sceptam gratiam vel efferantur vel intumescant, nec demum vllam habeant prauita-  
tis cognitionem, sensibus autem perfecti estote inquit, vt discernant vtidelicet, que sint  
ex gratia aut prestantiora aut magis vtilia, vel aliter, illi namq; in malicia puerascunt,  
qui nil cuiq; in gerunt mali, sit haudsecus sed habent qua pueri ipsi, & officiant nemi-  
ni. Ille vero erit perfectior sensibus, qui non modo noceat nulli, sed proficit plurimis,  
neq; solum nequitiam fugiat, sed nequitiam ipsam sectetur, caueatq; ne a presenti-  
bus his & temporariis bonis aliquam in se iacturam admittat, id vero per simile est  
euangelico dicto, estote prudentes sicut serpentes & simplices, sicut columbe.

**¶** IN lege enim scriptum est, quoniam in aliis linguis & labiis loquor populo huic,  
& ne sic exaudient me dicit dominus. **¶** Rursus prophetiam cum linguis hic cofert  
eamq; arguit prestantiorem, at quo pacto, ex his certe que subsequuntur, legem au-  
tem vetus omnem testamentum appellare consuevit Apostolus ideoq; in presentia que  
apud Esayam conscripta sunt, in lege ait fuisse conscripta. Cum vero intert, nec sic me  
sunt exaudiri, ostendit eos, & si hoc poterant percipi miraculo, cum minus credi-  
derint, aut prebuerint fidem ipforum esse hanc culpam Deus namq; quod ad se spe-  
ctat, semper exequitur, eiusq; prouidentiam, & si intelligat illos minime fidem de se  
presturos tanq; futuros inexcusabiles, patefacit.

**¶** ITAQUE lingue in signum sunt non fidelibus, sed infidelibus. **¶** Signum qui-  
dem terrori est, nec tamen omnino vel instruit, vel prodest, quin potius & plerumq; id  
afficit quale illud est, quod sine interpretatione fit & lingua, quemadmodum in oratio-  
nis progressu sic inquiet, quoniam dicturi sunt vos insanire Infidelibus preterea si-  
gna eduntur, quia his haudquaquam fideles indigeat, cum fidem iam & tuteatur, & seruet.

**¶** PROPHETIE autem non infidelibus, sed fidelibus. **¶** Prophetia autem con-  
ducit fidelibus, quia eos ad fidem constituat. Dicit aliquis nulla ergo erit infidelibus  
prophetia: at quo pacto in subsequentibus, sic inquit Apostolus, quod si omnes pro-  
phetent, ingrediatur autem quis infidelis &c. Ex his sane apparet vel infidelibus ip-  
sis prophetiam eiusmodi fuisse oblatam, dicendum itaq; nequaquam dixisse Apostolu,  
hanc non posse infidelibus ipsis conducere, sed min<sup>9</sup> his esset in lignum inutile, qua-  
lis & lingua est, & vt breuius dixerim, erit sane in signum infidelibus lingua, hoc est  
ad infideles dumtaxat preterredos accommodata, prophetia vero vt fidelibus, ita & in  
fidelibus vsui fuerit vt pote que illos infidelitatis coarguat, tamen minus in signum  
his tradita fuisse dicatur.

**¶** SI ergo conueniat vniuersa ecclesia in vnum, & omnes linguis loquantur. Intrent  
autem idiote vel infideles, nonne dicent, quid insanitis? **¶** Tacite ostendit iacture cau-  
sam linguam prebere, & nocere, si munere careat interpretandi. Id autem dicit, vt Co-  
rinthiis insolentiam demat, qui linguarum ob gratiam existimarent ceteris se admira-  
tioni esse debere, quod tamen longe aliter se habere demonstrat, asserens ad ignomi-  
niam eis linguarum genera potius cedere, siquidem haec hos videatur velanos red-  
dere, & furibundos, vt itaq; nil duxeris id esse spiritalis gratie opus, quandoquis

Pruden-  
tia serpe-  
tis simpli-  
citas colu-  
be.

Fideles  
signis no-  
egent.

Lingua-  
rum gra-

dem qui eam sit nactus, infamia cōplectatur, sic infert, nonne idiote vel infideles dicituri sunt vos insanire, hoc est dementes, quales erant qui maledictis Aplos incessebāt, dicitabātq; vino madere, & ebrios esse: Cū his quibus mēs sanior esset, & ab eis modū linguīs lucrum assequabantur, aliter longe sentirent, quales erant qui Aplos de mirarentur, & obstupescerent, qui dei magnitudinem, & miranda quedā edocerent.

**¶** SI autem omnes prophetent, intret autem quis infidelis vel idiota conuincitur ab omnibus, diiudicatur ab omnibus, occulta cordis eius manifesta sunt, & ita cadens in faciem adorabit deum, pronuncians quod vere deus in vobis sit. **¶** Vides quemadmodum maior sit prophetie utilitas quippe, que vel cordis abdita retegat, faciatq; hominem infidelem, & dei habere cognitionem, in faciemq; procumbere, orandi gratia, cōfiteriq; deum nobis inesse, quod sane & in Nabuchodonosor contigit. Cui cum Daniel somnum aperuisset, sic dixit, vere deus vester, ipse est deus, reuelas mysteria, intellige itaq; ex his, quid illud sit quod dictum superius est, in reuelatione, reuelationēq; prophetie est species quedam. Aduerte preterea quemadmodum se spiritus habeat. Inquit enim vere deus in vobis est, his aut qui prophetant, omnino spiritus insit, necesse est, sic enim superius dixit, quoniam prophetie in spiritu traduntur.

**¶** QUID ergo est fratres cum conuenitis, vnusquisq; vestrum psalmū habet doctrinam habet, Apocalipsin habet, linguam habet interpretationem habet, omnia ad edificationem fiant. **¶** Quin etiam psalmos ex priscais illis nonnulli per spirituale gratiam componebant, & domum pleriq; alios instruende concedebatur, reuelationem autem prophetiam appellat a specie genus denominans, lingue autem mentionem facit, ne prorsus vel adiectior hec videatur, vel spernenda, ne ve non in gratiarum ordine computetur, hec itaq; omnia inquit ad edificationem fiant, id enim est Christiani hominis proprium, vt aliis profit, & utilitatem impartiat, verum quoniam poterit pacto qui benigne grām sit adeptus, alios edificare? Id certe haud dubie fiet, si in vniū cōueniatur, & qui interpretationem habeat, dona hec vtraq; cum ceteris conferat.

**¶** PROPHETE aut duo, aut tres dicant, & ceteri diiudicent. **¶** Erant inter prophetas & vates latitantes nonnulli & subdoli, & ideo diiudicent inquit, hoc ceteri, ne quis forte lateat falsus vates, sicuti predictum est. Erat preterea decernendi & diiudicandi gratia, qua vates cum veri, tum falsi dignoscerentur, eoq; duobus vel tribus prophetis diiudicandi munus mandat, vt & ordo seruetur, & in ea turba prophete non lateant.

**¶** QVOD si alii reuelatum fuerit sedenti, prior taceat potestis enim omnes per singulos prophetare vt oēs dicāt, & oēs exortētur. **¶** Ad modestiā hoc loco & humilitati erudit, siquidem silentium vel presidenti tibi iniungat, cum alteri spiritus quidpiam reuelauit. Nam si maluisset spiritus priorem te loqui, haudquaquam alium ad loquendum excitasset. Ceterum consolatur eos sic inquit, potestis enim omnes per singulos prophetare, neq; enim vni cuiq; intercluditur eiusmodi gratia, sed in omnes distribuitur, vt ecclesia omnis instruat, & solamen ad virtutem excipiat.

**¶** ET spiritus prophetarum, prophetis subiectus est. **¶** Vel hoc ad eius solamen facit, qui ad taciturnitatem hortatur, quod autem dicit tale est, noli contendere, vel facti ones exercere, cum spiritus ipse, i. q. i te uest gratia, & spūs sancti que te inuasit operatio, subiecta est alterius gratie qui sit ad prophetandum impulsus, si itaq; spiritus ipse alteri subest, longe magis & ipse debes, qui spiritum tuus adeptus, nil contentionibus niti, de hoc nonnulli aliter sentiunt, inquiuntq; gentiliū vates, a demone perciti, nec volentes quidem poterunt conticere. Apud vos vero prophete nō ita se habent, quippe quorum in arbitrio sit vel profari aliquid, vel silere. Idq; velle Apostolum explicare cum inquit spiritus prophetarum, videlicet, quod spiritus domini prophetis ipsis subdantur, quibus silentium seruare velint nec ne, permissum est.

Nabuchodonosor.

Christiani proprium quid sit.

Prophete si velint.

verum ne quis illud obicere queat, qui sit spūs grām assecutus, quoniam pacto vt iubes potero conticere, qui sim ad loquendum a spū cōcitatus? Ad id Paulus ita respondet, At qui spiritus iste qui te concitauit, tue suppositus est ditioni, & ita, vt in tua sit posita taciturnitas hec potestate, nec frustra velim decetero vt spiritum cantus excules.

**¶** Non enim diffensionis est deus, sed paucis, vt & in omnibus ecclesiis sanctorum doceo. **¶** Offendit vel id deo videri vt conticeat, qui primatum obtineat, neq; enim diffensionis inquit est deus, & turbe, que eo plerumq; oboritur, quia taciturnitate sublata prophetare simul vniverſi contendunt, sed pacis est deus, que haud dubie passim in ipsis sanctorū ecclesiis & conuētū, hoc est fidelium diuarfatur, extant namq; & Gentiliū & Iudeorum ecclesie, pu deat itaq; vestre vos insolentie, qui preter ceterarum ecclesiarum consuetudinem vos ipsi gesseritis.

**¶** MULIERES vestre in ecclesiis taceant, non enim permittitur eis loqui, sed subditas esse, sicut & lex dicit. **¶** Rite omnibus rebus que cum ad linguas, tum ad prophetas ipsos spectarent, dispositis, & his plane coercitis, nec cateruatim vaticinentur, vnde confusio quedam & inconstantia subsequatur necesse sit, nunc & obturbationē que posset ex muliebri dicacitate afferri reprimat demū, tollitq; in quiens, sileant ille in ecclesia velim, deiceps quod maius est infert, & subditas esse oportet & viris morigeras, eiusmodi namq; subiectio taciturnitatem quandam pretendit cum timore cōiunctam qualis solet & seruis inesse, legem autem genesis librum appellat, in quo scriptum est ad virum sit conuersio tua, & ipse dominabitur tibi. Si hec itaq; viro vt sublit iniungitur, longe magis & spiritalibus ecclesie preceptoribus subiiciatur & parat necesse est.

**¶** SI QUID autem nolunt dicere, domi viros suos interrogent. **¶** Si loquendi facultas mulieri adimitur, quo pacto poterit edoceri quod nelciat dicit itaq; domi velim hec instruat a viris. Id enim & ieminis decori est, & viros reddit attentiores, vt qui ea que in ecclesiis audiendo perceperint, debeant rogantibus feminis renūciare. Aduerte autem quemadmodum in ecclesia vel de necessariis rebus & anime conductibus, nulla sit mulieribus loquendi concessa facultas.

**¶** TVRPE est enim mulieri loqui in ecclesia. **¶** Cum in ecclesia confabulationem eiusmodi etiam spiritali ornamento femine ducāt, occurrit Paulus afferēs ad ignominiam potius eis eam rem cedere, neq; id eas decere.

**¶** AN a vobis verbum dei processit, aut in vos solos peruenit. **¶** Perinde ac contra dicentibus sibi nonnullis respondet, cur enim michi oblitus neq; bonam exitimatis hanc mulierum in ecclesiis conticentiam? num vos preceptores etis? num a vobis profluxit, in ceteros predicatio vel in vobis solum stabilita est fides? neq; necesse est p vos ea admitti que ab aliis fuerint excepta, non enim vos oim primi eius fideles nec soli, oportet igitur & vos his acquiescere, que mundo sūt visa, & ceteris comprobata.

**¶** SI quis videtur propheta esse aut ipiritalis, cognoscat que scribo vobis, quia domini sunt mandata. **¶** Quod sane cunctis est fortius postremum hic posuit, ac eum videlicet per me demandasse que factu sunt necessaria, & ei male id innotescere, qui apud vos vel propheta appareat esse vel ipiritalis, vel qui spiritale aliquod sit donum adeptus, id est scientie.

**¶** SI quis autem ignorat ignoret. **¶** Perinde ac si inquit, ipse quidem officio functus sum meo, dixi namq; qd erat dicendum pareat modo qui velit, cuiusmodi verba hominem expriment, qui nihil suam voluntatem commendet, sed communi utilitati pspiciat, consuevit autem dicendi hunc modum his in rebus seruare. Apostolus qui bushaud quaquam sibi foret enixius reluctandū, quid enim necesse est Paulo aliis aduersari pfluadere qd dei esse non sua, que cūq; iniuxerit presertim cū habeat ad discipulos ver

Mulier sileat & viro obediat.

Sileant femine.

ba, afferatq; spiritalem hominē sua dicta pro diuinis recogniturum, est enim perspicuum ut spiritales esse appareant omnes, qui diuina esse hec iussa nō Pauli dixerint. **CITAE** fratres emulamini pphetare, & loqui linguis nolite phibere. Cum de spiritalibus donis differuisset, interposito de mulieribus mox & sermone, de spiritalibus gratis mentionem nunc facit, & priores partes prophetie accēset, emulamini inquit, secundas vero linguis demadat, neq; enim intulit finite loqui, sed nolite prohibere, quod usurpare ipsi necessariis minus in rebus & superuacuis sic consueuimus, nolite hunc illum ve, vt de rebus tam friuolis & nullius momenti loquatur hortari.

**COMNIA** aut honeste & secundum ordinem fiant in vobis. Breui omnia corripit, tum quæ ad eos qui linguis loquuntur, tum quæ ad feminas attinent, tum de mū & reliqua que apud eodē nulla vel ratione vel ordine geruntur castigat. honeste aut hec & ordine suo geretur, si mulieres conticeant, & pphete sibi alternis concedat.

**NOTUM** autem vobis facio fratres euangelium quod predicaui vobis. De resurrectione dicere iam ipse aggreditur, quæ nostre fidei caput est & principiu. Nam si resurrectio ista tollatur, & illud tollitur Christum ipsum resurrexisse, si non resurrexit, neq; incarnatum fuisse, quod absurdum est sequeretur, sic namq; nostra omnis euerititur fides que tantopere apud Corinthios ipsos labaret, quippe qui cū exterioris huius essent & humane sapientie sectatores, queuis alia credenda potiusq; resurrectioni ipsam admiserint, qua de re Paulus contendit plurimum, prudenter autem Corinthios earum rerum comonefacit, que iam fuisset eorum fidei credita, nihil inquit vobis vel noui, vel peregrinū nunc predico, nisi quod vobis cognitum est, vobis autem euangelium notum facio, hoc est repeto, & ad memoriam redigo, fraterna autem illos appellatione & mitigat simul & recordatur, vnde id fraternitatis acceperint nomē, & quemadmodum videlicet cum ex ipso Christi in carnem aduentu, a quo ne desistant periditatur, tum a baptismo, qui profecto Christi est & sepulture & resurrectionis figura, euangelium vero cum inquit bona innumera pretendit & memorat quibus ob Christi incarnationem, resurrectionemq; ipsi iam fruimur.

**QUOD** & accepistis. Nō enim quod audistis inquit, sed quod accepistis, quippe quod non solum verbis, sed operibus & miraculis accepisset, quietiā accepisse hoc euangelium dicit, vt eis suadeat haud secus illud quod accepissent seruarēt, ac si fide eorum esset aliquid demandatum.

**IN** quo & statis, per quod & saluamini. Enimvero Corinthios, & si labantes, consiliter tamen in Euangelio dicit, & volens quidem dissimulat eorum inconstantie le esse ignarum, anticipat autem eos vt essi negare, id admodum velint, nequeant proelus, verum quid lucrisi in Euangelio steterint Corinthiis sit obuenturum si querat comparatio nimirum salutis.

**QUA** ratione predicauerim vobis. Perinde ac si inquit de resurrectionis essentia nihil vobis significo, quemadmodum videlicet resurrectio fiat.

**SI** tenetis nihil frustra credidistis. Hoc est ni incalsum estis Christianum nominati. Christianitatis enim vis omnis in resurrectionis dogmate ipso consistit.

**TRADIDI** enim vobis imprimis quod & accepi. Quia ceteris esset de resurrectione id dogma prestantius, imprimis hoc ipsum tradidi vobis, vt pote quod totius sit fidei fundamentum, accepi autem & ego illud, a Christo videlicet, quemadmodum itaq; ipse acceptum illud & credo & teneo, ita & vos tenere debetis & credere, & eo acrius quia omnium primum id acceperitis, nunc vero neq; equitatem ipsam nec temporis rationem seruat, quippe quibus in ambiguo est resurrectio.

**QUONIAM** Christus mortuus est p peccatis nris scdm scripturas. Liquido Christi verba sunt hec in Paulo ipso loquentis, occurrerent namq; Manichei. Apo-

Resurrexio ca/put est & principiu nre fidei.

Christi nritatis tota vis in resurrectione dogmate sita est.

stolum afferentes peccata mortem dixisse, & erratorum liberationem resurrectione denominasse, apparet itaq; hisce verbis illos coargui, obiit sane Christus mortem, at quam mortem corporalem videlicet, nō eā que sit delicto obnoxia, quippe qui peccatum nō fecerit. Quod si afferant vel hunc in peccatis obisse, quo pacto pro nostris erratis mortem hunc diceret subiisse, si vero & ille peccator fuisset, quomodo pro nostris commissis morti se obieciisset, cum vero secundum scripturas inquit. Corinthios plane vituperat & arguit vanitatis, siquidem vbiq; corporalem hanc mortē Christo sacre litere contestantur, foderunt enim inquit manus meas & pedes meos, & videntur in quem transfixerunt, & vulneratus est propter delicta nostra & a peccatis populi mei venit in mortem.

**ET** quia sepultus est. Ergo & corpus hic habuit, & corp⁹ utiq; est qd sepulchro sic demandatur, nec scdm scripturas adiecit, vel sepulchrum dixit cunctis patere.

**ET** quia resurrexit tertia die secundum scripturas. Dicit aliquis vbi nam id affirmant scripture, Christum tertia die resurrexisse, ex Ione certe figura & ante id tempus, ex Isaac qui triduo salutem sit assecutus, nec demum occisus, ita vt viues matris sit reddidit, & ex figuris aliis id ipsum veteribus patet innumeris, quin & ex Esaie verbis cum inquit, dominus vult eum purgare a plaga vt ostendat illi lucem, & Dauid, non dereliques animam meam in infernum.

**ET** quia visus est Cese. Ponit imprimis quod ceteris est dignius fide, tametsi euangelium asserat Christum primo Marie apparuisse, sed ex viris prius Petro est visus, vt qui ceteros discipulos anteiret, oportuit enim vt qui fuerat prior Christum confessus, prior spectaret & resurgente. Et quia eum negasset, neganti prius apparuit, vt ostenderet eum haudquaquam ab se fuisse reiectum.

**ET** post hoc vndecim. Queret aliquis si perspicuum est in domini assumptione Mathiam in Iude locum fuisse suffectum, quo pacto dicitur Christus duodecim visendum se prebuisse. Responderi potest iure fieri id potuisse, vt post assumptionem Christus Mathie sit visus, cum & Paulo ipsi post assumptionem vacato apparuit, eo neq; tempus aliquod explicasse, sed infinite id posuisse, nonnulli autem dicunt vel scripture esse id vitium, vel quia prescius esset hunc deus vndecim esse annuerandum, & illi apparuit ne ceteris dignitate videretur inferior, cuiusmodi rem declarat Ioannes sic inquitens, Thomas autem vnus ex duodecim, dixerit preterea quispiam & longe melius secundum suam prescientiam deum reliquis Apostolis, Mathiam potius annuerasse, quam Iudam post eius prodicionem & laqueos.

**DEINDE** visus est plusq; quingentis fratribus simul. Post scripture indicia, & testes inducit, cum Apostolos, tum summe auctoritatis alios & integros viros, plusq; autem illud, quod Grece significantius epano dicitur, id est supra, nonnulli superne & celitus interpretantur, pleriq; supra, hoc est vltra quingentos intellexere.

**EX** quibus multi manent vsq; adhuc, quidam autem dormierunt. Habeo inquit & testes nonnullos superstites, quosdam vero vita iam fuctos, cum autem dormierunt inquit initium resurrectionis propofuit, est enim qui dormit, & vita excessit, resurrecturus.

**DEINDE** visus est Iacob. Qui frater domini assertus est & primus fuit Hierosolymorum episcopus.

**DEINDE** Apostolis omnibus. Erant quidem & alii, hos preter Apostoli, vt septuaginta illi.

**NOVISSIME** autem omnium tanq; abortiuo visus est mihi. Humilitatem verba hec preferunt, qua utiq; prudenter hic vitur, quippe cum magnum sit illud de se dicturus, maiorem quam ceteri laborem insumpsi, id cauet maxime, ne velut

Resurrexit scdm scripturas dicitur.

Figure resurrectionis.

Christus quomodo apparuit vndecim apostolis & quomodo Mathie.

Aborti-  
u<sup>9</sup> Paul<sup>9</sup>  
cur.

insolenti iactabundoq; fides forsitan abrogetur, ekroma Grece quod abortiuum la-  
tinus dixit interpres, embryon dicitur imperfectum qd ex vulua eiicitur muliebri,  
& quoniam indignu se Apostoli nomine asserit, & reiciendu arguit plane vt p Apo-  
stoli dignitate minus perfectum, nonnulli vero vltimum mulieris partum esse ekro-  
ma voluere, perinde ac si Paulus Apostolorum fuerit postremus, cui nil quicq; deest  
sit, quod vltimus dominum viderit quemadmodum & iacobus nihil quingentis il-  
lis habetur inferior, quia post omnes & dominum ipse spectauerit,

EGO autem sum minim<sup>9</sup> Apostolorum qui no sum dignus vocari Apostolus  
quoniam persecutus sum ecclesiam dei. Sententiam in se tulit Apostolus, qui p-  
pe qui no modo duodenis sedicit inferiorē, sed & ceterorū oim. Aduerte aut que admo-  
dū idcirco de his faciat erratis nunc mentionem, e quib<sup>9</sup> per baptismū sit postmodū  
liberatus, vt ostendat quantis se donis deus affecerit. Queret aliquis cur se ipsū Pau-  
lus resurrectionis dominice teste producit, deinceps & sua errata cōmemorat: nempe  
vt fides ei maior adhibeatur, haud enim parceret alienis cōmissis qui sua expromit.

GRATIA autem dei sum id quod sum. Peccata quidem sibi adscribit, diuine  
gratie, officia & virtutes.

ET gratia eius in me vacua nō fuit, sed abundantius illis omnibus laboraui. Et  
hoc quidem summissius satur, nō enim dixit pro diuine gratie dignitate me gessi,  
sed nihil inquit superuacanea dei in me comperta est gratia, quippe qui habundanti-  
us, & longe magis quā ceteri Apostoli euangelio ifudauerim. neq; pluribus inquit  
sum periculis iactatus, sed remissius, ita laboris nomine proprias laudes intercedit,  
hec autem deo iutilit, vt fides ipsi prestaretur scribenti, oportet namq; qui alios instruit  
vt fidem hanc sibi vel precipuam ab auditoribus vendisset.

Paul<sup>9</sup> si-  
de suis di-  
ctis con-  
siliat.

NON ego autem sed gratia dei mecum. Quinetiam inquit vel labor hic meus  
omnis dei est michi gratia iniunctus, nulla mea virtute finitus.

SIVE enim ego, siue illi sic predicamus, & sic credidistis. Siue ego & maiores  
labores pedicando insumpserim, siue illi, quo ad tamen euangelii predicationē hanc  
spectat, vnum omnes sentimus, neq; eiusmodi aliquod intulit, si fidem mihi minus  
prestatis, illis saltem hanc velim adhibeatis, abiectiorem enim se redidisset, neq; te-  
item se fidum satis testande veritatis ostenderet, sed ipsum se asserit nulla humana  
ope predicationi huic satisfacere, & illos per se satis sufficere, cū vero inquit predica-  
m<sup>9</sup>, vera esse que dixerit patefacit, neq; eni seorsū & in angulis loquimur, sed in pro-  
patulo, neq; nonnunq; sed in presentia, & sic me predicante & vos credidistis, neclane  
nunc creditis dixit, quia instabiles erant & nurabundi, inter cetera illorum fidem in  
veritatis testimonium vocat, non enim inquit temere dictis, peride ac commentitiis  
& fallacibus vlla fuisset, per vos prestita fides, nisi vera esse dixissetis & certiora que  
per me sunt predicata.

Ex Chri-  
sti resur-  
rectione  
pbatur  
& adstru-  
itur resur-  
rectio  
mortuo-  
rum.

SI autem christus predicatur qd resurrexit a mortuis, quomodo quidam dicunt  
vobis, quoniam resurrectio mortuorum non est. Optimo vtitur argumento, nā cū  
pri<sup>9</sup> onderit Christum resurrexisse, & hunc in modum cū abs se, tum ab Apostolis  
ceteris predicatum, ex Christo sic resurgente & mortales omnes resurrecturos cōfir-  
mat tanq; caput ipsum, reliquum, subsecuturum, neq; tamen Corinthios vniuersos in-  
culat, ne videatur omnes magis vituperare, sed quidam inquit in vobis id dicunt.

SI aut resurrectio mortuorū nō est neq; Christus resurrexit. Ne asserendi hu-  
iusmodi aliquid iis detur occasio, etsi Christum diximus resurrexisse, haud tamē fu-  
turam credimus & mortuorū resurrectionem, hāc Paul<sup>9</sup> sic inquit asseuerat, si mor-  
tuos resurrecturos negamus & Christum resurrexisse negem<sup>9</sup> necesse est, qua eni de  
causa resurrexisset, nisi prouium se ille nobis ad resurgendum prestiffisset ducem.

SI autem

SI Autem Christus non resurrexit inanis est predicatio nostra, inanis est & fides  
vestra. Si enim moriens resurgere nequiuisset, neq; peccatum fuisset sublatum, neq;  
q; mors ipsa deleta, & nostra demum inanis fuisset, & superuacanea predicatio, & fi-  
des vestra inania argueretur.

INVENIMVR. Etiam & falsi testes dei, quoniam testimonium diximus aduer-  
sus deum q; sulcitauit Christum; quem non sulcitauit si mortui non resurgunt. Mi-  
nus inquit religiosi nos deprehendemur, vtpote qui deum calumniantes resurrexi-  
se affirmemus qui nō resurrexit, id enim eueniat necesse est, si mortui resurrecturi nō  
sunt, quod quia vt ita futurum sit, est plane absurdus, nec illud credendum, non aliqua  
do mortuos resurrecturos.

Resurre-  
ctio mor-  
tuorū ad-  
struitur.

NAM Si mortui non resurgunt, neq; Christus resurrexit, q; si Christus non resur-  
rexit, vana est fides vestra. Huidem rursus nititur rationibus: propterea inquit hic  
resurrexit vt cunctis mortalibus resurrectionem pararet, q; si nulla mortuorum futu-  
ra sit resurrectio: ergo nec resurrexit Christus, id vero si concedatur & fidem vestram  
inanem esse dicamus necesse est, quod est omnino absurdum.

ADHVC Estis in peccatis vestris. Si enim Christus non resurrexit, ergo nec  
mortem subiuit, si minus est ille mortem peressus, neq; peccata dissoluit, mors quip-  
pe illius peccatorum est resolutio, inquit eni ecce agnus dei: ecce qui tollit peccata mū-  
di, agnum vero eum appellat: qui fuerit occisus, & nostri gratia immolatus, q; si haud  
quaq; est Christi morte delictum sublatum, estis sane delicto obnoxii, in eoq; perma-  
netis, cur ergo existimatis fuisse vos crimine hoc liberatos?

ERGO Et qui dormierunt: in Christo perierunt. Hoc est qui ob Christū sunt  
morte affecti, adeptiq; & martyrii palmam deperditi forent, ni & resurrectionis spes  
esset, omnes preterea in Christi fide dormientes, qui vitam vixere arctiorem, peri-  
ille videntur, cum mundi huius priuantur voluptatibus, neq; vllis in posterum bo-  
nis fruuntur, si tollitur resurrectio.

SI In hac vita tantum in Christo sperantes sumus, miserabiles sumus omni-  
bus hominibus. Si advsq; hanc vitam, spes omnis nostra prouehitur: in eaq; & so-  
la versamur, neq; hanc preter, nil vltra cupimus, nos qui in Christo speramus, hoc est,  
quorum est in Christo spes sita, neq; aliam vllam opperimur in celo vitam, miseris  
haud dubie & calamitatibus ceteros homines anteimus, quippe, qui neq; presentis  
bus fruimur, vt diximus supra, & futuris carebimus, quia, vt inter vos quidam exi-  
stimant, resurrecturi non sumus, dicit aliquis, solam animam vsum esse bonorum ce-  
lestium habituram, verum quid illud, neq; enim hęc sola laborem suscepit, sed cor-  
pus etiam bonis actibus inludauit, quo ego pacto par illud videri debet, vt corpus qd  
maiores labores subierit, nil prorsus futurum habeat, & premiorum sit expers: solaq;  
anima coronetur.

Corpus  
etiā glori-  
ficandum

VNC Autem Christus resurrexit a mortuis, primitiæ dormientium effectus  
eit. Cum ostendisset quot absurda ex resurrectionis diffidentia orientur, resum-  
pta oratione sit inquit, cōtingent sane que diximus, si nulla futura est communis omni-  
bus resurrectio, quod nec secus haberi debet, quam si Christus ipse non resurrexit,  
nunc autem constat haud dubie Christum resurrexisse, ergo & vniuersi a mortuis ex-  
citabuntur, neq; tanta absurditas subsequetur, ex mortuis vero frequenter vsurpat, vt  
ora obstruat Manicheis, qui aliter sentiūt, q; si primitiæ, hoc est prouium ille & dux dor-  
mientium resurrexit: vel mortui omnes sulcitabuntur, habet enim & qui precesserit  
se subsequentes, tum vel maxime cum e multis vnius rei cuiq; initium dederit, que sit  
per ceteros exequenda.

Resurre-  
ctio mor-  
tuorū da-  
struitur.

QVONIAM Quidem per hoiem mors, & per hominem resurrectio mortuo-  
rum.

k i.



rum, & sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes uiuificabuntur. Cuius  
sua dicta confirmet, erat enim necessse natura ipsa que plane succubu  
it uictrix euaderet, & ille uictorie palmam referret, qui fuerit prostratus, nam uti Ad  
hoc est in Adæ delicto, omnes sunt morti obnoxii, sic & in Christo resurrecturi sunt  
omnes; quia sine peccato sit vnus ille inuetus, nec morti obnoxius, & uolens paulo post  
resurrecturus obierit, fieri enim non poterat, ut uitæ dux ille corruptioni subiiceretur,  
que omnia Manicheos couincit & refutant qui mortuos negant resurrecturos.

Maichei  
negabat  
resurrec  
tionem  
mortuo  
rum,

¶ VNVSQVISQVE Autem in suo ordine. Et si intelligis omnes esse uiuifica  
dos nequaquam uel peccatores ipsos saluos fore existimes, quo ad resurrectionem autem spe  
ctat, uita quidem sunt omnes habituri, suo tamen quisque ordine permanebit, & uti fue  
rint emeriti singuli.

¶ PRIMUS LE Christus, deinde ii qui sunt, Christi: qui in aduentum eius credide  
runt, deinde finis. Principium & uia resurrectionis factus est Christus, post hunc  
qui Christi sunt: hoc est omnes fideles, & qui in eo probati sunt priores resurgunt, eos  
dem celitus descendere, hoc enim preten dit: cum in eius aduentu inquit, oportet namque  
& aliquod habeant priuilegium iusti uel resurgendo, nam ut in aera obuia Christo pro  
cedent, sunt rapiendi, ita & primi a mortuis excitantur, que admodum contra & peccato  
res in terra & locis inferioribus hisce iudice ut danati opperuntur, mox & finis resurg  
di oibus fiet, ut pote cunctis una suscitatis, neque ut i presentia cum solus surrexerit Chri  
stus, & suo loco permanet res humana, sic tunc pari erunt conditione, sed sine oia assequuntur.

Regnum  
duplex i  
sacris scri

¶ CVM Tradiderit regnum deo & patri. Duo sunt apud sacras literas regnorum  
genera, alterum utique sit ex coniunctione quadam & sanguinis necessitudine, alterum  
ex ipsa rerum creatione, imperat enim deus & gentilibus, & iudeis, & horum demoni  
bus uel inuitis iure creationis. quippe quia eos condiderit, imperat autem fidelibus ipis  
& sanctis utro se illi subiicientibus coniunctionis de causa, de hoc uero imperii gene  
re sic differit Dauid. Postula a me & dabo tibi gentes, & alibi. Iesus, data est mihi om  
nis potestas, eiusmodi itaque regnum & patri tradit, hoc est complet & perfectius red  
dit, exempli gratia. Imperator quispiam filio bellum aduersus remotissimas nationes  
procurandum demandat. Subactis itaque gentibus illis, & bello finito dici tunc quid  
tilius potest, bellum patri tradidisse, hoc est demadatum sibi a patre negocium ab ob  
uisse, Dicit itaque Paulus tunc omnia finem esse iam nacta, & terminata, cum ea sua di  
tioni subiecerit filius, Christus namque in nobis tunc perfecte imperium est habiturus  
cum non amplius inter nos dissidimus, nec deo partim, partim demonibus parue  
rimus, quo sit ut patri Christus, haud secus quam a tyranno quopiam arreptum imperium  
expeditum & liberum tradat.

¶ CVM Euacuauerit oem principatum, & potestatem & uirtutem. Hoc est quan  
do deuicerit & cessare fecerit prauas omnes hic potestates, que ut in presenti plurimam  
operantur, & iugi sunt actione, sic demum tunc celsabunt & conuiescent.

¶ OPORTET Autem illum regnare, donec ponat omnes inimicos sub pedibus  
eius, nouissime autem inimica destruetur mors. Quonia deum dixerat que ab se de  
sciissent potestates inanes, & uacuas redditurum, prefixurumque trophea in uictorie  
gnum, merito quis dicere subdubius & hesitans posset, nullo eum pacto futurum  
miorē, sed necessario regnaturū, hoc regis instar, & prepotentis factitare hunc omnia  
oportere, quousque & hostes subegerit, & mortem demum ipsam subiiciat pedibus. Per  
spicuum propterea est ut uel sua opera, mortem sit sub iugum missurus. At quo pacto mor  
tis huiusce seruitus apparebit, & hanc ipsam constabit fuisse subactam, nisi euomat que  
olim exceperat corpora, tunc enim hanc proprie deuictam dicemus fuisse, cum eius  
exuuiæ diripientur, haudquaquam igitur, ubi auditu forte perceperis omnem hunc esse

Christum mortis dominatum & potestate denique sublaturum, uerendum erit perinde ac  
si extenuatus ille, & rei huiuscemodi ipotens, ut id perficere nequeat, quippe qui cunctis  
imperitando oia exequetur, & bellum ipsum pertractabit, quousque inimicos oēs subici  
ciat. Vides que admodum, donec particula hic non ut futurum tollat posita sit, sed ea que  
explicata est causa. Perstat enim eius inquit imperium neque letescit, aut debilitatur, donec  
omnia compleat, rebus uero omnibus absolutis, longe magis nullus erit illius imperii fi  
nis, Basilius autem Christum regnare oportere ita interpretatur, perinde ac si subiectione  
operetur, ut nos sua sub ditione constituat, ea lege, ut cum illi subiiciemur, paruerimus  
que desinat eiusmodi in nos imperium exercere, hoc est, studium eius omne nobis impe  
ritandi, & actio conuiescet, que admodum enim faber murarius tadium construit domum,  
quod ad eius fastigium prouectus ab opere faciendo desistat, sic filius ipse imperitat,  
hoc est suum in nobis exercet hic dominatum, quousque sibi subiiciamur.

Donec p  
ticta quo  
Basilius.

¶ OMNIA Enim subiecit sub pedibus eius, cum autem dicat omnia subiecta sunt  
ei, sine dubio preter eum, qui subiecit ei omnia. Quoniam dixit de filio quod ho  
stes esset inanes & uacuos redditurus, prefixurumque & trophea, & uertus est, ne aliud  
quoddam inducere principium, & ingenitus esse filius putaretur. Idcirco omnia ad  
patrem refert inquit, eum filio subiecit inimicos. Cumque ad gentiles homines scribe  
ret qui Iouem crederent Saturnum patrem olim insectatum, eundemque imperio prius  
se, cauens ne tale aliquid de filio dei suspicarentur, perinde ac si patri insurrexisset, sic  
inquit, omnia filio preter eum subiecit, hoc est preter patrem, quippe qui reliqua fi  
lio potius subiecit.

¶ CVM Autem subiecta fuerint illi omnia, tunc & ipse filius subiectus erit illi qui  
subiecit sibi omnia. Ne quis diceret, & si minus filio subiectus est pater, haudqua  
quam impedit, quin illo sit potentior filius. Quam questionem imprimis Paulus substi  
lit inquit, filium se patri subieciturum, Sic summam filii cum patre concordiam patefacit  
Quocirca intelligas uelim patrem causam esse & originem eiusmodi potentie filio, neque  
filium aliam quamdam esse potentiam patri obfistentem & obuiam, quod si ueltra modum humili  
li sit & abiectiori dictione usus, nihil mireris. Consueuit enim Paulus cum aliquid de  
radicitus auulsurus, rem magis ac magis augere, exempli gratia, cum ostensurus esset  
fidam mulierem nullam ex eo iacturam perpeti posse, si uiro infideli copularetur, sic dixit,  
uir infidelis per mulierem, &c. Non tamen exprimes quod factior efficiatur, sed uerbi qua  
dam excellentia arguens, nil prorsus fideli remina noceri, ex eiusmodi copula potuisse,  
nec secus hoc loco, ac dictum est subiectionis hoc nomine auellit penitus & eradicat prauam  
quamuis suspicionem, quam inducere quispiam auderet, uidelicet quod patre sit potetior fili  
us, ut pote qui res tantas moliri & perficere, ualeat. Nyses uero Gregorius ille, sic sentit, fi  
lium scilicet nostra omnia pro suis habere, subiectionem insuper nostram propriam du  
cere, homines uero dissensionibus niti aduersus deum, quandoquidem hunc negant fi  
deles, & fidelium plerique, quia uitiis dediti haudquaquam illi obtemperant. Cum autem  
infideles eius notionem habebunt, que in presentia distitentur, nosque fideles uitae huius  
uita cum uirtutibus commutabimus, tunc tilius subesse dicetur, quippe qui humanam  
indutus personam, nostra omnia pro suis duxerit.

Pauli  
mos scri  
bendo.

¶ UT Sit deus oia in omnibus. Hoc est ut omnia a patre dependeant, ne quis for  
te duos liberos principatus diuisos & discissos ab inuicem suspicetur. Si quidem ini  
mici filii pedibus prostrati subiaceant, filius uero nihil a patre dissideat, qui potius ut fi  
lium decet deo subiectus sit patri, sic deus omnino & pater erit omnia in omnibus.  
Nonnulli autem ex his uolunt nequitie significari interitum quod deo omnia subsint.  
Cum enim prorsus peccatum fuerit sublaturum, perspicuum est, deum esse in omnibus  
omnia, quinetiam cum haudquaquam ultra in istiusmodi uitae irritamentis & uitiis ipsis  
k. ii.

Gregori  
us Nysse  
us.

Verfabimur, nil penitus deum in his offendentes, sed dei oēs speciem aliquam prefe-  
remus, eū dēq; colendū vnice susceperimus, tūc deus ipse nobis oīa suppediabit, quip-  
pe qui & cibus nobis, & potus, & amictus, insuper & cogitatio, & motus deniq; futurus  
¶ **ALIQUI** Quid facient qui baptizantur pro mortuis, si omnino mortui non re-  
surgūt, vt quid baptizātur pro illis. ¶ Mos est Marchionistis hereticis cū aliquis non re-  
surgūt sine baptismo decesserit, eius qui vita iam functus esset feretro viuum aliquē sub-  
mittere hominem. Proinde feretrum ipsi aduentus a mortuo sciscitantur, vtrum ei libe-  
at baptizari, moxq; qui latitat viuus, de loco inferiore respondens, se velle inquit, asse-  
rētemq; de mortui loco baptizabant. Hic itaq; praua huius consuetudinis insinula-  
ti, Apostolum dicitāt eam rē iniūxisse, producantq; dementes illi & vesani id dictū  
quod haudquaquā ita se habet vt ipsi affirmant. Porro qui erant baptismum accepturi,  
integra pronuntiabāt si de symbolum, moxq; & illud credo mortuos resurrecturos, in-  
quit itaq; Paulus, qui futuram credunt mortuorū corporum resurrectionem, sub spe  
q; eiusmodi sunt baptizati, quidnā sint, cum eis Christus sit occursurus, acturis quid  
pretereā resurrectionis gratia profus homines baptizantur, hoc est pro resurrectionis  
expectatione si mortui non resurgunt.

¶ **VT** Quid & nos periclitamur omni hora. ¶ Si ad resurrectionis argumentum  
haudquaquā id omne admittitis, quod plane proficitur baptismi abluti, vocem saltem  
excipite, quę ipsa re comprobatur. Nos nanq; apostolivniuersi periculis agitamur ali-  
quiduis. Cur ergo huiusmodi discrimina subiremus, aut cuiusmodi meriti alterius gra-  
tia, si nulla certior esset futura humanorum cadauerum resurrectio: Quod si ob ma-  
nem gloriam & iactantię causam malit quis se periculis offerre, semel id, aut amplius  
his ille optauerit, verum singulis momentis velle periclitari summo indicio est, nos de  
resurrectione esse iam certiores.

¶ **QVOTIDIE** Morior propter vestrā gloriā fratres, quā habeo i **CHRISTO**  
**IESV** domino nostro. ¶ Cum inquit, vt quid periclitamur, discriminum expressit  
magnitudinem, vel potius assiduas mortes, verum quo pacto diebus singulis mori  
obibat, Apostolus, quid nisi animi promptitudine, & quia esset ad mortem subeundā  
semp paratior, taliaq; pateretur, quę mortem afferret, propter vestram gloriam, hoc est  
vestri profectus gratia, quo ipse glorior, cedit nāq; discipulorum in meliora progressus  
ad gloriam preceptorū. Quare postmodum deo commissā sic inquit, quam habeo in  
**CHRISTO IESV**, cuius videlicet id omne est opus: non meum, peride ac si dicat,  
quemadmodum vobis proficientibus laudem mihi & gloriam vendico, sic remissior  
ipse efficitur, & animo cōsternatus, cum calamitose adeo vobiscum agatur, vt rationi iā  
diffidatis.

¶ **SI** Secundum hominem ad bestias pugnaui Ephesi, quid mihi prodest. ¶ Quam-  
tum inquit ad homines Ephesi confedi, bellumq; mihi haud dubie cum bestiis fuit.  
Quid enim si deus me periculis exemit, quid inquam mihi ex eo potuit vtilitatis ob-  
uenisse, si nulla futura esset resurrectio, illud aduersus beluas certamen appellat, cū qd  
iudeis & Demetrio Argiropo inierat Ephesi, quid enim a bestiis ipsis distabant, si  
mortui vt isti affirmant, haudquaquā resurgunt.

¶ **MANDUCEMVS** Et bibamus, cras enim moriemur. ¶ Si nulla ē futura mor-  
tuorum resurrectio, consequens est vt in eo seculo nulla sit bonorum fructio, fruamur  
interea presentis seculi bonis edendo & perpotando, id est dumtaxat nobis erit lucrū,  
hoc autem dictum ab Esaia desumptum est, vulgo illorum dementia increpante, qui  
nullam asserunt resurrectionem.

¶ **NOLITE SEDVCI**, corrumpunt mores bonos colloquia mala. ¶ Ad calli-  
gationem diuertit sermonem, semel q; hos & leuitatis inculat & dementię, hoc enim

Marchio-  
nistarum  
mos vesa-  
nus.

Paulus sep-  
mori pa-  
ratus.

pretendit, cum nolite errare inquit, bonos autem mores qui facile circumueniuntur,  
appellat. Arguit pretereā Corinthios ad resurrectionem hanc diffidam ab aliis fuisse  
se deceptos.

¶ **VEGILATE** Iusti, & nolite peccare ignorantiam enim dei quidam habent.  
¶ Haud secus ac temulētis vigilantiam Corinthiis iniungit Apostolus, iuste autem  
perinde ac si vtiliter interpretetur. Possunt enim homines, veluti super prauo aliquo  
facinore & abstinere, vt Gręce habet, & vgilare, & nolite peccare subiungit, nam ex hu-  
iusmodi peccandi licentiā vestra hęc de resurrectione oritur incredulitas: quippe qui  
malorum sibi sunt consciī, nullam esse existimāt tormentorum formidine resurrectio-  
nem, dei autem ignoratione tenentur, qui nullam resurrectioni adhibent fidem, non  
enim norunt dei potentiam, neq; habetis dicit. Sed habent, tam prauum imminuens  
facinus, cum in alios illud reiciat.

¶ **AD** Reuerentiam vobis loquor. ¶ Cum satis iam eos carpsisset, sic inquit con-  
solatur, istiusmodi vobis loquutus sum: non vt infensus & hostis incessem contu-  
melis, sed pudore afficerem, Gręce enim verecundiam habet, & eius rei ob gratiam  
vt correctos vos tandem & castigatos, & verecundia quadam affectos, ad veritatis no-  
tionem traducerem.

¶ **SED** Dicit aliquis, quomodo resurgunt mortui, quali autem corpore venient.  
¶ Haudquaquā ipsi id affirmatis. Sed alius quispiam inquit, dicit, quod eo facit, vt si-  
ne aliqua animi passione sua hęc videatur deprompta oratio, perinde ac si aliis mi-  
nus resurrectura corpora existimantibus rem ipsam disquirat. Duo igitur quedam  
in dubitationem veniunt, modus scilicet resurgendi: quo pacto corpus in cineres se-  
mel collapsum & resolutum subleuetur, & quo corpore hoc ne an alio quopiam. Vtra-  
q; autem hęc grani exemplo, dissoluit.

¶ **INSIPIDENS** Tu quod feminas non viuificatur, nisi prius moriatur. ¶ Ex re no-  
tiore & ab his continue gesta obiecta dissoluit, eoq; & insipientes appellat, vtpote qui  
rem adeo notam ignorent. Tu inquit qui feminas, hoc est tu qui corruptibilis es, id  
agis, quid ergo ambigis id ipsum & deo licere, non enim viuificatur inquit, nisi & mo-  
riatur, verbis vsus nihil femini propinquioribus, aut accommodis, sed corporibus ip-  
sis, neq; enim intulit: haudquaquā scilicet germinat nisi & resoluatur, sed minime viuif-  
ficabitur inquit, nisi & moriatur. Aduerte autem quemadmodum ad id quod con-  
tra facere videtur, sermonem conuertat. Corinthiis nanq; illud, vt mortui resurgam  
videbatur absurdus, Paulus vero contrario asserens ait, eo nos suscitari, quia & mo-  
rimur, perinde ac si non aliter liceat in vitam reduci, nisi mors ipsa precesserit.

¶ **ET** Qui feminas, non corpus quod futurum est feminas, sed nudum granum,  
vt puta tritici, aut cęterorum cuiuspiam. ¶ Cum duo dixerit, subdubitari posset quę-  
admodum scilicet mortui excitentur, & quo sint corpore resurrecturi, resurgendi mo-  
dum iam soluit, quia per mortem is fiat, & in tritici morem, nunc autem explicans,  
quo modo resurrecturi sunt mortui, & reliquum aperit, quo de ambigebatur, inquit  
q; corpus illud, idem suscitatur, hoc est quod eiusdem substantię sit. Splendidus ta-  
men & comptius redditur, heretici vero non idem illud quod fuerat dicitant susci-  
tari. Id enim inquit pretendit Apostolus cum dicit non corpus quod futurum ē  
feminas, cum ille haudquaquā sic sentiat. Sed id haud dubie exprimit, non feminas ip-  
se qualę futurum est, fulgentius scilicet & ornatius. Sed nudum & in tritici grani po-  
tius similitudinem, e quo spica ipsa pulchrior ita enascitur, vt nequaquā idem sint spica  
& granū, neq; enim in spicę formā illud est satum, culmo videlicet & aristas obductū  
sed nudum, neq; pro eo aliud quippiam profeminatum. Quippe non ex frugū alia-  
rum cocco, sed ex nubo illo frumenti grano spicam ipsam prodisse constat.

k.iii.

Incredu-  
litas futu-  
rę resur-  
rectionis  
ex peccā-  
di licentiā

Corpus  
splendid-  
us resur-  
recturū.

DEVS Autem dat illi corpus sicut vult. Si deus inquit daturus est corpus quid ipse tam curiose inquiris, quali sumus corpore resurrecturi, & resurrectioni diffidis, cum dei potentiam audis, & voluntatem, deus quidem resolutum suscitatur corpus, prestantius tamen pulchritudine, & spiritu redditum, quod plane potest vel in feminibus ipsis comprehendere, quidem mandato terrae semine formosius longe surgit, quod pullulat ex eo & procreatur.

ET Vnicuique seminum proprium corpus. Id profus hereticorum obstruit ora asserentium, non idem hoc corpus, sed aliud quoddam esse in resurrectione denique suscitandum, ecce iam audis proprium esse cuique corpus concessum.

NON Omnis caro, eadem caro, sed alia hominum, alia pecorum, alia volucrum, alia autem piscium. Ne forte cum intellexeris granum pari modo omne & passim concrefcere, sic etiam in resurrectione existimes, honori similes fore omnes, de dignitate ostendere nititur, vel resurgentium fore discrimen, quod preueniens patefacit, cum dixit, vnusquisque in suo ordine adiecit preterea, non omnis caro eadem caro: hoc est ne quae omnes pari honore resurgent. Sed tantum iustorum differunt, corpora ab impiorum corporibus, quantum a terrenis huius, caelestia, erit preterea & inter iustos ipsos haud parum graduum discrimen, quemadmodum in sublequentibus dicitur, quietis am vel inter improbos ipsos distabit plurimum, inquit enim quemadmodum caro humana a pecorum & reliquorum brutorum est longe diuersa. Sic erit peccatoribus & denatis, vel in ipsis suppliciis magna diuersitas. Quae autem dicta in praesentia sunt peccatorum dumtaxat exprimit differentiam. Est namque de iustis paulo post dicitur, cum de caelestibus ipsis faciet corporibus mentionem.

ET Corpora caelestia, & corpora terrestria, sed alia quidem caelestium gloria, alia autem terrestrium. Hoc loco quemadmodum diximus differentiam exprimit; quae iusti & reprobi inter se differunt, iustos quidem caelestia corpora nuncupans, reprobos vero terrestria, & alia quidem est iustorum gloria, peccantium alia, quorum haud tamen dicenda est gloria, neque enim haec illis conceditur, sed gloriae loco vita quaedam intelligenda, hoc est aliter longe cum peccatoribus actum iri.

ALIA Claritas solis, alia claritas lunae, & alia claritas stellarum. Stella enim a stella differt in claritate. Quemadmodum paulo ante noxiorum & delinquentium corporum explicauit differentiam ab ipsis hominibus initium sumens, deinceps peccatorum & piscium meminit, quod peccatores ipsi a principio homines conditi, mox in irrationabilium animantium similitudinem delati, sic & iustorum exponit discrimen, omnes inquit in claritate sunt, sed alius quidam est solis splendor, & alius lunae. Nam & stellae inter se differunt fulgore & claritate. Est enim astrorum gloria lux ipsa & splendor, nonnulli vero caelestia corpora pro ipsis angelis accepere, nec recte arbitror, quod inde liquet, cum solem alibi & lunam & stellas inducit. Quo fit vt de iustis potius haberi sermo hic videatur.

SIC Et resurrectio mortuorum. Sic vt mortuorum varia est resurrectio, quemadmodum superioribus exemplis explicatum iam est.

SEMINATVR In corruptione, surgit in incorruptione. Superius cum de seminibus diceret, verbis est vsus corpori proximioribus, licuti non viuificatur inquit, nisi & moriatur, nunc de corporibus differens, verbis vtitur feminibus proximis. Seminatur inquit in corruptione. Semen autem nunc non illud dixit, quod vulua, sed quod terrae demandari videtur, quandoquidem & ipsa cadauera sepulchro conduntur, pinde ac si inquit, deponuntur in terram demortua corpora in corruptione: hoc est vt corrumpantur. Bene autem surgit dixit, non nascitur: ne terrae id opus esse existimes.

SEMINATVR In ignobilitate, surgit in gloria. Quid enim mortuo hoie est

Iustorum corpora quae tunc differunt a corporibus inferiorum resurrectione.

Stella a stella differt.

ignobilis: surgitur tamen in incorruptionis gloria, tamen si haud pari honore fruatur omnes.

SEMINATVR In infirmitate, surgit in virtute. Nihil vale t vel ad quintum diem caro demortua corruptioni resistere, surgit tamen in corruptionis potentia, quae doquidem comprehendere corruptione nulla haec possit, tamen si peccatoribus maiori supplicio futura sit incorruptio.

SEMINATVR Corpus aiale, surgit corpus spiritale. Animale corpus ab aiali potentia regitur, i quod & aia ipsa imperium habet, & gubernatione, spiritale autem, quod spiritus sancti opera abunde vitur, ab eodemque & gubernatur, qui spiritus in nobis & si in praesentia opatur, non tamen adeo, neque tam assidue, quippe qui delinquentibus nobis abscedit statim, & auolat, eodemque praesente, aia corpus ipsum moderatur & regit, tunc autem cum resurgemus perpetuo idem iustorum corporibus aderit spiritus, vel simpliciter spiritale dixit, quae incorruptum pinde ac tenue magis ac leuius, & quale in aerem deferri possit, non tamen eiusmodi quale asserit Origenes aerium scilicet & ethereum, vel ex aeris ipsius vel etheris substantia compactum, quae si corporum resurgentium incorruptioni diffidis, respice caelestia illa quae interea neque senescunt, neque labore villo conficiuntur. Itaque qui creatiuit nostra haec corpora quae facile corrumpuntur, incorruptibilia reddit.

EST Corpus animale. Quod nunc gerimus in praesentia hac vita.

EST Et corpus spiritale. Quod sumus in futurum habituri, idem illud existens: quod est in praesentia, animale vero hoc est corruptibile.

SICVT Scriptum est, factus est primus homo Adam in animam viuentem, nouissimus vero iustus Adam in spiritum viuificantem. At qui hoc primum traditum litteris fuisse constat, postremum vero illud, nequaquam, sed ex rerum ipsarum consequentia & euentu dignoscitur, scriptum tamen vel id dicit fuisse: quemadmodum & propheta de Hierusalem dixit, vocabitur iusticiae ciuitas, cum tamen haudquaquam id explicasset, & euangelium dominum Emanuel nuncupat, cum ipse minime sic diceretur, sed res ipse vocem hanc indiderunt & nomen. Primus itaque Adam homo erat in animam viuentem effectus hoc est corpus habebat animae viribus gubernatum, nouissimus vero qui Christus est in spiritum viuificantem, non enim viuentem dixit, sed viuificantem id exprimens quod & prestantius erat: & longe maius. dominus namque substantialiter habebat spiritum sanctum sibi vnitum; quo & propriam carnem viuificabat: & nobis, per eum est incorruptionem largitus, quo fit: vt vitae huius corruptibilis, pignora in priori Adam ceperimus, futurae vero in Christo.

SED Non prius quod spiritale est, sed quod animale, deinde quod spiritale. Ne quis forte querat, cur ergo corpore hoc animali, quod deterius est, nunc ipsi potitur, spirituali vero sumus quod satius est potitur? Respondet vtriusque principia sic fuisse disposita. Adam primo, postremo Christum, ita fit vt in melius prouehantur res nostrae, quinetiam per suam habere velim, vel ea quae nunc in te insunt corruptibilia haec & peiora in id quod incorruptum est: & prestantius commutatum iri.

PRIMVS Homo de terra terrenus, secundus homo de caelo caelestis. Ne optimum negligant viuendi modum futurum est, vt de vita eos commonefaciat, quae deo sit placita, inquit itaque Adam fuisse ex terra progenitum: & idcirco esse hoc nomen fortitum. Adam enim significat terrenum & e puluere plane effectum. Secundus vero homo, dominus scilicet e caelo erat, quorum alterum a deteriore denominat; alterum illud & secundum a potioribus nuncupat, neque propterea quod homo siue ipsa humanitatis assumptio e caelo esset, quemadmodum demens ille Apollinaris delirabat, sed quod vnus Christi persona, & homo de caelo esse propter vnitatem dicitur, & deus fuisse eandem ob causam crucifixus asseritur.

aiale corpus, spiritale corpus

Origenis error.

Primus Adae Nouissimus Adam.

Adae quod,

Apollinaris error.

**QUALIS** terrenus, tales & terreni. Hoc est pariter & perditum eunt, & interibunt, vel quia peccati mortem obituri sunt, qui terrenis rebus inhererint.

**QUALIS** Celestis, tales & celestes. Hoc est sic immortales sunt permanfuri, & claritate fulgentes. Nam et si secundus Adam mortuus est; mortē tamen ut ipse dissolueret, mortem subiuit, vel aliter, ipse scilicet diuinam vitam degentes, perinde ac sapientes celestia glorificabuntur.

**IGITUR** Sicut portauimus imaginem terreni, portabimus & imaginē celestis. Hoc loco enodatus regegit oratiois i commonefaciendo figuram, imaginē autē terreni praua ipsa facinora dixit, celestis autē imaginē optima actione, quemadmodum igitur in nequitia vixim⁹ tanq̄ terreni filii, & terrestria sapientes, sic rursus in virtute victuri sumus, utpote qui celestis imaginē imitando seruabimus, imago quidem terreni, ut illud, quia cinis es, & in cinerē reuerteris. Imago autē celestis mortuorū est res, resurrectio, & incorruptibilitas ipsa, ita ut tanq̄ de resurrectione, non de modo viuendi dicta hęc fuisse intelligēdum sit & illud, portabim⁹ imaginē celestis nō cōsulētis esse dictū intelliges, sed rei futurę idiciū, hoc est, q̄ celeste sumus imaginem portaturi.

**HOC** Autē dico fratres, quia caro & sanguis regnum dei possidere non possunt. Postq̄ imaginem terreni expressit perinde ac si eandē interpretetur sic inquit, Quoniam caro & sanguis q̄ imaginē pferunt terreni, hoc ē carnales actiones, & corporis crassitudini conformes, quę haudquaq̄ poterunt celestis regni consequi hereditatem.

**NEQVE** Corruptio incorruptelam possidebit. Hoc est nequitia animi ingenitatem corrumpens, nequit gloriam illam possidere; & bona incorruptibilia, poteris, & hęc omnia non ad vitę instructionē referre, sed ut de resurrectione edisserant capere videlicet caro & sanguis; id est quod ex carne & sanguine hoc corpus concretum in futuro seculo celestis imperio non potiat, quo in seculo, nec potus erit, nec cibus, quibus oīno tale corpus nutritur, neq̄ corruptio, hoc est corruptibile corpus incorruptibilia vendicabit necesse est; itaq̄ ut spiritale nīm hoc corpus corruptionis sit expertum, tamen si Basilius hęc ab Apostolo dicat eo fuisse prolata, ut Corinthios ad recte viuendum cohortaretur.

**ECCE** Mysterium vobis dico. Ad conceptum de resurrectione sermonē iā redit; polliceturq̄ se illis horribile quiddam & arcanum denunciaturum, sic illos quem admodū plurimifaciat, aperit, qm̄ ea quę recōdita sunt neq̄ liceat sibi effari, dicitur sit.

**OMNES** Quidem resurgemus; sed non omnes immutabimur, omnes quidem non moriemur; oēs autē imutabimur sic gręce. Nō oēs inquit sunt morituri, verum oēs imutabimur, vel ii qui nō moriuntur, hoc est qui ad incorruptionem transferuntur nequaq̄ igitur cum moriendū sit vereri debes, quin resurrecturus sis aliquando, ecce iam tibi p̄dico p̄rosq̄ mortem esse nō obituros, haud tamen id illis ad eam resurrectionem sat valet, nisi & imutetur, & sic ex hac corporum mortalitate ad immortalitatem p̄transeant. Ut itaq̄ illis cū mortis imunes sint; nihil ex eo capiunt vtilitatis, sic nobis mors ipsa effecerit, illis vero mors est immutatio; moritur nāq̄ in eis corruptio, in incorruptibilitatem deniq̄ commutata.

**IN** Momento in ictu oculi, in nouissima tuba. Hoc est momentaneo tempore, & breui admodum, & quanto distingui supercilium possit, res eiusmodi fient. Neq̄ solum mirum illud videri debet, quod tabida iam & putrefacta resurrectura cadauera sint, quodq̄ singuli proprium sint recepturi corpus. Sed quia tanta sit hoc celeritate futurum, ut nequeat explicari. Nōnulli autem in nouissima tuba ita intellexerunt peride ac si illud ab Apocalypsi Ioannis euangelistę desumptum sit. E septem namq̄ tubis inquit, priores quidem hominibus finem denunciant, non enim omnes vna interibunt, sed diuerso quisq̄ tempore naturę necessitati concedet, & hoc quidē fiet

Actiões  
carnales  
n̄ heredi  
tabūt ce-  
lum.

In ictu  
ocli q̄uo,

diuina dispositione, ut priorū qui sūt p̄p̄di, exēplo, qui reliquerūt malefactorū penitēte, nouissima autē tuba & momento quodē & oculi ictu, hos & resurgere facit & imitari.

**CANET** enim tuba & mortui resurgent incorrupti. Ne quispiā talia fieri posse in oculi ictu diffidat, certiora esse que dicit ex dei potentia, arguit, qui eiusmodi faciat inquitq̄ tuba canet & hec utiq̄ fient, cuius dicti per simile istud est, ipse dixit & facta sunt per tubam autem que nulla profecto in futuro iudicio erit dei nutū & imperium patefacit, qui ad omnes sit peruenturus.

**Et** nos immutabimur. Haudquaq̄ de seipso id asserit Paulus, sed de his qui tūc superstitēs erunt, & in humanis agent.

**OPORRET** enī corruptibile hoc iduere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem. Ne forte audiens quispiā quia caro & sanguis regnum dei nō hereditabunt, & rursum quia incorrupti resurgēt mortui existimet corpora ipsa pretereamin⁹ resurrectura, quoniam nūc ex carne & sanguine cōposita sint, sic infert, resurgēt quidā corpora hec, nō tamē que sanguine sit & carne concreta, sed in corruptionem haud dubie cōmutata. Nota autē hec dicta in eos proferri, qui asserant corpora nō eadē illa esse resurrectura, que in hac vita fuere sed alia quedā iquit, enī apostol⁹ corruptibile hoc & mortale hoc, nō aliud quidpiam, sed hoc dūtaxat corp⁹ designat, quo sit ut corp⁹ quidē idipm̄ maneat, nō est quod induitur, mortalitas autē & corruptio tollitur immortalitate & incorruptione superante, differt autē corruptio a mortalitate si quidē in animata dūtaxat cadit mortalitas corruptio vero vel in ea que anima carent nobis itaq̄ insunt nonnulla, que in animatis similia sunt, ut pote capilli & vngues qd̄ & immortalitatem cum reliquo corpore induent necesse est.

**CVM** autem mortale hoc iduerit immortalitatem, tūc fiet sermo qui script⁹ est mors absorpta est in victoria. Quoniam que p̄ter Corinthiorū esset opinione explicauit ap̄lus scripture testifio hęc demū cōfirmat in victoria autē hoc est in fine videlicet, ut de iūcta mors penitus disperdatur, neq̄ in posterum spes vlla sit reliqua.

**VB** est mors victoria tua; vbi ē mors stimulu⁹ tu⁹. Perinde ac rerū ipsarū sine p̄specto, effertur spiritu, & victorie carmē decatat, exultansq̄ proclamat haud secus ac morte ipsa prostrata, hęc ipsa premit & calcat, cōperies autē aliquid esse inferni & mortis discrimē, videlicet qd̄ aias infern⁹ cōtineat mors vero corpa, nā imortales sunt aie.

**STIMVLVS** autem mortis peccatum est. Peccatum non morte erat validius quo mors ipsa pro stimulo vtebatur, nam ut scorpius minutū animal in caude stimulo vim habet omnem, sic & mors per delictum poterat plurimū, tamen si suis viribus minime vteretur, potest & pretere aliquid de Iesu significari, in quo cum nullum inuenisset peccatum in eum moliri nil potuit.

**VIRTVS** vero peccati lex. Lex nāq̄ cum nulla constaret, ex iusticia delinquentes nequaq̄ grauius damnabamus, at postq̄ lex ipsa delictum mōstrauit & quod cauendum esset constituit, condemnauit nos acrius, ut qui scierat deliquimus & peccato vires adiecit, & forti⁹ reddidit non pro sua natura, sed pro nostra ignauia, qui minus recte vtamur concessa medela, quemadmodum in epistola ad Romanos distusius & multis iam est explicatum. Non igitur ambigas de resurrectione o homo cum videas peccatum esse sublatum, quod cum mors ipsa pro armis habuerit, & lex ipsa iam cesset, quod fuerit eius ex fine peccati robur. Perspicuum itaq̄ est hanc mortem quia armis sit spoliata, nil amplius habere iam virium.

**Deo** autem gratias qui dedit nobis victoriam per dominum nostrum IESVM CHRISTVM. Domini Iesu certamen est, hoc ille gessit, nobis vero collata victoria est, nulla beneficiorum nostrorum vicissitudine, sed per dei patris gratiam atq̄ clementiam, qui nos per filii intencissimam operam superiores effecit.

k.v.

Per tubā  
i iudicio  
quid si  
gnificatur.

Corruptio a  
mortalitate  
quomodo  
differat.

Scorpi⁹  
animal.

Corinthii de resurrectione subdubii

**CIT**AQVE fratres mei dilecti stabiles estote, & immobiles abundantes in omni opere domini semper. Cum compertum apud vos sit esse omnino resurrectionem futuram, futuramque & bonorum pravorumque retributionem, stabiles vos ipsos prestate. Erant enim Corinthii de resurrectione subdubii, & nutabundi, cumque & vite melioris esset apud eos neglectus, ut pote qui se minus resurrecturos sperarent abundantes inquit in dei opere estote hoc est non solum que dei sunt operamini, quin etiam abunde hec velim exerceatis, opus autem domini, hoc est quod si domino, gratum, quodque a vobis dominus exigit, virtutem videlicet.

Virtutum fastigium elemosynae.

**SCIENTES** quod labor vester non est inanis in domino. Hoc est sperantes resurrectionem futuram, & quodcumque fuerit per vos laboris impensum, haudquaquam vobis iactura erit, olim namque a vobis virtus ipsa negligebatur, quia resurrecturos vos minime credebatis, eoque neque in vacuum laborem insumere libebat, nunc vero pro certo habetis, vestros labores nequaquam fore inanes in domino autem eo intulit, vel quia tunc in domino laboramus cum superne & celitus operam excipimus, quod obvenire ex deo gratis operibus solet, vel quia haud frustra per eum erit domini gratia cuius labor impensus qui & ab eodem sit premia recepturus.

Vna sabbati est dies dominicus

**DE** collectis autem que fiunt in sanctos, sicut ordinavi ecclesiis Galatie, ita & vos facite. Absoluto de dogmatibus ipsis sermone ad virtutum fastigium elemosynam venit, leviolem in initio statim hanc ipsam rem faciens, leve enim singulis videbatur, quod erat a multis collatum, mox illos ad imitationem aliorum ut conterrant inducit, alieni officii narratione infert namque quemadmodum & Galate fecerunt, neque commonefecit dixit, sed ordinavi, quod sane maioris est potestatis ut intelligas vel regium decere imperium elemosynam impartiri, nec quoque pacto esse hanc negligendam.

Gratiam modo.

**PER** vnam sabbati unusquisque vestrum apud se reponat, recondens quod ei bene placuerit. Per vnam sabbati, dominicum diem intelligit, hoc est primam sabbati, vel primum ebdomade diem, cuius dei commemoratione ad elemosynas erogandas notatur, quoniam & diei eiusdem recordatur mysterium, prudenter autem iniungit, vnumquemque quodlibet recondere, hoc est quodcumque destinaverit deus servare, & quod factu facile sit cuique conferenti, neque enim dixit statim conferte, ne quem forte cuiusque naves essent tunc facultates, pusillum quidpiam tribuere puduisset, sed recondat inquit apud se ipsum quisque & cumulet, auctumque deinceps & cumulatum deferat.

**NE** cum venero, tunc collecte fiant. Ne forte inquit cum dispensandi est tempus tunc colligatis. Cum autem venero dicit promptiores ad colligendum hos reddit, quod postea dispensetur, ut pote cum in eius conspectu huiusmodi sit futura collatio.

**CVM** autem presens fuero, quos probaveritis, per epistolas hos mittam perferre gratiam vestram in Hierusalem. Recte illud quos ipsi probaveritis intulit, ubique aliorum offensionem declinans, ne illis forte suspitio oboriretur, cupere Paulum collectas pecunias e gentibus imparciendas sibi non aliis vendicare, idcirco quos ipsi idoneos iudicaveritis inquit, hos ego per litteras destinabo, perinde ac si dicat & ipse his adero & mearum litterarum ratione particeps, & meriti dispensando, gratiam autem rem ipsa appellavit, hoc est liberalitatem & munificentiam, ut arguat eos rem gratam facit, non animo iniquo, vel vlla coactos necessitate, hec quippe dici gratia debet, que vltro offeratur, gratia preterea id beneficii appellavit, quia indignum videretur, elemosynam dicere, que esset in sanctos postea eroganda.

**QVOD** si dignum fuerit, ut ego eam mecum ibunt. Si tanta inquit fuerit collecte pecunie magnitudo, ut me dispensatore indigeat, vel ipse ac lubens iturus sum. Quibus dictis ad munificentiam hortatur Corinthios, quin etiam cum testis illos habere velit, quemadmodum nihil sit ipse ex collatione huiusmodi accepturus, mecum

infert commigraturi sunt.

**VENIAM** autem ad vos, cum Macedoniam pertransiero. Nam Macedoniam pertransibo. Apud vos autem forsitan manebo, vel etiam hyemabo, ut vos me deducatis, quocumque sero. Nolo enim vos modo in transitu videre. Spero enim me aliquantulum temporis apud vos fore, si dominus permiserit. Haudquaquam dixit me in Macedoniam conferam, ne obiectarent Corinthii Macedonas sibi prelatum iri, sed pertransio inquit Macedoniam, hoc est citatim & preteriens illos visurus sum.

Apud vos vero commoraturus, unde ostendit quemadmodum Corinthios uti propinquiores discipulos & digniores Macedonibus anteponat, erat enim Corinthi fidelium maior conuentus, territat preterea delinquentes, cum mansurum se apud eos affirmat. Adiecit preterea forsitan illud ob dubium rei eventum, erat enim nescius, utrum id sibi spiritus sancti permisso facere liceret nec ne, cuius arbitrio ducebatur. Ephesi enim cum esset, concessurus inde in Macedoniam erat, eamque celerrime preteriturus, adiuturusque mox & Corinthios. Multis itaque argumentis suam in Corinthios aperit benevolentiam, tum quia nequaquam eos vellet transeundo reuifere, tum quia se ab eis deduci percupiat.

**PREMANEBO** autem Ephesivisque ad pethecosten. Vel id quidem maximum est amantis indicium, cum & quo sit loco & quid diu mansurus significet, & profectio nis causam patefaciat, cum ita infert.

**CAUSTIVM** enim mihi apertum est magnum & evidens, & aduersarii multi. Hoc est, complures sunt ad Christi fidem hanc concessuri, ad quos liberior mihi patet accessus, ut pote quorum feruentior ad fidem sit animus, tunc enim angitur magis preceptor, & quasi ab docedo reprimatur, cum minime habet attentos discipulos. Spacio vero & amplo in loco tunc eius mens diuagatur, cum auditores sit nactus emulatione mutua excitos. Multos autem sibi dixit aduersarios imminere, quia cum diabolus se iam sentiat potestate pristina spoliatum, acriori formidine percitus alios concitat ut aduersentur.

**SI** autem venerit Timotheus videte ut sine timore sit apud vos. Quoniam par erat ut Timotheus suo interuentu offenderet qui deliquissent, obiurgaretque eorum facinora, certiores hos reddidit, & commonefacit, ne Timotheo insurgat, qui apud se sapientes haberentur & diuites, neque eo quod futurum esset, ut pre timore ille succumberet, sed quia Corinthiis ex eo obuentura esset calamitas. Timotheus siquidem admodum erat ad pericula subeunda paratus & promptus, recte autem apud vos dicit, perinde ac si inquit, nequaquam id agentibus vllis exigerem, sed a vobis deponco, ut tutior ille apud vos maneat.

**OPVS** enim domini operatur, sicut & ego. Ne quis ergo illum spernat. Hoc est haudsecus atque ipse predicaturus est ille, & alios instructurus ad fidem, quod sane magnam cedit Timotheo in laudem, cum itaque istiusmodi sit, nemo hunc paruuduxerit velim, erat namque is non grandis natu, sed iunior & solus ad eam rem tam ardua destinatus, quippe cui elati & superbientis populi fuerat cura permessa, unde nec poterat mirum videri, si ab his paruifieret.

**DEDVCITE** autem illum in pace ut veniat ad me expecto enim illum cum fratribus. Quin potius inquit, honore, hunc prosequamini, quod certe cum deducite inquit pretenditur, in pace autem hoc est in tuto & sine vlla formidine, altercatione qua uis & contentione sublata, & obedientia prestita expecto autem illum ad territandos hos dixit, perinde ac si cuncta, quemadmodum gesta sunt in eius aduentu sibi sit Timotheus renunciaturus, eoque ne illi molestos se prebeant commonefacit. Simul etiam ut reuerentia eum efficiat digniore, ut pote, quia adeo sibi sit necessarius, ut eum duxerit expectandum

Paulus suam Corinthios benevolentiam ostendit.

Timotheus promptus ad pericula subeunda

II. AD CORINTHIOS.

Apollo timothei frater.

**DE** Apollo autem fratre vobis notum facio, quoniam multum rogauit eum ut veniret ad vos cum fratribus, & utique non fuit voluntas eius, ut nunc veniret. **ERAT** Apollo Timotheo etate proeclior, & vir satis facundus, ne itaque quererentur Corinthi non hunc potius ad se fuisse transmissum, sed eum qui iunior esset, sic inquit multum rogauit eum, & cohortatus sum ad vos se conferret, neque hunc dicit sibi iam obtulisse, quin ut culpa liberum reddat, utique non fuit voluntas eius, subiecit, hoc est deo non libuit & ne preterea excusationes has esse & comenta quedam afferant hec, subdit.

**VENIET** autem cum ei vacuum fuerit. **ET** Apollo simul excusat, & Corinthios hunc visere cupientes, eiusdem spe future presentie consolatur.

**VIGILATE.** Rursum eos in epistole calce commonefacit, ostendens minus esse dumtaxat preceptoribus confidendum, quin & in seipsis spem fore habendam vigilate inquit, hoc est, ne seducamini, quod eo intulit, ut somnolentie illos arguat.

**STATE** in fide. **Hoc** est non in exteriori vestra hac sapientia confidatis, quia nemo gradu potest consistere firmiori quinetiam State eo adiecit, ut illos ostendat se instabiles & in fide labantes.

**VIRILITER** agite, & confortamini. **Id** quidem eorum gratia dixit, qui cum molliores essent & effeminati, incidiis aduersum hos niterentur.

**CONIA** vestra in caritate fiant. **Hec** in eos intendit, qui factionibus & diffidiis ecclesiam ipsam discernerent, siue iniquit in fructu quispiam, siue instruitur, siue obiurgat in caritate hec peragat velim. Ita fit ut neque elatio, nec tumor animi subsequatur media caritate, neque vlla oriatur dissensio.

**OBSECO** autem vos fratres. **Videlicet** ut vos istiusmodi prebeat.

**INOSTIS** domum Stephane & fortunati, quonia sunt primitie Achaie. **Vos** inquit rei huiusce estis non necii, ita ut nequaquam ea instructione indigeatis, hos autem Achaie appellat primitias, vel quia priores illi in ea regione crediderant, vel quia optimam ducebant vitam, debent namque primitie de reliqua summa potiore partem desumere. Achaiam vero greciam vocat.

Achaia grecia.

**LET** in ministerium sanctorum ordinauerunt seipos. **Ut** fideles videlicet eorum nos excipiant, eisdemque ut ministrent & opem ferant, seipos constituerunt non iniuncti & coacti, sed vltro id agunt.

**VT** & vos subditi sitis eiusmodi, & omni cooperanti & laboranti. **Hoc** est ut & vos cum ceteris vna auxilio sitis fidelibus hisce, vel iuuando pecuniis vel corporis necessaria sumministrando neque simpliciter ferre his opem dixit, se ut intentiorem quamdam exprimeret obsequentiam, subditi estote subintulit, & ne Stephane dumtaxat illi gratificari appareat adiecit, & laboranti cuique. At qua in re, in sanctorum ministerio, sunt enim istiusmodi omnes honore dignissimi, sic namque & labores leuiter tulerint, cum se & sanctorum gratia suscepisse hos videant, & alios habeant ad id munus socios.

**GAVDEO** autem de presentia Stephane & fortunati & Achaici, quoniam id quod vobis deerat ipsi suppleuerunt. **Hi** quippe erant qui ad apostolum Corinthiorum dissensiones & errata protulerant. Et quoniam non immerito forsitan, eam ob causam Corinthii efferatius in hos se gerebant, commendat eosdem inquam, hi sane quod vobis deerat impleuerunt, hoc est vestri omnium loco ad nos commigrarunt. Per vosque ad me tam longo itinere transmissi sunt.

**REFECERVNT** enim meum spiritum, ac vestrum. **Ostendit** quemadmodum sui animi recreatio ex illis prodierit quos ad se transmississent peride ac si inquit. Me per hos recreato mea est vobis quies in luctum futura. Nil itaque velim vel ingratum his, vel quod in iocundum sit inferatis.

I. AD CORINTHIOS.

**COGNOSCITE** ergo que eiusmodi sunt. **Hoc** est, in honore eos habetote. **SALVTANT** te omnes ecclesie Asiae. **Connehit** ut facere semper consuevit, per impartitam salutem Christi membra.

**SALVTANT** vos in domino multum Aquila & Priscilla cum domestica sua ecclesia, apud quos & hospitor. **Apud** hos namque morabatur apostolus, erat enim ipse quemadmodum illi, sceno factorie artis peritus. Attende autem horum virtute qui ex propria domo ecclesiam, hoc est fidelium conuentum effecerint.

Paulus artis sceno factorie peritus.

**SALVTANT** vos omnes fratres, salutare inuicem in osculo sancto. **In** osculo sancto adiecit, propter varias Corinthiorum dissensiones, commonefacerat enim eos plerumque ut vnum sentirent omnes, osculo autem sancto dicit quod dolo careat, nec fictum sit.

**SALVTATIO** mea manu Pauli. **Salute** enim hanc propria manu conscripsit, ut ostendat plurimi secum hanc epistolam facere tum eos ad quos vltimo perscriberet.

**SIQVIS** non amat dominum nostrum Christum sit anathema. **Hoc** vnicuique dicit omnes perterrefacit adulteros, scilicet subdolos, & qui idolothytis vescerentur, quiue resurrectioni diffident, & omnes denique qui preter eius doctrinam, & traditiones ducerent vitam. Hi namque vniuersi haudquaquam dominum colunt.

Marana tha vox syra.

**MARANATHA.** **Hoc** est dominus venit, quod eo intulit, ut & incarnationis mysterium confirmaret, assereretque per id ipsum & resurrectionem, vel ut illos pudore afficiat, perinde ac si dicat, cuncta non minus vestri causa tolleravit, vos vero illum odio habetis, quippe qui partim nomina vobis ab hominibus conscriueritis partim prauis incumbitis facinoribus. Atqui eo hoc loco Greca haudquaquam usus est lingua, sed hebraea, vel syra potius, quia ad Corinthios sermonem haberet, qui exteriori hanc & humanam sapientiam, & Grece lingue ornatum glorie ducebant, arguens eorum se lingua nil indigere, sed vulgata potius quadam humiliter & abiecta potius gloriari, adeo ut vel barbara dictione sit usus.

Officiu preceptoris quod

**GRATIA** domini nostri iesu Christi vobiscum. **Preceptoris** officium est, non solum commonefacere, quin & bene precari confirmareque auditores cum doctrinatum & celestis cum precatione presidii, & quoniam ipse loci distantia, aberat longius, perinde ac si dextera ipsa corporis salutandi gratia porrecta, animi manibus eos complectitur inquam.

**CARITAS** mea vobiscum in CHRISTO IESU amen. **Hoc** est, omnibus vobis presto sum ipse, & adsum vel absens, neque enim si loco videor a vobis distare, animo procul sum his, itaque patefacit que ad eos scripsisset, & si acrimoniam quandam preferrent, nequaquam ab odio vel ira prodire, sed a caritate & cura quam de his gesserit. Et ne assentandi gratia intulisse hec videatur in CHRISTO IESU subiecit, hoc est nichil mea hec caritas in se vel humani habet vel carnis. Sed spiritalis est tota. Prececur itaque ut mutuo amore detenti, in nobis ipsis mundane benevolentie, quae deo infensa est, & odiosum nil preferamus. Sic enim iocundissimis dei dignabimur habitaculis in CHRISTO IESU. Qui nos tanto est persecutus amore Cui gloria in seculorum secula.

AMEN.

Missae fuit e Philippis, per stephanam & fortunatum, & Achaicum, & Timotheum.

Argumentum secunde ad Corinthios Epistole.

Post actam a Corinthiis penitentiam, consolatoriam eis scribit epistolam apostolus a Troade per Titum, & collaudans eos hortatur ad meliora, contristatos quidem eos, sed emendatos ostendens.

II. AD CORINTHIOS.

In secundam ad Corinthios epistolam Athanasii prologus.

Paulus i hac epistola mo ra suam purgat.



ECVNDAM IDCIRCO BEATVS PAVLVSA d CO rinthios scribit epistolam, quia cum in priori ad eos se profecturum pollicitus esset, idq; demum neglexerit, vt pote quem spiritus sanctus necessariis magis in rebus exercuisset, & alie pleraq; quae eu vt gerent, exorta incubuissent, oportuit vt longioris suae profectiois tarditatem purgaret, cuius purgandae gratia hanc scripsit epistolam, excusans, & qua id ratione sit factum commemorans. Simul etiam hi cum ex superiori epistola profectissent, & admittendi erant & laudandi, proinde quos & deliquitantes iam obiurgasset, & correptos deniq; & in viam redeuntes extollere laudibus oportebat, & ideo nihil eis ex huiusmodi epistola vel ad contemptum ingeritur, vel contumeliam, nisi forte in calce per pauca, & ea quidem eorum gratia, qui ex Iudeis fidei effecti a deo insolescerent, vt Paulum haud secus ad litterarum ignarum & nullius momenti virum acriter incularent.

Paulus tunc ad iutorem nunc f ra tre vocat.

PAVLVS apostolus CHRISTI IESV per voluntatem dei & Timotheus frater. In priori epistola, eum ad Corinthios Timotheum misisset, excepissetq; item ex Corintho ad se redeuntem merito eum sibi coniungit, dederatq; namq; ille apud Corinthios proprie virtutis experimenta. Quo circa eundem clarum iam factum & plurimis non ignotum, quippe qui Corinthiis cum exhortando, tum preceptoris munitatis ad eos perlati magnum in modum profuerat, sociu sibi in epistola hac conscribenda consciuit. Aduerte autem quemadmodum, & filium hunc nonnunq; appellat cum inquit, tanq; patri mihi filius seruiuit, nonnunq; vero cooperatore vt illud, opus enim operatur vt ego, nunc vero fratris nomine & veneratione quadam dignatur.

ECCLIESIA dei que est Corinthi. Rursum hos dei ecclesiam remissius nuncupat, qui enim ab ea fuerint auulsi, haud qua; hoc ecclesiae nomine dignandi sunt.

CVM omnibus sanctis qui sunt in vniuersa Achaia. Ita hec infert, perinde ac si, per epistolam, haec, reliquos Grecos appellet, gentemq; eam vniuersam ad concordiam cogat qui in etiam quia communiter facile mouebantur, & medelam communem affert. Quod item facit cum ad Galathas scribit aut hebreos, Sanctos autem cum dicit arguit plane immundum aliquem & impurum nequaquam esse huiusmodi appellatione dignum.

GRATIA vobis & pax a deo patre nostro & domino IESV CHRISTO. Conuetam in presentia prefationem facit, vt dictum alibi est gratiamq; his com precatur & pacem.

BENEDICTVS deus & pater domini nostri IESV CHRISTI. Promissio ferat in priori epistola ad Corinthios se profecturum, qua profectioe dilata, suspicabatur illos id egre ferre, tanq; alios sibi pretulerit, vt ad quos mallet potius quam ad se comigrare, volens itaq; Paulus excusare id more, insuper & patefacere, sese molestis plurimis, que sibi incubuissent, fuisse detentum ingeniose admodum sui purgationem pretendit, gratias inquit ago deo, qui me scilicet exemit periculis, & ita vt gratias astendo ostendat, magna quedam que se intercepissent, fuisse discrimina, quibus liberatus tandem gratias agat, pater domini nostri IESV CHRISTI, eo dicit, quia secundum humanitatem Christi est deus, secundum vero diuinitatem est pater.

PATER misericordiam, & deus totius consolationis. Hoc est quitantopere nostri commiseretur, vt ab ipsis foribus mortis retraxerit, dignatusq; sit in afflictionibus cunctis & pressuris nos consolari, est autem sanctis consuetudo, vt cum beneficiis afficiuntur deum vt nominent, & gratias agant, quemadmodum dauid cu victoria de

II. AD CORINTHIOS.

set bellando potitus sic inquit, diligam te domine fortitudo mea, & dominus defensor meus. Cum vero cogitationum nebula & mentis obtenebratione vel tristitia liberatur, dominus sit illuminatio mea proclamat. Sit itaq; nunc, & paulus misericordia rum patrem, & consolationis deum, ex his quae sibi met contigissent appellat. Attende autem incredibilem pene hominis humilitatem, qui cum predicando tentatione, quauis & pressuris vrgentibus eximeretur, nequaquam pro suis se meritis esse affirmet, sed dei misericordia tot malis solutum.

Dauid cantus post ad epistola victoriam.

QVI nos consolatur in omni tribulatione nostra. Haud quaquam dixit qui nos premi aut angere permittit, sed cum vrgemur & premimur, nos consolatur. Sinit naq; nos ille vrgeri & diuexari plurimis, vt per tollerantiam assequamur mercede, quos ite & consolatur, vt fortiores reddat, cum succubuisse perspexerit, semperq; in hoc consolandi officio perseuerat, propterea Paulus nequaquam illud quod semel nos consolatus est intulit. Sed qui consolatur adiecit, vt perpetuitatem consolationis ostendat, neq; in hac solum aut illa pressura, sed in omni tribulatione quecumq; sit illa.

VT possimus & ipsi consolari eos, que in omni pressura sunt, per exortationem qua exhortamur & ipsi a deo. Non eo inquit quia, & digni ipsi consolatione hac sumus solatur nos deus, sed vt ceteros pro huiusce consolationis exemplo quod in nos editum est & reliquos qui vrgeri variis morbis solent consolari possimus. Vt vos itaq; quandoquidem & me conuicit inquit eiuscemodi consolatione affectu, nequaquam velim animo concidatis, cum in angustiis fueritis, & pressuris immerfi. Quae ex re, & Apostolorum vt pote officium patefacit, qui ad aliorum subleuandos angores sint constituti, non vt commentitii solent & falsi apostoli, qui dantes delitiis operam & domi quiescentes, negligunt eos qui consolandi forent & subleuandi.

Apostolorum & predicatorum officium.

QUONIAM sicut abundant passiones Christi in nobis, ita & per Christum abundat consolatio nostra. Quo recidis inquit o auditor passiones cum audis & cruciatus, quanto enim magis affluerint, tanto abundantior erit, & consolatio, nec simpliciter passiones exprefit, sed Christi vt ex his & Corinthios consoletur, Christi quippe sunt huiusmodi passiones, quas nos toleramus, quo fit vt in his ferendis Christi sumus effecti participes, debet ergo magnum in modum vel illud tibi consolationi esse, quod Christi subieris passiones, quin potius nec eas solum, sed longe his acrioris. Abundant enim inquit Christi in nos passiones, hoc est longe plura ipsi debemus quae Christus perpeffus sit pati. Ceterum sentiens quante illud sit magnitudinis, quod pertulisset, rursum dicta hec comprimit hoc pacto inquit, ita & per ipsum abundat consolatio vestra. Id enim omne Christo adscribit, neq; parem pretiuris consolationem afferit fore. Sed longe abundantio rem.

Passiones huius seculi.

SIVE autem tribulamur pro vestra exhortatione & salute. Propterea inquit minime vobis molestie ferende sunt mee pressurae, quis vos consolandi gratia, pro vestra salute licet premimur, liceret namq; & nobis reiecta euangelii predicatione vitam in tuto ducere, nunc vero predicantes, vt ex his bonis que ex eiuusmodi proficiscuntur praerogatio, omnino vobis pariamus salutem, in has pressuras incidimus. Ergo & si vestre salutis gratia hec mala perpetimur, nihil oportet malis affici & vos perturbari.

SIVE consolamur pro vestra consolatione, siue exhortamur pro vestra exhortatione, que operatur tollerantiam earundem passionum, quas & nos patimur. Paratur autem inquit hec salus, non solum vestra ex tollerantia, sed mea, hoc est, non modo mea est opera, sed vestra etiam parta hec salus, nam quemadmodum predicans ipse pressuris afficior, sic & vos qui meum excipitis de Christo praerogatio, his de ipsis passionibus quibus & ipse, affecti, plurimum vero inesse Corinthiis virtutis testatur, quandoquidem vel variis modis diuexati, Paulum admitterent predicantem.

I. ADCORINTHIOS.

**CVT** spes nostra firma sit pro vobis. Hoc est haud dubie ipsi confidimus nichil vos viri expressuris hisce incidentibus immutatum, neq; perturbationis quidpiam ex his perpeffuros, quibus nos affici conspiciamini.

**CSIVE** consolamur pro vestra consolatione & salute. Cum dixerit superius siue autem ipsi tribulamur, ne graue aliquid dicere & molestum his videatur, sic infert & nostre salutis gratia consolamur, hoc est nostra consolatio hec in nostri animi subleuationem cedit. Nam si parum per & ipsi respirabimus, satis arbitror ad vos consolandos id valiturum, quippe qui mihi litis eiusmodi consolationis participes.

**CSICIENTES** quonia sicut loci passionum estis, sic eritis & consolationis. Quia admodum enim cum ipsi nos afflicti sumus, haud quaquam me fugit, id moleste vos terreat angiq; haud secus, atq; ipsi met pateremini. Sic sane compertum habeo, nostram vos consolationem pro vestra ducere, vel aliter. Sicuti enim mecum estis in hac vita mala perpeffi, sic in futura, bonis mecum vna sempiternis afficiemini.

**NON** enim volumus ignorare vos fratres de tribulatione nostra, que facta est in Asia, quonia supra modum grauati sumus supra virtutem, ita vt tederet nos etiam viuere. Cum confuse fecisset de ingestis sibi molestiis mentionem, nunc quales he fuerint enunciat, vnde suum erga Corinthios patefacit amorem. Est enim beneuolentie signum ad inuicem, quae nobis obtigerint denudare. Simul etiam excusationem de eius profectionis mora contexit, inquit enim in Asia fuisse, se grauiter diuexatum. Quae de re & in prioribus epistola sic dixerat, porta mihi patuit magna, & aduersarii multi, quod etiam significare videtur hoc loco cum supra modum, inquit atq; supra virtutem, tamen si aliter se habeat sensus, quod autem super his sentit apostolus tale est. Erat quidem supra modum tribulatio, hoc est ingens haec erat, cuius de magnitudine cum iam satis constaret, quippe vt quam constans vir aliquis & robustior viriliter ferret, exigebatur, sic infert, non solum erat illa acerrima tribulatio, sed talis etiam vt meas excederet vires, hoc est maxima & intollerabilis, & vehemens a deo, vt tederet nos vite, hoc est, vt nulla nobis esset de vita spes reliqua, nec nobis viuendum de cetero putaremus, cuiusmodi tribulationes & pressuras portas inferi Dauid appellat, & dolores qui mortem pariant, vel mortis vmbra.

Pressuras dauid vocat portas inferi.

**CS** Ed ipsi in nobis met ipsis responsum mortis habuimus. Indicium scilicet sententiam & damnationem, responsum vero dicit, quod res ipse vocem pene edentes reddiderant, perinde ac si inquit, eoulsq; mortis expectatio ista processit, & adeo est, antimo meo iam obfirmata, vt eam haud dubie opperiremur.

**CVT** NON sumus fidentes in nobis, sed in deo. Eo haec inquit permissa sunt vt dicamus nihil esse in nobis habendum fiduciae, sed deo dumtaxat apprimere confidendum, quod quidem haudquaquam Paulus infert, vt ipsum se inuituat, quis enim id acius quam ipse callebat, spem nobis omnem esse in deo sitam, ab eoq; omnia nostra pendere, sed vt alios haec de se commemorando instituat, simul etiam vt studeat humilitati.

**CVI** suscitatur mortuos, qui de tantis periculis nos eripuit & eruit. Rursum Corinthios de resurrectionis ratione habenda commonefacit. Quae de in superiori epistola tam multa disseruit, eam vel ex praesentibus rebus confirmans, eoq; & illud adiecit, qui ex tanta nos morte exemit, neq; enim discrimine dixit, sed morte, nam cum esset resurrectio ipsa futurum aliquid & multis incertum, ostendit quemadmodum in dies singulos a mortuis excitari contingat, nam cum hominem ab ipsis inferi foribus retraxerit deus, nil aliud quam resurrectionem ipsam pretendit, vnde & vsurpare in eiusmodi re id dictum solemus, a mortuis videmus hunc illum ve excitatum.

Sermo vulgaris

**CIN** quam speramus, quonia & adhuc eripiet. Hinc pernoscere licet nostram

II. AD CORINTHIOS.

hanc vitam assiduus versari periculis oportere, deum vero cum m asserit futurum tentationem liberatorum, densissimas procellas denunciat.

**CADIVVANTIBVS** & vobis in oratione pro nobis. Quonia illud minus videlicet esse nobis met ipsis confidendum, in comune fortasse Corinthiorum cedere videbatur caluniam. Cu eoru nonnullos momordisset Apostolus, dictum id acius visum mitigat, & illoru animos lenit, cu eoru asserat preces, vel maximo sibi adiumento futuratur, licet praeterea ex his ad humilitate nos instrui, quadoquidem & Paulus dicat Corinthiorum se votis & precibus indigere, nec minus & orationis ipsius potest & virtus perdisi, plurimum naq; hec valet, si rite deceterq; ab ecclesia promatur, quid nisi qua & Paulus ipse sibi necessariam fore existimavit.

**CVT** Ex multarum personis facierum eius, quae in nobis est donationis per multos gratiae agantur pro nobis. Eripuit nos inquit a periculis deus, erepturusq; est, pro me vobis peccantibus, vt quod in nobis est donationis, hoc est quae in me collata est gratia per multos, hoc est per vos qui plurimi estis pro me orantes, ex multarum personis facierum gratiae habeantur, hoc est a vobis. Nam salutem quae mihi vestris precibus iam parata est, vniuersis vobis largitus est deus, vt multi sibi mei ob gratiam gratias dicant, erit praeterea vobis insuecendum non solum precari pro inuicem, sed gratias agere. Aduerte autem quemadmodum dei clementia saluum dixerit fuisse redditum, moxq; & horum precibus acceptam salutem ascribat. Oportet namq; post diuinam misericordiam & ipsi vt salui simus, pro nostra virili opis aliquid conferamus. Ex his itaq; Paulus, neq; officiorum summam Corinthiis tribuit, ne superbis, endi his causam praebat, neq; prorsus ab hoc officii genere alienos effecit, ne pigriores reddat & torpidos, liberat enim inquit me deus vobis orando iuuantibus, hoc est conferentibus vobis pro vestris viribus vota.

Nota

**CNAM** Gloria nra haec est, testimonium conscientiae nrae. Vel hoc inquit ad me consolandum occasionem attulerit conscientiae scilicet nrae testimonium, quae nobis plane testificatur, nulli nos aut prauis teneri, aut vt geri facinoribus, sed virtute ipsa dumtaxat niti, & salute quam iam ipsi multis peperimus, prior itaq; consolatio ex deo est inquit. Hec vero ex meae conscientiae puritate, ideocq; & gloriae appellat, plurimum praese ferens fiduciae, ob conscientiam cuiusuis labis exortem.

Paulus ex conscientiae puritate gloriatur.

**CVOD** In simplicitate cordis, & sinceritate dei. Cuius inquit rei testimonio nobis est conscientiae & cur gloriamur, nempe quia in simplicitate cordis, hoc est mente non improba & sinceritate, id est animo puriori, & quouis dolo vel fraude vacuo, qui nihil habeat in se adumbratum, fictumue, & talis existat, vt deo & gratus sit & acceptior, haec autem Apostolorum quorundam gratia intulit, qui fallaces essent inter eos, & dolo pleni.

Sophismatum perplexiones

**CVT** Non in sapientia carnali. Hoc est non in eloquentiae vi, & sophismatum perplexionibus, id naq; carnalis praetedit sapientia, cuius gratia cum Corinthiis insoleceret, hanc ipse negat sapientiam esse, respuitq; & longe propulsat.

**CVS** ED In gratia dei conuersati sumus in hoc mundo. Hoc est in ea quae a deo nobis dono data est sapientia, versati in mundo sumus, signis super & prodigiis, quae diuina gratia subministrabat, id namq; nos maxime consolatur, cum nobis ipsis consci sumus, quicquid agimus, non humana potentia, sed diuina id agere, neq; Corinthiis solum, sed in orbe terrarum vniuerso eadem haec factitare.

**CVNDANTIVS** Autem apud vos. Cur illud, quia & signa ediderat, & gratis apud hos euangelium praedicaasset. Aduerte autem quemadmodum, quod sua est virtute effectum, gratiae diuinae accenseat.

**CNON** Enim alia scribimus vobis, quae legistis & cognouistis. Quonia ma-



gnā quēdam polliceri de se ac dicere videbatur, ne quis obiiceret, verborum id præferre iactantiam, sic infert, et scribimus ipsi ad vos quę his in literis vos ipsi prælegitis, & quorum ante hac notionem habuistis, nec illud quia nuper vobis hæc ex literis cognitus sim aduersatur.

**¶ SPERO** Autem quę vobis in finem cognoscetis, sicut & cognouistis nos ex parte. Rem omnem deo permittit. Ait namque spero, hoc est, in deo spes omnis sita est, nec dubito talem me vos cognituros: qualem & epistolę præferunt, & spondet mea in te acta hæc vita. Ex parte autem me cognouistis, hoc est, partem me experti iam estis, & fecit mei periculum signa nonnulla bene viuendi præferentis, quod sane iniquis humilitatem expressit.

**¶ QVI** Gloria vestra sum, sicut & vos nostra in die dñi nostri IESV CHRISTI. Quid enim vos ex ea estis cognitione adepti? nempe quia gloria vestra sum ego, hoc est, quod talis sim ipse, ut causam vobis præberim de me gloriandi, quod talem sitis præceptorum fortiti, qui nihil humanum edoceat, nihil quod vel falso agi, vel dolo quaerere, mox ne superius videatur aliquid de se iactitasse; communem facit hanc gloriam dicens, & vos gloria nostra eritis. Nam & tales me fuisse discipulos nactum glorię dixerim, qui nihil sint a pristino statu immutati, neque a fallis Apostolis deduci se patiuntur.

Gloriar  
licebit bo  
nis in die  
iudicii.

At quando dabitur nobis is gloriandi locus? Certe & si hoc tempore nobis gloriari liceret, præcipue tamen in domini IESV die, hoc est, iudicii tempore. In præsentia namque permulti, ubi contumelias, & ludibria quę toleramus aduerterint, criminabuntur nos forsitan, & calumnias ingerent, tunc vero vniuersis parentibus videbor, & ipse hauqua talis, qualem non veri Apostoli calumniantur, qui etiam estis mihi ad gloriam cõcessuri, quia vos instruendo ad fidem perduxi, & saluos feci.

**¶ ET** Hac cõfidentia volui prius venire ad vos. Quia cõfidentia ea nempe quę constat me ipsum mihi nullius esse cõscium mali, neque villo inundante huius sapientie cõmercio vti, sed in dei duntaxat gratia versari, quod equidem glorię vobis, ac laudis futurum esse cõfido, vobis præ ceteris horum omnium malim testes habere. Cuius testimonii habendi gratia erat animus ad vos cõmigrare.

**¶ UT** Secundam gratiam haberetis. Hoc est duplicem iocunditatem, ex epistola alteram, alteram ex mea presentia.

**¶ ET** Per vos transire in Macedoniam. Quin etiam in superiori epistola illud præfatus est, veniam ad vos cum Macedoniã pertransiero, nunc vero inquit, volui prius ad vos venire, videtur ergo sibi ipsi cõtraria protulisse, quod tamen haud ita se habere, neque enim scripsi per vos inquit me in Macedoniã cõcessurum, sed venire volui inquit, & si haudquaquam hoc pacto scripserim; alioqui maturabam accessum, & animo iterum priusquam Macedoniam ipsam cõspicerem, vos itatim adire; & tantopere absum a quibusuis negligentia, quin ad vos iter accelerem, vel meis vos velim pollicitationibus fraudari, ut vel promissa hæc mea præuenisse maluerim.

**¶ ET** Iterum a Macedoniã venientē ad vos, & a vobis deduci in iudeam. In præterea epistola tempore nullo præfinito, ut vos me deducatis quocumque iturus sum dicitur, veritus ne si in iudeam iturum se diceret, alio post modum a spiritu abire cõpulsus maledici argueretur. Nunc autem omni spe damnat Corinthios ad eundem fidens, inquit, volebam per vos in iudeam deduci, deo tamen ne ad vos me omnino cõteram vitium, neque ut a vobis in iudeam deducar.

**¶ CVM** Ergo hoc voluissē, num quid leuitate vsus sum? aut quę cogito secundum carnem cogito, ut sit apud me, est, & non. Apertius hoc loco sui accessus excusat caritatem, inquit, cum adire vos vellem, cuius rei gratia non adierim, num ut leuis, & dei solutioris & fallacis, & animo varius & nutabundus id egerim? minime quippe

qui secundum carnem cogito, hoc est pro humana mihi conditione voluntas inest, du corque propria quadam animi sententia, ita ut quod ipse apud me destinauerim, id exequar, siue pagēdum sit, siue minime, quod tamen facere in presenti non licet, quia spiritu trahor, nec potestatem habeo ab eundi quo velim, sed quo ille iniunxerit, ita sit, ut persepe quod fuerim pollicitus, exequi nequeam, quia spiritui id minus appareat, nec siquid abnuerim seruare id possum, quia quod ipse negauerim iniuncturus est spiritus. Aduerte. Apostoli sapientiam, quod enim erat obrectatoribus ad insimulandum occasionis oblatum se scilicet ut erat pollicitus non venisse, id ipsum in laudis sue partem cõstituit, videlicet quod nequaquam sui sit iuris, sed pro spiritus ferebatur arbitrio quocumque illi sit visum, dicit aliquis quid illud? Nonne quę Paulus pollicebatur spiritus suggestionē spondebat? Num futuri erat ipse ignarus? ita sane, neque enim cuncta tenebat, quippe qui vel inutilia sibi precaretur, cum carnis stimulum peteret ab se auferri. Et in actis legitur Apostolorum, cum aliquo decedere vellent, fuisse a spiritu impeditos, quod proculdubio deus in eorum profectum faciebat, ne illis essent homines ut diis intenti, quod malum Lycaones illi patiebantur.

**¶ FIDELIS** Autē deus, quia sermo noster qui fuit apud vos, non est in illo, & non soluit quę incumbere videtur obiectionem. Posset quispiam merito dicere, si nulla tuis inest iuritas dictis, quandoquidem aliquid tecum facturum affirmas, nihil post modum egisse deprehenderis, vereor ne sermo hic tuus & prædicatio istiusmodi sint, videlicet, est, & non hoc est, nihil in se habeant firmitatis. Ad hæc itaque respondens Apostolus inquit, erat profecto mei iuris profectio ad vos polliceri, eoque me mea fœderat opinio, prædicatio vero dei est opus, & ideo nec fieri potest, ut quępiam fallant diuina mysteria, unde & subdit, fidelis deus, hoc est, veridicus & neminem fallens. Cū itaque talis sit deus, neque eius sermo qui ad vos habitus est, & per nos prædicatus, vel infirmior, vel instabilis erit, ita sit, ut plerumque diluat quod affirmarit, aut confirmet, quod ante diluerit.

**¶ DEI** enim filius IESVS CHRISTVS, qui vobis per nos prædicatus est, per me & Siluanum & Timotheum non fuit in illo est & non, sed est in illo fuit. Explicat demum, quale illud sit dictum, quod eiusmodi negandi & afferendi subierit necessitatem in filio iquies dei quę ipsi apud vos prædicauim? non fuit, est & non, hoc est, nulla eius apud vos varietate vulgata est nomen, sed est quidem in illo fuit, hoc est, tenore verborum vno firmo ac stabili, hunc prædicauimus, adiecit præterea Siluanum & Timotheum, ut horum testimonio fides sibi non abrogetur, & humilitate edoceat, quoniam quidem eius discipulos præceptores appellet.

**¶ QUOTQVOT** Eni promissiones dei sunt, in illo est. Ideo & per ipsum amen dico ad gloriam vram. In prædicatione promissiones plerumque sunt, quemadmodum mortuorum resurrectio, adoptio filiorum, & futuri denique spes seculi, & hominibus alia. Dicit igitur non solum prædicatio eodem semper statu perdurat firmaque profertur, ac stabilis, quin etiam & promissiones constat in ea consistere, quippe quę dei non hominum sint. Nam quęcumque sunt a deo promissa, est & amen in se continent, hoc est, firmitate præseferunt, neque enim in villo hominum, sed in deo ipso finem sunt nacta diuina promissa, ita sit, ut istiusmodi particula, est & amen, futura cõfirmet, cede præterea deo ad gloriam, si quis eius promissa, & si nulla re alia, eiusdem tamen ob laudem adimpleuerit. Per nos autem hoc, pro suis in nos beneficiis, nos namque causam illi præbemus, ut quę pollicitus sit, exequatur, si itaque dei pollicitationes sunt certiores, longe magis qui de eo sit sermo firmior erit, potest & per nos illud in hanc sententiam capi, videlicet ad dei gloriam quę illi nostri respectu detur, quippe qui nostri gratia ex eius in nos beneficiis adeptus sit laudem.

**¶ QVI** Aut cõfirmat vobiscum in Christo, & qui vnxit nos deus, & qui signauit nos, l.ii.

Spū trahit Paulus, nec potestatem habet quo velit abeundi.

Dei promissa firma.

II. AD CORINTHIOS.

& dedit pignus spūs in cordibus nostris. Dixit superius, fore vt deus ipse pmissio-  
nes adimpleat, nunc vero id ipm confirmat, sic inquit, Stabilitatem vobis & mihi,  
vestroq; item p̄ceptorī, consistendi quę in ipō est, fide, deus ipse largitur, idemq; nosq;  
vnxit & signauit, hoc est, pphetas & sacerdotes, & reges nos ille effecit, istiusmodi nā  
q; est: quicunq; est in baptismo perlutus. Prophetas quidem, quia quod nequit oculi  
lus intueri, ipi perspicimus, audimusq; quod auris nunquam auditu percepit. Sacer-  
dotes vero quia necesse est vt deo nos ipsos hostiam offeramus, viuētem sanctam, &  
illi acceptam. Reges demum constituit: quia nos ille sibi in filios adsciuit, cuius in di-  
tione sunt omnia, futuriq; & celestis imperii fecit heredes. Atq; vt in veteri testame-  
to, sacerdotes ipsi & reges oleo vngebantur. sic & nos hoc tempore spiritu obliuimur,  
eiusq; & pignus, quod deus immisit, cordibus nostris excipimus, & quemadmodum  
id pignoris contulit, sic & reliqua nobis est proculdubio largiturus. Pignus autem  
dicit hoc loco spiritus dona, ex parte namq; cognoscimus: & ex parte prophetamus.  
Tunc autem erit perfecta conciliatio: cum Christus in sua gloria manifestabitur.  
Haudquaquam itaq; velim existimetis nos esse qui talia vobis polliceamur, quippe  
qui forsā & falli possumus, nec p̄terea largimur ipsi stabilitatem, sed deus ipse hęc  
pollicetur, vosq; item ac me affirmat, cui & curę est omnia adimplere, qui autem con-  
firmat nos ad alia pleraq; facit, subintelligis suas est promissiones adimpleturus.  
EGO Autem testem deum inuoco in animam meam, quod parcens vobis non  
veni vltra Corinthum. Cum dixerit superius propterea ad vos non veni, quia  
nullam haberem mei ipsius facultatem, sed a spiritu prohibear, quo pacto nunc iquit,  
non vltra Corinthum veni, quia parcerem vobis: respondendum, vel quia a spiritu  
id ipsum prohibeatur, qui sibi id suggessisset. Corinthiorum auariciam caulatus, vel  
& si a principio spiritus prohiberet accessum, ipse postmodum satius id fore existi-  
mans manendum potius quam abeundum statuerit. Aduerte autem quam pruden-  
ter id Paulus dicat. Nam cum i vulgus Corinthi iactitaret id eo Paulum ab huius-  
modi profectioe desistisse, quia sui odio teneretur, ipse contraria subdidit inquit,  
eo nondum sum ipse ad vos profectus, quia vobis parcam, hoc est ne vos castigem  
abstineo: quod quidem ea de causa intulit, quia erant pleriq; Corinthi delinquentes,  
quos errorum minime peniteret, castigassetq; haud dubie eos, si Corinthum se cō-  
ferens emendatos nondum comperisset, quo fit, vt suam profectioem remoretur  
Apostolus, vt prius correctis illis, & emendatis, adueniens ipse nullam his habeat pe-  
nas ingerendi occasionem.  
NON Quia domiamur fidei vestrę, sed adiutores sumus gaudiū vestri. Quia  
niam quod dixerat dominantis p̄ferret potentiam, & tanq̄ eius vim explicaret: qui  
in Corinthios haberet imperium, parci enim qui potest penis afficere, mitigat ser-  
monis asperitatem, inquitq; Dixi equidem veniam ve vobis daturum, non eo quod  
fidei vestrę imperitarem, quippe quę voluntaria est, quis enim ad hanc inuitum quę-  
piam cogit & nolentem: sed quia vestram animi iocunditatem pro mea duxerim, ne  
quaq; me ad vos contuli, ne vos ad merorem compellerem, essemq; vestrę mesticię par-  
ticeps. Cuncta enim ad vestram letitiam factito, propterea q; & meum aduentum  
distuli, vt ex meis dumtaxat comminationibus ad rectum vobis pateat reditus, veni-  
ensq; inoffensos conseruem.  
NAM Fide satis. Remissus iā ad hos & lenius habet sermonē, quia i priori epistola  
incesserat plurimū. Quod autē iquit istiusmodi est in his quidē, quę fide cōti-  
gūt recto statu consistitis, quo fit vt nil habeā cuius i simulare vos quęā, in ceteris vero  
infirmiores estis & nutabundi, a quibus si pedem nō retuleritis emēdati, merito nec  
secus vos pena afficere & merore potero, ac ipse v̄ri ob gratiam tristitia sum affectus.

Sacerdo-  
tes & re-  
ges oleo  
vngeban-  
tur.

Ad fidē  
nemo co-  
gitur.

paul⁹ se  
hoim as-  
fectibus  
accōmo-  
dans.

II. AD CORINTHIOS.

Fo. LXXXIII.

STATVI Autem hoc ipsum apud me, ne iterum in tristitia venire ad vos. Cū  
iterum inquit, arguit plane vel alias sepe ex horum erratis fuisse sibi merorem iniun-  
ctum, nec tamen id dixit apertius, neq; enim iniuria id illis obicere poterat, vos mihi  
tristitiam vel ante hac iniecit, & ea propter nondum ad vos commigraui, ne vobis  
afferrem mestitiam, eo namq; Corinthios obiurgando vrgebat, quia se illi peccando  
incesserent, quod haud dubie magis angere videbatur.  
SI Enim ego contristo vos, & quis est qui me letificet, nisi qui contristatur ex me?  
Si enim inquit vobis videor vitia ex probando merorem afferre, criminandoq; vos  
auerfari, nihilominus ea ex re ideo leticiam capio, quia plurimi facere me videntur,  
cum mea eiusmodi vos mordeat criminatio, & prauorum facinorum exprobratio vr-  
geat. Nemo enim inquit adeo me leticia afficit, quam is qui me sibi cum succensere  
in p̄p̄erit, merore contrahitur, p̄ferat nāq; hoc pacto haudquaquam me habere cō-  
temptui, & spem affert se se corrigendi, quod sane & mihi animum explet iocun-  
ditate.  
ET Hoc ipsum scripsi vobis: Quod illud, quia vobis parcens non venerim, vbi  
autem id scripserit si querat, mempe in hac ipsa epistola.  
VT non cum venero tristitiam super tristitiam habeam, de quibus oportuerat me  
gaudere. Propterea inquit nunc ad vos scripsi, vt ipsi vos corrigatis, ne forte vos  
si in emendatos deprehenderem, futurum esset, vt vestri gratia merore conficerer, quo-  
rum profectu letandum mihi potius esset.  
CONFIDENS In omnibus vobis, quia meum gaudium omnium vestrum est.  
Scripsi inquit confusus, vos aliquando redituros in vitā, idq; mihi & leticię fore, nō  
enim existimo animi mei affectus esse a vestris alienos, eoq; & illud adieci, ne tristiti-  
am habeam, nil prorsus quę mea intersunt, sed quę vestra, considerans, habeo nam-  
q; pro re certiori, & vos item letari cum hylarem me & letiorem videritis, nec minus si  
vicem vestram dolentem, & vos dolituros.  
NAM Ex multa tribulatione & angustia cordis scripsi vobis permultas lachry-  
mas. Quoniam dixerat, qui contristatur me gaudio afficit, ne illi forsā hunc in-  
modum occurrerent ergo eo nobis tristitiam ingeris, vt ipse letitia explearis, propte-  
rea infert maximum & ipse in modum vestri ob gratiam doleo, dolendoq; delinque-  
tes vos ipse excedo, quippe qui non solum non simplici quadam & exigua mētis affli-  
gor angustia, sed multa & abundanti, nō i lachrymis modo, sed cordis angustia hęc ad  
vos scripsi, hoc est, cor meum angebatur merore, qui me acerbius detineret, eoq; & lite-  
ras scripsi. Nam & medicus quispiā qui filii preciderit, vel adufferit plagam duabus  
de caulis doleat necesse est, tum quia filius sit valetudine non equa affectus, tum quia  
p̄cidere illi corporis partem cogatur, alioqui sperate & future salutis gratia cū id agit  
letatur, libensq; & filium medendo dolore afficit, sic itaq; ipse cum vos peccatis ob-  
noxios videam merore partim afficio, letitia partim, quia vos ob commissa meretes  
intueor, & emendationis spes mihi vestrę offertur.  
NON VT CONTRISTEMINI, Sed vt sciatis, quam charitatem habeam  
abundantius in vobis. Consequens erat hunc in modum vt diceret, non vt cō-  
tristemini, sed vt corrigamini, id tamen p̄teriens verbis potius placabilitatem quan-  
dam adiecit, maiorem afferens suam esse in Corinthios, quam in ceteros discipulos  
charitatem id agens, ad se vt illos pelliciat, arguatq; si quam eis iniecit tristitiam,  
ex charitate illam esse non ex ira profectam. Est enim inquit maximum id amoris  
iudicium, vt vobis peccantibus & ipse meream, & vos increpando dolore afficiam.  
Nam si nulla vestri teneret beneuolentia, neglectos plane & incuratos abire in p̄-  
ceps permitterem.

Suorum  
profectu  
letatur  
Paulus.

II. AD CORINTHIOS.

Paulus  
Corinthi-  
os pruden-  
ter demen-  
dens.

**C**SI Quis autem contristauit me, non me contristauit, sed ex parte, ut non onerem omnes vos. **N**ititur his dictis Corinthiorum erga fornicantem illum, de quo in superiori epistola fecerat mentionem, conciliare & confirmare beneuolentiam illius scelere alienatam, erant enim ab eo tanquam ab homine reprobato & nephario, Pauli iussu auerfi omnes, ne itaque si rursus eiusdem imperio iubeantur illi veniam dare, moleste id & grauiter ferant, quid nisi qui leuitatis Paulum incusarant, prudentissime illos demulcendo hec scribit, quemadmodum nobis ille communem iniecit tristitiam, sic velim ut venia per vos illi concessa, communem vobis ad letitiam cedat, neque enim inquit mihi solum doloris hic causam prebuit, qui facinus tam atrox commiserit, sed & vobis ex parte, hoc est parum vobis doloris ne plurimum dicam ingessit, quia non multum fornicanti illi oneris imposuisset, qui non minori vos quam me dolore affecerit, verum quia pro sceleris merito quequaquam illum deprefferim, ex parte dico: & vos ob id tristitia fuisse affectos.

**S**VFFICIT illi qui eiusmodi est obiurgatio hec que fit a pluribus. **N**on dixit fornicanti illi, sed ei qui eiusmodi est, quemadmodum in superiori epistola fecit, i qua neque illius nomen voluit explicare, in hac vero & si venia data, nulla tamen facit delicti & sceleris mentionem, insituens vti erga merentes & oppressos clementius nos geramus.

**I**TA Vt e contrario magis donetis & consolemini. **N**on modo inquit soluenda est omnis vestra in eum cepta obiurgatio, & tollenda conuitia, quin & plus illi aliquid venia concedendum, & consolemini, hoc est solando reficite, nec secus agite quam solet quisquam, qui post plagas ingestas curari illas permisit, donetis preterea dixit, ne fornicarius ille & quia fatebatur peccatum, & satis iam penituerat, solutum se iam & liberum esse a scelere existimaret. Ostendit itaque non tantum hunc penitendo, quantum horum gratia & dono accipere se veniam posse.

Suscipie-  
di & conso-  
ladi pectus,  
res, ne des-  
perent.

**N**E Forte abundantiori tristitia absorbeatur qui eiusmodi est. **N**ecessario inquit est ille & suscipiendus & consolandus, ne veluti ab efferacioris aliqua bellua, vel procella arreptus, absorbeatur merore, veniatque tandem per desperationem, quemadmodum & Iudas, ad laqueos, vel se precipitem saltu ferat, utpote qui ex acriori & immoderata castigatione, dolorem non toleret, & eati scelus maius aliquod preceptis. Aduerte quemadmodum & reprimat fornicantem, excitetque ne segnior fiat venia consecuta, nec tamen hunc nomine explicat, cum inquit qui eiusmodi est.

Paulus ob-  
secrat quod  
poterat  
iubere.

**P**ROPTER Quod obsecro vos ut confirmetis in illum charitatem. **P**erinde ac si dicat, velim equidem ut ea qua in hoc eiiciendo vti estis ante hac charitate in eorestituendo tamini, ne desperando in peiora labatur & ruat, idque nunc obsecro ut peragatis, & si iubere id queam.

**I**DEO Enim scripsi, ut cognoscam experimentum vestrum, an in omnibus obedientes sitis. **I**dcirco inquit hec ad vos scripsi, ut qui vestram sim antea expertus obedientiam, cum fornicantem illum vestra ecclesia eiecistis, eandem illam hoc tempore recognoscam, iterato perclitando, in omnibus, hoc est vel in hoc ipso quod deprecor: tum ceteris in rebus, quas vobis iniunxerim.

**C**VI Autem aliquid donastis & ego. **V**t vos inquit veniam illi dedistis, ita & ipse, hunc miseratus, consolandum iam cenleo.

**N**AM & ego donauit si quid donauit, propter vos in persona Christi, ut non circumueniamur a Satana. **I**pse vero vestri ob gratiam huic veniam dedi, siquam iam contuli, & in Christi persona donauit, hoc est haud secus ac Christus ipse donasset, ne a Satana circumueniamur & instigemur, ut asperiores erga hunc simus: & penas exigamus acerbiores.

**N**ON Enim ignoramus cogitationes. **I**d est Satane instigationes ad acriora.

II. AD CORINTHIOS.

Fo. LXXXVIII.

**C**UM venissem autem Troadem per euangelium Christi & hostium mihi apertum esset in domino, non habui requiem spiritui meo, eoque non inuenerim Titum fratrem meum, sed vale faciens eis profectus sum in Macedoniam. **C**um Troadem inquit me contulisset euangelii gratia predicandi, & hostium esset mihi apertum, hoc est auditorum paratioris animos inuenissem, in domino id est domini ope, non habui requiem spiritui meo, nequiu scilicet voluntati meae tunc satisfacere: quia fratrem minus inuenerim. Id forte dicit, vel quia Titus erat apud Troadas testator & lingua illa peritior, vel quia haudquaquam posset Apostolus fideles solus instruere, incredulis obstrepentibus, ceterum ubi fideles inquit hortatus, saluere iussi, me in Macedoniam contuli.

Troades

**D**E O Autem gratias qui semper triumphat nos in CHRISTO IESU. **D**e o inquit gratias agimus: qui triumphat nos, id est triumphare nos facit in CHRISTO IESU. Hoc est cum Iesum filium predicamus, perinde ac si dicat, triumphat alii pro terrenis rebus his decertando, ipse vero Iesum solum glorie duxerim, ut & alibi dixerat, mihi absit gloriari: nisi in cruce domini nostri IESU CHRISTI.

**E**T Odorem notitiae suae manifestant nos in omni loco, quia Christi bonus odor sumus deo in his qui salui fiunt, & his qui pereunt. Quod autem dicit tale est, siue salutem assequantur: premiumque siue interitum & perditionem, perstat tamen virtute & robore euangelium, necque eodem quo sumus statu consistimus, & quemadmodum lux ipsa & fulgor, imbecilliora queque obtenebrans in suo splendore alioqui perfererat, melque item etiam his qui deprauato sunt gustu amarius videatur, suam tamen seruat dulcedinem, sic euangelium odorem est & suaue, tamen si increduli nonnulli intereant & disperdantur. Nos vero deo iure optimo sumus in suauitatis odorem: cui quis vnquam cum sententiam tulerit, aduersabitur.

Euangelii  
um odor  
rum & sua-  
ue.

**A**LIIIS Quidem odor mortis in morte, aliis autem odor vitae in vitam. Cum dixerit superius, odoratu suaues inter perditos sumus, ne existimes, & hos esse deo acceptos, inducit hec inquit. Ad eiusmodi odoris fragrantiam, eo pacto nonnulli accedunt, ut salui reddantur, nonnulli vero, ut in interitum seipos proripiant, nec secus ac mulsum solet & sues & cancos suffocare, & Christus quidem scandali petra & ad potiorum expositus, & ignis qui aurum reddit fulgentius, vepres & senticeta comburit.

Mulsum  
sues ac can-  
cos proferat.

**E**T ad hec quis tam idoneus. **P**ostquam magna quedam presatus est Paulus, & sua uisimum nos spirare odorem, & triumphare, rursus hec moderatius differens ait, nihil fore ad imbecillitatem hanc nostram idoneum satis, nisi presito sit & dei potentia. Ad eum namque & solum non ad nos spectat rerum omnium summa.

Pseudo-  
apostoli.

**N**ON Enim sumus sicut plurimi adulterantes verbum dei. **H**oc loco falsos Apostolos carpit: qui dei gratiam propriae virtuti adscriberent, non enim inquit commenticiorum sum ipse Apostolorum similis, qui deprauare & adulterare dei gratiam velim, sed deo equidem vniuersa permisi, quis enim posset ad hec per se satis sufficere? Arguit preterea eosdem Apostolos exterioris sapientiae argutiolis quibusdam docendo alios infecare: & venalia habere que dari gratis oportuisset, se tamen haudquaquam istiusmodi esse, in subsequentibus demonstrabit.

**S**ED Ex sinceritate sicut ex deo, coram deo in Christo loquimur. **H**oc est animo puriori & aperto nos loquimur, tanquam ex deo accipientes que dicimus, neque a nobis ipsis mirandum aliquod edimus facinus, & Christi virtute, non nostri sapientia euangelium predicamus. Deo autem coram dixit, ut sui cordis & rectitudinem preterat, & libertatem. Adest enim tunc opere a quouis dolo cor nostrum & labe, ut liceat nobis, vel in dei conspectu libere id aperire.

**I**NCIPIT iterum nosmetipsos commedare. **C**um magna de se Paulus pre-

dicant, quæret aliquis, quid illud: teipm extollis, cum de te talia iactitas: hanc igitur questionem ex sequentibus soluit.

**CAV** Nunquid egemus sicut quidam commendatitiis epistolis ad vos, aut ex vobis: Hec non sine indignatione aliqua refert, ut Corinthios verbis vigeat acrioribus, ostendit autem subdolos & fictitios nonnullos apostolos, quorum fama cum esset obscurior, quia nullis essent propriis operibus clari, in suam commendationem finxisse epistolas, quas in suam ipsi commendationem quocumque liberet deferret, ex hisque & laudem sibi & nomen apud exteros comparasse, quod vero Paulus non sine animi acerbitate loquitur, tale est, num forsitan dixerit quispiam circumferendas esse, & nobis commendatitias ad vos epistolas vel ex vobis ad alios, ut per eas notiores efficiamur: deinde de quæ sequuntur, sic inquit subdit.

**EP**ISTOLA Nostra vos estis scripta in cordibus nostris, quæ scitur & legitur ab omnibus hominibus. Quod inquit, Epistolæ in meam commendationem egissent & laudem, id ipsi per vos agitis, nam cum ab aliis vel spectamur vel audimur, vel quocumque profectum est, vos circumferimus, quippe quos cordi habemus inscriptos, & vestras virtutes omnibus propalamus. Cum itaque epistolæ loco vos habeam, qui me apud alios commendatis, & laudibus summis effertis, nullas alias a vobis exegerim literas, ut me nescientibus innotescam. Accedit præterea, ut neque aliorum apud vos commendatione indigeam, quandoquidem insiti mihi menti & cordi sitis, sunt namque ad eos necessariæ commendatitiæ literæ, quibus ipsi incogniti sumus, vos autem mihi animo estis inscripti, ita ut excidere nullo pacto possitis, quibus dictis non modo illorum suo testimonio comprobatur charitatem, verum & virtutes extollit, siquidem ad præceptoris manifestandam ceteris hominibus dignitatem satis habere virium videbantur, magistro namque discipuli virtus decori est.

**MAN**IFESTATI Quoniam epistola estis Christi. Quod fieri id pacto potest: nimirum quia Christi mandata & leges apud vos ipsos, tanquam apud aliqua literarum monumenta & manent & conferuantur.

**MIN**ISTRATA a nobis & scripta non atramento, sed spiritu dei vivi, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. Occasionem arripies legem cum euangelio conferendi, ex ea sic inquit inquit initium sumit, quemadmodum legis Moyse fuit olim minister, sic & nos ad fidem hanc nostram vulgandam & prædicandam ministerio fungimur, utque & tabulas ille insculpsit, sic & nos corda, atque & lex erat atramento inscripta, in nobis vero euangelium spiritu est exaratum, quantum itaque differunt ab atramento spiritus, & cor ipsum a lapide, tantumdem novum id a lege veteri, testamentum. Potest & in alium sensum id dictum capi. Nam cum constat, se cruciantibus iudeis, & aliis a fide alienis, corda inesse lapidea, eo fidelium corda carnalia intulit, utpote, quæ & rationem admittant, & eadem hac gubernentur.

**F**IDUCIAM Autem talem habemus per Christum ad deum, non quod sufficientes simus cogitare aliquid a nobis. Quoniam ostendit novam hanc antiquam illam legem præstare, consequens erat, sic Paulum orationem fuisse prosequitur, vos videlicet Apostoli cuius ministerio lex nova tractatur, præstantiores Moysi estis, qui veterem administravit, quod dictum ne ferre præ se superbiam videretur, sic fert, neque enim accenseri nostræ illud virtuti debet, sed deo, in quo habemus per Christum fiduciam, hoc est: in quo per Christum omnis nostra sita est gloria, nostræ namque huius in deo instantiæ Christus est causa, nec quidpiam est, quod sit opera nostra effectum, nec minimum quidpiam hæc enim dicere voluisse designat, cum inquit, sufficientes non sumus cogitare aliquid a nobis, quasi ex nobis.

**S**ED Sufficiens nostra ex deo est, qui & idoneos nos fecit ministros novi testa-

Moyse  
veteris le  
gis mini  
ster.  
Paulus no  
uæ legis  
doctor.

menti. Virtus inquit nostra & vigor omnis ex deo haud dubie proficiscitur, ipse namque nos idoneos reddidit, hoc est roboravit, & aptiores effecit, ad rei huius diuine & novi testamenti administrationem.

**N**ON litera, sed spiritu. Et lex quidem spiritalis erat, hoc est, a spiritu concessa & prodians, nec tamen ut noua, vetus illa spiritum conferebat, ait igitur haudquam nobis quemadmodum Moyse literæ dumtaxat credite sunt, sed spiritus ipse concessus, non enim spiritalibus quibusdam & diuinis tantum Apostolorum nitentibus doctrina, sed simul ac manus imposuissent, & spiritum largiebantur.

**L**ITERA autem occidit, spiritus autem viuificat. Lex inquit illa vetustior, si quem deprehendat vel rebus in minimis delinquentem, non secus afficit morte, quam ligna sabbato legentem affecerit, spiritus autem sanctus, vel si mille hominem facinoribus obstrictum exceperit, baptismi lauacro, & iustum reddit, & peccato viuificat mortuum.

**Q**UOD si ministratio mortis litteris deformata, in lapidibus fuit in gloria. Pater facta superius noui & veteris testamenti differentia, asserit alterum atramento, alterum spiritu esse conscriptum, & insculptum lapidibus illud, hoc vero cordidibus itemque ex altero mortem, vitam ex altero comparari. Nunc quidem ostendere nititur, longe maiorem esse euangelii gloriam, quam legis fueris, Lex quippe vetus sensibilem quandam nacta est gloriam, Moyse scilicet faciem fulgentiorem, noua vero eam videlicet que mente concipitur, quandoquidem hanc ipsam meminimus iam sensibilibiter licet oculis intueri. Ostendit itaque euangelii excellentiam ipsam animi conceptu quodam comprehendere posse inquitque priorem legem mortis fuisse ministram, neque enim effectricem dixit, ne ullam prebeat hereticorum errori occasionem, sed ministram. Enimvero peccatum mortem pepererat, mors vero supplicium afferebat, Lex præterea ipsa veteris testamenti sola constabat, neque ullam afferebat opem certantibus quod sane in baptismo non accidit, arguit & simplicia illi nec definire unquam nec tolli, inquit namque mortis hanc administrationem in lapidibus fuisse formatam. Si lex itaque cum talis extiteret, in gloria est effecta, quantum magis & gratia, que a deo prestat, ut nihil queat eius excellentie comparari.

**I**TAVT ut non possent intendere filii Israel in faciem Moysen, propter gloriam vultus eius, que euacuatur. Tacite hoc loco Iudeos incusat, qui adeo erant mente obtusi, ut ne ipsam quidem sensibilem Moyse gloriam possent suspicere, neque enim dixit legem ipsam vel tabulas eiusmodi gloriam habuisse, sed Moyse faciem, Moyses namque non legis tabule hanc præ se gloriam & splendorem, ferebat, quam demum gloriam & Moyse demit, cum inquit euacuatur, hoc est vacua & inanis effecta est. Adverte autem quemadmodum nequaquam inquam gloriam dixerit, sed euacuata, hoc est desitam iam & ociosam & finem nactam.

**Q**UOMODO non magis ministratio spiritus erit in gloria. Quemadmodum legem asseruit mortem subministrare, sic consequens erat, ut euangelium diceret vite ministrum, veruntamen quod præstantius erat spiritus dixit, qui vitam prebeat, longe itaque nouum hoc testamentum præstantiori est gloria, quam lex illa vetusta.

**N**AM si ministratio damnationis gloria est, multo magis abundat ministerium iustitie in gloria. Rursum in eadem sententia interpretanda persistit, explicans quemadmodum litera ipsa occidat, legem enim inquit ministratorem quandam esse damnationis, quia tormentis afficiat, non gignat supplicia, iusticie autem ministerium euangelium dicit, quod non solum nos eximat penis, sed iustos reddat vel delinquentes, quo fit, ut in maiori habendum sit euangelium gloria.

**N**AM nec glorificatum est, quod claruit in hac parte propter excellentem gloriam.

Lex spiritalis cur.

Litera occidit, spiritus viuificat quomodo.

Legis veteris & noue differentia.

¶ Quid inquit veterem cum noua legem contulerim, cum tanta sit noue prestantia, vt in hac parte, hoc est in eiusmodi comparatione nullam habere gloriam existimabitur, quod fuerit glorificatum, id est vt lex ipsa ob noue excellentissimam claritatem ita sit, vt & si gloriosa per se sit vetusta illa, alioqui propter euangelii ipsius prestantiam conuincitur omnis glorie esse immunis. Aduerte autem quemadmodum veterem illam ex eiusmodi euangelii comparatione commendat. Neque enim in dissimilibus comparatio cadit, sed in his que propinqua sunt inter se & fere paria.

¶ SI enim quod euacuatur per gloriam est, multo magis quod manet in gloria est. ¶ Si enim lex inquit que abroganda foret, & tolenda, per gloriam lata est, multo magis nouum hoc testamentum in gloria est, permanens, quod stabile ac perpetuum sit futurum.

¶ HABENT ES igitur talem spem, multa fiducia utimur. ¶ Quoniam plurimum quod idem nouo huic testamento inesse glorie testatus est, optarentque forsitan auditores perinde infirmi & imbecilles, sensibilem aliquam gloriam contemplari qualem ex fulgore illo in Moyse facie fertur apparuisse, spem inquit talem habemus, maioribus longe donis, & gloria quadam prestantiori nos ipsos fideles fuisse, quod Moyse ipsum dignatos, ideoque & his confidimus plurimum, quos ipsi instruximus, cum eos nihil celemus, nec vereamur, neque illorum reformidemus aspectum, quemadmodum Moyse Iudeorum exhorruit, Neque enim estis vt illi, fragiles & labantes, Moyse sane cum secundo tabulas excepisset diuinis manibus exaratas, e monte descendens faciem fulgentem adeo retulit, vt eum Iudei haudquaquam ante vel adire vel alloqui possent, quam caput sibi operimento velasset. Cuius historie sic Paulus inquitens narrant.

¶ ET non sicut moyses ponebat velamen super faciem suam vt non intenderent filii Israel in faciem eius quod euacuatur. Hoc est nequaquam ipsi in Moyse morem velandi sumus, quippe quibus eiusmodi gloriam spectandi facultas inest, quam nactus sumus, euangelii scilicet gloriam, que longe sit. Moyse clarior, id est licet vobis operam habere diuinorum mysteriorum notionem, hoc est euangelii. Nec preterea necesse est eiusmodi mysteria vobis clam habeamus, videamurque horum obscuritatem & ignorantiam non secus ac velamen aliquod vobis ostendere, atqui cum esset Israeliticus populus rudior, nec quemadmodum lex ipsa finiret spectabat, neque quod desitura esset aduertit & inanis reddenda, velamen vero quo Moyse dixit fuisse faciem obuolutam, Israelitarum ingenii castitudinem quandam & ruditatem pretendit, sicuti ex sequentibus innotescet, nonnulli autem sic sentiunt, nequissime videlicet illos in Moyse faciem obtutum intendere, argumento fuisse finem iam esse huiusmodi gloriam consecutam, quippe que vt videri non poterat, sic ne glorie loco erat habenda, alleruntque illam sic fuisse preteritam, quia esset breuis eui futura, quando neque tum quidem gloria apparet.

¶ SED obtusi sunt sensus eorum, usque in hodiernum enim diem id ipsum velamen in lectione veteris testamenti manet non reuelatum. Quoniam in Christo euacuatur. ¶ Obtusi inquit eorum sunt sensus, hoc est eorum mens hebetata, eoque neque tempore Iudeis videndi erat facultas, neque his quidem qui in humanis nunc agunt, sunt namque & mente obtusi, & eodem quo Moyse facies operiti velamine, hoc est superficie tenus, lectitant legem. Abraam enim legem Moyse nuncupat, vt illud, imitatur Moyse & prophetas neque illis vel reuelatur vel innotescit, quemadmodum Christus legem hanc vacuam esset & inanem facturum. Quo fit, vt eorum mens percipere obtenebrata, obtusio namque mentis est error, nequaquam igitur inquit mirum vobis videri debet, si nequeunt vel Christi gloriam spectare Iudei, vel eius fidem admittere. Quippe qui nec legis gloriam, que utique inferior est, potuerint intueri. Namque

Coparatio non cadit inter dissimilia.

Israeliticus & populus rudis

hanc inspexissent, & Christi gloriam peruidissent, legis enim gloria Christum preferret. Quereret aliquis, vbi nam nec ipsa fateretur in Christo se desituram? Propheta mirum sic inquit, resurget dominus deus, illum audite in omnibus. Cum itaque audire hunc iuberent horumque vt instituta & legem, vt pote circumcisionem ipsam & reliquos ritus, dissolueret Christus, lex ergo propria videbatur destructionem in iugere. Accedit preterea vt sacrificia vno in templo fieri mandaret, id ipsumque rursus & demoliri, nonne aperte & immolandi tollebat consuetudinem? Et tu sacerdos in eternum secundum ordinem Melchisedech, & illud. Sacrificium & oblationem nolui fieri, hec sane vniuersa legem dissoluit.

¶ SED usque in hodiernum diem cum legitur Moyse velamen positum est super eorum. ¶ Quoniam dixerat superius velamentum quoddam in veteri testamento lectione esse illorum menti obtentum, ne forte existimet quisquam se legis obscuritatem appellare velamen, haud ita est inquit, sed illorum cordis obtusio & ruditatem velamen dixerim, quod plane esset. Moyse faciei non ipsius gratia, sed ob istorum crassitudinem & cecitatem obductum.

¶ CVM autem conuersi fuerint ad deum, auferent velamen, dominus autem spiritus est. ¶ Modum nunc explicat, quo in viam possent Israelite reduci, cum ad dominum inquit fuerint conuersi. Hoc est cum a lege defecerint, & ad euangelium se contulerint spirituale, tunc haud dubie operimentum illud & velamen tollitur, erat autem Moyse, vt historie proditum est, cum ad deum iter repeteret, facie reuelata & aperta. Quod sane futurorum preserebat figuram, videlicet cum ad spiritum quisquam fuerit conuersus, qui spiritus dominus est, tunc nudam est & rectam latoris legis, hoc est dei faciem inspecturus, quin potius pro Moyse ipso habebitur, & glorie hoc est splendoris fruatur magnitudine, vt dictum est, legis enim hanc spiritus ipse gloriam, quippe qui dominus sit & omnipotens, largietur.

¶ VBI autem spiritus domini, ibi & libertas. In lege iugum & seruitus inerant, in spiritu vero lege & euangelio, libertas, quo fit vt facile queas & libere domini gloriam inspectare.

¶ NOS vero omnes reuelata facie gloriam domini specularantes in eandem imaginem transformamur a claritate in claritatem tanquam a domini spiritu. ¶ Adeo inquit ingenuitate quadam nos fruimur & libertate, vt omnes haudquaquam in vniu Moyse morem, sed facie simus aperta. Non enim aliquod est apud nos fideles velamen, vt quasi per speculum dei gloriam inspectantes, in eadem imaginem transformemur, hoc est eius splendoris & glorie participes simus. Nos namque vt speculum sumus qui claritate excepta, & splendorem a nobis remittimus, & quemadmodum argentum soli obiectum ex solis occursum micantes radios in solem ipsum reflectit, sic & nos baptismo accepto, purgati per spiritum, & huius splendore denique illustrati, fulgorem & ipsi spiritualem quandam ex aduerso remittimus, eandemque imaginem a spiritus gloria in gloriam nostram & claritatem transferimus, & talem in quam imaginem, qualem decens est vt is sortiat, qui a spiritu domini nulli rei obnoxio lucem acceperit. Dominus enim ille cum sit, & regium habet splendorem, fideles autem omnes baptismi gratia spiritu sancto opplentur, & illorum est fulgentior anima, quando quidem & Moyse dei glorie fulgore inspecto in eius glorie imaginem est transformatus, hoc est, & ipse diuine glorie & splendoris participauit. Huius & facies resplendebat, cum ipse nati preferret figuram.

¶ IDEO habentes hanc administrationem iuxta quod misericordiam consecuti sumus, non defecimus. ¶ Cum multa & magna de Apostolorum dignitate predictasset, essetque iam illos longe Moyse prestare professus, corripit tandem & mode

Testimonia quibus lex veterat dissoluenda.

In lege iugum. In lege noua libertas.

Simile.

ratur, quod de seipso, & reliquis Apostolis iactitasset inquit, id omne diuine est pe-  
teflatis, nos vero euangelii dumtaxat ministerio fungimur, quod plane non ipsi nos  
bis nostra virtute peperimus, sed sumus pro dei misericordia assecuti, est namque vel  
id dei dementia effectum, quocirca nec ipsi deficiamus, hoc est, cum simus ipsi a domi-  
no tanta rerum magnitudine dignati, nequaquam erit ad tollerandas pressuras ani-  
mo succumbendum, quandoquidem deo commiserante ad id sumus ministerii mu-  
nus obeundum nos instituti.

In pseu-  
do apo-  
stolos.

**¶ SED** abdicamus occulta de decoris, non ambulantes in astutia. ¶ Fallos hoc loquo  
Apostolos indicat, quia facie quadam adumbrata & subdola omnia factitarent, preter-  
tium cum acceptis muneribus, nil tamen se accepisse a fidelibus simularent sanctimo-  
niaque imbuti cum viderentur, essent tamen impuriore, nos itaque inquit praua hec &  
fucata facinora propulsemus a nobis, & abdicemus, nec talia committamus, que post-  
modum manifesta cum fiunt, & in lucem edita fuerint ignominiam afferunt perpe-  
tranti. Mox ita infert ambulantes in astutia, cedunt namque ad dedecus que veritate  
dolo geruntur, quod si & de reliquis prauis actionibus id dictum fuisse existimes  
profecto nil aberrabis, nec poterit id absurdum videri. sunt namque & qui praua com-  
mittunt, pro fallis Apostolis iure habendi.

Falsi apo-  
stoli sunt  
etiam qui  
mali.

**¶ NEQVE** adulterantes, verbum dei. ¶ Non solum inquit vitam ipsi simplicem  
dicim⁹ & puram, & cuiusuis doli expertem, quin & dogma hoc nostrum & sermo  
ster hic omnis argutti svacant, neque enim quidpiam ipsi vel externe huius & humane  
sapientie interiecimus nostro sermone, vel ad gratiam verba fecimus, neque pecunia  
ex predicationis hoc munere cumulamur, neque hoc illudue habita temporis & perso-  
narum ratione, vt fallaces solent Apostoli, edocemus.

**¶ SED** in manifestatione veritatis comendantes nosmetipsos ad omnem conscientiam  
am hominum, coram deo. ¶ Apostoli inquit qui fallere alios consueverunt, sucatas opo-  
ribus, alios se quam sint mentiuntur, ipse vero veritatis manifestationem & nuditatem  
comendationi mihi esse velim, hoc est, rebus ipsis pro testibus vtor, vosque mihi testimo-  
nio estis quemodmadum nihil a quouis fidelis ceperim, neque ea egerim que factis  
hi quos dixi Apostoli. Quos fit, vt me ipsum apud omnem hominum conscientiam  
fidelium scilicet & infidelium comendatiorem efficiam, vitamque meam sit palam enu-  
dando euangelium predico vt omnibus quemadmodum vixerim, sit pernoscendibile  
cultas, proinde quia fallere hominem forte liceret, coram deo adiecit, quem haudquaquam  
istiusmodi Apostoli in testem sue admitterent conscientie.

In fide-  
les euang-  
gelii ful-  
gore ex-  
cecatur.

**¶ QVOD** si etiam apertum est euangelium nostrum, in iis qui pereunt, opertum  
est. ¶ Cum superius dixerit Israelitis esse velamen impositum, nosque fideles facie re-  
uelata prospicere, nunc vero, & si apertum est euangelium inquit, infidelibus tamen opertum  
est. Quod enim tunc temporis Iudeis in Moyse contigit, id ipsum & infidelibus  
euangelium fuit, utque illi splendorem, qui moysi inerat nequaquam tolerare oculis pos-  
terant, Sic hos euangelii veritas latet, non euangelii culpa, sed ipsorum qui fide carent.  
Clare namque & his li crederent, Christi gloria & vis omnis euangelica pateret.

In Mar-  
chioni-  
tas &  
Mani-  
cheos.

**¶ IN** quibus deus huius seculi excecauit mentes infidelium, vt non fulgeat illumina-  
tio euangelii glorie Christi. ¶ Inter perditos inquit, quos plurimos esse & diuer-  
sos constat, vel infideles ipsi haberi debent, quorum mentem huius seculi deus ceciti-  
tate obduxit. At qui Marchioniste de conditore ipso orbis terrarum deo, asserunt su-  
isse id dictum, quem iustum dicunt, non probum. Manichei vero de diabolo quem  
mundi huius predicant fabricatorem cum horum neutrum sit, sed de deo nostro id  
dici fat patet, quod tamen seculi huius deus asseratur, nil mirum. Nam & celi dicitur  
deus, cum haudquaquam celorum sit dumtaxat deus, quinetiam & abraham dicitur deus

& Isaac & iacob, neque horum modo, sed cunctorum est deus. Quid itaque noui videri  
potest, si oportune hoc loco Paulus seculi huius deum appellat, vt infidelibus ipsis  
validioribus argumentis patefaciat, illum vel hec que videntur fabricasse, quibus hi  
& si pro deliciis fruuntur, fabricatorem tamen repudiant. Potest & ita presens oratio  
nis contextus perlegi, videlicet infidelibus seculi excecauit sensus deus, futurum nam-  
que seculum illud nullos continet qui fide careant, excecauit itaque id est cecos esse per-  
misit, huic persimile illud est, tradidit eos in passiones ignominie. Hos namque cum  
a se desciuissent, missos fecit, & dereliquit. Non enim inuitos ad salutem tradidit de-  
us. Aduerte autem quemadmodum nequaquam eos, vt minus crederent excecauit, dixit  
rit Paulus. Sed ne diuine glorie fulgorem inquinati & prophani oculi prospectaret,  
cuiusmodi splendor in eo constat, vt Christum quis credat & in crucem fuisse subla-  
tum, & in celos assumptum, & bona futura largiturum, quemadmodum enim qui ocu-  
lorum valetudini consulens, eum qui ea laboret, obscuro aliquo in loco recondit, ne so-  
lis radiis intueno aciem offendant, Sic & his cum per se a fide defecerint, haud secus  
deus euangelii intercludit fulgorem, quam Israeliticis micantem Moysi faciem, nos  
bisque item, ne Margaritas inter porcos semper geramus iniunxit. Recte autem ful-  
geat dixit. Siquidem mediocri nunc luce fruimur, neque illuminati penitus sumus.  
Quod profecto & ante expressit, cum odoratu dumtaxat eum celestium rerum velut  
pignore quodam potiri dixisset, arguens que potiora sunt & maiora, in futuro secu-  
lonos manere.

Infideli-  
bus seculi  
excecati.

**¶ QVI** est imago dei. Ostendit hoc loco, in fideles non Christi modo, sed etiam pa-  
tris esse glorie ignaros, quandoquidem patris imago sit Christus, quo sit vt qui hunc  
nesciat, nec patris habeat notionem.

**¶ NON** enim nosmetipsos predicamus, sed IESVM CRISTVM dominum  
nostrum, nos enim seruos vestram per Iesum. ¶ Superius dixerat minus se astute in-  
cedere, moxque de infidelibus mentionem interiecit, quemadmodum videlicet operti  
sint & cecati. Nunc vero infert, propterea nihil a nobis per versutiam agitur, quia  
haudquaquam nos ipsos vt falsi Apostoli solent, extollimus, hi namque auditoribus suade-  
bant, quatenus ex seipsis denominationem acciperent, quemadmodum in priori epi-  
stola significauit cum diceret. Ego quidem Apollo, alius Cefe. Neque existimetis,  
qui nos impugnatis, nobis bellum inferre, quandoquidem haudquaquam nos ipsos, sed  
Christum predicamus. Ille itaque a vobis oppugnatur, de quo nos predicando disse-  
rimus. Ceterum a deo ipse procul sum, vt aliquid de meipso iactitem, vt non fugerim  
pro Christo a vobis, vel iugum mihi & seruitutem imponi. Christus vero tanta erga  
vos detentus est caritate, vt cuncta vestri ob gratiam gesserit.

**¶ QVONIAM** deus qui dixit de tenebris lucem splendescere, illuxit in cordibus nos-  
tris & illuminationem scientie claritatis in facie IESV CHRISTI. Cur inquit nihil  
de nobis predicamus, quia deus illuxit in cordibus nostris, & quemadmodum olim  
in Moyse faciem suam splendorem intenderat, sic nobis eundem in presentia est im-  
partitus, neque vt initio creandarum rerum edixerat, lux est e tenebris facta, sic nunc  
dixit, & splendor est eiusmodi nobis intectus. Sed ipsemet potius in lucem nobis ef-  
fectus est, siquidem in Christi facie nobis ipse illuxit, hoc est per Christum, Cuius per  
gratiam suam in nobis fulgorem iniecit pater, largitusque est & scientie lumen, non  
sue substantie, sed glorie claritate. Attende quemadmodum vel hoc loco Paulus di-  
uinitus asserat trinitatem, de spiritu namque differuit, cum gloriam dixit domini spe-  
culamur, dominus autem spiritus est, de filio vero, cum illuminationem glorie euang-  
gelii Christi, de patre autem facit hoc loco mentionem, cum illuminationem scientie  
inquit glorie sue.

Trinitate  
asserit  
Paulus.

II. AD CORINTHIOS.

**HABEMVS** autem thesaurum istum in vasis fictilibus. Cum multa atq; pre-  
clara de ineffabili gloria dei explicasset, ne obicere quispiam istiusmodi possit. Cur  
ergo hoc mortali in corpore permanemus, qui tanta, vt asseris, acceperimus? Respon-  
det vel id ipsum esse diuine potentie, quandoquidem vel fictile vasculum tales the-  
sauros continet.

Vas ficti-  
le corpus  
mortale.

**VT** sublimitas sit virtutis dei, & non ex nobis. Vt constat inquit, apparentis vir-  
tutis magnitudinem nequaquam a nobis, sed a deo proficisci, ne vt ipsi, existimemur alio  
quid posse quod dignum laude sit per nos ipsos efficere, deo adscribamus, & illius esse  
donum quodcumque bene & laudabiliter geritur dicitur, falsos preterea hoc loco  
arguit. Apostolos, qui gratiam dei sibi ipsis accenserunt.

**IN** omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur. A deo inquit om-  
nia sunt diuine potentie tribuenda, vt et si fictilia vascula ipsi preferimus, tantisq; in-  
diq; vrgemur angustiis. non tamen vel frangimur, vel qui in nobis reconditus est the-  
saurus, aboletur, in oibus aut angustiamur, hoc est quouis loco, & quibusuis in rebus  
tam apud amicos quam apud infensos pressuras nos patimur, non tamen, vel angus-  
tamur, vel coartamur, quandoquidem corda nostra Christus dilatat.

Via re-  
gia.

**APORIAMVR**, sed non destituimur. Hoc est, & si in rem ancipitem & dubi-  
am incidimus, nihilominus erecti pedimus stamus, nec vlla desperatione succumbi-  
mus, sed via potius euadimus regia & in deo comperta victores ab eo nihil destituimur,  
vel aliter aporiamur, quod Grece aporumeni dictum id sane pretulerit, & si neces-  
saria desint, haudquaquam tamen in vero thesauro consequendo deserimur.

**PERSECUTIONEM** patimur, sed non delinquimur. Et si homines nos per-  
sequuntur, haudquaquam tamen deserit deus, ad nostram namque hec permittitur per-  
secutio exercitationem, non vt vincamur.

**DEIICIMVR**, sed non perimus. Exterioribus aduersariorum telis corpore  
leditur, nullam tamen perniciem propter animi promptitudinem & constantiam lu-  
stinemus, quin potius quo ad ipsum attinet corpus a deo defendimur.

**SEMPER** mortificationem Iesu in corpore nostro circumferetes, vt & vita Iesu  
manifestetur in corporibus nostris. Hoc est, mortes quotidie ipsi subimus, & dom-  
ni mortem imitati, eiusdem & vitam, siue resurrectionem in nostro corpore circum-  
ferimus, vt illa in nobis pateat. Quocirca si quis Christum dominum resurrectu-  
rum diffidit, cum nos spectauerit mortem obire quotidie, & vitam quotidie ducere,  
ei rei haudquaquam amplius sit diffidurus.

Mospau-  
li in do-  
cendo,

**SEMPER** enim vos qui viuimus in mortem traditur propter Iesum, vt & vita Iesu  
manifestetur in mortali carne nostra. Per hec quidem declarat, quid illud sit quod  
dixerat Iesu mortem, erat namque suboscure id dictum, confluens enotare. Apostolus  
que minus paterent, illud autem in vita Iesu manifestetur, a superioribus pendet, &  
in hunc scilicet sensum accipitur, quemadmodum enim nos Christi mortem nuncu-  
leramus, & mortem pro eo obire, si locus detur, vel viuimus malumus, sic & ipse in animi  
magis induxerit, vel mortuos nos plane viuificare, quod & alibi disserit inquit, si  
enim commoremur, & vitam simul ducemus.

Quo fit vt mors in nobis operetur, vita autem in vobis. Mortem hoc loco tenta-  
tiones dicit, quod autem inquit huiusmodi est, nos quidem in periculis sumus vos au-  
tem vita, que ex periculis constat, fruimini, quippe quibus euangelium predicatum  
est quo vitam viuitis sempiternam.

**HABEMVS** autem eundem spiritum fidei, secundum quod scriptum est. Cre-  
didisti propter quod locutus sum, & nos credimus propterea & loquimur. Tentationes  
meminerat & mortes superius, deinceps vel ex his inquit nos eximet deus

II. AD CORINTHIOS.

FO. LXXXVIII.

insup & illud adiecit, idcirco his malis vos eruet deus vt eu resurrexisset credatis, nunc  
vero inquit non mente solu & cogitatione, sed fide erit id adstruendum, infertq; quem  
admodu Adam cum esset tentationibus diuexatus, ex hisq; adeo & solo ereptus, credidit  
dixit propterea locutus sum, haud secus & nos eundem fidei spiritum assecuti, quem &  
Dauid ille sit natus credetes id loquimur, quod quemadmodu, Christus ipse a mortuis  
resurrexit, ita & nos nunc superatis periculis iterato sumus resurrecturi.

**SCIENTES** quoniam qui suscitauit Iesu, & nos excitaturus est, & constituet vo-  
biscum, omnia enim vestri gratia tolleramus vt affluens gratia, per multos abundet in  
gloria dei. Quid credimus inquit vel ipsi quid videmus? id sane, quod a quouis  
discrimine nos liberabit, ac denique is suscitabit, qui & Christum iam excitauerit, adsti-  
tuetq; vobiscum vna bonis perpetuis fruituros, facit insuper eos, cum ad credendum  
tum ad recte viuendum fidentiores, nec secus & falsos hoc loco carpit Apostolos, sese  
affirmantes pro discipulis, vt bona huiusmodi comparent, intercedere, vnde id com-  
futans Paulus hunc in modum edisserit, vestri ob gratiam vniuersa sunt condita, quin  
etiam & resurrectio idcirco effecta est, non enim per hunc illum ve recti aliquid geri-  
tur. Nam & id omne deus id exequitur, & plurimis impartitur, quo fit, vt abundan-  
te gratia, abundet etiam necesse est, multorum ad dei gloriam in habendis gratiis &  
officiis. Apostoli itaq; istiusmodi deceptores cum dei gratiam sibi iniquis vendi-  
cant, illius haud dubie obscurant & gloriam.

Apostoli  
si falsi dei  
gram sibi  
vindicant  
tes.

**PROPTEREA** non deficiamus, quin & si exterior noster homo corrumpitur,  
interior tamen innouatur de die in diem. Quoniam inquit spectatam habemus  
dei potentiam, eundemq; nos periculis exemisse perspeximus, tuturumq; tandem  
vt claros fulgentioresq; a mortuis excitet, haudquaquam vt malis victi iam succumbamus,  
neq; de spe excidamus cum patimur, quandoquidem exterior homo, hoc est corpus  
cu ceditur siue exagitur corrumpi solet, interior vero, hoc est spiritus ipse & anima  
innouatur, quo pacto si queras nimirum bene sperando & fidendo plurimum, si qui-  
dem vbi pro Christo tormenta iam subiit ingenti gaudio expleatur.

Exterior  
homo,  
homo in-  
terior.

**MOMENTANEVM** enim illud & leue pressure nre supra modum in sublime,  
eternu glorie pondus operatur nobis. Explicat quo pacto interior is innouetur ho-  
mo, ideo inquit id fit, quia in animo ille inducat per breues esse pressuras & momentaneas, & id-  
circo toleratur leuius videri, qm ad exiguum temporis feruntur, gloria vero perpetua ee,  
& pondus, hoc est magnitudine ingentis hre, id namque supra modu & in sublime ptendit.

**NON** contemplatis nobis que videntur, sed que nullo apparent, visibilia namque  
temporaria sunt, inuisibilia vero sempiterna. Ostendit quemadmodu queuis pres-  
sura facilius sit, inquitq; cuncta enim que nobis sub aspectu veniunt & visuntur, tem-  
poraria quide & breuia sunt. Cruciatu itaq; & pressura, quia cerni oculis possunt, mo-  
mentanea erunt, atqui inter visibilia hec vocatio ipsa & ocium connumerantur, quip-  
pe que & spectari queunt, eo ei visibilia intulit, vt eiusmodi a pressuris & molestiis va-  
catione complecteretur, nil itaq; erit vel aduersis & vrgentibus succubendum, vel p-  
ris hebescendu & quietioribus rebus breuia enim vtraque sunt, his igitur se ita habenti-  
bus constat profecto que videri non possunt perpetua esse, hoc est regnu illud celeste, &  
eterna supplicia, quo fit vt horu declinare alterum debeamus, alterum cupere.

Inuisibi-  
lia eterna

**SCIMVS** enim quonia si terrestris domus nostra huius tabernaculi dissoluatur,  
edificationem ex deo habemus domum non manufactam, sed eternam in celis.  
Quoniam superius dixerat, quantum exterior homo corruperetur, tantumdem ino-  
uaretur interior, visus est noui quid dicere, ita nunc infert, quin potius cu penitus conta-  
buerit mortale hoc corpus & luteu, tunc sane infinita nobis producturum est bona, si  
mul etiam ad hos de resurrectione iterato nunc differit, tamen non ita aperte, vt in

superiori epistola, ne videatur eos existimare nondum emendatos, per terrestrem autem tabernaculi domum corpus ipsum expressit, cui cum & tabernaculi nomen indiderit, illius breue admodum vite spacium patefacit, est namque tabernaculum nil diuturnum, quod si plerumque iustorum preferunt tabernacula ista quietem, cum additione tamen aliqua hac ipsam pretendere satis iam constat, ut pote cum perpetua tabernacula dicimus. Aduerte autem quemadmodum cum terrestrem dixisset, mox celestem obiecit, eternam vero ubi intulit domum quod eo facit, ut nostri corporis futuram augeat gloriam, non manufactam vero non idcirco adiecit, ut corporis huius humani conditionem a celesti faceret alienam, cum neque illud sit manuum opera compactum. Multi vero terrestrem domum, pro vita que in terris dicitur accipere, tabernaculum vero corpus id dicunt, ita ut eiusmodi sit quod per Apostolum dicitur, si dissoluatur que in terris agitur nostri corporis vita que manu facta dicitur, perinde ac manibus sit confecta, quia vinum ac panis quibus vita hec constat, per manus suppeditantur. Sumus tamen in celis vitam quandam aliam habituri, que nec potest corumpi, nec manibus confici, hoc est que nulla indigeat nostrarum manuum ope.

Corporis in corruptione celo.

**LET** enim in hoc ingemiscimus, habitationem nostram, que in celis est, superinducere cupientes. Quam habitationem, nimirum corpus in corruptibile, de celo autem illud esse affirmat, non quod superne deueniat, sed quod inde demissam habeat sibi in corruptibilitatis gratiam, adeo igitur minus dolendum, erit de singulis corpori illati tentationibus, ut contra potius sit nobis ingemiscendum, quod corpus, hoc corruptibile non prorsus exuimus, ut hoc ipsum in corruptibile induamus, vnde nec tabernaculum dixit, sed habitatiorem, ut que diutius sit & firmius permanens.

**SI** tamen vestiti, non nudi inueniamur. Neque enim nobis est vniuersis inquit in corruptibilitati corporis confidendum, qui & sumus post acceptum corpus quod in fici nequit, corruptione obducti, nonne glorie & securitatis nudi coarguemur? perinde ac si ex prauis his facinoribus ignominiam affecuti, siquidem cunctis futura communitis sit resurrectio, non tamen honor & gloria.

**NAM** & qui sumus in tabernaculo isto ingemiscimus, In quo volumus expoliari, sed superuehenti, ut absorbeat quod mortale est a vita. Cum durius esse & graue quod dixerat apparet, ingemiscere nos & grauiter ferre percupidus hoc corpore liberari, cum constet ineffabilem esse animi erga corpus affectum, idcirco inquit haudquaquam propterea ingemiscimus, quod e corpore simpliciter sit abeundum, sed quia nos libido inceserit in corruptionem superinducere, perinde ac si haud sat fuerit hanc ipsam induere, vel corruptionis volumus vacui esse, ut illa non corpus a vita consumatur & pereat, nec corporis gratia solum grauemur, sed quia corruptibile sit moleste ferimus, hic obstruuntur hereticorum ora, quippe cum de corporum diuersitate nulla fiat hic mentio, quando de corruptibilitate dumtaxat & incorruptibilitate differitur.

Ineffabilis animi erga corpus affectus.

**QUI** autem effecit nos in hoc ipsum deus. Deus est inquit qui nos a principio ad hoc ipsum creauit, quippe qui nos eo effinxit, ut incorruptibiles simus, neque id illi est in presentia visum, sed ab initio, quo sit ut omnino sine corruptione futuri.

**QUI** & dedit nobis pignus spiritus. Vis inquit ut aliis id argumentis ostendamus, per baptismum nempe & spiritum nobis largitus est, incorruptibilitatis inlucis per pignus hic detulit, animam namque & corpus simul sanctificauit, eaque diuinitati propinquiora effecit, quia & exemit a crimine, a quo mors ipsa subsequitur itaque cum spiritum contulit perspicuum est quod a peccato eruerit, qui vero a peccato iam eruit & incorruptionem effecit, a peccato namque corruptio oritur. Spiritus igitur hoc pacto future immortalitatis pignus efficitur, vel aliter qui in presenti aliquam nobis in partem spiritum est impartitus, omnino vel aliquod nobis detulit pignus

A peccato oritur corruptio.

ut totum

in posterum largiatur, verum quo pacto, id est largitur nisi spiritu & corpore incorruptibiles ipsi futuri sumus? Cum itaque quod tenuerit & exiguum, spiritu & corpore sub pignoris specie in hac vita acceperis, sperandum est quod reliquum sis integre habiturus.

**CONFIDENTES** igitur semper & scientes, quoniam manentes in hoc corpore peregrinamur a domino, per fidem namque ambulamus, non per speciem confidimus, & probe potius volumus peregrinari a corpore, & manere apud dominum. Perficitur ad huc ut illud confirmet quod dixerat supra, quoniam nullae sunt nobis cure discrimina qui propeque & mortes, rem nobis optabilem, incorruptibilitatem scilicet sumministrat, cuius gratia & ingemiscimus, deducimurque ad dominum ocyus. Confidentes itaque semper, hoc est intrepidum neque insidias, neque persecutiones vel mortes horrescite. Apostoli autem aduerte prudentiam, quomodo vitae ac mortis tacite expresserit nomen, cum alteram versari apud dominum dixerit, alteram ab eo longe peregrinari, ut nequo a presenti hac pendeat vita, ut que a domino ipso diuertat. Proxime autem ne quis illud obiciat, quid ergo, num corpus a deo reddit nos alienos? sic illud inquit castigat & corrigit, per fidem enim non per speciem ambulamus, hoc est in hoc seculo illum nouimus sed modice, id namque cum per fidem inquit, pretendit, haud dum tamen facie ad faciem illius vllam habemus cognitionem, quod etiam ubi per fidem intulit explicatur. Cum itaque haec ita se habeant, malumus, hoc est valde desideramus corpus hoc exui, cum dominoque versari, neque immortalitatis dixit participare, quin quod factius est, cum domino esse, quod utique incorruptibilitate est longe presentius.

**PROPTEREA** Connitimur siue abientes siue presentes placere illi. Quod queritur illud est ut domino morem viuendo geramus, ne forte cum peregrinationem intelligis, existimes satis ad salutem tibi id fore, vnde sic inquit, stude ut hinc deo gratias abcedas vitae ratione, quam illi acceptam hic duxeris.

**NOS** Enim omnes pressio esse oportet ante tribunal Christi. Deterret hoc loco Corinthios, cum recordatione, tum assertionem quadam tremendi illius, & diuini iudicii, afferens, vniuersorum tunc gesta ut pateant necesse fore, neque existimes ibi cordis recondita, aut queuis opera, aut animi vlla libidine, vel mentis vllis posse velis occultari, sed vniuersa tunc patentia erunt & aperta.

**UT** Referat vnusquisque propria corporis, prout gessit, siue bonum siue malum. His dictis qui recte egerint, ut bona sperent magis hortatur, quin etiam legnes & delicias futuri supplicii obiecta formidine, ad vigilandum compellit. Confirmat propterea, quem habuit de resurrectione sermonem, quando quidem asserat eos qui vel bonis, vel prauis inseruerint facinoribus, vel corona donatum iri, vel tormentis affectum, obstruuntur etiam per haec hereticis ora, diuersa his sententibus.

**SCIENTES** Ergo timore domini hominibus suademus, deo autem manifesti sumus. Spero autem & in conscientis vestris manifestos nos esse. Habentibus nobis inquit tremendi illius iudicii notionem, connitendum omni studio erit, ne hominum quepiam offendamus. Id namque Apostolus sentit, cum hominibus inquit suademus, hoc est, ne cuiuspiam per nos animus offendatur temperandum est. Nam & si mali nil commiserimus, suspectos tamen commissi nos criminis facinus, sitque in nostra potestate, ne alios offendamus defugere, nec tamen id declinamus, condemnatio nobis proculdubio subeunda est: quippe & deo patemus, quem haudquaquam latet, quemadmodum nobis vita degatur, nec suaderi potest, nec falli, cum nostris fuerit actionibus prauis offensus, proxime autem & vobis patebimus, ut pote qui nostra omnia optime calleatis, eoque haudquaquam necesse erit, ut vobis suadeamus.

**NON** iterum commendamus nos vobis, sed occasione damus vobis gloriandi pro nobis. Frequenter que incidere posset, suspicionem hic detergit, ne quid de se videatur

m. i.

Non absint nendum tantum a malo, sed ab omni suspitione & specie mali.



II. AD CORINTHIOS.

insolentius iactitasse, ait quæ nequaquam ipsi ad hunc sermonem deuenimus, ut nos corrigere demus, hoc est, non insolentia vel laudis id nostræ gratia diximus. Sed vestri potius gloria, qui gloriandi mihi occasionem præbetis, aduersusque falsos Apostolos pro vobis iactitandi, qui nos calumniantur, & culpant.

**CVT** Habeatis ad eos qui in facie gloriantur, & non in corde. \* Ut habeatis inquit quod nostri gratia aduersus eiusmodi Apostolos gloriari possitis, qui in facie gloriantur, hoc est ad ostentationem, & fronte quadam impudenti omnia factitant, erant namque illi moribus hæc imbuti, ut vultu pietatem præferrent, cordi vero nihil haberent, quod sanum/rectumve esset, non enim gloriandum semper iniungit, nisi cum ipsos se illi extollunt.

**CSIVE** Enim mente excedimus deo, siue sobrii sumus vobis. \* Siue inquit magni aliquid ipsi pfamur, siue mente excedimus, quod alibi stultitiam vocat, illud ob gratiam dei agimus, ne si vos me parui duxeritis pro mei contemptu subeatis & penas & vniuersam. si vero de mediocribus & humilibus rebus noster est sermo, id vestri de causa facimus: ut humilitatem discatis, vel aliter, si quis autem nos mente excedere: hoc est furere la spicetur: expectamus ob hæc a deo mercedem, quorum fuerimus ipsi in simulati. si vere abstinere nos quisquam arbitretur, excipiat ipse nostre huius abstinentie commoda. Potest aliter id dictum intelligi, videlicet, si furore arrepti, mente excessimus, dei ob causam infaniamus, ut vos ei commendatiores reddamus. Tenebatur itaque Paulus in gentis amoris dementia, si dici dementia potest, quo sane vt amator aliquis percipit, deum haud dubie deperibat, cum illi dumtaxat is viueret quem adamasset, & ita vt extra se raptus totum ad deum traduceretur, neque suam vitam pro sua duceret, sed ad eius contemplationem tantisper, quem tanto amore insectaretur. Si itaque mente excessimus, deo inquit excessimus, hoc est dei ob gratiam.

**CHARITAS** Enim Christi vrgit nos, estimantes hoc quoniam si vnus pro vobis mortuus est, ergo omnes mortui sunt, & pro omnibus mortuus est Christus, & qui viuunt iam non sibi viuunt. Sed ei qui pro ipsis mortuus est resurrexit. \* Vrgit enim nos charitas dei nobis precipua, & valde compellit, vt eius gratia pericula adeamus iudicemusque apud nos ipsos precipuum esse, quia pro omnibus sit mortem perpeffus, & illum mortem oppetuisse, quia interuisse vniuersos constaret, voluisseque eum dem pro perditis mori, vt vitam nobis elargiretur. Cum itaque nobis sit vitam hic elargitus, non viuere amplius nobis, sed illum debemus, cui munere auram hanc ipsam spiramus, qui non solum pro nobis mortem obiuit, quin & ab inferis resurrexit primitiasque nostras hoc est suum corpus ad celum mox sustulit, vt nos etiam eodem omnino sit traducturus. Quid enim erat necesse ad celos illum deferri, nisi fuisset & nobis eodem conuenientium, quo sit, quia mortuus nostri gratia sit, vt & vitam donarit, immortalitatis nobis & pignus item contulerit, vt illi, non nostris cupiditatibus viuere debeamus.

**ITAQVE** Nos ex hoc neminem nouimus secundum carnem. \* Postquam omnes qui morti obnoxii scelerum ratione iam fuissent, per Christum baptismi gratia reuincunt, merito inquit neminem fidelium cognoueramus secundum carnem, qui viuere hoc est secundum veterem illum & carnalem viuendi modum, omnes namque fideles spiritu ipso renati nouam quandam & spiritalem transigunt vitam.

**ETSI** Cognouimus secundum carnem Christum: sed nunc iam non nouimus. \* Ostendit quemadmodum vel in degenda non secundum carnem hanc vitam, Christus nos preuium habere & ducem, inquitque, & si fuit vnquam carnali conditione Christus, haud tamen in presentia est. Dicit aliquis quid ita? num carne ille deposuit, absit quippe qui quo assumptus est statu eo sit, & iterato venturus, atqui in carne ille & corpore sublatus est, quid igitur, tandiu ergo nos dicimur secundum carnem hanc viuere,

Primitie  
nostra.

II. AD CORINTHIOS.

quandiu peccatis erimus obuoluti. Tunc vero procul a carne vitam hanc degere, cum nihil delinquimus. Christus autem tunc dicitur secundum carnem vixisse, quando pro natura passionibus nulli tamen culpæ obnoxius vixit, videlicet cum famem ac sitim & labores perpeffus est, nunc vero nequaquam carnis necessitati subiectus est, hoc est passionibus constat hunc esse immunem, quæ natura ipsa corporibus insunt hæc mortalibus, nec arceri dum in humanis agitur possunt. Corpus namque nunc gestat nulli necessitati obnoxium, vt nos ipsos commonefaciat non ultra ad carnis conditiones & vitia, sed secundum spiritum degere.

**SI** Qua ergo in Christo noua creatura. \* Si quis inquit Christi fidem admisit in aliam quandam traductus est ille creationem, & denuo conditus, nequaquam itaque veteri more ducenda est vita.

**VETERA** Transierunt, ecce facta sunt omnia noua. \* Queret aliquis, quæ nam hæc vetera dicit? Nempe delinquentium facinora, & iudeorum ritus & opera. Præterit namque vetus peccatum, & anima noua nobis est reddita, nouum præterea & corpus effectum, & pro rebus iudaicis cunctis innouata sunt omnia, nam pro lege, euangelium, pro Hierusalē, celum, pro templo, velum quod intimum erat, in quo ipsa trinitas continetur, per circūcisionem, baptismum, per manna, Christi purissimum corpus, per aqua, domini sanguis, per baculo vel Moyse, vel Aaron, crux ipsa, per agno, dei filius, & homini reliqua.

**OMNIA** Autem ex deo qui nos reconciliauit sibi per Christum. \* Hæc sane vniuersa a deo nobis collata sunt, qui filii sui interuentu, secum vt in gratiam rediremus: effecit, neque enim priores ipsi ad eum vltro confugimus, sed per filii mortem nos ille exiuit.

**ET** Dedit nobis mysterium reconciliationis. \* O dementia profunditatem, cum enim filium pater ad nos legasset, eundemque ab his qui reconciliatione hac indigerent: necatum vidisset, nil profus vel hoc pacto commotus, humanum genus neglexit, quin potius ad ministerium hominis reconciliandi Apostolis nobis operam demandauit, vt circūuagi hoc munere fungeremur, ad eos iam reuocandum, qui ab se deciuissent, se cumque holippos in gratiam reducemus.

**QUONIAM** Quidem deus erat in Christo mundum reconcilians sibi non reputans illis delicta ipsorum. Dixit superius deum nos sibi reconciliare, propterea ne forte occurrat quisquam, inquit, atqui filium ad id ille demisit: nunc infert, filium quidem transmisit, is tamen dumtaxat homines hortabatur, pater vero is erat: qui mundum sibi in Christo reconciliaret, hoc est per Christum, adeoque se beneuolum erga homines & placabilem præstitit, vt non modo nullum his intulerit cruciatum, sed reconciliationem offerret, nec solum missa fecit delicta, quin etiam nec illa cuiquam imputauit. Nam si rationem factorum is exegisset, omnes vti que interissent.

**ET** Posuit in nobis verbum reconciliationis. \* Nihil quod graue sit vel molestum vt vobis afferrem iniunctum a deo est mihi. Sed solum vt in gratiam vos secum reducerem. Cumque nil ipse persuadendo profecerim, insitite vos tandiu hortantes, donec possit his perluaderi, vt deo reconciliantur.

**PRO** Christo ergo legatione fungimur, tanquam deo exhortante per nos obsecramus pro Christo reconciliamini deo. \* Pro Christo hoc est Christi loco legatione nos fungimur, quodcumque enim erat ille facturus: nos in presenti exequendum suscepimus, & quemadmodum per illum hortabatur nos deus, sic vos hoc tempore per nos ille hortatur: vt sibi conciliemini, neque enim dixit deum vobis conciliate, sed vos illi reconciliamini, quod si vel hostium more huic obstitueritis, nihil tamen ipse vobis obnititur. Deus namque hic pater est, nec secus ac si quidpiam ipse in homines deliquisset, ad vos legauit Apostolos, vt veniam deprecetur, miram sane pietatis & indulgentiam.

Scdm carnem viuere q dicatur & Xps quomodo scdm carnem dicatur vixisse.

mira mutatio veteris legis

mira dei clemetia

Applu xpi loco legatione fungitur

tia magnitudinem.

**¶** **EV**M Qui non nouerat peccatum: pro nobis peccatum fecit, vt nos efficerentur iusticia dei in ipso. **¶** Ne reliqua ipse commemorem, quemadmodum scilicet de vobis, vel bene merentem affeceritis ignominia, vtq; prior ipse in gratiam redire voluerit, nonne vel ex recentibus eius beneficiis dignum censeretur debet, vt cum ipso sitis amicum placatori deuincti, quid ita? quoniam suum filium, qui nullum norat peccatum hoc est qui ipsemet iusticia esset, pro nobis fecerit mortem obire, perinde ac si peccator esset is, & maleficus, inquit enim execrabilis qui suspensus est ligno, & cum inimicis reputatus est. Non enim peccatorem fecit hic intulit, sed peccatum, quod vtique maius est longe, vt nos dei iusticia efficeremur, non ex operibus vel lege, sed dei gratia. Id enim designat dei iusticia: cum gratis quispiam iustus efficitur. Cumq; nulla in eo deprehenditur labes, & ideo nequaquam dixit, vt iusti efficiamur, sed dei iusticia, gratia arguens immensitatem.

**¶** **AD** **DI** **V** **V** **A** **N** **T** **E** **S** **A** **u** **t** **e** **m**, exhortamur ne in vacuum gratiam dei recipiatis. **¶** **A** **d** **i** **u** **t** **o** **r** **e** **s** **v** **e** **s** **t** **r** **i** **q** **u** **e** **s** **u** **m** **u** **s**, & vobis ad consequendam salutem, & deo vt eius expleat voluntatem, hoc est: que vobis vt salutem impartiat procliuor est, fungimur exhortando Christi vice, quoad usq; ille secundo adueniat, & quadiu in vita haeruerimus, ne incassum gratiam dei accipiatis. Quid enim conduceret diuina gratia prauis facinoribus eximi, si deinceps ad pristinam negligentiam rediretur? Id namq; aliud foret, qm in pristinam inimicitiam illam relabi. Sic fieret vt frustra videretur diuina fuisse in nos gratia tanta collata. Haudquaquam itaq; existimandum est, in fide dumtaxat peccatorum constare vacationem, quin & optimo viuendi opus est gerere, vt ab his simus immunes.

**¶** **¶** **A** **I** **T** **E** **n** **i** **m** **tempore** accepto exaudiui te, & in die salutis adiuui te. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. **¶** Tempus acceptabile dicit, in quo per gratiam, & peccatorum remissio fit, & iusticia condonatur. Nam illud haud dubie est acceptabile tempus, quo nos excipit deus, exauditq; & saluos facit. Nam in iudicio dei neq; aures nobis prestabit, neq; opem laturus est vllam, nec salutem peccantibus. Necesse est itaq; dum interea gratia tempus offertur, vt enixe certemus, nam facile hoc pacto potiemur victoria.

**¶** **¶** **N** **E** **M** **I** **N** **I** **D** **a** **n** **t** **e** **s** **v** **l** **l** **a** **m** **o** **f** **f** **e** **n** **s** **i** **o** **n** **e** **m**, vt non vituperetur ministerium nostrum. **¶** Hortamur vos inquit: & operam simul prestamus, vt vitam nemine offenso degatis, perinde ac si inquit, me velim duce vtamini. Nam sic mihi viuendum instituit, vt nulli ne criminandi quidem me dixerim, sed ne vel leuiter inculandi ledendive occasionem prebuerim, quod eo feci, ne nostra notetur administratio, & ignominiam subeat, non enim ne culpentur res per me gestae, vel mea institutio dixit, sed ne quam vel tenuem labem, aut vituperationem admittant, enitor. Nonnulli vero id dictum hinc sunt in modum interpretati, videlicet ne recidat queuis ignominiae nota, quam ipse ministerium dicit. Tunc enim vituperationem subiret predicatio mea, cum ipse vitam in probe ducerem. Tacite etiam & Corinthios carpit, vt quorum male acta iam vita a multis culpetur, culpantiuq; execratio omnis in Christum, & eius fidem redundet.

**¶** **¶** **S** **E** **D** **I** **n** **o** **m** **n** **i** **b** **u** **s** **e** **x** **h** **i** **b** **e** **a** **m** **u** **s** **n** **o** **s** **m** **e** **t** **i** **p** **o** **s**, sicut dei ministros. **¶** Vel id sane maius videtur, cum inquit non solum necesse erit, vt quauis culpa & labe vaces, sed ita vt viuas, vt ex tuo hoc recte viuendi modo perspicuum facias, dei ministerio fungi.

**¶** **¶** **I** **N** **M** **u** **l** **t** **a** **p** **a** **t** **i** **e** **n** **t** **i** **a**. **¶** Narrat preterea quemadmodum talis ipse tolerando etiam erit, neq; simplici quadam patientia dicit, sed multa, quippe que non semel, atq; iterum omnibus erit in rebus prestanda. Sed vsq; ad finem erit exhibenda.

**¶** **¶** **T** **R** **I** **b** **u** **l** **a** **t** **i** **o** **n** **i** **b** **u** **s**, in necessitatibus. **¶** Id quidem pressuras accumulatur, cum

In fide sola non consistit iusticia. Tempus acceptabile

Nemini dada offensio.

nullus fiat, que hominem angunt, exitus malis.

**¶** **¶** **I** **N** **A** **n** **g** **u** **s** **t** **i** **s**. **¶** Videlicet que per inedia, vel tentationes alias offeruntur.

**¶** **¶** **I** **N** **P** **l** **a** **g** **i** **s**, in carceribus. **¶** Vide quantum nec afferant mali, cum vtrūq; per se grauissimum sit. Plagis preterea affectus est Paulus, & in carcerem sepe coniectus,

**¶** **¶** **I** **N** **S** **e** **d** **i** **t** **i** **o** **n** **i** **b **u** **s**. **¶** Hoc est in persecutionibus, cum nullum haberet hic locum, quo posset consistere, quia multi eum insectarentur.**

**¶** **¶** **I** **N** **L** **a** **b** **o** **r** **i** **b **u** **s**, in vigiliis, in ieiuniis. **¶** Explicatis iam aliis que per alios sunt sibi ingesta, superinducit quibus se ipse vitro afficiat, manuum scilicet laboribus, quibus ipse se, & alios aleret, is insuper & vigiliis se, & inedia macerabat.**

**¶** **¶** **I** **N** **C** **a** **s** **t** **i** **t** **a**t **e**. **¶** Vel continentiam per castitatem pretendit, vel eius omnibus in rebus puritatem seruata, vel quia gratis, & nullus illectus muneribus predicaret.

**¶** **¶** **I** **N** **S** **c** **i** **e** **n** **t** **i** **a**. **¶** Hoc est in dei sapientia, que vere dici scientia debet, non in exteriori hac, & mundana, qua fallaces Apostoli niterentur.

**¶** **¶** **I** **N** **L** **o** **g** **a** **n** **i** **m** **i** **t** **a** **t **e**, in suauitate. **¶** Animi est perfecto adamantini, agitata vndiq; & circum punctu, non solum mentis seruare celsitudinem, sed & bonum se & equum prestare**

**¶** **¶** **I** **N** **S** **p** **i** **r** **i** **t** **u** **s** **a** **n** **c** **t** **o**. **¶** Ostendit vnde hanc sit virtutem adeptus, e spiritu videlicet sancto, nam cum preclarum aliquod de se facinus edit, mox spiritus sancti ope factum id infert, potest etiam intelligi in spiritalibus donis, ex his namq; ostendimus, ministris nos dei esse effectos, quandoquidem miranda quedam, que supra hominem sunt factitemus, vel quia in spiritu sancto, hoc est in spiritus donis neminem ipsi offendimus. Nam etsi intumeant pleriq; qm linguis potiti sint, quibus nequaquam necessariis in rebus vtantur, ab eius modi tamen longe alieni nos sumus.

**¶** **¶** **I** **N** **C** **h** **a** **r** **i** **t** **a** **t **e** non ficta. **¶** Caritas hec haud dubie bonorum est illi omnium causa hec inquam vt apud se spiritus sanctus maneret, efficiebat.**

**¶** **¶** **I** **N** **V** **e** **r** **b** **o** **v** **e** **r** **i** **t** **a** **t **i**s. Hoc est dei verbum nihil adulterantes.**

**¶** **¶** **I** **N** **V** **i** **r** **t** **u** **t **e** dei. **¶** Nil inquit horum mihi debet adscribi, cum constet dei potentia vnuerfa hec fieri.**

**¶** **¶** **P** **E** **R** **A** **r** **m** **a** **i** **u** **s** **t** **i** **t** **i** **a** **e** **d** **e** **x** **t** **r** **i** **s**, & a sinistris. **¶** Arma iustitie sinistra appellat que cumq; tristitiam afferunt, arma vero, quia tanq; muris nos sepiat, & tutos reddat. Sinistra preterea dicit ob variam multorum conicientiam, iniunxit namq; & dominus, non vitro adeundas esse tentationes, sed si offerantur ferendas. Dextera autem quae letiora sunt nuncupat. Horum itaq; alterutris nil Paulus arguebatur obnoxius, quippe qui neq; tristibus & aduersis contraheretur, neq; letitia & prosperis insolesceret, sed potius iustitiae arma hec ipsa reddebat.

**¶** **¶** **P** **E** **R** **G** **l** **o** **r** **i** **a** **m**, & ignobilitatem. **¶** Explicauit iam nobis, quid dextera & sinistra significarent, vt que & gloriam simul preterant, & ignobilitatem, verum si que ras quo pacto pro armis iustitiae hec futura sit gloria, respondebo equidem, quia multos ad religionem inducat & fidem, qui preceptorum desertur honos, quid igitur Pauli ne id erit accensendum virtuti maxime, quia nihil vel laudatus is desiaccebat, nec predicando fatigabatur, vel ignominia affectus deterrebat, quin potius hec ad patientiam, & probitatem, cum predicationis successu exercebat.

**¶** **¶** **P** **E** **R** **I** **n** **f** **a** **m** **i** **a** **m** **&** **b** **o** **n** **a** **m** **f** **a** **m** **a** **m**. **¶** Vel hoc magni momenti est, infamiam tollerare, hec namq; acerrime animum mordet, eoq; & dominus beatos hos asserit, qui conuicia, & contumelias perferunt, que infamia vel cruciatibus ipsis videtur acerbior. nam cum corpus tormentis vrgetur, cum anima patitur dolorem. Cum vero nota afficiuntur aliqua, animo incumbit quicquid est oneris, vnde & Iob vxoris conuitia molestius longe ferebat. qm plagas & vlcera.

**¶** **¶** **V** **T** **S** **e** **d** **u** **c** **t** **o** **r** **e** **s**, & veraces, sicut qui ignoti & cogniti. **¶** Id ipsum est quod per ifa-

Plagis & carcere afflictus Paulus.

Animus a damantius.

Non ad tentationes, sed si offeratur toleranda.

Vxoris conuitia molestius

miam dixit, & bonam famam, hi namq; quibus Paulus curæ esset, & cognitus eundem quasi nullo antea nosset, dedignabantur. Quod profecto idem præcedit quod per gloriam dixerat, & ignominiam.

**¶ QVASI** Morientes, & ecce viuimus. \* Hoc est quasi morti adiudicati, & condemnati. Nam quod ad insipientium nobis animum spectat, haud dubie morimur, quantum vero ad dei virtutem, ecce hac vita fruimur.

**¶ V** Castigati, & non mortificati. \* Fiunt hæc inquit ad nostri castigationem dei permisso. Quo fit, ut ad futuram mercedem haudquaquam exiguum sit castigationis huius interea lucrum, quod sane dictum a Dauid scriptis delumptum fuisse constat, cui inquit. Castigans castigauit me dominus, morti autem non tradidit me.

Gaudiū  
iternū, &  
spiritalē.

**¶ QVASI** Tristes semper autem gaudentes. \* Exteriori quidem hac facie videmur merore confecti, intus vero incredibili fruimur suauitate, non enim interruptum nimis est & instabile gaudium, sed continens & perpetuum.

**¶ S**icut Egentes multos autem locupletantes. \* Non solum diuitiis spiritalibus plures ditauit, sed mundanis etiam hisce & temporariis complurimos iuuuit. Nam cum omnium bonis fidelium domus paterna opulentior videbatur, multis bona hæc presentia impartiebatur & victum. Nam & sanctos qui hierosolymis erant alebat, quod ex insequentibus patefacit.

Oib; abū  
dat, q; bo  
nis vitæ  
hui; non  
inheret.

**¶ T**anquam Nihil habentes, & omnia possidentes. \* Qui enim nullis vitæ presentis inheret; bonis omnibus nimirum abundat, perinde ac si inquit, vos oia petenti mihi ad nutum suppeditastis, quibus aliorum subuenire necessitatibus. Quæ autem superius dixit e commemorauit, ne in rebus aduersis & mestis perturbaretur Corinthii.

**¶ S**icut Nosrum patet ad vos Corinthii. Cor nostrum dilatatum est. Enumeratis propriis certaminibus, ostendit in modum narrationis, quemadmodum necessitas, ut illi sese imitentur, futurum est tandem eosdem ut carpat, ut qui sui ipsius haudquaquam magna tenerentur beneuolentia, quod tamen ante quæ ipse aggrediatur, aperit suam erga illos sic charitatem, vellem equidem perpetuam apud vos habere orationem: & multa differere, palamq; & fidenter vos alloqui, quod plane ostendit, cum inquit, os meum patet ad vos, idq; propterea dicit, quia illos & obiuertaturus est: & facturus perspicuum, maximum esse charitatis indicium, increpandi fiduciam. vnde non solum inquit, verbis meam erga vos præfero charitatem, sed corde, cum illud apud vos diffusum habeam, & ampliatum, ardor namq; amoris ille, non modo mihi os patefacit, sed mentem dilatat, & ita ut vos capiat vnuerfos, quod ipsum subinfert dicens.

obiurgā  
di fidu  
cia chari  
tatis ē idi  
cium.

**¶ N**on Angustiamini in nobis, angustiamini autem in visceribus vestris. \* Vos qui lem inquit, & si quæ plurimi sitis, meo in corde quod sane patentissimum est haudquaquam in arcto vagamini, vestris vero in precordiis, & visceribus in angusto estis, & ita aliter, ut ne vel vnū quidem me largiter possitis excipere, perinde ac si inquit, ipse equidem ingenti vos prosequor beneuolentia, vos vero estis erga me aliquo estis amore affecti, & complexum vestris in precordiis detinetis, arctior tamen vestra hæc charitas est, & angustior, qua me complectimini.

**¶ E**andem Autem habentes remunerationem, tanquam filiis dico dilatamini & vos. \* Hoc est eandem ipsi amoris vicissitudinem, & parem præstate in me beneuolentiam, estoteq; & vos quemadmodum ipse in charitate effusi, idq; pro debito quodam deposcit, cui inquit, tanquam filiis dico. Neq; enim videor magis aliquid efflagitare: si pater cum sim a liberis coli duxerim non indignus. Debent namq; & filii hoc in patrem præstate officium.

**¶ N**olite Iugum ducere cum infidelibus. \* Ne videatur sui ipsius hæc gratia prolapsa, ostendit pro Corinthiorum utilitate, non sua illorum se exegisse beneuolentia, quasi id dicat, illud sane vestram erga me patefaciet charitatem, si nullum vobis cum infidelibus fuerit commercium. Neq; ad illorum partes declinaueritis.

libus fuerit commercium. Neq; ad illorum partes declinaueritis.

**¶ Q**ue Enim participatio iustitiæ cum iniquitate. \* Hoc loco haudquaquam se cum infidelibus confert. Sed Corinthiorum virtutem, & ingenuitatem cum infidelium comparat improbitate, nec fecus agit cum his, quæ pater aliquis solet: qui filium videat cum perditissimis hominibus diuersari, ad quem verba huiusmodi habeat, quæ nam tuæ esse potest nobilitati cum illorum iniquissimis moribus confociatio. Vos itaq; Paulus inquit indubitata præfertis iustitiam; illi vero deperditam quandam nequitiam. Quæ nam ergo potest & vobis cum infidelibus esse communicatio?

Belial q;

**¶ Q**ue Societas luci ad tenebras. Quæ autem cõuentio Christi ad Belial? \* Cum vellet omnino Apostolus, ut Corinthii ab infidelium desciscerent contubernio, haud sane dixit, quæ esse potest conformitas eorum, qui in luce sint, cum his qui in tenebris degant; vel Christi sectatoribus, cum his qui demonum partes sectantur, sed res ipsas pro personis induxit, lucem scilicet & tenebras; & quod amplius erat Christum ad Belial. Belial vero apostatam dicit & desertorem, porro ex Christi & Belial appellatione atrocior reddidit orationem.

**¶ A**ut Quæ pars fidei cum infidei. \* Hoc loco & personarum meminuit, ne simpliciter vel incurare nequitiam videatur, vel virtutem extollere.

Infideles  
idolorū

**¶ Q**ui Autem consensus templo dei cum idolis. Vos enim estis templum dei visu. \* Sunt quidem infideles idolorum templum, vel idola potius, vos autem dei edes, nec qualem illis fabulis suis constringunt, sed viuentis. Qui igitur erit vobis cum istis consensus, hoc est si similitudo, & conuentio?

De; piis  
hitat, iam  
bulat, ob  
ambulat

**¶ S**icut Dicit deus, quoniam inhabitabo in illis, & inambulabo, & ero illorum deus; & ipsi erunt mihi populus. \* Ne ad gratiam hæc dicere videatur: ostendit sacrarum literarum testimonio, quemadmodum dei sint templum. Antea actæ inquiens vitæ integritas, deum in vobis fecit inhabitare, sed vestra in posterum vigilantia & inambulare compellet, inerit namq; homini deus, qui pure deget, & pie; deinceps cum ad aliam bonorum operum exercitationem prouehitur: & patriarcharum more ad altiora conscenderit; obambulare in eo, & versari dicitur deus, quemadmodum & in Iacob & Abrahâ & Isaac dicebatur.

Immun  
ditia du  
plex cor  
poris, &  
animi.

**¶ P**ropter Quod exite de medio eorum, & separamini dicit dominus, & immundum ne tetigeritis, & recipiam vos. \* Neq; enim dixit haudquaquam quæ absurda sunt, facite, sed ne attigeritis, est autem duplex immunditiæ genus, corporeum scilicet, & spirituale. Spiritale quidem ut impuri & sordidi cogitatus, & oculis lasciuientibus intueri; vel odia exercere, & dolos necitare, & eiusmodi. Corporeum vero, ut incestus, & adulterium, & quicquid reliquum est prauis facinoris, vult itaq; Corinthios cum animi, tum corporis puritatem seruare. Quocirca exite inquit de medio infidelium, & separamini, hoc est, illos iam declinate, & puriores efficiamini. Sum namq; vos tales effectos libenti animo susceptorus. Cum enim quis malis actionibus liberatur deo, coniungitur

**¶ E**t Ero vobis in patrem, & vos eritis mihi in filios & filias, dicit dominus omnipotens. \* Vides quemadmodum longe ante prædixit propheta; quæ in nobis baptismi ob gratiam sunt finem iam consecuta, regenerationem videlicet & ipsam adoptionem.

**¶ H**as Ergo habentes promissiones charissimi mudem nos ab omni ignamento carnis & spiritus. \* Quas illas narras promissiones, eas scilicet quibus nos sumus certiores effecti. Templum nos dei futuros, eundem habituros, & inhabitantem nobis, & inambulantem, hunc ipsumq; nobis in deum futurum, & patrem, quocirca purgemus nos ipsos actionibus malis, hæc namq; inquinamenta sunt carnis, & sordidarum, & infectarum cogitationum illuuiæ, he, inquam, spiritus sunt, id est animi labes.

**¶ P**erficientes Sanctificationem in timore dei. \* Nec plane fat est a sordibus, m. iiii.

Sanctificatio quid.

Dei sola reuerentia libidinis furorere soluit.

Pecunias sub obtentu predicationis nullas Paulus subtraxit

Attende Pauli doctrinam

bus abstinere & vitis, quin & boni aliquid pagatur necesse est. Sanctificationem autem mundiciam dicit & continentiam. In timore vero dei eo adiecit, vel quia ex industria sit alia quedam ad hominum gratiam & laudem consequendam, non pro dei timore seruata continentia, vel ut nobis ostendat ut deum veriti, puriores nos ipsos exhibeamus & continententes. Nam vel si vim inferat carnis concupiscentia, dissoluatur mox omnis libidinis furor, si deum verebimur. Nec solum continentia hęc erit pro sanctificatione habenda, sed omnis denique vitę integritas.

**CAPITE** Nos neminem lesimus, neminem corrupimus, neminem circumuenimus. Rursum de charitate differit, & quoniam cum ab se deficientes dixisset in fidelibus adhesisse, illorum perculit animum, nunc eos mitigaturus, sic inquit, capite nos, hoc est recipite, & ample a deo & effuse, ut non angusta quadam & tenui charitate a vobis nos complectamur. Porro ut fraudulentos patefaciat apostolorum quorumdam mores sic infert, neminem lesimus, hoc est, neminem vel verbis vel factis offendimus, neminem corrupimus, hoc est seduximus, vel impiis dogmatibus nulli mentem infecimus, neminem circumuenimus, id est nihil a quoque auaritię cupiditate extorsimus, vel pecunias sub predicationis obtentu subtraximus.

**NON** Ad condemnationem vestram dico, prediximus enim quod in cordibus nostris estis ad commoriendum, & ad conuiuendum. Nequaquam hęc condemnandi nos gratia dixerim, vnde id liquet dicit aliquis: nimirum ex charitate ipsa, quia in cordibus nostris estis, & quoniam possumus quempiam prosequi beneuolentia, nulla tamen superbeundi discrimina voluntate, ad commoriendum dixit. Cumque plerique ob inuidiam nihil amicorum prosperitati congaudent, ad conuiuendum adiunxit, perine ac si summatim inquit, neque in periculis deserturus vos sum, nec secundis vestris & prosperis rebus inuidebo, sed vobiscum potius vna sum vitam ducturus.

**MULTA** Mihi fiducia est apud vos, multa mihi gloriatio pro vobis. Quoniam in cessere hos videbantur, cum diceret, in angusto estis, & me capite, respondet nunc velut rogatus eosdem consolaturus, sic inquit. In laud quaque hęc dixi, quia in vos sententiam tulerim & condemnari, sed quia multa mihi fiducia apud vos est, & vobis confido plurimum, cupidus ad officium & virtutem traducere, quod autem mihi alienus sita vestri condemnatione iam animus, licet sane ex his conspiciatur: que pro vobis, hoc est pro vestro profectu iactare apud alios soleo, & glorię ducere.

**REPLETVS** Sum consolatione, superabundo gaudio in omni tribulatione nostratra. Quoniam inquit correcti iam estis, & ab his prorsus alienati, quos ipse per superiorem epistolam improbaueram, consolatione me expleuistis, nec solum mihi attulistis solamen, quo omnis mea pelleretur mestitia, quin etiam abundantiori quadam iocunditate me, vel plurimis oppressum malis opplestis, prefert enim letitię magnitudinem cum superando inquit. Contraria hęc superioribus esse apparent, que paulo ante de Corinthiis differuit Paulus, cum haudquaquam diuersa sint, nam vtrumque penitentis est charitatem; & illa quidem castigantis erant; hęc confirmantis, non ex odio profectam esse castigationem eiusmodi, sed a beneuolentia natam.

**NAM** & cum venissemus in Macedoniam, nullam requiem habuit caro nostra. Et pressuras explicat & verbis extollit, ut ostendat tantam fuisse gaudii magnitudinem, ut vel dolores, quibus caro eius afflicteretur, decusserit. Recte autem suam carnem nullam habuisse remissionem subiicit, quia animus illi & constans erat; & insuperabilis.

**SED** Omnem tribulationem passi sumus, foris pugne. Videlicet que ab infidelibus inferuntur.

**INTVS** timores. Timebat enim ne a falsis apostolis infirmiores nonnulli subtraherentur.

**SED** Qui consolatur humiles, consolatus est nos deus in aduentu Titus. Quos

niam magna quedam hic proficitur pro dicit & Titum in testem. Quis autem ille sit qui consolationem hanc afferat: deus est inquit, is namque & nos consolatus est, quia ad nos titum remiserit, cuius aduentus satis admodum ad leuandos angores hos meos fecit. Cupit preterea veneratiorem hunc apud Corinthios reddere, cum dicit, titi aduentum consolationi sibi fuisse.

**NON** solum autem in aduentu eius, sed etiam in consolatione quam consolatus est in vobis. Non solum inquit ob id ipsum, quia nobis in anxietatis & molestiarum tempore & presto fuit, & consolatus est, verum etiam quia de vestris virtutibus talia retulit, ut vel ex his solamen maximum ceperim, hoc est vestri gratia gaudio sim affectus, & vos ob vestra officia, & rerum optimarum prouectum collaudauit. Reddidit preterea & titum his verbis coniunctiorem Corinthiis, ut pote qui eos apud se commendauerit.

**REFERENS** nobis vestrum desiderium, vestrum fletum, vestram emulationem pro me. Erat sane non indecens in luctu illos versari, & dolore torqueri, partim quia eorum institutor apostolus tot malis afflicteretur, partim quod tandiu abesset, eoque non lachrymas simpliciter dixit, sed fletum, hoc est mixtam cum gemitu querimoniam, qui netiam epiphothesin intulit hoc est, acerrimam quandam inuestigandam cupiditatem, neque iram dixit, sed aduersus fornicationem emulationem, perinde ac si dicitur estis enim summo ardore accensi exequendi que iusseram, & mei gratia falsis apostolis aduersari. Hęc autem dicit non solum ut prioribus vlceribus quibus Corinthios ipsos affecerat, medeatur, sed vere ut videatur, emendatos hos suscepisse. Erant namque ex his perditis moribus imbuti complures, & laudibus hisce non digni, alioquin nil eos scernerit apostolus, quin potius & laudes communes his facit & crimina in medium impartitur, permittens singulis pro eorum conscientia, ut sua vel bona, vel praua facinora recognoscant.

**ITA** ut magis gauderem. Et si ob Titum aduentum, maiori tamen ex his sum iocunditate affectus, que ipse michi de vobis renunciauit.

**QUONIAM** & si contristauit vos in epistola non me penitet, & si peniteret.

Et si talia ad vos scripsi que castigandi modum excederent michi tamen penitudinem attulerunt, quia immoderatus vos pupugissem. Alioquin quod maximum vobis obuenerit, ex his emolumentum, nihil me in presenti, ut peniteat facit, hec autem diuit, non quia propter modum Corinthios increpasset, sed his ut premeritas laudes augeret.

**VIDENS** quod epistola illa & si ad horam vos contristauit, nunc gaudeo, non quia contristati estis, sed quia contristati estis ad penitentiam. Aduerte autem quemadmodum illatam eis tristitiam epistole tribuat, neque enim hanc dixit plurimum his profuisse, quod verius erat, sed virtuti illorum rem omnem adscribit dices. Gaudeo equidem, non quia merore sitis affecti, sed quia vos meror ille ad penitendum induxit, que enim michi posset ex vestro dolore afferri commoditas.

**CONTRISTATI** enim estis secundum deum ut in nullo patiamini ex nobis.

Incepiti inquit a nobis tristitia quadam, que deo est placita, vos ipse affecti, quo fit, ut nullam sitis a me aliqua in re iacturam perpeffi, quandoquidem vos vniuersi, vel idem ille qui atrocius fornicando deliquit, haud parum me castigante & tristitiam afferente iam profeceritis, solent namque preceptor tum magis obesse discipulis cum peccantibus nihil conuiciatur. Nam si conuicio insecteretur delinquentem, futurum esset omnino, ut castigatus ille, & acrioribus verbis increpitus, proficeret plurimum.

**QUE** enim secundum deum tristitia est penitentiam in salutem stabile operatur.

Differit nunc de tristitia, ostenditque haud quaquam hanc officere cuiquam nisi cum ex mundana quadam cupiditate oboritur, pecuniarum videlicet vel iactura, vel questu, vel

m. v.

Titus.

Epiphothesin greca que significat desiderium.

Preceptor obest discipulis non conuiciatur.

glorie auiditate & carorum amiffiōe qui vita excefferint, huiusmodi namq; triftitia mortem parit, & anime quidem femper, corpori vero nonnūq;. Nam & multi eam ob causam lato funt funti, animiq; & corporis iacturam perpeffi, verum fi quis cōmifforum scelerum gratia merore magis torquetur, triftitiam haud dubie fubit, que deum oblecta t, hec nanq; vel fola ad huiusmodi morbi facit medelam, quippe que adeo fatulifer a fit, vt cum accepte falutis penitere nō liceat, tum et iam q; afpiritali morte hominem fubtrahat. Nemo enim non fe ipfum condemnat, qui ob peccata merore conficitur.

**ECCE** epim hoc ipfum fecundum deum contriftari vos, quātā in vos operatur follicitudinem. Nullis aliis inquit argumentis oftenderim, que fecundum deum efftriftitie commodum, nifi ex his que per vos imprefentiarum geruntur, quos non folum nil prorufus penitet iniecti meroris, quin etiā & follicitudo accreuit & ftudium.

**SED** defenfionem. Eftis nanq; veftram ob penitudinem apud me excufati.

**SED** indignationem. Qua eftis in fornicantem vfi.

**SED** timorem. Quia me veriti eftis, a timore quidem tanta, & tam accelerata proceffit veftra hec emendatio.

**SED** defiderium. Mei videlicet, nam cum timorem dixiffet, ne videretur tyranum agere potiusq; inftitutorem, ftatim id dictum caftigat, defiderium inquitens, qd amorem, non dominatum pretendit.

**SED** emulationem. Que dei habetur ob gratiam.

**SED** vindictam. Diuine legis refpectu, quandoquidem in eius detractores vindictam exercuiftis.

**IN** omnibus exhibuiftis vos incontaminatos effe negotio. Non folum inquit vos eftis nil tale facinus aufi, quale fornicator ille commiffit, quin etiā neq; illius vfi effis confortio, & quoniam in fuperiori epiftola dixerat, & vos inflati eftis. Quod dictum criminis hos faciebat participes, fic ait, nunc vero vel eiufmodi detriuiffi fufpitionem & palam feciftis eius negotii, hoc eft, peccati & labis vos fuiffe immunes.

**IGITVR** & fcripli vobis non propter eum qui fecit iniuriam, nec propter eum qui paffus eft, fed ad manifeftrandam follicitudinem noftam, quam habemus pro vobis coram deo. Ne forte obiiciendi eiufmodi habeant Corinthii occasionem, qd ergo nos obiurgabas fi puriores eramus & continentes, & eius negotii plane experites. Ad hec ita refpondet Apoftolus, tantas equidem habeo litteris illis quas fcripferam gratias, adeoq; nihil me penitet vos increpaffe, vt afferam illas, eo me cōfcripiffe vt omnibus innotefcerent, cum caritas mea vobis iam impartita, tum omnis folertia, ac ftudium veftri ob gratiam per me fufceptum, deo coram, hoc eft, deo fpectante, & non ignaro vera hec effe, verebar namq; ne & vos inuaderet peftis, que fornicantem illum inuaferat, verum quēnam Paulus dicit & intuliffe, & perpeffum iniuriam, eos haud dubie qui inuicem funt fornicati. Nam alter alteri mutuam iniuriam intulit. Cur preterea inquit Apoftolus non propter eum fe fcripiffe qui iniuriam fecit, fcripferam equidem ait illius scelere impulfus nephario, haud tamen prior ille mihi, vt fcriberem attulit causam, fed veftri de caufa epiftolam exarau, contendens precipue ne ciuitas vniuerfa, illius morbo inquinaretur, quod vtiq; nequaquam ab eo diuerfum eft quod alibi Paulus dicit, num de bobus & nulla eft deo cura. Non enim deum nil boves curate dixit. Nam quo aliter pacto confiare poffent: fed quia haudquaquam principa liter boum gratia tulerit legem.

**IDEO** confolati fumus. Quoniam ftudium omne meum pro vobis fufceptum effe perfpicuum eft, neq; feffiffie me cogitationes & vota, ppter ea & maximum in modum fum confolatus.

Cōtritiō  
pcti me  
dela.

Inuicem  
fornican  
tes mu  
tua fe in  
iuria affi  
ciunt.

**IN** confolatione autem nofta abundantiū magis gauiffi fumus fuper gaudio Titii. Ad confolationem quam ex vobis, vt dictum eft ceperam, accessit etiā & abundantior quedam ex Titii gaudio leticia, cuiufmodi cōfolatio & gaudium per vos mihi ex veftris operibus iniecta funt, & deinceps fic fequitur.

**QVIA** refectus eft fpiritus eius ab omnibus, vobis, & fi quidem apud illum de vobis gloriatus fum, non fum cōfufus. Propterea inquit fum iocunditate affectus, quia tales vos Titus inuenit, quales fore fibi predixeram, vnde & ipse refectus est fpiritu, cum eiufmodi vos comperiffet, & nil fibi vel graue vel iniocundum a vobis occurrerit, iftiusmodi igitur Pauli gloriatio & Corinthios virtute preditos arguit & fe in eos, vt in liberis beneuolum & propentiofem oftendit. Tales igitur oporteret hoc tempore, vt difcipulis fe preftarent & preceptores, & his moribus viuere.

**SED** fic ut omnia vobis in veritate locuti fumus, ita & gloriatio nofta ad Titum veritas facta eft. Quemadmodum inquit quecunq; vobis predicauit, & vera funt & certiora, vel quia merito erant & Titii laudes apud eum explicande, quæ haudquaquam committite effent & ficte. Sic & quecunq; de vobis gloriatus fum haudquaquam conficta effe comperta funt.

**ET** viscera eius abundantius funt in vobis. Propterea apud Corinthios Titum commendat, vt mutuum & illi in eum amorem rependant, vt pote qui huic fit animo coniunctiffimus, & illorum ardeat caritate. Viscera autem ipsius ideo intulit vt intimum eius affectum & flagrantem amorem in hos patefaciat.

**REMINISCENTIS** omnium veftrum obedientiam, quomodo cum timore & tremore excepiffis eum. Causas exponit quibus tanta in eos afficiatur Titus beneuolentia, oftendens amoris primordia ab ipsis cepiffe, fimul ad caritatis officia obunda hortatur, neq; enim inquit simplicem quedam in titum amorem vel ftudium pretuliffis, sed filiorum more excepto facile paruiffis, nec fecus hunc ac principem aliqueu exceptis venerabundi & trepidi, duplicem autem illos testatur in Titum beneuolentiam preffiffie, tum quia vt parentem diligere, tum quia vt dominum vereretur, ne caritas ipsa, fi timore vacaret, folueretur, neue fi timor caritatis fit expers minus fit gratus.

**GAVDEO** quod in omnibus confido in vobis. Neq; enim a deo Titii obgratiam letor, qd honorifice fit a vobis exceptus. Sed quia tales vos reperi, vt nil prorufus exiftimem ignominie mihi poffe afferte, quin potius causam attuliffis, vt queam & vobis confidere, & veftro ex profectu gloriari. Poteft & aliter id dictum intelligi in vobis confidimus, videlicet, quia dicta mea erga vos omnia & facta animo equiori & libenti ad veftram edificationem accepiffis, vel fi vrgētia nimis funt vifa, vel in veftram laudem edita, vel factu graua funt iniuncta.

**NOTAM** autem faciemus vobis fratres gratiam dei que data eft in ecclesiis Macedonia. Haud temere Corinthiis plurimum collaudatis his verbis fequitur, quod eo facit vt eorum animis prelinitis ad habendam in pauperes caritatem hortetur, & ideo fuperius dixit, in vobis confido, videlicet, vt quecunq; dixerim facturos vos sperem, neq; id cōfessum adiecit elemofynam conferre, sed aliorum facta in medium producens ad hos imitandos & illos inuitat. Aduerte autem quēadmodum dei gratiam dicat, mentem aliquam clementiofem & piam faciatq; item id dictum minus inuidiofum, nitaturq; fimul, vt Corinthios prouocet ad dei hanc gratiam rapiendam, neq; hanc illam ve vrbem deprōpfit, sed vniuerfam extulit laudibus Macedonia, vt & Corinthiis funt vniuerfi fimilibus intenti officiis.

**ET** quod in multo experimento tribulationis, abundantia gaudii ipforum. Hoc eft plurimum afflicti & a deo vt probi funt tollerando effecti nil tamen ani-

Precepto  
res pauli  
in disci  
pulos cha  
ritate imi  
tentur.

Timor  
caritatis  
expers.



II. ADCORINTHIOS.

firmiores erant Corinthii, tum quia & opibus affluebant, & ita ut si pro viribus singuli collaturi essent, copiosa admodum & insignis futura esset collatio. Sperat preterea illos Theffalonicensium exemplo magis ac magis incitatum iri, & ideo eorum potestati rem omnem permittit, & in sequentibus denique canet, et si sub obscure ad id ipsum hortatur.

**SED** ex equalitate in presenti tempore vestra abundantia illorum in opiam suppleat. **Hoc** est, vos pecuniis abundatis, illi vero plurima in deum confidentia. Dicit inquit quibus affluitis bona. Cum illi his careant, ut sitis eorum fiducie non expectes, que illis vberior inest, & cuius vos estis immunes. Aduerte autem quemadmodum tacite molitur, ut vel preter vires huius impertiant. Si enim vis inquit frui hac tua copia, largire & ipse copie huius portionem. Quod id solidam cupis mercedem accipere, prebe & ipse id integre, quod sane prebitum caritatem affert, & supra vires videtur, & id quidem tacite sentit. Apostolus alioqui perspicuum est pro suis facultatibus ut conferant commune facit.

Equalitas bonorum quo modo fit at inter Christianos.

**UT** fiat equalitas sicut scriptum est. Qui multum habuit non habundauit, & modicum non minorauit. **Quo** pacto hec fiet equalitas, nimirum si alternis que vobis supersunt contuleritis, & aliorum egestatem supplebitis. Verum que esse potest paritas si spiritalia pro carnalibus repensentur: neque enim pro precii magnitudine vel paritate collati vel redditi, equalitas dicitur. Sed cum ipsi quod superest largiamini, & illi quod nimium est, condonabunt, & rursus, que vobis defuerint accipietis & illi contra, quibus indigerint accepturi sunt. Sic fit, ut dici equalitas possit. In futuro autem seculo maior sane earum erit rerum excessus, quas illi contulerint, qui minus habent. **Contrahamini** necesse est diuites. Siquidem rerum stabilitate & copia vos superant inopes. Inducit preterea quod gestum apud iudeos fuerat, cum legissent manna, ut arguat quo pacto fiat equatio hec, nam qui multis abundat vix opulentus, cum pauca habet, quod superest dedit, nec sua accrescunt nec illi decrescunt qui paucis potantur, ut pote qui a diuite ea acceperit quod item dici de fiducia potest, que in deo ex optimis vite actionibus haberi solet, aliud preterea quiddam peragat maius, aperit namque diuitibus, quemadmodum manne siue qui plus collegisset, siue qui minus eandem habuisse mensuram inuenti sint, deo immoderatam cupiditate castigante. Nolite ergo & vos maiora & plura concupiscere.

Manna colligentes hebrei

**GRATIAS** autem ago deo qui dedit hanc sollicitudinem pro vobis in corde Titii. **Cum** de elemosyna que essent necessario dicenda, differuisset, Laudat demum qui eam erant ad recipiendam transmissi, ut omni ab his auaricie suspitione libera mota, ad maiorem illos induceret conferendi promptitudinem. Titum vero, quia primatum hos inter qui essent ad eam rem destinati obtinuisset, collaudat Paulus, asseritque eundem ad huiusmodi rem administrandam deus fuisse opera excitatum, quippe qui eandem illi, quam sibi iniecerit sollicitudinem. **Quo** circa illos hortatur ut liberaliores sint in conferendo, perinde ac si dicat. Si constat deum ad id ministerium munus Titum excitauisse. Sub huius persona deus ipse deposcit, debetis ergo que deo sunt digna conferre munera, & elemosynam impartiri inopia laborantibus.

Titii laus

**QUONIAM** EXHORTATIONEM quidem suscepit, sed cum sollicitior esset sua voluntate profectus est ad vos. **Queret** aliquis. Vnde ergo id patet deum eam ad rem Titum impulisse, ex eo profecto quia a me cohortatus, libenter hanc meam exhortationem exceperit, nichil obmurmurans, sed vltro abiens ad vos iter suscepit, quo fit, ut nullo meo impulsu studium id ille & sollicitudinem præseuerauerit.

**MISIMVS ETIAM** CVM illo fratrem nostrum, cuius laus est in euangelio

II. ADCORINTHIOS.

per omnes ecclesias. **Nonnulli** lucam hunc esse dicunt, quem Paulus euangelii gratia quod ille conscripserat, fratrem appellat. Nonnulli vero Barnabam asserunt, qui & si euangelium minus conscripsit, predicationem tamen quam exercebat, euangelium nuncupat, cuius tamen in laudes nihil effunditur quemadmodum in Titii effusus est laudem, & forsitan idcirco quia Barnabe nomen Corinthiis erat obscurius, Titii vero notum & celebre. Alioqui & illi satis laudum tribuit. Non enim simpliciter inquit euangelium predicat, sed in euangelio laudem est adeptus. **Neque** apud duas, trinacue, sed apud omnes ecclesias huiusmodi est gloriam assecutus.

Predicatione barnabe euangelium uocat.

**NON** solum autem, sed & ordinatus est ab ecclesiis comites peregrinationis nostre in hanc gratiam, quem instratur a nobis. **Laudat** hominem vel ex eorum qui hunc delegi iudicio, non modo inquit cum euangelium predicat, laudem hic permeretur ut probus, sed ab ecclesiis etiam est institutus, ut nostrum iter comitaretur. **Quocirca** & tentationum est michi & discriminum particeps. **Hec** autem Barnabe congruunt magis, is namque fuerat ad id muneris & gratie destinatus, ut cum Paulo vna pecunias administraret.

Barnabas.

**AD** dñi gloria & destinata voluntate vestra. **Hoc** est, ut ob id & gloriam assequatur deus, & vos conferendi promptitudinem, quandoque in se & probi sunt qui colorem per vos pecuniam, capiunt & nihil his nisi quod parere queat suspitionem.

**DEUITANTES** hoc, ne quis nos vituperet in hac plenitudine, que ministratur a nobis in domini gloria. **Dignum** id sane Pauli sanctimoniam, & cure quam pro his susceperat magnitudine, & indulgentiam. Propterea enim inquit hos destinabimus, neque vnum dumtaxat, sed plures, quia deuitantes gratie suspicionem veriti sumus, ne quem forte in cessat suspicio, perinde ac si harum ipsi pecuniarum partem nobis aliquam vendicemus, nec tamen dixit ne vos, sed ne quis, ne molestius ferrent Corinthiis. **Si** quibus esset forsitan persuasum, sese eiusmodi aliquid de Paulo suspicari hec, hoc est pecuniarum hec copia nobis credita, satis valeret ad inferendam improbis & male dicitis suspitionem, nisi futuram ipsi securitatem pretulisset.

**PROVIDEMVS** enim bona, non solum coram deo, sed etiam coram hominibus. **Attende** Pauli probitatem, precauebat enim ne fratres offenderet, quippe qui non huiusmodi iactitauit, mundus sum ipse & purior, doleat qui velit, & flagret inuidia, sed illud intulit, in dei conspectu prouidemus, hoc est, illud apprimere curamus, ut culpa vacemus, nec minus & coram hominibus id ipsum eo enixius factitamus, quo imbeciliores sunt & infirmi, quibus baud secus nos condescendimus, quam pueris solemus quos sumus latari.

Infirmorum conscientiam Paulus uertit offedere.

**MISIMVS** autem cum illis & fratrem nostrum, quem probauimus in multis sepe sollicitum esse, nunc autem multo sollicitiorem confidentia multa in vos. **Alium** insuper inducit quem fratrem appellat, commendatque quia illum in multis fuerat expertus, & perinde ac si sententiam ferat studio hunc dicit, & industria pollere. In multis vero, & sepe cum ait huius laudem auget, sollicitiorem demum hunc multa in vos confidentia dicit, quia plurimum ille consideret profusorem Corinthios, elemosynam facturos, que esset ab se dispensanda.

**SIVE** pro Tito qui est socius meus, & in vobis adiutor. **Si** quid videlicet de Tito dicendum est, hec equidem que dicam habeo, quia & socium se mihi & adiutorem in vestram institutionem & utilitatem exhibuit, vel aliter, quod enim Titii ob gratiam egeritis id omnem non in alienigenam quempiam, sed in meam comitem & adiutorem contulistis.

**SIVE** fratres nostri. **Hoc** est, si de aliis libet aliquid audire, iure quidem & illis fides est adhibenda, & fraternum id nomen prestandum, quos pro fratribus ducimus.

II. AD CORINTHIOS.

**A**POSTOLI ecclesiarum. Hoc est ab ecclesia ad id destinati & instituti.  
**G**LORIA Christi. Quod omnium erat prestantius postremo posuit, perinde ac si inquit, in Christo reum omnium vertitur summa, que ab illis geruntur.  
**O**STENSIONEM que & caritas vestre, & nostre glorie p vobis in illos ostendite in facie ecclesiarum. Ostendite inquit hoc tempore, quemadmodum amore prosequamini, utq; & ipsi haud frustra gloriemur in vobis, quod sane tunc pretuleritis, cui caritatem significabitis, qua sitis in hos affecti, quos ad vos mittimus, id enim omne in ecclesie estis personam facturi, quod in nos ipsi gesseritis, hoc est in ecclesiarum honorem. Preferunt enim hi ecclesiarum personam, qui ab ecclesiis transmittuntur.

**N**AM de ministerio quod fit in sanctos, ex abundantia est michi scribere vobis. Cum tanta de his superius dixerit, deinceps sit asserit tamen inane id fore & superuacaneum, si rursus de rebus ad eos perscripserit, id autem agi prudentius, ut Corinthios magis alliciat, pudebit enim cum tanti se fieri a Paulo viderint, si eius estimatione arguantur inferiores.

**S**CIO enim promptum animum vestrum pro quo de vobis glorior, apud Macedones, quoniam & achaia parata est ab anno preterito. Compertam inquit ipse habeo vestram animi in conterendis pecuniis promptitudinem, quam & iactare conuui, dicereq; non solum ad id paratos vos Corinthios esse, sed vniuersam Achaiam, nihilq; ultra deesse, nisi eorum aduentum qui pecunias sint accepturi, quo circa veroci die ducam, si deprehendat inaniter & falso hec iactitasse.

**E**T vestra emulatio prouocauit plurimos. Dixerat superius, spote illos ad eam largitionem fuisse inductos, & ita ut nihil eius vel opera vel instigatione indigerint, cur ergo inquit, quia vestra emulatio prouocauit plurimos, nempe plurimos dixit, non omnes, quorum, nonnulli & voluntate erant ad officium propensiores, & Pauli ope indigebant, nonnulli vero vestri emulatione inducti, ad optimum opus prouocabantur homines namq; maiorem in partem ut recte agant, aliorum ducuntur exemplo, vel aliter, hoc est, quia volentibus vobis eleemosynam egentibus impartiri, nec consilium dedimus, neq; adiecimus stimulos, sed laudibus dumtaxat profecuti vos sumus, quod satis valere ad vos cohortandos videbatur, vides quem admodum & Macedones ipsos Corinthiis collaudatis ad beneficentiam excitet, & Corinthios prouocet. Macedonum probata ad ea rem promptitudine. Estis enim inquit illorum preceptores effecti, nolite ergo discipulis, cum sitis magistri, videri defectiores.

**M**ISIMVS autē fratres, ut ne quod gloria mur de vobis, euacuetur in parte hac ut quemadmodum dixi parati sitis. Tanq; Corinthiorum se membrum adstituit, doletq; eorum vicem, quoniam gloriatus sum inquit, vereor, ne vituperatione afficiamur & ignominia, propterea & fratres mihi, ne quod de vobis gloriamur, euacuetur hoc est, ne inanis & vacua deprehendatur hec mea de vestro profectu iactantia, ipse namq; cum ducerem vos mihi apud omnes decori gloriatus etiam apud Macedones sum. Quocirca si fueritis ad officium id obeundum posteriores inuenti, communitis futura mihi vobiscum est ignominia, & si haudquaq; ceteris in rebus, in hac tamen parte, hoc est, in eleemosina per vos conferenda, vereor ne vituperandus sim ipse. Estote ergo paratiores, quemadmodum & Macedonibus dixeram paratos vos esse, simul & reliquum Achaie populum ita, ut nichil sit quod vos ad eleemosynam impatiendam hanc remoretur.

**N**E cum venerint Macedones mecum, & inuenerint vos imparatos erubescamus nos ut non dicamus vos in hac substantia. Rursum hisdem in rebus versatur, aut

Exemplis ad bonum ducuntur homines

II. AD CORINTHIOS.

getq; pro vario quodam humani ingenii discursum, illorum angorem, fortius namq; erubescimus, cum in aliorum conspectu ignominia nobis infertur. Agitis inquit me cum forte fidentius, utpote qui vobis indulgeam, sunt tamen vobis Macedones non ignoti cogniti quorum verecundia tenere vos debet, siquidem mecum vna ad vos sunt & hi concessuri, qui si vos imparatos inuenerint, hoc est eleemosynam detrectantes, & mendacii arguent, qui vos paratos esse retulerim, & vos auariciae inculabunt, erubescendum quippe erit, si in nostro aduentu vestra hec nec prompta sit, nec cita collatio, aut si nullum quod deceat in eleemosynam contuleritis. Castigat autem suum sermonem Apostolus cum inquit, erubescamus ne vos dixerim in hac substantia gloriationis (ut grece habet) hoc est, in sola vestra huius eleemosinae mea iactantia, preteritum cum ceteris in rebus haudquaq; crimini sitis obnoxii. Quod sane non ut his gratificetur adiecit, sed ut illos faceret ad eleemosynam promptiores, ne cum in reliquis profecerint plurimum, in hac deprehendantur non probi, & seipsis inferiores. Cum autem inquit, ne vos dixerim, arguit magis esse erubescendum: si arguatur ad id officii tardiores, substantiam autem, rem ipsam dicit, & eleemosynae collationem, vel gloriationis vim & iactantiam.

**N**ECESARIUM Ergo existimaui rogare fratres, ut preueniant ad vos, & preparent repromissam benedictionem hanc paratam esse, sic quasi benedictionem non quasi auariciam. Ne contraria dicere videatur, quippe qui dixerat supra, superuacaneus est, ut ad vos scribam, eadem illa nunc repetit, & de liberalitate & munificencia distulit, & quemadmodum animo promptiori id obeundum sit opus commonefacit, eoq; & fratres se mittere dicit, ad duo quedam exhortans, tum ut liberaliter prebeant, & abunde, tum ut animo libentiori id agant, prudenter utraq; sane pertractans. Nam primo de voluntaria largitione disputat, deinceps & alterum caput aggreditur, ait inquit in benedictionem his quod largiuntur concedere. Siquidem nemo qui benedictionem sit, hoc est eleemosynam impartitus, merore afficitur. Ostendit preterea pullulantem ex ea mox fructum, & quemadmodum benedictione expleatur, qui est usus prebeant, neq; his dictis contentus, non quasi auariciam intulit, perinde ac si dicat, neq; enim existimetis cupiditatis & auaricie gratia, que vos contuleritis nos accepturos, sed quia sumus benedictione vos condonandi cupidiores, quo fit, ut qui eleemosynam ab inuito extorserit, quasi ad auariciam videatur hanc ipsam exigere.

**H**OC Aut dico, qui parce seminat, parce & metet, & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet. Ad alterum caput pertransit, videlicet quemadmodum ad liberalitatem sit largiendum, inquitq; vel id ipse adiecerim ad ea que dixeram, quoniam nihil sit parce dandum, neq; auare dixit & lordide, sed quod plane honestius est, paritatis nomen ingessit, & semen nuncupauit rem ipsam, ut statim ad compensanda mercedem attendas, pducasq; plura te accepisse, quod dederis, & quia abunde conferendum esse differuit, iterato voluntariam & promptam largitionem commemorat. Nam qui in benedictionibus seminat, illud pretendit quod dictum superius est.

**V**NVSQ; VISQ; VE Prout destinauit in corde suo, non ex tristitia, aut ex necessitate. Hilarem enim datorem diligit deus. Immoratur diutius rationi eiusmodi differendae voluntariae largitionis, haud sane ignarus, satis iam exemplorum dedisse Macedones, quibus & Corinthiis possint ad munificenciam excitari, quippe quos pudeat his munificencia videri inferiores, eorundem propterea & mentem sanat, ut virtutis sit quod illi contulerint, non necessitatis. Nam longe a virtute absent, si inuiti quid agerent, querit itaq; tanq; verus preceptor, ut virtutis ratione discipuli factitent quodcumq; his est peragendum, quinetiam ut merita illis sunt integra, qui vltro que recta sunt peragunt, quemadmodum contra quod iniquo animo sit promeritum primum inquit.

Macedones.

Fructus eleemosynae.

Eleemosynam ab inuito extorques.



II. AD CORINTHIOS.

tercidit, & ideo vnusquisq; inquit secundū q̄ destinauit in corde suo, nō ex tristitia, aut necessitate, quod vt testatus faciat, ex Salomonis dictis exemplū pducit, tamen si hęc a sapientissimo illo ad liberalitatē sint dicta, & beneficentiam.

Eleemofyna confert ad bonorū abūdatiam.

**POTENS** Est autē deus oēm grām abū dare facere in vobis. Confutat his verbis opinionem, qua capti pleriq; sum⁹ illud p̄cipue soliti vsurpare. Si aliis multa cōtulerimus, verendū ne ad egestatem ipsi mox redigamur, inquit igitur, potest haud dubie de⁹ adeo nos omni immunēs reddere indigentia, vt oēm grām, hoc ē vt oēm eleemofynam possimus abūde facere, cōferte ergo affluenter, vt vestra eleemofyna magis ac magis, & p̄petuo quodam fluxu redundet.

**CVI** In omnibus semper oēm sufficientiam habentes, abūdetis in omne opus bonum. Vides quemadmodum nō opes illi comprecatur Apostolus, sed qd ad vitam sit satis, id autē inquit arguit nequaquā se illos cogere, vt aliis ea impartiantur, quibus ipsi indigeant, simul etiam instruit quibus in rebus sint dei dona vtenda, vt abundētis videlicet in omne opus bonū, perinde ac si dicat, in his equidem quę carnis sūt, sufficientiam vobis optauerim, in spiritalibus vero (id enim p̄tendit in omne opus bonū) abūdatiam scilicet & vbertatem, vt nō solū magnū in modū quis clementior sit, sed omne opus quod deum oblectet, liberaliter obeat.

Iustitię noie pietas significatur.

**SICVT** Scriptum est, Dispsit dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculum seculi. Dixit superius, vt abundētis, idē p̄m itaq; confirmaturus p̄phetę inducit & testimoniū, cū dispersit inquit, hęc quippe dictio, munus affatim datum, & affluentiā monstrat. Nam pecunię quidem, quia fluxę & fragiles sūt, haudquaquā diu consistunt, iustitiā vero, hoc est, pietas ipsa, atq; clementia, per iustitię enim nomen pietatem designat, vt pote, quę iustiorē hominē reddat, & soluat peccata, in omne e eū permanentia, in p̄sens videlicet seculum, & futurū, qui enim pietatem seruauerit, & p̄sulerit se clementiorē, nō solum ab omnibus colitur q̄ diu egerit in humanis, sed & insuper futura & soboles charior posteris erit.

**CVI** Autem ministrat semen seminanti, & panem ad manducandū p̄stabit, & multiplicabit semen v̄m, & augebit incrementa frugum iustitię v̄rę. Simul his quę cū corpori, tū animę conferūt comprecatur, facitq; ex sensibili hac terrę cultura verbis suis lidem. Nam si terram serentibus semen ministrat deus, & cibum nutritibus corpus suppeditat, longe magis & his qui celū colūt, & animam alūt, daturus est semen, cū autē prestabit, & multiplicabit semen vestrū inquit, de temporariis hęc opibus differit, quod plane semen, mauult vt egentibus distributum spiritale reddatur & transferatur in animam. Ex hoc enim quiduis boni operis nobis succrescit, & iustitię insuper manipuli augefcunt, ob idq; & illud subiūgit, & augebit incrementa iustitię vestrę. Non autem hoc loco, quemadmodum deum inducat, cibū nobis & escam, non delicias subministrantem, panem enim inquit in cibum prestabit, quod dictum ab Hieremia accepit Apostolus.

Quōvte dū opib⁹

**CVI** In oib⁹ locupletati abūdetis in oēm simplicitatem, que opatur per nos gratiarū actionem deo. Rursum demōstrat quo pacto vtendę sint opes, aitq; minus has esse cōdendas, sed habēdas potius ad oēm simplicitatem, hoc est cum liberalitate has esse euacuandas, & quia eadem pleriq; in scortis, & mimis donādis p̄ferunt simplicitatem, sic infert, talem autē dixerim simplicitatem, quę p̄ nos deo grās referat, quin pot⁹ nec grās solū, sed alia plerāq; quę i p̄cessu patefaciet oratiōis, vt ostēsa bonorum copia quę ex eiusmōi simplicitate gignūtur, ad eam promptiores nos reddat.

**QVONIAM** Ministeriū huius officii, nō solum supplet ea quę defunt sanctis, sed etiam abūdat p̄ multas gratiarū actiōes i domino per p̄bationem ministerii hui⁹ glorificātes deum i obedientia cōfessiōis v̄rę in euangelio Christi, & simplicitate con-

II. AD CORINTHIOS.

municationis v̄rę in illos, & in omnes, & in ip̄orum obsecratione pro vobis desiderantiū vos p̄ p̄ter eminentē grām dei in vobis. Ministeriū inquit, hoc est, pecuniarū p̄bitio plurimū valet, nam nō modo suppletur p̄ vos fratrū egestas, sed etiam abundat, hoc est vltra q̄ satis sit, necessaria illis subministratis, vnde & plurimas hi gratias referunt deo, nec minus eūdem & laudibus p̄sequūtur, quia tantopere estis euangelio ip̄i morigei, vt illius iussa abūdanti⁹ exequamini. Euangelii namq; eleemofynam imitari instituit, deū p̄terea vel aliam ob causam illi extollūt, & grās agūt, quia simplicitas hęc & bonitas v̄ra, non eorum satis dūtaxat necessitatibus fecit, sed in omnes fideles paupertate opp̄ssos diffūdūt. Neq; enim hi liuore ducūtur, vt solent reliqui pauperes, quin & grās agunt, quod vel in alios benefici sitis, quod p̄fecto haud mediocre est illorum virtutis indicium. Necessē est itaq; & his qui adeo ceteros virtute p̄cellunt, vt nil prorsus inuideant aliis, effusius aliquid condonari. Accedit etiam quod v̄rī gratia deum precantur, vt vos sit eis aliquando visendi facultas, nō pecuniarum respectu, sed diuine gratię vobis concessę p̄stantia, rursum & grām eleemofynam nuncupat, omnium summam deo permittens, ne forsā illi his largitiōibus intumescant. Cum autem eminentem gratiam dicit, concitat eos, vt ampliora munera factitent, ita vt nō mine sint largiendo inferiores.

Donādū iis potissimū qui ceteris sūt meliores.

**GRATIAS** Ago super inenarrabili dono eius. Donum dicit, quę per eleemofynam proueniūt bona, tum largitoribus ipsis, tum his qui ea acceperint, vel bona ip̄a commemorat, quibus ob Christi incarnationem dignati nos sum⁹, perinde ac si dicat nequaquam ipsi existimate magnum aliquid, nequeunt enim quę a deo bona accepimus explicari, quod si quid & ip̄i per exiguum & corruptibile egetibus impartimur, quid magni egimus.

**IPSE** Autem ego Paulus obsecro vos per mansuetudinem & modestiam Christi. Cum finem iam de eleemofyna differendi fecisset, aggreditur quę duriora sunt, & admodum grauiā, inuehiturq; in falsos Apostolos, & sui obrectatores, qui se incitig incularent: inaniscq; iactantię, diciturus p̄terea in sui laudem pauca, inuitus tamen eius p̄dicatio contemptui haberetur, enumerat & sua officia, & gratiam, quę sibi a deo sit tradita, quo sit vt nequaquam fallatur, si quis in Pauli laudem dixerit hanc esse conscriptam epistolam, dicere autem incipienti / respondentiq; ad eos, qui se infirmū dicerent & insolentem, & prorsus ignarū, eiusmodi videtur sensus inesse, obsecro vos Paulus ipse ego terrarū orbis instructor, dignitatem p̄ferat, cum ipse ego Paulus inquit, quemadmodū alibi, ecce ego Paulus dico vobis, & obsecro vos, ne me cogant de tractores vti potestate mea in eos, nec sane parui sunt faciendę Pauli preces, cum & Christi interponit mansuetudinem, p̄inde ac si inquit, vereamini Christi p̄ quam vos oro mansuetudinem, simul etiam patefacit, cur illis parcat, id scilicet quia saluatoris Christi imitetur mansuetudinem, nnn quia ad obiurgandum sit impotentior, nolite ergo nolenti mihi occasionem p̄bere, vt ab hac absistam benignitate, quam tantopere concupisco, vt vel hanc ad meum erga vos animum conciliandum interponēdam iam censeam.

Pauli facta facta.

**CVI** in facie quidem humilis sum inter vos, absens autē cōfido in vobis. Vel id ironice dicit, p̄inde ac si obrectantium verbis vtatur, hoc enim illi in ore habebant: cū primū aderit Paul⁹ ille nullius esse momenti dephēdetur, est enim ille abiectior, & facile cōtemnēd⁹. Cum vero abest, intumescit, & gloriatur, audētiorq; in nos est, & comminatur, vel certe de se ip̄o hęc differit, videlicet apud vos ip̄e cum p̄festo sum me humilem p̄beo & benignū, nūc vero si absens magni aliquid loquor, haudquaquā despectione id egerim, sed quia plurimum vobis confido.

**ROGO** Aut vos ne p̄sens audeam per eam confidētiam qua existimo audere in n. ii.

Precep-  
tor sit ad  
puniendū  
tardus.

In syllo-  
gismos.  
Areopa-  
gita Pau-  
lo cōuer-  
sus,

quosdam, qui arbitrantur nos tanq̄ secundum carnem ambulemus. ✽ Oro inquit ne me cogatis, vt mea fidentius vtar potestate, confidentiam enim suam appellat potestatem, qua existimor audere, hoc ē in suspicionem venio, quia falli me vrgent Apostoli aduersum me inuehentes, qui mihi obrectando, & hypocrisim & simulatione obiectat, & insolentiam, id eni sentit cū inquit, tanq̄ secundū carnem ambulemus. Aduerte aut̄ quemadmodum, confidentiam vocet, a nonnullis ilatam vlcisci iniuriā, tamen si nihil sui ob grām, sed pro ipso euangelii p̄conio vindicando id esset facturum, magis est tamē p̄ceptorī cōsentaneum tardiozem se ad penas inferendas p̄stare, nec ad castigacionem mox profilire.

¶ IN Carne enim ambulantes non secundū carnem militamus. ✽ Hoc est carne obducti, nihil carnalibus armis nos vtimur, p̄dicacionem autem hoc loco commemorat, arguens haudquaquā humanā hāc esse, vel terrena ope aliqua impigere. Militamus aut̄ cū inquit, ondit plane se p̄dicando bellum & certamen aliquod iniisse.

¶ NAM Arma militiæ nostræ non sunt carnalia. ✽ Hoc est non opes p̄ferunt, non gloriam, non sermonis lenocinia, non dicta quædam blandiora, & simulata, istiusmodi namq̄ sunt carnis arma.

¶ SED Potētia deo ad destructionem munitionum. ✽ Nec sane spiritalia dixit, qd̄ dicere ad carnaliū differentiam cōsequens erat, sed potētia intulit, arguens obrectantium dicta, imbecilliora esse, & nullius momenti. Aduerte insup̄ & Pauli humilitate. Non enim se ipsum id posse dixit, sed arma deo potētia, hoc est validiora hęc deus parauit. Nam cum veri Apostoli diuexarentur nonnulli & vapularent, impotentia esse indicium videbatur, ait igitur, potētia quidē hęc deo sunt arma, his qui p̄pe vel maxime dei potētia inotescit, & ille est, qui hęc factitat, & preliatur, tamen si nos videamur istiusmodi esse armis operi, verum vbinam illa potētia sunt, & vbi vires suas exercet in euertendis nimirum munitionibus, quę quales sint ita subiungit.

¶ CONSILIA Destruentes. ✽ His namq̄ armis inquit gentilium syllogismosq̄ captiunculas & tumorem prostrauimus, vel illorū commenta & cogitationes euerimus, & animos eorum deicimus: qui erroribus detinentur, & veritati subiicimus. Nam & Areopagita illius ea mentis elatio Paulo p̄dicante ab impietate subtrahita est, & ad veram religionem deflexit. Aduerte aut̄ quemadmodum nulla dixerit de bellandi grā tormenta admouimus, sed mox destruximus intulit, vt & victoriæ facilitatem & spiculatorū quibus hoim animos p̄ellebat, vim patefaciat.

¶ ET Oem altitudinē extollentē se aduersus sapientiam dei. ✽ Immoratur eiusmodi euerfionib⁹ vt clarius faciat, quod eius aīo insidebat. Infert itaq̄ vel quacūq̄ dixeris altitudinē, siue animi / siue locorū, quę p̄petua sint & bene munita, quę dei sapientię aduersetur, vel euangelio obstat, hanc ip̄i omnem demolimur.

¶ ET In captiuitatem redigētes oem intellectū in obsequiū Christi. ✽ Per captiuitatis id nomen duo p̄tendit, & a libertate prolapsam, & absolutam capturam, cum ita quis capitur, vt nequeat reluctari, nec se capienti obistere, postremam hanc significacionem p̄ter Apostolus, cū in captiuitatem dicit redigentes, p̄inde ac si inquit, non modo humana quęq̄ consilia & cogitationes tollimus & supamus, quin & in seruitutem redigimus, quod sane p̄fectiorem designat victoriā, moxq̄ & ad graue illud seruitutis nomen subiūgit in Christo obsequiū, hoc est in eam hos deducim⁹ seruitutem quę libertate quauis est honoratior. Nā a p̄ditione in salutem, a morte in vitam sese Christo subiiciunt homines, repete illos memoria: qui Christi iugo deuincti, magisq̄ artis volumina cōcremarūt, cognosces haud dubie quo pacto & alios plerosq̄ Apostolus huiusmodi captiuitate obstrinxerit.

¶ ET in p̄optu hñtes vlcisci oem inobedientiam, cū impleta fuerit v̄ra obedientia.

✽ Hoc loco Corinthios terrefacit, illud inquit expectamus, vt vobis me cohortante iam emendatis, & a consortio fallorum Apostolorum semotis, illos incurabili morbo affectos, & per vos destitutos mox p̄dicemus, in promptu namq̄ habemus supplicia, quę his vobis inter eos versantibus prohibemur inferre, ne & vos corripiat illata plaga. Cum autem infert, vestra fuerit impleta obedientia, ostendit & si morigeros se Corinthii ad id temporis p̄stiterunt, non tamen perfecte obtemperasse. hęc autem sic comminatur, vt cum hi, tum illi, quos asserit pena afficiendos, & in viam redeant, & eorum offendant neminem. Atqui nobis cogitationes sepe oboriuntur diuersæ potioribus prauis reluctantibus, subsequuntur deinceps superantium cogitationum elationes, cum aduersus diuinam sapientiam ipsi extollimur, ita vt in furias conuertantur. Est p̄terea & intelligentia simplex quædam, & mentis impremeditata occurfus, quę longe melius rem ipsam demonstrat, q̄ index aliquis posset, in sunt demum & his qui a demonibus circumueniuntur, tales animi conceptus, quales Paulus & quibus alius / qui cum Paulo sentiat, & in seruitutem redigit, & Christo facit obsequentiores.

¶ QVE Secundum faciem sunt videte. ✽ Non solum seductoribus formidinem incutit, quin etiam & seductos obiurgat, & ideo inquit, ex his quę secundum faciem sunt hoc est quę videntur videte, id est iudicate, si quis videlicet inflatus supbit, si quis opib⁹ affluit, si quis demum virtutis figura vel vmbra optus est.

¶ SI Quis cōfidit sibi Christi se esse, hoc cogitet iterum apud se, quia sicut ip̄e Christi est, ita & nos. Iactabant namq̄ falsi Apostoli, Christi se sectatores esse: eūq̄ forsitan & propriis oculis conspexisse, a se ip̄o autem in eam sententiā dicit, nihil expectet istorū quispiam sese a me obiurgatum iam iri, sed intelligat velim, & si se Christi discipulum gloriatur, nequaquam plus quidpiam se quam nos affectos. Non enim is Christi minister erit, ip̄e vero a Christo alienus, in progressu tamen orationis patefacit, quantum illos excedat.

¶ NAM Esti amplius aliquid gloriatus fuero de potestate nostra: quam dedit nobis dominus in edificationem / & non in destructionem vestram, non erubescam.

✽ Haudquaquam dixit ip̄e & cruciandi, & occidendi potestatem sum nactus: cum illi nil habeant istiusmodi, sed summissius protulit amplius quidpiam, neq̄ si gloriator dixit, sed si gloriatus fuero, id est si gloriari velim de potestate / quam mihi contulit dominus. Rursum deo vniuersa permittit, accipi enim hanc inquit a domino facultatem, vt in fidem aliquid exedificem, beneficia conferendo: non vt tormentis afficiam quempiam, verum cur illud dicit aliquis: consilia destruentes intulisti, nimirum quia & putrida demoliri, & impedimenta prostrernere plurimum facit ad noua molimina. Cur p̄terea his comminaris, si minus ad internitionem hanc acceperis potestatem, fateor equidem hanc me in primis ad edificandum accepisse potestatem, verum si quis insanabili morbo laboret, ad p̄niciem demolitiōe mox vtar. Igitur si gloriari voluerim: quia plus quidpiam deus sit mihi q̄ ceteris elargitus, ita vt & benefacere possim: & si necessitate cogar, nil me pudeat ad demolitionem / & cruciatum ingere, hoc est nihil ip̄e vel mendax deprehendar, vel insolens / & elatus, vt ea mihi adificia quę mihi nequaquā fuerint per deum concessa.

¶ VT Autem non existimer tanq̄ terrere vos per epistolas, quoniam quidem epistolæ inquit graues sunt & fortes: presentia autem corporis infirma, & sermo contemptibilis, hoc cogitet qui eiusmodi est, quia quales sumus verbo per epistolas absentes, tales & presentes facti. ✽ Quod inquit tale est. Poteram equidem gloriari, verum ne videar vos per literas paruifacere, quemadmodum dictitant detractores, qui asserunt me per epistolas iactitare multa, & ad terrorem plura conscribere: presentem

In falsos  
& insolentes  
ap̄stolos

II. AD CORINTHIOS.

vero facile contemni, conuinciq; haudquaquam talem me esse, qualem me literę preferenti intelligat velim quicquam sit ille, qui ista obiecerit, non solum nos grauiora comminari ab ipse sentes, quietiam presentes posse ad facta comminationes deducere.

**NON** Enim audemus inferere, aut comparare nos quibusdam, qui seipos commendant. Hoc loco falsos Apostolos & insolentia; & inanis gloria; arguit, perinde ac magna quedam de se assuetos iactare, inquit igitur nequaquam ipsi audemus inferere, hoc est connumerare, vel comparare, hoc est opponere nos ipsos horum nonnullis, qui laudibus se ipsos extollunt.

**SED** Ipsi in nobis nosmetipsos metientes, & comparantes nosmetipsos nobis, Illi inquit nequaquam dignum existimant, se se cum villo posse conferri mortali, qui potius sibi ipsis se comparant mutua quadam cōcertatione, neque intelligunt, quia sine irrisione dignissimi, qui hunc in modum superbiunt. Nam cum singuli potiores esse se se glorientur, aliis detrahunt. Quo fit vt omnes ab iniuicem arguantur improbitatis, quod quod ridiculum sit, nil sentiunt, nos vero contra nos ipsos metimur cum nihil aliud nobis quod iniunctum est vendicamus, & comparamus nos nobis, quia quod nostrum officium exigit factitamus.

**NOS** Autem non in immensum gloriabimur. Illi forsitan arrogantes, & iactabundi dicitabant eiusmodi, in vltimas terras profecti sumus, & orbem vniuersum predicando obuiimus. Nos vero Paulus inquit, haudquaquam talia que inmensa videntur, factabimus.

**SED** Secundum mensuram regule, qua mensus est nobis deus mensuram pertingendi vsque ad vos. Deus inquit nobis terminos presumpsit, vt nostra gloria ad vos vsque pertingeret.

**NON** Enim quasi non pertingentes ad vos super extendimus nos, vsque ad vos peruenimus in euangelio Christi. Credi potest falsos Apostolos nulla gratia predicandi, sed temere quocumque profectos ex solo accessu fuisse gloriatos, & ita vt omnium summam sibi adscriberent, dicit itaque Paulus nequaquam ad vos pertingentes super extendimus nos ipsos: puenimus namque non frustra, sed in euangelio Christi, hoc est non simpliciter, vt illi, ad vos profecti sumus, sed euangelii gratia predicandi.

**NON** In immensum gloriates in alienis laboribus. Spem autem habentes creditis fidei vestre, in vobis magnificari secundum regulam nostram in abundantia, etiam in illa que vltra vos sunt euangelizare non in aliena regula in his que preparata sunt gloriari. Ostendit hoc loco illos gloriam sibi in apostolorum laboribus vendicasse, & in infinitum gloriari, hoc est, maximum in modum in alienis laboribus gloriam comparare, ipsi vero nequaquam hoc pacto agimus, sed ad vos vsque pertingimus, & in vobis nostra omnis gloria terminatur. Spem autem habemus in deo, videlicet quoniam iam satis vos nostra doctrina iam profeceritis, quia vobis & fides accreuit, ita vt vestri huius profectus gratia & ipse sim auctus, sunt namque vel ad dignitatem, vel famam preceptoribus incremento discipulorum ampliate virtutes, & ipsius regula in abundantiam fuerit puecta, hoc est, cum mensura, quam ille sortitus est abunde preceperit. Quid igitur sperem si queras, id certe quod ad eos etiam qui vltra vos sunt euangelium predicabimus, futurumque, vt vel de his forsitan nobis sit gloriandum, si etiam aliquid profuerimus, regulam autem & mensuram tanquam optimus architectus, & orbis terrarum fabricator appellat, vt ostendat in deo rem omnem consistere: qui & regulam prebeat & mensuram, vnde & ita, sublequetur.

**QVI** Autem gloriatur, in domino gloriatur. His itaque operibus potius, nihil vobis vel gloria; ducimus: vel accensemus, sed deo cuncta, vel hanc ipsam quam adepti sumus mensuram adscribimus, oportuit igitur & falsos apostolos in huiusmodi gloriari.

Paulus se ipsum suo modo metitur.

Pseudo apostoli.

Discipulorum preceptu preceptoris famam accipit, & ampliat.

II. AD CORINTHIOS.

Fo. C.

**NON** Enim qui seipsum commendat, ille probatus est, sed quem deus commendat. Non enim dixit probatior nos sumus: sed ille quem dominus commendauit, hoc est quem certiores res gesta; & veri labores dei cum gratia assumpti, probum demonstrant.

**VTINAM** Sustineretis modicum quid insipientia; mea; sed & supportate me. Proprias laudes explicaturus Apostolus pluribus modis illas castigat, ne alios se laudando offendat defugiens, quas ad laudes de se predicandas, necessitas quedam induxit, verebatur enim ne in discipulorum iacturam concederet sui contemptus, & forsitan Apostolorum nimia auctoritas, quod autem necessitate quadam & utilitate discipulorum ad id rei processerit, neminem latet, quippe qui & preterita commissa baptismi deleta commemorat, indignaque se adstruat Apostolum dici, alias namque re nulla vrgente tam magna de se haud temere predicaret, inquit itaque vtinam sustineretis me in paucis delirantem, quin potius me supportate. Confido enim in posterum vos me benevolentia profecturos, foreque vt me per omnia toleretis.

**EMVLOR** Enim vos dei emulatione. Ne arbitrentur Corinthii pro rebus humanis pecuniarum videlicet, vel gloria; gratia Apostolum sui charitate deuici, dei zelo adiecit, dicitur namque & deus nostri zelo teneri, quia nos plurimum amet, non vt lucrum aliquod assequatur, sed vt saluos nos reddat, cum ad se trahit & applicat. talis est igitur meus erga vos zelus, non vt mihi aliquod commodum pariam, sed ne in perniciem ipsi penitus prolabamini.

**DESPONDI** Enim vos vni viro virginem castam exhibere Christo. Despōdi inquit vos domino cuius gratia zelo hoc ducor non mei, non enim sponsus ipse futurus sum, sed sponsa; ductor. Attende quemadmodum non illorum se preceptorem profiteatur, vt debeat sui ab his exigere tolerantiam, quin illos in sponsa; modum, se vero proba; loco constituit, nubentem compositorium, mirum sane quod ecclesia; contigit: quandoquidem post nuptias non amplius nupte seruant virginatatem, in ecclesia; vero, vel que non antea virgines extiterunt, nuptiis hinc confectis, virginatati redduntur, quam eque vniuersa tutatur ecclesia, hęc equidem ad omnes differit Paulus, tum qui vxores duxerint, tum que denubunt, verum quenam dona afferens despondit Apostolus: mirum celorum regnum huius rei figuram, & Abraam preferebat, qui seruum dimisit ad gentilem feminam desponsandam, hoc vero seculo, & de seruos suos destinauit prophetas, vbi ecclesia; ipsam Christo filio suo despondit, sicut & Dauid inquit, Audi filia & vide, & obliuiscere populi tui, & domus patris tui, quinetiam & apostolos misit, vt Paulus ipse testatur dicens, pro Christo legatione fungimur. Est itaque presens hoc tempus desponsationi accommodum, futurum vero & nuptiis, cum fiet vox illa, ecce sponsus venit.

**TIMEO** Aut ne sicut serpens Euam seduxit astutia sua, ita corrumpantur sensus vestri, & excidant a simplicitate, que est in Christo. Vobis quidem impendet in teritus, me vero vrget formido: neque enim tanquam decernens, corrupti iam estis inquit, tametsi essent illi coinquinati, sed id in ambiguo posuit dicens, ne forte vt serpens euam seduxit, is namque ingentia pollicendo Euam deceperat, ita & Apostoli isti mendaces & iactabundi, permagna quedam vobis edisserunt: vt sua versutia vestram circumueniant simplicitatem, sed quemadmodum, neque serpentis astutia, neque Eue simplicitatis satis illi ad veniam fuit, sic quidem neque illorum dicta nostris anteponentur, nec preterea Adam intulit fuisse a serpente seductum, vt arguat facile deceptionibus mulieres patere, neque nolite decipi dixit, sed ne corrumpantur sensus vestri, corrupti namque & virgines ipse dicitur, videlicet ne corrumpantur, vestra ignauia: qua erga Christum vtimini, hoc est nequaquam debetis pre vestra inertia decipi, nonnulli vero ita

Paulus cur se tanto pe laudauerit.

Serpentis astutia. Eue simplicitas.

intelligunt, nolite scilicet & fidei simplicitate ad exteriorem vos hanc solertiam acco-  
modare & studium. Hęc enim maxima est humani sensus corruptio.

**¶** **NAM** Si is qui venit alium Christum predicat, quem non predicauimus, aut  
alium spiritum accipitis, quem non accepistis, aut aliud euangelium, quod non rece-  
pistis, recte pateremini. **¶** Quid inquis o Paule, qui ad Galatas scripseris, si quis alii-  
ud vobis euangelium predicauerit, vltra id quod accepistis, anathema sit, nunc ve-  
ro inquis, si alium quis Iesum predicauerit, recte pateremini, quod sane sic excusa-  
tur, gloriabantur namq; fallaces illi Apostoli, quo plus aliquid ipsi, quam veri propa-  
gandę fidei attulissent, & quia plurimum delirabant rerum inanium & externa fa-  
pientię nixi iactantia, sic Paulus subdit, si Christum alium predicarent, quem predi-  
cari oporteret, & eiusdem ipse preconium preterissem, vel his in hoc predicando vis-  
derer inferior, recte pateremini, hoc est iure illorum ferretis ineptias, Quippe qui  
haudquaquam de eo mentionem fecissem, qui erat merito predicandus, verum si  
fidei ipsius predicando iecimus fundamenta, & ea profecto que principalia sunt, pa-  
refecimus, quid ergo illi amplius quippiam attulerunt: quam ipsimet attulerimus.  
Attende autem quemadmodum non venientem quempiam dixerit plus aliquid pre-  
dicaturum, Nam longe plura etsi superuacua, loquebantur fallaces illi, & maiori licen-  
tia, & verborum ingenti ornatu, alium tamen Iesum hunc preter quem Paulus pre-  
dicasset, nihil interebant, quod utiq; minus indiget oratione exulta, vel spiritum ali-  
um accipitis, hoc est num vos ditiores spiritalibus donis effecti estis, ad que conle-  
quenda nil opus est expoliti sermonis lenocinio, num euangelium aliud, quando  
neq; id quidem ad explicandum vlla sint verba necessaria, que compta sint, & orna-  
ta, vbiq; igitur patefacit, nihil esse penitus aduertendum si quid vltra illi protulerint  
quam sit necesse, sed si quid afferunt, quod dici oporteat ab se intelligant accepisse, At-  
tende autem cum dicit alium Iesum, quem non predicauerimus, spiritum alium que  
non accepistis, & euangelium aliud quod non recepistis, id velle pretendere, cum ea-  
dem hęc proferant illi, que nos predicauimus, cur eos cum tanta attentione vos audis-  
tis? Dicit aliquis, Cur igitur Paule si eadem illos, que tu, dicere profiteris, eos pro-  
hibes loqui? quia simulatione vsi alia que dam inducunt decreta a nostris, & veris  
aliena.

**¶** **EXISTIMO** Enim nihil me minus fecisse a magnis Apostolis. **¶** Conferre  
tandem cum his, qui apud Petrum erant Apostolis, tanquam id inquit, si me plus  
quidpiam effecisse illi iam norunt, vel his se Apostolis preterunt qui maiores habentur,  
absurdum videtur, Attende viri huius humilitatem, existimo inquit idem puto  
& nihil preterea de se iactat, neq; simpliciter Apostolis dixit, se a magnis adiecit. Pe-  
trum videlicet Iohannem & Iacobum indicaturus, Hęc autem in presentiarum de  
se licentius differit, quia res ita deposcit, cu alibi p rei ipsius dignitate, eadem preterens  
humilitatem sic inquit, qui non sum dignus appellari Apostolus.

**¶** **ET** Si imperitus sermone, sed non scientia. **¶** Cum hanc sibi dicendi peritiam  
pripue glorię ducerent falsi Apostoli, Ostendit hic Paulus nihil se ruditatem dehu-  
gere, quin vel maxime de hac gloriari, neq; id dicit ideo ipse expers sum litterarum,  
quia & reliqui veri Apostoli litteras nesciunt, ne & illis simul detrahere videretur, sed  
exterioris sapientię vim omnem subuertit, quemadmodum in priori epistola, hanc  
demonstrauit non modo inutilem esse, quin etiam & crucis glorię deualtare. Sum  
itaq; sermone, non scientia imperitus, quibus & dictis & illos arguit: quo magis elo-  
quentiam iactent, eo etiam maxime diuine esse notiois exptes, & quantu ad eam spe-  
ctat dephendi prorsus ignaros.

**¶** **IN** Omnibus autem manifestus sum vobis. **¶** Nequaquam fallorum more Apo-

In falla-  
ces aplos

Sermois  
lenocini-  
um.

Paulus ser-  
mone non  
scientia  
peritus.

stolorum, aliis quam sum ipse moribus imbutus me prefero, sed vobis in omnibus di-  
ctis factisue pareo, neq; vlla nobis vt illis vel duplicitas inest, vel simulatio, q facie du-  
taxat quadam modestie & lenitatis obducti, que uis teterrima factitent.

**¶** **CAV** numquid peccatum feci me ipsum humilians, vt vos exaltemini? quonia  
gratis euangelium dei euangelizauit vobis. **¶** Num id inquit deliqui, vel eo a vobis  
sum accusandus, vel mihi idcirco insurgitis, quia me ipsum deprefferim? famelicus sci-  
licet & mendicans, vt ipsi extollamini, hoc est vt in fide edificati efficiamini firmiores  
& stabiles. Qua in re eo acrius erat Corinthii insimulandi, quod minus egreferebat  
se non aliter iri edificatum, nisi Paulus esuriret, quia & illi absentem Apostolum su-  
perbius inculabant, & presentem humilem se prestare obicerent, ideo nunc eos respo-  
dendo percellit sic inquit, & si humilis quidem sum ipse effectus, vos tamē ex hac  
mea humilitate estis ad altiora prouecti.

**¶** **CALIAS** ecclesias expoliaui accipiens stipendia ad ministerium vestrum. **¶** Pote-  
rat sane id discere, hęc quidem manibus victum michi subministraui, sed vt acriori  
bus verbis hos vrgeat, ab aliis inquit accepi stipenda, vobis vt inseruirem, quippe qui  
alios vobis euangelium subministrandi gratia expoliauerim, & imminutos reddide-  
rim facultatibus. Hos autem Macedonas fuisse arguit, qui cum essent summa rei fa-  
miliaris adstricti inopia, & me inquit habebant se atteretem, tamen minus ad delicia-  
as, sed ad necessitatem sumptibus indigerem. Accipiebam namq; ab his stipendia,  
que tamen ipsi mihi haudquaquam suppeditastis. Quo fit vt maxime sitis, ob id in-  
culandi, quia cum vobis euangelium predicans subministrarem, & gereremq; remve-  
stram ab aliis eleemosynam desumebam.

**¶** **ET** cum essem apud vos & egerem, nulli onerosus fui. **¶** Triplex ea in re facinus  
admisistis. Nam & apud vos cum manerem, & vobis subministrarem, & essem ege-  
nus, nulla mei sit habita ratio, quippe qui non solum nihil absenti mihi aliquo transmi-  
sisti, quod utiq; Macedones factitarunt, sed ne presentem quidem vos aluistis. Argu-  
it preterea Corinthios ad eleemosynam erogandam tardiores effectos, nonnulli vero  
illud onerosus fui, sic interpretantur, hoc est me haudquaquam ad predicandum vel  
negligentem prestiti, vel inertem & torpidum, quin omnia sunt per me que factu ec-  
clie opus erat, ad vestram salutē effecta, ipse vero cum in egestate versarer, nihil vn-  
quam deslagitando vos expoliaui, cum torpidior essem tolerando iam redditus.

**¶** **NAM** quod mihi deerat supplerunt fratres, qui venerunt a Macedonia.  
**¶** Ad emulationem istos inducit, vt ad impatiendam eleemosynam concitet magis,  
perinde ac si in se alendo cum fuissent a Macedonibus superati, & in conferendis for-  
tune bonis vincantur. Cum autem quod deerat inquit, ostendit nihil se preter neces-  
sarium indigentiam accepisse. Erant namq; & philippenses, qui sibi vite necessitate  
suppeditarent.

**¶** **ET** in omnibus sine onere me vobis seruauit, & seruabo. **¶** Arguit Corinthios one-  
ri sibi duxisse alimoniam Paulo subministrare, recte autem seruabo inquit, perinde  
ac si dicat, neq; enim velim existimetis eiusmodi me dixisse, tanquam aliquid in fu-  
turum a vobis sum accepturus, sed seruauit, hoc est abstinuit ante hac, ne vobis oneri ef-  
sem, & seruaturus in posterum sum, & abstinebo, quod proculdubio hos acrius ferit,  
quandoquidem his minus confusus Apostolus, desperet etiam aliquid se acceptu-  
rum.

**¶** **EST** veritas Christi in me, quoniam hec gloriatio non infringetur in me in re-  
gionibus Achaie. **¶** Ne forte arbitrentur Corinthii paulum, seruabo me, eo dixisse,  
vt se magis pelliceret. Est veritas Christi in me ait, hoc est p veritate, que in CHRI-  
STO IESU inesse constat, asseuerari inquit haudquaquam a vobis me aliquid accepturu  
h. v.

Simula-  
tio ac du-  
plicitas i  
falsis apo-  
stolis.

Paulus ne-  
minime  
rosus fuit.

II. AD CORINTHIOS.

& ne dolore vel ira impulsus existimet aliquis hec intulisse Apostolum gloriantem in se ipse appellat, gratis quippe euangelium predicare ingenti illi erat gloria, qui Christi ob gratiam vel Christi iussa transiret, id imperantis ut de euangelio ueret qui euangelium predicaret, non infringetur autem ex quadam fluuio...

Paulus a donis abstinent.

QVARE quia non diligo vos, deus scit. Causam cur ab istorum abstineat donis iam allaturus & si pseudo apostolorum id gratia ageret, primum confutat, quod forsitan per meditati obicere possent Corinthii, quia nos odio habes, eo & nostra...

Cur dona accipere Paulus.

QVOD autem facio & faciam, ut amputem occasionem eorum qui volunt occasionem, ut in quo gloriantur, inueniantur sicut & nos. Apertissime hoc loco causam patefacit, cur ab his nihil acceperit, nam cum calleret diabolus his qui presertim...

Diaboli cum quid ad ostentationem geritur.

NAM eiusmodi pseudo apostoli sunt operarii subdoli, transfigurantes se in Apostolos Christi. Quid ais Paule, eos ne qui Christum predicant, qui euangelium...

Et non mirum, ipse enim Sathanas transfiguratur se in angelum lucis. Cum enim horum instructor sathanas ille ad quoduis facinus sit audentior, nil mirum si hunc eius discipuli imitantur, angelum autem lucis eum asserit esse, qui fides vero illi splendore...

NON ergo est magnum si ministri eius transfigurent, se velut ministri iustitie...

II. AD CORINTHIOS.

quorum finis erit secundum opera ipsorum. Hoc est tanquam ministri euangelii iustitiam continentis, vel quia hi iustorum hominum gloriam usurparunt, verum tamen haudquaquam tandem sunt euasuri. Erit namque pro eorum operibus & finis futurus, hoc est malus. Quo fit ut eos simus ex propriis operibus cognituri, Nam & finem parum factis habebunt.

ITERVM dico ne quis me putet insipientem, alioqui velut incipientem accipite me, ut & ego modicum quid gloriar. Et si his ad castigationem est usus, alioqui nequaquam inquit superioribus dictis contentus, rursum hec repeto, ne quis existimet incipientem me esse. Est namque illud insipientie argumentum, temere & nulla occasione iactari, ipse vero nequaquam ut demens id egerim, sed inuitus & necessitate...

Paulus peti se tolerari ac sustineri.

QVOD loquor, non loquor secundum deum, sed quasi in insipientiam, in hac substantia glorie. Quod loquor inquit, secundum deum non est, hoc est que nuper dixi, procul a deo sunt, verborum vero admodum secundum deum est sensus, neque insipientia dixit, sed quasi id dicat, apparet forte quod gloriatur ipse insipiens cum minus sim, ne forte existimes, incipientem eum ubique non per dei nutu & voluntate cuncta...

Incipientes qui carnalia iactant.

QVONIAM multi gloriantur secundum carnem & ego gloriabor. Hoc est a bonis externis erit mea hec gloria, videlicet a generis nobilitate, a circumcissione, & quia hebreos sim progenitores fortitus, id namque erat, quod nequaquam secundum deum loqui se dixerat, de istiusmodi videlicet gloriari, quid enim prodest, ab Hebris esse aliquem oriundum, non ergo virtutis loco id dixerim, sed cum illi inquit, id glorie ducant, cogor & ipse me eis vel hisce ex rebus non imparem facere.

LIBENTER enim suffertis insipientes, cum citis ipsi sapientes. Vos inquit me cogitis huiusmodi dicere. Nam si non illos excepissetis, id est & vobis ob futurum non antea preuidissem, nequaquam & ipse ad hec descendissem, insipientes autem dicit, qui rebus carnalibus gloriantur, nam si dementis est, spiritalia sibi gloria accersere, quanto magis que nullius sunt proflus momenti iactare inuisum videbitur, illud autem cum litis sapientes, & si ad gratiam dictum videtur, irget tamen hos acris, & criminatur, ut qui scientes delinquerent, nam si fuissent demencie morbo correpti, veniam forsitan promeruisent.

SUSTINETIS enim si quis vos in seruitutem redigit. Attende quam abiectioris & infime Corinthios arguat seruitutis, quippe qui maximum in modum falsis apostolis succubuisent.

SI quis deuorat si quis accipit. Vides quemadmodum hos ipsos apostolos patet faciat, excipiendis muneribus esse intento, nam cum deuorat inquit, id ipsum pretendit. Non enim poterat illorum expleri cupiditas, quo fit, ut quod superius dixerat, in quo gloriantur, rectius dixerit, iactantiam namque & ostentationem hi prefererent non veritatem, qui se nihil accipere simularent.

Corinthii falsis apostolis succubetes & seruitutes.

SI quis extollitur. Si quis in vos dominatum exercet & insolentiam, non enim humiles se subditos exhibet principes, sed molestos & graues, quorum in istis vestigiis.

SI quis in faciem vos cedit, secundum ignobilitatem dico. Vides ut Corinthiorum & ignominiam auget, & iniuriam quoad quidem his haud secus ac seruis falsi illi uterentur apostoli. Hec autem dicit non quia in facie cederetur Corinthiis, sed quia non minoris esset iniurie que illi patiebatur, quam si in faciem vapulassent, quod sane his ad vituperationem...

obicit, quid enim hoc fieri vel inhonestius vel turpius potest: quando his ipsis libe-  
tate adempta honore priuatis, & demum subtractis pecuniis uteretur pro seruis.

**¶ QVASI** nos infirmi fuerimus. \* Cuius rei hos gratia toleratis, num quia imbe-  
cilles nos, & inualidi sumus, eoq; & vobis uti illorum more nequimus, non se ita re-  
habet, possumus & nos superbe item, & intemperanter vos conculcare, sed minus li-  
bet. Omnem itaq; istorum dementie causam Corinthiorum seruituti adscribit, ut  
enim inquit quia nimium illis succubuisistis, & illate vobis iniurie, & presentium vo-  
bis verborum prebuisistis occasionem.

**¶ IN** quo quis audeat, in insipientia dico, audeo & ego. \* Vide ut rursus audatis  
& incipientiam rem ipsam qua deagit appellet, quasi id inquirat, eam equidem ad  
coactus deuenio, tamen si superius ad cogitationem plurimis vsus sit verbis, & alia  
sepe hos castigari. Hec autem eo subicit, ut nos etiam commonefaceret, minus esse  
ad eiusmodi verba diuertendū, nisi cogat necessitas, ait igitur quacumq; in re gloria  
ri quis audeat, & ipse a usum. Deinceps enumerat quibus illi in rebus gloriantur.

**¶ HEBREI** sunt & ego. Israelite sunt & ego semen Abrae sunt & ego. \* Cum ne-  
quaquam hebrei omnes esset israelite, siquidem & moabite, & amanite, hebreos se di-  
cerent, propterea generis nobilitatem diffiniens intulit, semen Abrae sunt, & ego.  
Haec ipsum designans.

**¶ MINISTR**i Christi sunt & ego, ut minus sapiens dico, plus ego. \* Dicunt tamen  
nulli nequaquam recte per comparationem deprompta esse hec verba, sed fuisse com-  
nino negandum non Christi illos esse ministros. Respondemus autem id ipsum ex-  
pressisse Apostolum, cum pseudo apostolos dixit, nunc vero a compassionibus exor-  
sum sermonem, ex rebus ipsis argumenta producit, & si ministri sunt, Christi, plu-  
tamen ego, hoc est hos quidem ministrandi hoc munere longo interuallo excesserim  
cum vero id minus sapiens inquit, sue humilitatis profunditatem demonstrat.

**¶ IN** laboribus plurimis, in caceribus abundantius, in plagis supra modum. \* Enu-  
merat que vere apostolum exprimunt, & signa preteriens a tentationibus ipsis ordi-  
tur inquitq; non solum sub eo equidem labores innumeros & vagus per varia loca mo-  
ctu & interdū multos ad fidem erudio, quin etiam manibus operor & plagis affligor,  
& his supra modum, & quod plane grauius est, & plagis carcer huiusce adicitur, supra  
modum autē & abundantius ad salorum Apostolorum comparationem sunt posita,  
perinde ac si dicat, & si illi labores susceperint abundantius tamen ipse hos cepi, &  
longe maiores, nonnulli vero nulla comparatione dicta his esse affirmant, sed simpli-  
cem quandam laborum abundantiam & magnitudinem significare.

**¶ IN** mortibus frequenter. \* Non solum voluntate demoritur Paulus, sed periculis  
etiam in mortem haud dubie afferentibus destinatur.

**¶ A** Iudeis quinquies quadragenas vna minus accepi. \* Cur vna minus, quia lege  
cautum erat, ut qui ultra quadragenas vapulando acciperet, honorum esset in poste-  
rum & dignitatum immunis, iussere itaq; vna minus plagis infligi ut si fossitan per-  
cussor ille verberando euectus plagam ultra constitutum, vel vnam aliquam inferat,  
quadragena sit illa, nec cedat ad ignominiam vapulanti, ut pote qui ultra numerum  
vapularit qui lege sit presinitus.

**¶ TER** virgis cesus sum. Semel lapidatus sum. \* Haud sane vniuersa que perpe-  
sus est Paulus Lucas conscripsit, vides namq; ut pleraq; hoc loco enumerata diucri-  
na ille omiserit, quia non ad ostentationem scribendi laborem ille insumperat.

**¶ TER** naufragium feci, nocte & die in profundum maris fui, in itineribus sepe.  
\* Dicit aliquis, quid ergo ad euangelium si naufragium feceris? quia euangelii gra-  
tia diuulgandi longius sepe maritimum iter nauigando emelsum, naufragus fui, diem

Non oēs  
hebrei is-  
raelite.

Apostoli  
labores.

Pauli pfe  
cutiões.

vero & noctem in profundo subnatans egit.

**¶ PERICVLIS** fluminum. \* Nam & flumina traicere cogebatur.

**¶ PERICVLIS** latronum, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in ci-  
uitate, periculis in solitudine, periculis in mari. \* Vbiq; & diabolus oppugnabat  
Apostolum, & dominus certamina pponebat. Nam a & pyratis ille diuexabatur, & in  
vite sepe discrimen? Gētilibus ipsis, tum a Iudeis propinquieribus deducebatur, qui  
ei longe quam ceteri acrius efferati, & liuore impulsu aduersabantur. erat ergo Apo-  
stolus in ciuitatibus tutior? minime, num in heremo? neq; hoc quidem loco, hunc eni-  
vel si e terris abscesserat, in pericula mari excipiebant.

**¶ PERICVLIS** in falsis fratribus. \* Hoc rursus aliud est tentationum ge-  
nus, quod sane dolore afficit acerbiori, quandoquidem a fratribus, & nomine simulatis  
& fictis, paratur insidie id quidem & Dauid deplorat cum inquit, si inimicus meus  
maledixisset michi, sustinuissem utiq; tu autem homo vnanimis, & alibi, homo pacis  
mee.

**¶ IN** labore, & erumna, in vigiliis multis. \* Haud satis erant Apostolo, quæ  
ab externis interebantur, quin sponte & ipse laboribus se & erumnis & vigiliis mace-  
rabat.

**¶ IN** fame & siti, in ieiuniis multis, in frigore & nuditate, preter illa que extrinsecus  
sunt. \* Tanta perpeffus terrarum orbis instructor, nondum erat vel necessariū  
victus copiam assecutus & vestium, sed nudus afflictabatur, & decertabat famelicus,  
maiores preterea tentationum partem obmisit, quod utiq; preter illa que extrinse-  
cus sunt inquit, pretendit, quin potius neq; ea que meminisset sigillatim expressit,  
sed illa recensuit, quorum numerus facile potest comprehendī, quinquies dicens, &  
abundantius, & frequenter. Aduerte autem quemadmodum tot rebus aduersis con-  
numeratis, numerum tamen eorum nullum expresserit, quos ad Christum conuerte-  
rat, quod eo fecit, ut partim humilitatem seruaret, partim commonefaceret, vel si aliud  
nihil insudandi pro Christo, premii obueneret. Sat tamen id fore mercedis.

**¶ INSTANTIA** mea quotidiana. \* Hoc est furibūdus, insultus, & insidie quas ad-  
uersum me populi communi consensu diebus singulis parant.

**¶ SOLLICITVDO** omnium ecclesiarum. \* Id plane est omnium maximum.  
Nam & si ei qui vel domus vnus curam susceperit eius presertim que seruos habeat  
& dispensatores multos, vix detur respirandi facultas, quid nam pati existimandum  
est animulam vnam tot cum periculis vniuerso terrarum orbi prospicientem, certan-  
temq; pro animarum salute?

**¶ QVIS** infirmatur & ego non infirmor? \* Ne quis dixerit suscepisse hūc quidem  
mūdi, vel curā, sed simplice quādā & admodū tenuē. Ostendit cuiusmodi illa sit cura  
ipse suscepta, neq; enī tristitie particeps ego sum dixit, sed haud secus me habeo, ac si  
ipse egrescerē, cū aliqū sentio esse infirmorem, vel animi morbo, vel corporis labora-  
re quis autem, id est siue egregius aliquis sit ille & prepotens, siue vilis & tenuis.

**¶ QVIS** scandalizatur, & ego non vror? \* Attende quemadmodum doloris expri-  
mat magnitudinē, vrer enim inquit, & ardeo, tamen cū alia pateretur letitia gestie-  
bat, haud quippe ignarus hecse Christi ob gratiam perpeti, infert itaq; cū quepiam  
specto, vel abiectioris fortune virum offendi, incredibili dolore conficior. Dauid autē  
nobis demonstrat quid illud scandalū pati significaret cū inquit, dū superbit impius,  
incenditur pauper, hoc est perturbatur animo pauper conspicatus & opibus abundā-  
re indignos & efferri. Et quemadmodum dixerat Paulus, quis infirmatur, & ego nō  
infirmor? Sic inquit, & si quis scandalizatur, & ipse haud dubie scandalizor, studeo-  
q; vel alie egritudini medicari, haud secus ac mee.

Dñs vn-  
dīq; Pau-  
lo certa-  
mia pro-  
ponebat.

Paulus nō  
d' & fa-  
melicus.

Paulus nō  
exp'ssit  
numerū  
eorum,  
quos, ad  
Christū  
cōuertē-  
rat.

**¶** SI gloriari oportet, que infirmitatis mee sunt, gloriabor. **¶** Infirmitatem perfectiorum appellat, siquidem in fame ac flagris, & naufragio tollerandis, hominis arguitur imbecillitas, nullam autem hoc loco signorum facit Apostolus mentionem, quia dei munere singulari, non humana virtute hec edebantur. Aduersa autem hec dei munus patiebatur, in quibus ferendis summam eius tolerantiam demonstrabat.

**¶** DEVS & pater dñi nostri IESV CHRISTI scit, qui est benedictus in secula quod non mentior. **¶** Cum nusquam que superius dixerat, confirmasset hec presentia, que subsequuntur, certiora reddit, & fide obfirmat, quod eo facit, quia antiquiora sunt hec & magis obscura, cum cetera essent his non ignota, quemadmodum & curam se suscepisset Apostolus & huiusmodi reliqua.

**¶** DAMACI prepositus gentis arete regis custodiebat ciuitatem damascenorum ut me comprehenderet. **¶** Attende quale sit bellum, quandoquidem Pauli gratia excubaret Damasci prepositus, & ciuitatem dispositis custodiis communiret. Neque enim talem se gereret gentis huiusce preses, nisi Pauli zelus omnia incendisset. Areta autem socer erat Herodis.

Areta socer herodis.

**¶** ET per fenestram in sporta dimissus sum per murum & sic effugi manus eius. **¶** Eualit quidem, ut domini legem adimpleret, qui etiam de loco in locum sepe migrabat. Non enim par est, ut nos ipsi vltro tentationibus offeramus, que ubi delugari non possunt, dei opus est adiumento, ab eoque & expetenda & expectanda est liberatio. Alioquin cum tentatio ipsa non vehemens nobis infertur, aliquid erit vel nostra industria excogitandum, ut illa tollatur, tamen si deo vel in tentatione huiusmodi rerum omnium lumina sit permittenda, quemadmodum Paulus fecit, qui testis presidio fuge remedium adinuenit, quibus versari cum Christo concupisceret, & mortem subire, nihilominus humane salutis nimio detentus ardore, sese ad predicandum seruebat.

Paulus humane salutis ardore incensum, mortem fugiebat.

**¶** SI gloriari oportet, non expedit quidem, veniam autem ad visiones, & reuelationes domini. **¶** Cum ad aliam glorie speciem transit, reuelationis videlicet, que eum conspicuum & clarum effecerat, sic inquit, haudquaquam mihi id expedit, ne me in electionem forte deducat. Quid autem dicet aliquis, si nemini hec patefeceris, num propterea non ea intelliges? intelligam equidem inquit, sed non equo animo extollemur hinc citi abstrusa illa & Archana prenocimus, ac aliis palam fecerimus, hec autem dicunt non ut ipse tale quid sit persequatur. Sed nos ut castiget, & commonefaciat, ut eiusmodi dei Arcana, & nobis credita silentio premere debeamus. Potest & aliter expediti illud intelligi, videlicet non enim est michi in commodum id concessurum ut quis maioris existimet, quam ipse me dixerim, quod in sequentibus explicabit, enimvero plebs do apostoli illi, qui nihil essent huiusmodi consecuti, multa ad populum concionantes iactabant. Paulus vero & si complura esset & visionum & reuelationum dona iam nactus, vnam dumtaxat & hanc quidem inuitis, reuelationem commemorat. Noueris autem reuelationem pluris esse quam visio sit, hec namque spectandam solum rem prebet. Illa vero profundiora enudat quam res ipsa sit visa.

Reuelatio pluris est quam visio.

**¶** SCIO hominem in Christo ante annos quatuordecim. **¶** Neque omnium meminere reuelationum. nam cum plurime essent, molestior in his enarrandis foret & grauis, ne tam men vniuersa silentio preterit, sed ceteris obmissis, de sola & vnica differit, ut ostendat vel hanc haud sponte se explicaturum, in Christo vero adiecit, ne obicere falsi queant Apostoli in Simonis morem Pauli a demonibus fuisse arreptum & sublatum in aera, nec temere quidem homini rei haudquaquam tempus aliquod presumuit, sed ut intelligas qui quartum & decimum annum reticuisset, non sine causa sed necessitate in presenti impulsam reuelationem hanc pro palasse, & qui iam quartum & decimum annum tata reuerentia a deo dignatus, quale nunc existimare debemus pro Christi nomine tantum periclitatum.

**¶** SIVE in corpore siue extra corpus, nescio, deus scit, raptum homini usque ad tertium celum. **¶** Vide quam moleste id dicat, ut iactantiam fugiat, nescire namque se profiteretur, siue in corpore, siue extra corpus quod raptum est, fuerit, tertium autem celum dicit, quod a principio simul cum terra conditum fuit, nam sacre littere primum celum aereum dicunt, ut volatilia celi & ros celi, & secundum id celum firmamentum vocauit.

**¶** ET scio huiusmodi hominem siue in corpore, siue extra corpus nescio, deus scit, quoniam raptus est in paradysum & audiuit Arcana verba, que non licet homini loqui. **¶** Tertio inquit celo in paradysum sum raptus. Sublatus est igitur in paradysum, ne in eo fruendo inferior ceteris Apostolis esset, qui cum Christo iam versarentur, paradysum preterea dixit, quia loci huius celeberrima esset apud omnes iam fama, quem & latroni dominus in cruce pollicetur est. Arcana autem, & que dici non possunt, audiuit, id est que humana sapientibus, & nihil in se habentibus spiritale, eloqui haudquaquam fas est. Hinc liquido patet. Apocalypsim eam, que vulgo Pauli dicitur, falso fuisse hoc titulo annotatam, quia narrari non poterant que ille preuiderat, at qui alium quendam paradysum sortitus est locum, & alium, celum. Anagogice tamen pares erunt paradysus & celum, vel forte dissimiles, sumus tamen per pauca de his, que cognita sunt facillora dicturi. Est itaque primum celum, mortalitatis terminus quidam & diffinitio, cum quis suam suos composuerit mores, hoc deinceps naturalis subsequitur institutio, hoc est secundum celum cum quis totius nature cognitionem ut necessariam circumscripserit, mox & Theologica quedam, tertium celum pretendit, cum aliquis desideratam earum rerum cognitionem, que diuine sint, & homini incomprehensibiles, contemplando adeptus sit. Paulus itaque in ea loca arreptus est, que circa trinitatem sunt, & sublatus. Hoc est, omnia creata, transcendens, & neque in corpore quidem existens, quippe qui nihil pro corporis sensibus tunc factitaret, neque extra corpus, nam & interea cum sic raperetur vel intellectus ipse in eo cessaret, ita ut nihil posset vera cognitione complecti. Vacat enim diuinis in rebus mens omnis humana, & penitus torpet, cum homo a deo fuerit arreptus, & ita ut ab eo educi necesse sit, & a corpore ipso efferris, & eiusdem dictu omnia operari, vel alias in paradysum arripitur, quia in diuinitatis Arcanis, & mysticis rebus versatus est, quas quia incognite sunt & inexplicabiles, nisi quis mortalem hanc & abiectam conditionem excesserit, assequi cognitione non poterit.

Paradysi celebre nomen apostoli tempore.

Primum celum quid, quod secundum, quid, tertium.

Pauli raptus potest explicatio.

**¶** PRO huiusmodi gloriabor. **¶** Aduerte quam sit superbie omnis expertus Apostolus, sic enim de se hoc differit loco, quasi de alio narret. Inquit enim pro huiusmodi gloriabor.

**¶** PRO me autem nihil. **¶** Nihil horum si non cogerer, frustra ac temere dicitur sum, nec laudi id mihi adscribam.

**¶** NISI infirmitatibus meis. **¶** Hoc est pressuris & persecutionibus.

**¶** NAM & si voluero gloriari, non ero incipiens, veritatem enim dicam. **¶** Quo pacto cum diciturus inferius sit, Incipientia est gloriari, nunc si gloriari voluero non erit incipiens inquit. Non enim hoc loco, ne incipiens sit, iactantie gratia dicit, sed ne mendatum arguatur, adiecit namque veritatem dicam. Igitur tanquam veridice nihil ero incipiens.

**¶** PARCO autem, ne quis me existimet supra id quod videt in me, aut audit aliquid ex me. **¶** Eam precipue ob causam Paulus obticebat, ne eum homines se in deum referret. Eoque perpetuo de se ipso silentio utebatur, & si quando dicere quidpiam cogebatur, obscure tamen & adumbrate verba iactabat, ne maius aliquid de se homines opinarentur, neque enim dixit, nequis de me loquatur, sed ne quis cogitet quod prater meam sit dignitatem. Nam si tanros illi immolare, & pro deo colere,

II. AD CORINTHIOS.

signorum stupore contenderant. Quid ei honorum deferre intermisissent, si & reuelationes quas habuit edidisset.

Pauli cor p<sup>o</sup> a de mone nō diuexabatur.

Angeli sathane.

Paul<sup>o</sup> ve neris stimulo ve xatus.

¶ **¶** ET ne magnitudo reuelationū extollat me, datus est michi stimulus carnis meae angelus Sathane ut me collaphizet. ¶ Angelum sathane & stimulum, nonnulli capitis dolorem quo Paulus angetur existimabunt, perinde ac a diabolo illatum, quod absit, non enim Pauli corpus diabolo traditum est diuexandum, quandoquidem Paulus illi que vellet iniungeret, & sepe terminos prefiniret. Tum maxime cum fanaticam quempiam ei in carnis perniciem demandasset, neq; per se ille impositas metas excessit. Quid igitur sathan designat, nimirum hebreæ aduersarium lingua. Angeli ergo sathane hi haud dubie omnes fuerunt, qui Paulo aduersabantur, labor videlicet Alexander ille, himneusq; & Philipp<sup>o</sup> ac ceteri q; huic & pressuras iniecerunt & praua sathane, opera exequabantur. Inquit igitur nequaquam permisit deus, meum hoc predicandi munus sine periculis & labore proficere, ne ipse extollar, qui multis sim reuelationibus ab eo dignatus. Verum cur non angeli sathane sunt dati, sed angelus? Forte quia pro loco vnus aliquis reperiebatur, qui paulum diuexaret, concitaretq; forsitan & populum, eundemq; ducem reliqui sequeretur, vel quod satius est, verneris incitamenta quibus maxime vrgebatur his verbis expressit, vel que predicanti sibi imminerent pericula, vel quod sibi obfisterent homines dixit. Verum a quo datus sit stimulus ille si queras? a deo certe, cuius permittu sathā hec audebat. Id namq; cum datus est inquit demonstrat, neq; vt semel, sed vt cōtinue me collaphizet, atq; diuerberet traditus est, illud autem ne extollar, nonnulli ita interpretantur. Hoc est ne magni ab hominibus fiam, nec tamen id hoc loco sentit Apostolus, tamen si hoc ipsi superius dixit, sed id precipue, ne ipse efferat inquit, & insolecam, Erat quippe & ipse humanus.

¶ **¶** PROPTER quod ter dominum rogavi ut discederet a me, & dixit michi. Sufficit tibi gratia mea. ¶ Ter, hoc est sepius rogavi quod plane eius prefert humilitatem. Fateretur namq; nequaquam se aduersariorū diuexationes & insidias posuisse perferre, que vt ab se tollerentur, orabat, dixit autem michi. Sufficit tibi gratia mea, hoc est, Satis habeas velim, quia & mortuos tibi suscitandi, & potestatis cunctis imperandi cōtulerē gratiā, nolim, igitur id vltra efflagites vt tua expers discriminis sit predictio. Id namq; tibi superuacaneum foret, qui quod satis est iam dudum acceperis, vel aliter & si permiserim te diuexari adsum, tamen & tueor.

¶ **¶** NAM virtus in infirmitate perficitur. ¶ Velut dicat, id forsitan doles o Paulus ne me illud impotentie arguat, quia verbis tibi & maledictis insidientur pleriq;. Conspice fide tamen, nam tunc maxime perfectior mea patebit potentia, cum illorum euiceris pertinaciam, qui te insectantur. Aduerte autem quemadmodum deus ipse tentationibus sinit nos tradi, ne quouis modo insolecam, vel aliter, deus videlicet tunc eius virtutem perfectiorem inquit esse iam nactum, quando in infirmitate, hoc est in persecutionibus & periculis, eius sectatores afflictabuntur.

¶ **¶** LIBENTER igitur gloriabor in infirmitatibus meis vt inhabitet in me virtus Christi. ¶ Postq; inquit ipse animaduerti, dei virtutem iri in infirmitate perfectum, gloriabor ergo in infirmitatibus meis, he namq; quo affluēt magis eo michi dei virtutum allature vberius sunt. Nolite ergo existimare, quasi dolens, querat stimulum hunc michi fuisse iniectum, sed letior potius & iactabundus id dixerim, quippe qui maiorem in se dei virtutem pre intentionibus pressuris consciuerit.

¶ **¶** PROPTER quod placeo michi in infirmitatibus meis, in contumeliis, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustiis pro Christo. ¶ Cupiebam equidem inquit a grauioribus hisce & minus gratis liber euadere, sed postq; ea accepi & intellexi que

II. AD CORINTHIOS.

lexi que meis his auribus hausi, gloriator plane, & michi placeo, hoc est, incredibili fortitudine afficio, & in infirmitatibus ipsis oblector, & malis, moxq; ne corporis morbum infirmitatem intelligas, contumelias dixit, & huiusmodi alia. Ex his preterea pseudo apostolos illos vitupat, qui sese vt deo equales de prauis, quibusdam & pueris actibus iactarent, & discipulos suos hortatur ne quoq; modo hos pudeat sui, sed honorari potius & gloriæ ducant, quandoquidem p dei nutu hec in se fiant, & p Christo sint obeunda discrimina.

¶ **¶** CVM Enim infirmior, tunc fortior sum. ¶ Quid inquit miraris si dei virtus, vel a duersantibus vniuersis pateat? Nam & ipse tunc fortior sum, cum magis diuexor, & dei ob gratiam hanc adeptus sum fortitudinem, que laboranti michi prebito est semper, & maximum in modum opitulatur. Nam cum in carcerem esset ille coniectus, qui se asseruaret ad fidem instruxit, cum naufragium fecit, barbaros infulæ ac colas, ad quam adnatauit, in sui admirationem conuertit, Iudicem preterea, cum illi vincus affligeret, & accusatores simul puicit. Cum demum infirmaretur, hoc est, cum periculis ageretur, & afflictaretur pressuris. Tunc robustior erat, & animo fortiori omnia tolerabat.

¶ **¶** FACTVS Sum insipienter, vos me coegistis. Iterato excusat iactantiam. Superius quidem, insipientem me dixerat, tanquam in insipientia exceperitis. Nunc vero tanquam non animi compos insipientem apte se nuncupat, & quoniam que voluerat comparauit, fidentius tandem damnat iactantiæ vitium, instituens, nil vnq; esse cuiq; gloriandum, ni cogat necessitas, qua cum & ipse iam vrgeretur, insipientem dicit, p inde ac si inquit, vos me ad id compulistis. Nam cum vestræ salutis curam susceperim, & fallaces Apostolos conspicerem sua iactantes vos ad se applicando corripisse, ad meam gloriam his verbis vterer, fuit necesse, hac igitur de causa satius duxi, vel aliquid ipse vestræ salutis gratia de me gloriari.

¶ **¶** EGO Enim a vobis debui commendari. ¶ Decuit inquit vos potius predicasse res a me gestas, & laudibus extulisse, quod tamen haudquaquam egistis, sed quia illis potius adherentes corrupti iam estis, & inquinati, eiusmodi sum ob vestram salutem locutus.

¶ **¶** NIHIL Enim minus feci ab iis qui sunt supra modum Apostoli, tamen si nihil sum. ¶ Superius quasi subdubitans dixit, existimo me nihil esse inferiorem Apostolis ceteris, idipm nunc fidentius inquit repetit, nihil enim minus feci, hoc est, haudquaquam inferior sum, vel pro fide minora gessi magnis Apostolis, qui Petri tempore extitere, nihil sum tamen vel hoc locinata humilitatis oblitus, etsi nihil sum dixit. Aduerte aut hominis sapientiam. Nam non solū nil ampli<sup>o</sup> se cū falsis Apostolis cōfert, sed ne illos quidem vilius esse momenti dicit, & parem se veris Apostolis adstruit, vt pote, qui longe alios antecedit, p inde in veros apostolos cōtumeliosos esse Corinthios arguit, liquidem se qui sit illi equandus, falsis dicant inferiorem.

¶ **¶** SIGNA Tamen Apostolatus mei facta sunt super vos. ¶ Equidem inquit & si nihil sim, haud tamen p vos id debet aduerti, sed illud potius, quemadmodū scilicet nihil sit per me intermissum, qd apostolum exprimat, formetq;, & vos michi testimonio eritis, vt cuncta sim executus.

¶ **¶** IN Omni patientia. ¶ Prior Apostoli forma, tolerantia est, & omnia vt ferat viriliter. Aduerte viri modestiam, quot enim discrimina, quot bella domi sibi & foris illata tam breui designans oratione, preterit: quin etiam quot eius fuerat virtute effectum, patientiam dico, vnico verbo expressit, atq; ad signa & miracula pertinent, quia non sua erant industrie, sed gratiæ diuinæ & muneris, pluribus explicauit, sicuti in subsequenti audies.

Paulus gloriatur infirmitatibus.

Nūq; gloriandum ni cogat necessitas.



II. AD CORINTHIOS

**SIGNIS** & prodigiis & virtutibus. Quid a prodigio differat signum dictum est supra, & ne quis forte existimet vt libentius sua impartirentur Corinthiis hec dicta fuisse, & virtutibus addidit, quibus liquido speciem quandam pretulit castigandi, hisdem virtutibus in mortuos/cecosq; & demone correptos vsus est Paulus, quos omnes maximis affectos beneficiis charitate prosequatur, nec secus ac qui castigati continentiores sunt redditi, qualis Elymas fuit.

Elymas.

**QVID** Est enim quod minus habuistis pre ceteris ecclesiis? Ne quis dicat magis sane Paulus est, alioqui haudquaquam tanta hic gessit: quanta in aliis ecclesiis ceteri Apostoli factitarunt, ita quidem, quid enim minus pre ceteris ecclesiis habuistis hoc est num minorem estis pre ceteris gratiam affecti?

**NISI** Quod ego ipse non grauavi vos, donate mihi hanc iniuriam. Acerrime eos obiurgat, sic inquit, si eius meri insimulatis, quia nulli vobis oneri fuerim, sed gratis euangelium predicarim, veniam postulo, id si quid est criminis, dono date, simul & illorum laudes explicantur his dictis, si quidem ideo iniuriam sibi inferri a Paulo autumant, quia nihil ab se dignetur accipere.

**ECCE** Tertio hoc paratus sum venire ad vos: & non ero gratis vobis, non enim quero que vestra sunt, sed vos. Ne videatur id ipsum sepe proferre, tanquam de cetero sit ab his quidpiam accepturus, sic inquit, neque enim quia nihil accipiam, idcirco neque ad vos proliciscor, quin bis ad vos commigrem, & tertio me paratum, neque grauabo vos, non quia vel sitis tribuendo offensus, vel opibus nil valeatis, sed quoniam niam non vestra a vobis depono, hoc est pecunias & fortunae bona, sed vos, hec est animae vestrae salutem.

**NEC** Enim debent filii parentibus thesaurizare, sed parentes filiis. Quoniam non iniuria obiici hoc loco id posset, ergo neque nobis fas est nostris potiri & frui rebus, quandoquidem non equo sit erga nos animo. Propterea his occurrit Apostolus dicens, parentes debere liberis suis thesauros comparare, preceptorum & auditorum substituent loco, genitores loco se ducat, & hos in filios habeat, quibus prospicere potius quam quicquam adimere sit necesse.

**EGO** Autem libentissime impendam, & superimpendar ipse, pro animabus vestris. Ipse inquit, non solum a vobis nihil accipiam, sed dono sum potius & gratis daturus, id enim pretendit cum impendam dicit, verum quid dixerim pecunias me impensurum, quinimo ego ipse impendar, hoc est, si vel caro hec mea sit pro vestra impendenda salute, nil parcam.

**LICET** Plus vos diligens minus diligar. Hec & criminantis sunt, & amantibus dicta, dicit enim hec quidem eorum gratia fecerim, quos ipse prosequor benivolentia, non qui eque amori respondeant meo, Vide quot modis hos vrgeat, primum quia nihil acciperet, quot iure capere poterat, & quia necessariis rebus careret, gratiaque & his euangelium predicaret, largiretur potius quam acciperet, nec simpliciter quidem & parce, sed abunde & liberaliter, quodque per maximum est, seipsum & debeat colatque qui se minus ament.

Nihil neque Paulus accipiebat, neque suos accipere volebat.

**SED** Esto, ego vos non grauavi, sed cum essem astutus, dolo vos cepi, nunquid per aliquem eorum/ quos mihi ad vos, circumueni vos? Quod inquit tale est a vobis equidem nihil ad auariciam flagitando exegi, tamen forsitan aliquis suspicatur calliditate me quadam & astutia potius, nihil a vobis accipere destinasse, sed meos ad vos transmisisse, qui aliquid a vobis efflagitarent, ea arte, vt vel accipiens nullo videar accepisse, quod pane est a vero penitus alienum, velim itaque consideretis vtrum ita se habeat res, necne. Carpit preterea Corinthios ipsos vituperatque, tanquam animo iniquo aliquid collaturos, existimantesque ab se extorqueri quicquid in preceptoribus

II. AD CORINTHIOS

alimoniam erogassent.

**ROGAVI** Titum, & misi cum illo fratrem, nunquid Titus vos circumueniat? Vel id quidem ad horum contumeliam infert, non enim misi inquit, sed rogavi, arguens merito hunc accepisse, siquid acceperit, rogatus namque ad vos concessit, tamen metui apud vos vestrarum rerum immunis permanferit. Erat autem Lucas, quem dicit Titus in comitem trasmisisse.

Lucas Titus comes addit ab apostolo.

**NONNE** Eodem spiritu ambulauimus? Hoc est, num eadem spiritali gratia ipsi incessimus? Gratiam enim appellat abstinentiam ipsam, quia ab his quomodo nus acciperet quidpiam astinuerit. Quod etsi eius sit virtute effectum, deo tamen adscribit id gratiae.

**NONNE** Eisdem vestigiis? Neque vel paululum inquit a meo hoc instituto decessi, & non solum ipse id egi, sed mei insuper sectatores acerrime mea sunt sectati vestigia, atqui non modo seipsum his legibus Paulus castigabat, quin & qui secum essent instituebat, ne quo vel iustiori lucro inquinarentur.

**COLIM** Putatis quod excusemus nos apud vos, coram deo in Christo loquimur. Veritas ne assentatoris tungi officio videretur, sic inquit, nequaquam ad gratiam vobis hec loquimur tanquam exultatione vtentes, sed pende ac deo spectante: & in Christo loquimur, hoc est per Christum ita enunciamus, quo fit vt ea narremus que & facta iam sint, & deo ipsi precognita, vt non me apud vos laudem, quod sane & in ipso epistola exordio dixerat.

**COMNIA** Autem charissimi propter edificationem vestram. Neque enim inquit eam hec ob causam egerim, vel a vobis nil procius ea ratione accepi: quia infirmiores vos sitis & imbecilli, horum namque animos offendisset, sed edificandi vos gratia, & nihil accipi, ne vos obturbarem, sed iuuarem potius & prodessem.

**TIMEO** Enim ne forte cum venero, non quales volo inueniam vos, & ipse inueniar a vobis qualem non vultis. Vides Pauli diligentissimam curam & prouidentiam spiritalem. Delinquentibus aliis, ipse formidine angebatur, nec peccantes condemnat, sed quali anceps & dubius inquit ne veniens vos forte deprehendam: quales non velim, hoc est corruptos & deprauatos, deprehendarque item & ipse qualem non vultis, id est castigator & penarum ingessor.

**NE** Forte contentiones, emulationes, animositates, dissensiones, detractioes, suffurationes, inflationes, seditiones sint inter vos. Debuerat priori loco inflationes ponere, sed cauens ne sua videretur expostulare & querere, quippe quia in se Corinthiis superbirent, prius quod commune est dixerit, ab emulatione namque & detractioibus vitia istiusmodi cetera oriuntur, ab hisque & contra emulatio incendebatur, suffurationem autem criminationem dicit, inflationes vero superbos quosdam & tumidos mores, vel cum in naturam vertitur animi tumor, cum itaque i Paulum insolentiores essent Corinthiis, falsos apostolos efferebant, & honore prosequabantur.

**NE** Iterum cum venero: humiliet me deus apud vos. Hoc est, si satis sint que ante hac admisistis, vereor equidem ne ad vos cum fuerim profectus, vobis cogar vti seuerius, penas namque quibus illorum nonnullos esset acrius affecturus, humilitatem appellat, tamen si castigari a Paulo plerique gloriae ducerent, non enim dixit ne humilis reddar, sed ne me humiliet deus, arguens vel dei ob gratiam id se facturum, cuius imperio pareat sit necesse, vt se erga hos prebeat duriorum. Cum vero deus meus inquit ardentissimum suum in deum patefacit amorem.

Pauli summa dementia.

**ET** LVGEAM Multos ex his qui ante peccauerunt, & non egerunt penitentiam super immunditia & fornicatione, & impudicitia quam gesserunt. Aduerte Pauli clementiam & charitatem immensam, deplorat enim & luget peccantes, neque

AD CORINTHIOS!

Pertinaces in vulnere accipere pro prolo radi.

omnes dixit; sed multos, nec peccatores simpliciter sed penitentiam non agentes. Sunt namque istiusmodi non iniuria deplorandi; qui sunt in vulnere accepto pertinaces, neque hos preterea patefacit, ut eis facilem tribuat ad penitentiam reditum, cuius eo commemorat, ut hanc statim arripiant, neve ad eos proficisci cogatur; & penis afficere, vel inuitus, id namque cum lugeam inquit preterdit, hoc est merore summo afficiat vos castigando, immundiciam vero pro quouis scelere intelliges genere, que vel singula per se, & priuatim immundos reddit, vel inexplicabilia queque facinorosa que in ipso concubitu admittuntur, neque vnus aliquis erat, qui fornicando deliquerat, sed multi, & variis ac detestabilibus impudicitie modis.

ECCE Tertio hoc venio ad vos, in ore duorum vel trium testium stabit omne verbum. Quemadmodum deus multa ad supplicium comminatur, sic eius imitator Apostolus multa ante testatur, subditque, ut enim ex scripto constat: in duorum triumve testium ore, hoc est testimonio omne verbum statutum, id est omne quod ambiguum est: confirmatum iri, sic & in tertio meo aduentu quodcumque sum committatus stabit, & aduersum vos confirmabitur, nisi vos peniteat commissorum, pro testibus autem suam posuit frequentem ad eos profectionem.

PREDIXI Enim & predico ut presens vobis, & nunc absens his qui ante peccauerunt, & ceteris omnibus quoniam si venero iterum non parciam. Et predixi ique & rursum predico. Nam quemadmodum cum secundo me ad vos contulisset, sum hęc presens presatus, ita & in presenti per meas has literas proclamans denunciatio his, qui preteritis sunt peccatis oblitri tanquam correctione indigentibus, ceteris vero perinde ac testibus, quod si post liminio ad vos concessero, non penis afficiam dixit, sed ne equidem parciam, mitiori vsus, & quod patrem deceat verbo, si itaque in mendatos deprehendam, haudquam ultra, que vos manent tormenta distulerim.

AN Experimentum queritis eius qui in me loquitur Christus. Indignabundus sane & ira succensus, eos alloquitur qui se ut imbecillum, & contemptibilem aspernarentur, p̄de ac si dicat, quoniam periclitari iam vultis, vtrum in me Christus inhabitet, & idcirco me ut infirmum & destitutum a Christo vulgo iactatis, intelligetis plane, si incorrecti estis adhuc p̄masuri necne. Ostendit insuper spiritalia esse que dicat, eoque & formidanda que comminetur, tanquam Christi sint dicta, que loquitur, nec propterea hoc castigabat, tanquam experimentum his allaturus, sed quia insanabiliter deliquerant, si itaque vobis inquit penas cogar & tormenta ingerere, re ipsa quod queritis experimentum intelligetis.

Paulus ministratur Corinthiis.

QUI IN VOBIS Non infirmatur, sed potens est in vobis. Cur in vobis adiecit: cum constet Christum omnibus esse in rebus potentissimum, quia par erat hos diuinam in se potentiam experiri, ait itaque vel ab his, que iam ipsis experimentis profecto cognoscitis, quia nihil sit in vobis infirmior Christus, quem iam accepistis, sed potens & validus, vel quia in hac vita cum liceat vobis errata corrigere, suas vos vires ostendit, vgetque in presenti, & vexat; ut in futurum venia donet, infideles vero vim suam omnem est effuturus, cum iudicaturus adueniet, significat preterea quemadmodum & ipse sit delinquentes supplicii affecturus, que alioqui non ab se, sed a Christo domino inferentur.

Infirmitatis nomine quod Paulus significet

NAM ET SI Crucifixus est ex infirmitate, sed viuuit ex virtute dei. Et si his diebus perturbentur plerique existimantes pre infirmitate, hoc est impotentia Christum cruci fuisse affixum, edificant tamen & corporis esse infirmitatem, & mentis, & hac quidem multos egrescere, quorum fides & putris est: & infirmior, ut alibi Paulus, qui fide infirmantur suscipite. Porro insidie discrimina & ignominie infirmitatis hoc nomine designatur, ut illud delector in infirmitatibus meis, & eiusmodi reliqua, secundum

AD CORINTHIOS!

Fo. CVIII!

igitur postremam hanc infirmitatis significatiam, pre infirmitate dominus fuit i crucem sublatus, p̄p̄e infidias, discrimen, & ignominiam, hęc namque videntur pre imbecillitate inferri, & impotentia, ut enim stultitiam Paulus p̄dicationem appellat, non quod ita se habeat, sed quia id increduli opinentur & infideles, sic & infirmitatis ob causam dñm ait patibulo fuisse suffixum, quia & infideles opinarentur, non quod vlla illi inesset infirmitas. Viuit autem ex dei virtute: hoc est patris vel sua, sunt enim filio que & patris comunia, & patri que filii, quos it ut vna in sit vtrique qui vnū sunt, & eadem virtus, quin potius filius patris est virtus, ergo & filius semet suscitauit ut dixerat, soluite templū hoc, & triduo suscitabo illud, hęc omnia eo intulit Paulus: ut Corinthios pertinacia & insolentia admoneret, quod se paruifacerent, p̄inde ac persecutionibus, & insidiis agitata, existimarentque ex impotentia quadam eum hęc p̄peti, ostendit itaque & dñm nihil noxium fuisse ex eiusmodi infirmitate p̄p̄sum.

Stultitiam Paulus appellat p̄dicationem. Filius virtus patris est

NAM & si nos infirmi sumus cum illo, sed viuimus cum eo ex virtute dei in nobis. Hoc est persecutionibus premimur, & afflictamur, hęc quidem infirmitatis videntur plerique indicia. In ipso hoc est in ipso gratia, & sui nominis p̄dicatione, sed que admodum illi nihil insidie obfuere, ita & nos in offensi manebimus; neque id solum, qui & cum eo simul victuri sumus, hoc est insuperabiles deprehendemur in vobis, hoc est ad vram utilitatem, perinde ac si id eos perterrefaciens dicat, & si vobis videmur ipsi infirmiores in vobis tamen nos viuimus, id est si nihil in melius profeceritis emendati, erim ad vos castigandos supstitites.

VOSMET IPSOS Tentate si estis in fide: ipsi vos probate. At quid de me dixerim quia in me loquitur Christus, utque & si potestas sit mihi, & vis afflictandi, cruci tamen affixum sectatur, nihil vram disquiro, & si vos ipsi velitis diligenti cura rimari: & vram facta expendere Christum in vobis spectabit, si fidem estis p̄fectiorem adepti, vel si id minus, simplicem tamen aliquam eritis & tenuem consecuti, credentes namque tunc temporis miracula factitabant, vel fidem signorum dicit, quam magis singulivendicabant, sit itaque, ut si in vobis discipulis adstruatur Christus inesse, longe magis & in me p̄ceptore est permanurus.

AN Non cognoscitis vosmet ipsos, quia CHRISTVS IESVS in vobis est, nisi forte reprobis estis. Hoc est nisi forte ex signorum gratia excidistis, quam olim exceperatis. Arguit autem ipsos corruptos esse his vitæ bonis, nam et si plerique fidem haberent, edere tamen miranda non poterant, utpote qui vita essent & moribus deprauati: inquit igitur, uti p̄spicuum est: nullam habetis vram cognitionem, neque quod in vobis sit Christus sentitis, nec manet quidem ille in vobis, qui reprobis in vita estis, nec tamen istorum aperuit scelera, ne eos inceseret acrius, sed posuit quod dixit ambiguum.

SPERO Autem quod cognoscetis quia nos non sumus reprobis. Ingentes vel hinc comminationes impendent, quoniam, inquit experimentum vultis ex vestris penis accipere, spero equidem nec ingenium defuturum, quominus me non reprobum esse apud vos patefaciam, nec ex signorum, & virtutis gratia decidisse, vel aliter, non enim ipsi in vita sumus corruptiores; ut a nobis defugiat Christus: sed vitæ ob probitatem hic apud nos habitat, & qui iter vos contumaces sunt: tormentis afficiet.

CORAMVS Autem deum ut nihil mali faciatis non ut vos p̄bati appaream, sed ut vos quod bonum est faciatis. Attēde Pauli in eos charitatem, contemptui apud eos erat, & contumelias incessabatur, tanquam nullus esset momenti vir, & nihil virtute sed epistolis niteretur iactabundus & insolens. nūc vero non solum differt illorum debitas sceleribus penas, quin & precibus postulat: ut nil vnquam delinquant, ne ipse e meritibus inferre penas cogatur. Non enim illud inquit, ut videar probus: ob idque & alios castigandi assequar facultatem, sed ut ipse que recta sunt, continentem agatis, utique & si aliquod

fueritis crimen prolapsi vos eius peniteat, & ego vt reprob<sup>9</sup> sim, hoc est vt videar multis infirmus, & impotens, vtpote qui nullam in vos animaduertendi occasionem inuenierim, neq; enim vero reprob<sup>9</sup> futurus erat Apostolus, sed probus, & innocens esse comperiebatur, Nam sic discipulos ad fidem erudiebat, vt a prauis omnino abstinerent facinoribus hortaretur, sed ideo vt reprob<sup>9</sup> ego sum dixit, quia istiusmodi esse hunc illi existimarent.

**NON** Possunus enim aliquid aduersus veritatem. ✽ Ne ad gratiam videatur hec loqui, sic inquit, mente placatori id equidem exequar, non superba, & insolenti, Nam si imparatos vos esse deprehendero, & nil communitos, sed obnoxios crimina, & si haudquaquam nobis satis virium ad vos castigandum suppeteret, vel id aggredientibus nobis, opem allaturus est deus, hanc enim ille nobis contulit facultatem, vt veram feramus sententiam; & veritati nil aduersantem, is enim pro veritate sententiam tulerit, qui fontem, & noxium tormentis affligit, veritatem vero aduersus ille decernit, qui nil delinquentem afficit penis.

**GAVDEMVS** Enim quoniam nos infirmi sumus, vos autem potentes estis, ✽ Iterato ostendit se Corinthiis esse animo coniunctissimum, inquit enim nequaquam estimetis, quia vel si nullis sitis peccatis obstricti, eo me non posse quid valeam virtute ostendere, ergo id doles dicit aliquis: nequaquam, quippe qui maxime letter cum infirmior sum, hoc est inualidus, & infirmus existimor, quia nihil virium valeam alios castigando preferre, vos vero sitis potentiores, hoc est virtutibus predicti, & quouis crimine vacui.

**HOC** & oram<sup>9</sup> vram consummationem. ✽ Non modo inquit id velim, quin & vobis nitor, & precib<sup>9</sup>, vt innocentes vos ipsi & perfectos exhibeatis, & ita vt nullam cuiquam detis vos inculandi occasionem, consummationem autem perfectionem dicit.

**IDEO** Hec absens scribo; vt non presens dur<sup>9</sup> agam secundum potestatem, quam dominus dedit mihi in edificationem, & non in destructionem. ✽ Postquam hos plurimum comminando iam pertulit, excusans inquit, ideo ad vos istiusmodi vel absens scribo, quia malle solis istis hanc meam terminatum iri duriciem, non re prefferri, Nam si non dum edomitos vos ipse, & emendatos comperero, acrioribus necesse erit vos penis afficiam, quandoquidem potestatem hanc mihi contulit dominus, quibus ex dictis ostendit suo noxios interuentu dominum cruciare, arguens autem se nil concupiscere eos, rum tormentum istiusmodi vti licentia, non in destructionem, sed in edificationem adiecit, velut dicat, dominus quidem in primis haudquaquam vult vel desit uere, vel tormentis quempiam diu exare, sed edificare, hoc est afficere beneficiis, alioqui in his qui cor rigi nequeunt, si exitium inferatur, edificationis loco habendum est.

**DE CETERO** Fratres gaudete. ✽ Ipe inquit peregi que mea iterum sit, reliquit est vt & vos conferatis que vestra sunt, videlicet, vt correcti, & emendati, ex recti conscientia vobis leticiam comparetis, nequaquam proculdubio desitiram, tamen si iniocunda & tristitia vobis differui.

**PERFECTI** Estote. ✽ Hoc est, perfectionem assequamini, cum ea que recta sit sentiendo, & dogmata veriora sectando, tum vita & moribus vosmet excolendo que vobis desunt supplete.

**EXHORTAMINI.** ✽ Cum plurimae essent tentationes, & pericula, exhortamini inquit, hoc est & propria, & mutua quadam exhortatione ad meliora nitamini. Apprime enim recti conscientia consolari nos solet.

**ID** ipsum sapite, pacem habete. ✽ Vel id quidem in priori epistola ab his exegit Apostolus, cum factionibus illi intenderent, est autem, id ipsum sapere, idem de fide, & dogmatibus ipsis sentire, Habere autem pacem, mutua se charitate complecti, vtriusque

Veritati aduersantur, q; deliquetes penis non afficiunt,

Pauli seueritas castigando.

Recti conscientia nos solatur

itaque a Corinthiis ipsis deposcit.

**ET** Deus pacis & dilectionis erit vobiscum. ✽ Non solum commonefacientis officio fungitur, sed comprecatis, tamen si nihil & loco his videatur precari, sed predicere que deinceps futura sint, videlicet, si vos pace vtimini, vobis affuturus est deus, dilectionis autem hic dicitur, vel quia charitatis fons sit, & origo, vel quia immensam erga nos quam pre se ferat beneuolentiam, vel quia vbicumque fuerit amoris coniunctio, ibidem & de<sup>9</sup> ad sit necesse est, & charitatis huiusce tenere appareat principatum, & pacis autem dicitur de<sup>9</sup>, & quia ex eo ortum pax habeat, & quia celestia, & terrena pacauerit, tum quae eam dominationis iure possideat.

**SALVATE** Inuicem in osculo sancto. ✽ Non ficto & subdolo vt iudas est Christus deosculatus, idcirco enim osculum exhibemus, vt maiorem in modum accendamus beneuolentiam, quandoquidem pre ceteris membris os ipsum deuiciat animos, quin etiam domum peregre redeunt, vt animorum preferamus coniunctionem ore exosculamur, vel aliter. Cum enim dei nos templum preferimus, os quidem quod huius est templi vestibulum deosculamur. Per id ipsum preterea & Christus ingreditur, cum sacrosanctum sumimus corpus.

**SALVTANT** Vos sancti omnes. ✽ Presentes quidem per osculum, absentes vero appellatione & scriptis impartita salute facit coniunctiores, quin hos etiam ipsum os copulat, ab ore namque & salutatio profluit.

**GRATIA** Domini nostri IESU CHRISTI, & charitas dei, & communicatio sancti spiritus sit cum omnibus vobis Amen. ✽ Postquam vniuersos charitate osculo, & salutandi officio copulauit, comprecatur & his pro sua consuetudine filii gratiam, qua nullis nostris operibus, sed sua sola benignitate morte addita nos saluos effecerit, & patris preterea charitate donarit, qua nos ille enixe a deo complexus est, vt nostri gratia traderet vnigenitum. Nec secus quam si a quopiam huiusmodi rogaretur Apostolus, vnde ergo filii gratia procedit: sic ait, Nempe ex patris charitate, ad quid ille pergit: Certe spiritus sancti communicationem, hoc est, ipsius spiritus quo sumus sanctitatem adepti, participationem, & haustum. Ob paracleti, in nobis aduentum illius effecti participes, quem spiritum & nos ipsi participando proferimus. Vbinam gentium sunt, qui eo esse spiritum negant, quia hunc in epistolarum suarum primordiis nusquam expresserit Paulus, sed ecce iam nunc apertissime spiritum nominauit, & trinitas tibi ex eo integro numero redditur, & explicatur, per quam velim equidem vt decreta ipsa seruantes, precepta firmiter veritate, de gentesque sine corruptione, & laquei vitam nos ipsos tutatum iri, vt in vero simus perfectiores, & vtriusque recte nobiscum agatur, & perspicuum sit, perfecti in trinitate dei, perfectos nos seruos esse, cui gloria in seculorum secula. AMEN.

Misa fuit e Philippis per Titum, & Lucam.

Argumentum epistolae ad Galathas.

Galatae sunt graeci. Hi verbum veritatis primum ab Apostolo acceperunt, sed post discessum eius tentati sunt a fallis Apostolis, vt in legem & circuncisionem verterentur. Hos Apostolus reuocat ad fidem veritatis, scribens eis ab Epheso.

De<sup>9</sup> pacis cur.

paraclet<sup>9</sup> Paulus spiritum sanctum adstruit, non autem negat.

AD GALATHAS.

Athanasii in Pauli ad Galathas Epistolam prologus.



Auftera Pauli ad Galatas epistola.

Neome- niarū & sabbato- rū obser- uatio.

paul⁹ ma- le audiit q̄ circūci- sionē ali- qñ p̄mit- teret, ali- qñ non.

AVLI EPISTOLA HEC A PRINCIPIO FERRE AD calcem vsq; animi commotione / & ira oppleta est, qui enim se in di- scipulos castigatione indigentes, supra quam ratio postulat indul- gentiorem / & mitem prestiterit, haud sane preceptoris boni officii explet, Nam & dominus Petrum cum beatum pronunciaffet, mox & obiurgat, & discipulos stultitię arguit. Ad alios item Paulus scri- bens seueritatem sectatur, vti & in Corinthios egit, & nunc in Galathas precipua vti- tur auferitate, Causa autem cur ad hos scriberet; huiusmodi fuit, cum ex iudeis qui credidissent quia adhuc a patriis institutis penderent, & instruere alios cuperet, per- suadebant Galathis circumcidendos esse credentes, obseruariq; & sabbata / & neome- nias oportere, asserentes; nec qui apud Petrum essent Apostolos hec prohibere, & si- ne nil hi prohibebant, non q̄ ita faciendum decernerent, sed vt illorum condescen- derent infirmitati, qui nuper & fidem exceperant, & quibus ipsi euangelium predi- carant, Paulo autem qui gentes predicando ad fidem formaret, nequaquam erat ne- cesse, vt huiusmodi indulgentia vteretur, sed hanc vt opportunum erat de se prestabat, nam & Thimotheum circumcidit, & ipse pro lege purgatus est. Seductores tamen illi cum causas nullas proferrent, cur Petrus, & qui cum eo essent id agerent, imper- fectoribus circumuentis id quidem Paulum carpando iactabant, q̄ alias scilicet eius- dem circumcisionem permitteret, & alias tolleret, variegq; item & inconstanter alia / atq; alia predicaret, nec vllam esse illi fidem prestandam, qui nec Christum viderit, nec Chris- ti fuerit, sed Apostolorum discipulus, Esse autem omnino admittendos; qui apud Petrum diuersarentur, & propriis oculis Christum spectassent, His itaq; commo- to Apostolus componit epistolam, & primum quidem ad ea ingenii vires intendit, quibus illi suam conscientiam offendebant, asserentes alios quidem Christi esse, se vero apostolorum discipulum, vnde hunc in modum oritur.

PAVLVS Apostolus non ab hominibus; neq; per hominem. Constat initio- ritatem se non hominum esse discipulum: quod illi obiicerent, neq; enim ab homi- nibus, sed superne est & celitus euocatus, neq; per hominem, sed per Christum, quem etiam homo quidam baptisimi aqua abluerit, non tamen prior ad fidem vocauit, sed de celo Christus exciuit. Queret aliquis, cur non Paulus dixit vocatus Apostolus, sed Apostolus dumtaxat: Quoniam erat apud omnes iam sermo vulgarior, fuisse hunc per homines in Apostolum confirmatum, id itaq; nequaquam se ita habere contra- dicendo Paulus oblectatur & negat.

SED PER IESVM CHRISTVM / & patrem qui suscitauit eum a mortuis. Designant haud dubie Apostolorum acta per spiritum sanctum Paulum ipsum legregatum ad apostolatus munus fuisse, vnde & liquido patet, eandem esse filii spiri- ritus / & patris potestatem. Nota autem & per patrem adieciſſe, & prius filium, potuit se hereticorum ob causam, qui huiusmodi superuacanea, vel diligenti cura disquirunt, oportune preterea & mortis meminit, & resurrectionis, vt his pluideat non esse am- plius veteri legi intendendum, vtpote que nil inducat quod eis sit profuturum, sed Christo vacandum, qui eorum salutis gratia & obierit mortem, & postmodum resur- rexit, moneatq; ab eo qui tam maxime sit de se benemeritus, aliquando desciscere summe esse ingratitude argumentum, Eo autem dixit patrem filium suscitasse, vt infirmiores / & labantes confirmet, & quia patri non omnia accensentur, que filii e- gerit, neq; enim impotens erat seipsum a mortuis excitare, qui mortuos reducendi ad vitam, vel ex sola presentia, & corporis vmbra in se credentibus prebuerit facultatem.

AD GALATHAS.

FO. CIX.

ET qui mecum sunt omnes fratres. Cum hunc aduersarii carperent, quia velut solus & consulto nemine huiusmodi predicaret, ostendit alios se plerofq; habere qui sue sint mentis participes.

ECCLESIIIS Galatie. Attende quam acriter Paulus & animo erat commo- tus & vrgeretur dolore, non enim vt in aliis consuevit epistolis dilectis prefatus est, & sanctificatis, neq; dei ecclesiis, sed Galatie simpliciter dixit, & iure quidem, nam cu- factionibus essent & diffidiis illi intentiores, idcirco & his plures adscribit ecclesias, id est plures diuersosq; & diffidentes conuētus, simul etiam vt occasione obiecta qua hos oportebat instabilitatis pudere, & inconstantie ecclesiarum hoc nomine, in vnum cogat redire dispersos, non enim hi possunt quos constat inter se plurimum diffi- dere, ecclesie appellatione merito nuncupati, quæ concordiam & conuentionem de- signat.

GRATIA vobis & pax. Cum ex prisce legis attentione in discrimen venisset ex gratia dilabendi, hanc illis precatur optatq;. Et quoniam inſensos se deo & hostes reddiderant, quia legem quam ille iam abrogarat adhuc sectarentur, & affirmarent, ad pacem eos reduxit.

DEO PATRE. Haud dubie in genitorem nobis effectus est deus, verum quam ex- re, num a lege; cuius inhias, an a Christi baptisimo; cur igitur aduersi beneficia affe- rent em contemnitis?

ET DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI. Nomen vtrunq; id beneficentia pre- fert, Iesus namq; saluator dicitur quoniam a peccatis exemerit populum, & saluum ef- fecerit, Christus vero vnctus interpretatur, vt qui spiritus sit vnctione oblitus, & nos- tri ob gratiam, cognomenq; nobis suo ex nomine reliquit & mortalem hanc sancti- ficauit naturam.

QUI DEDIT SEIPSUM PRO PECCATIS NOSTRIS. Ecce vt seipsum tradidit, filius non in- ferui morem quicquam hic gessit, cum igitur audis a patre fuisse hunc ipsum obla- tum, & beneplacitum id patri & sic voluisse, illum intellige, se autem dedit, vt nos pec- catorum solueret vinculis a quibus lex ipsa non poterat liberare. Cum igitur inquit destituto liberatore, legi intendatis, que nihil potest vtilitatis afferre.

VT ERIPERET NOS DE PRESENTI SEculo NEQUAM. His dictis proſiliunt Manichei di- centes, ecce nunc Paulus presens hoc seculum, vel vitam hanc nostram nequitie argu- it, quod tamen longe est secus, non enim aliquid inest diebus hisce suapte natura ma- lignitatis, nam que potest vel solari illi decursui, vel dierum his interuallis inesse neq- tie, quin etiam neq; vita hec nostra & aura quam spiramus aliquid in se continet pra- uitatis, in qua & dei habemus cognitionem & de futuri philosophamur. Sed neq; se- culum prauas ipsas actiones appellat, & corruptos animi appetitus, quemadmodum vsurpare istiusmodi dictum solemus malum nactus sum diem, non tempus ip- sum, sed discrimen & que obtigere aduersa culpantes, neq; enim vt nobis exitio ef- se te, vel ex presenti hac tolleret vita mortē opetit Christus, sed vt a prauis nos eruat in reliquum facinoribus, nam & illud quod dixerat supra, pro nostris seipsum obtulit ille delictis, ita interpretantur, hoc est, moriens ab his que olim commisimus libera- uit. Ait igitur vel tutiores nos fecit, vt eximat ab improbis his vite operibus, lex vero neq; preterita aboleuit delicta, neq; aliquid habet ad futura potentie.

SECUNDVM voluntatem dei & patris nostri. Cū illi existimarent lege obmis- sa, nequaquam se deo obtēperaturos, eorum mox corrigit presumptam suspensionem demonstrans, deo libitum esse, vt per filium liberemur. Vides quemadmodum non ex patris iussu, sed voluntate dixerit dei, hoc est, quod deo sit beneplacitum, cum au- tem & patrem nostrum deum appellat, rursum beneficia in nos conferentis commo-

Ecclesia cōcordiā & cōuen- tionē si- gnificat.

Christus quid.

Mani- chei.

Nequā se- culū qd apd Pau- lum.

minit Christi, qui patrem suum & nostrum effecerit. Cur ergo ab eo deficitis qui se erga nos tantopere liberalem exhibeat?

**C**VI est gloria in secula seculorum amen. \* Cum amen nullibi in exordiis antea posuisset Apostolus, hoc loco adiecit indicans orationem consummatam esse iam sibi, & satis ad Galatharum inculcationem esse iam dictum Commemoratis quippe in explicabilibus dei muneribus, quibus hi ingratitude condempnantur, quia Christum delituissent de se benemeritum, deincepsque & diuinam munificentiam admiratus, quam verbis extollere non poterat, amplioribus in dei laudem oratione concludit.

**M**IROR quod sic tam cito transferamini ab eo qui vos vocauit in gratiam Christi. \* Offedit magnam quadam de Galathis opinionem se presumpsisse. Miror enim inquit qui tantum in sumptibus in fide laborem, fuisse tam celerrime immutatos, duobus sane modis sunt hi inculcandi, & quia diuerterint alio, & quia occisima adeo fuerit illorum defectio. vt ad fallendum nulla indigeant temporis dilatione seductores, quod certe horum arguit leuitatem, qui illorum deceptionibus paruissent. Neque enim transpositi estis dixit, sed transferamini, hoc est, nondum crediderim neque existimo istiusmodi hominum fallendi artes finem fuisse iam consecutas, & circumuente iam diuisisse. Vide quod prudenter hec tractet Apostolus, nam cum crederent illi legi inherendo se posse & patri gratificari, asserit quemadmodum a patre delictorum qui legi vacent, ab eo nanque qui vos inquit vocauit tam cito vos transferimini, hoc est a patre in gratia CHRISTI vt a CHRISTO videlicet iustificemur, & eius gratia non nostris operibus, filius quippe delictorum veniam in gratia prebet, pater vero ad eam nos euocat.

Galathe  
seducti a  
pseudo  
apostolis

**I**N aliud euangelium quod non est aliud, nisi sint aliqui, qui vos conturbant & uolunt conuertere euangelium CHRISTI. \* Cum suas deceptiuas seductores illi euangelium esse adstruerent, euangelico nomini insistit Apostolus, aitque aliud nullum euangelium esse id preter quod vos accepistis, vnum enim quod rectam continent fidem, quod nos predicauimus, ni forte animorum vestrorum obtutus perturbentur, rogantque quasi quibusdam prestigiis, alia vos pro aliis conspici, admittentes a proprio sensu ad falsa diuertere, tametsi non omnia quae euangelio continentur, illi preuenterent, sed de sabbato dumtaxat & circumcisione vetus illud mandatum desinit iam diu reducerent, ostendit itaque Paulus vel si paululum fuerit euangelium immutatum totum corrumpi, quemadmodum dici de regio nummo potest, qui vel leuiter circumcisus, totus adulteratur. Atqui plerique id factum parui existimant, dicuntque non magni esse momenti, vel id ipsum asserere quod illi induxerint. Ipse vero acerrime duxerim, horum esse opinionem obstandum, arripient nanque id dictum

Marchio  
niste.

Marchioniste, dicentque nequaquam esse quattuor illa ab euangelistis conscripta euangelii volumina admittenda, perinde ac si qui confundendo nonnulla demendoque ea composuere, sed vnum & solum suscipiendum, quod paulus hoc loco euangelium dicit, at quid illud, & nos item quattuor illa pro eorum conuenientia vnum esse asseramus, neque enim hoc loco de voluminum numero, sed de varietate ac differentia differit Paulus, quia dissentiant inquit inter se, & seductores euangelia predicantibus, sic itaque deprehenditur quidem & plane concluditur manifestissima Marchionis heretici deliratio.

Quatuor  
euangelii  
listarum  
vnum est  
euangelium  
Marchionis  
hereticus.

**S**ED licet nos, aut angelus de celo euangelizet vobis, preterquam quod euangelizamus vobis, anathema sit. \* Ne quis forte obiciat ianis glorie cupiditate Apostolum sua dogmata extulisse, & seipsum cum ceteris si id ageret detestatur, & quoniam hi ad eos confugiabant, qui dignitate precellerent, & vitam cum PETRO & Iacobo duxerant, eosdemque ceteris longe preferrent. Propterea angelorum nunc meminit

& de celo adiecit, cunctis & sacerdotes angeli vacarentur, supernas potestates expressit, neque enim si contraria solum predicauerint intulit, sed si euangelizauerint, id preter quod ipsi euangelizauimus, hoc est, si plusculum quidpiam ipsi adiecerint, exerationi subdantur. Cum itaque vel angelos detestatur, si modo aliter predicarent quam uis aliam uult vel hoc ipso obstringi anathemate dignitatem, se uero cum execratur, nec familiaritate conuictis, vel amicis parcat, nec michi obieceris inquit meos Apostolos alia atque alia predicare, quandoquidem nec me ipsum exemerim, si aliquid id preterquam predicatum est, addidisset. Hec autem non ut Apostolos ipsos contemneret, adiunxit, sed ut eorum qui huius erroribus tenerentur, ora obstrueret, ostenderetque nullam esse dignitatis rationem habendam, ubi de dogmatibus ipsis & fide agatur.

**S**ICUTI prediximus, & nunc iterum dico, si quis uobis euangelizauit, preter id quod accepistis anathema sit. \* Ne forsitan existiment illi, vel pre ira hec Paulum vel glorie gratia uendicando dixisse, iterato eadem illa exponit, indicans non temere & incerto iudicio, sed vera animi sententia, firmiter hec apud se decreuisse.

**M**ODO enim hominibus suadeo, an deo, an quero hominibus placere. \* Futurum est ut obiecta quorum fuerat insimulatus, excuset, ne itaque illi quia perinde ac si in iudicium cum preceptore contendatur, efferatur, sic inquit, nequaquam existimetis me uobis vel responsurum, vel id eniti, & querere, ut persuasos vos reddam, quin potius meus omnis ad deum intenditur sermo, quocirca, nequaquam id scripserim, quasi per vos cupiam mihi laudem parere, vel ut discipulos comparerem, sed ideo id scripsi, quia deo sum rationem de decretis ipsis & euangelio redditurus, eoque nec uelim hominibus gratificari, vel aliter. Cum eum carperent multi tanquam alia pro aliis predicaret, accommodaretque se hominum uoluntati, sic ait. Nunquid hominibus persuadere studeo & illis placere, an deo morem gerere. Si enim uellem placere mortalibus facerem profus que ipsi obiciatis.

Sacerdos  
tes ange  
li dicun  
tur.

Nullam  
esse cuius  
quam di  
gnitatis  
habenda  
rione ubi  
desideat  
gitur.

**S**I adhuc hominibus placere, Christi seruus non essem. \* Confirmat quemadmodum ad hominum gratiam nil facere se quidpiam studeat. Dicit aliquis. Qui enim fieri poterit, quin hic blandiendo, non hominum aucupetur beneuolentiam, vel diuersa aliis item atque aliis predicet, si huiusmodi inquit rebus incumberet, nunquam ipse a iudaicis desciuissem, vel Christo denique adhaessem, neque necessitudine michi & beneuolentia coniunctos, vel tantum glorie contempsissem, vel persecutionibus maluissem, & periculis obiectari, & ignominias.

**N**OTVM enim uobis facio fratres euangelium, quod euangelizatum est a me, quia non est secundum hominem. \* Ostensus quemadmodum haud dubie lege deseruisset antea vite, & immutationis tam repentine indicans nequaquam potuisse se tam subito immutari, ni diuinitus certius aliquid comperisset. Idcirco inquit, non enim est secundum hominem euangelium meum, hoc est, non hominem habui instructorem, sed Christi ipsius sum factus discipulus.

**N**EQVE enim ego ab homine accepi illud, neque didisci, sed per reuelationem IESU CHRISTI. \* Id namque aduersarii obiectabant nequaquam Paulum ut ceteros Apostolos Christum propriis auribus audisse docentem Sed accepisse ab hominibus cuncta. Inquit igitur, ille idem & michi euangelium reuelauit, qui Petri conuernaes instruxit & socios.

Euangelium  
Pauli  
reuelatum.

**A**VDISTIS enim conuersionem meam aliquando in Iudaismo. \* Undelicet si ueras euangelium per reuelationem me accepisset, nimirum ex pristina mee vite consuetudine, nam quo pacto qui tam acerrimus fueram ecclesie persecutor repente adeo animum immutassent, nisi mihi diuina maiestas retexisset arcana & ferentem ad se traxisset? quod autem tam acriter dei sum ecclesiam insectatus, vel ex eo per

spicuum, est quia & ad vos de me fama peruenit, qui tanto interuallo a Iudea, distans.

**¶ QVONIAM** supra modum persecutus sum Ecclesiam dei, & expugnabam illam. **¶** Aduerte vt singula magis amplificet, neq; enim solum persequer bar dixit, sed supra modum vniuersam sum ecclesiam persecutus, neq; eo contentus, sed expugnabam, hoc est euertere cupiebam & tollere. Id enim erat persequentis negotium.

**¶ ET** proficiebam in Iudaismo supra multos coetaneos meos in genere meo, abum dantius emulatores existens paternarum mearum traditionum, **¶** Pre ceteris inquit qui mea erant etate, ardoris plurimum pre me ferebam proficiebamq; bello, quod aduersus ecclesiam dei susceperam, & a Iudeis mihi maximi honores deferebantur, nec mirum vt que ardentissimum viderat paternarum traditionum & legis emulatores. **¶** Neq; enim existimes paulum ire vel odii vel inanis glorie gratia fuisse ecclesiam persecutum, sed dei zelo & legis ignarus tamen quam deo ipsi in gratum facinus esse aggressus. Ait igitur, qui enim fieri potest vt qui talem me in Iudaismo prestiterim nunc cognita veritate, ob humane glorie cupiditatem alia atq; alia predicem, non ea que veritas ipsa deposcit, & Christus ipse me docuit.

Ecclesia  
persequer  
tur Pau/  
lo zelo le  
gis & dei,  
non odio

**¶ Cum** autem placuit ei qui me segregauit de utero matris mee, **¶** Queret aliquis si ex matris utero in euangelium segregatus, est Paulus predicandum, & adeo electus, cuius mysterii dispensatione diu est in Iudaismo relictus. Id scilicet, vt ta re ipsius immutatio & multis faceret fidem, & traheret ad Christum multos, segregauit autem hunc non sorte deus, sed prescientia, vt quem dignum euangelii preconem longe ante vidisset.

**¶ ET** vocauit per gratiam suam. **¶** Vocauit hunc deus sua virtute & gratia, vas natiuitatis electionis mihi inquit futurus est iste, is vero pro huiusmodi gratie munere a deo suscepto humilior redditus, vocatum sedicit, non quod id fuerit ipse promeritus, sed quia ita sit diuine clementie placitum.

**¶ VT** reuelaret filium suum in me. **¶** Non enim mihi dixit sed in me reuelaret, arguens non verbis solum se hunc didicisse, sed corde interioris hominis scientia circumfuso, & Christo in eo loquente multo spiritu fuisse imbutum.

**¶ VT** euangelizarem illum in gentibus. Reuelauit mihi & filium, vt non modo eius oculis cernerem, sed ad alios etiam illius nomen perferrem. Nec solum quia in eis crediderim dei effectum est gratia, sed vt ab eodem etiam confirmaret, cur ergo me dicitis ab hominibus fuisse instructum, nec simpliciter vt euangelizarem hic dixit, sed in gentibus perinde ac si inquit, si enim ad gentes erat illius nomen per me deferendum quo pacto & gentibus circumcisionem predicauerim?

**¶ CONTINVO** non acquieui carni & sanguini. **¶** Hoc est nequaquam me ad Apostolos colloquendi gratia contuli, hos namq; carnem vocat, & sanguinem a natura eos denominans, vel simpliciter de vniuerso hominum genere loquitur, perinde ac si dicat, a nemine ipse mortalium quicquam perdidici, vel forte de necessariis & sanguine sibi coniunctis nunc dicit, quia nulla illorum habita ratione protinus ad Christum nomen vulgandum contulerit.

**¶ NEQVE** veni Hierosolimam ad intercessores meos Apostolos. **¶** Cur Paulus his vtitur verbis, non a deo erat cecitate offusus vt fatis se tante rei facturum virtute propria existimaret, nec crederet villo se indigere ad eam rem consultores? cur enim dicitur illum non intellexit, ne sapiens sis apud te ipsum, & heu qui sibi ipsis sapientes videntur, quod tamen procula Paulo abfuit, qui hec dicere cogebatur, non quo se magnificaret, sed vt detractores frenaret qui passim iactarent preter se reliquos non esse sectandos Apostolos, qui vel ipsum dignitate precederent, erat quippe nil equum vt q

deum habuerat instructorem, humane demum doctrine studeret, non igitur arroganter hoc loquitur, sed vt predicationis patefaciat dignitate, concessit tamen & Hierosolimam longe post non discendi gratia, sed aliis persuadendi, deinde haudquaquam statim reuertit in ipsis videlicet fidei suscepte primordis, sed longo post tempore reperiit Hierosolimam, & tunc quidem persuadende fidei gratia.

**¶ SED** abii in Arabiam & iterum reuersus sum. **¶** Incultiora sane hic loca & pene agrestia peragrabat, na si fuisset apud Apostolos commoratus, poterat forsitan eius predicatio interpellari, ne celeriter adeo euangelium vulgaretur, & ideo & rudiores gentes & loca minus exulta se conferebat, attende Pauli humiliatem, qui ciuitatibus & locis enumeratis, in quibus euangelium predicasset, nequaquam expreflerit, quot hominum milia ad fide traduxit, qui vel damasci Iudeos adeo confundebat, vt vel a preside ciuitatis perpeffus insidias sit, sit ergo vt haudquaquam iactantie & laudis gratia dicat, que videtur de se ingentia predicare, sed ne illius predicatio offendantur, si si des predicanti sibi detraheretur, quandoquidem vilem eum & paruū momenti dicebant detractores & discipulorum discipulum.

**¶ DEINDE** post annos tres veni Hierosolimam videre Petrum. **¶** Vel hoc quidem prefert humilitatem, si quidem qui tantas res gesserat, ad Petrum se contulit, non utilitatis cuiuspiam gratia, sed visendi vt eum qui esset etate prouectior veneraretur & magnificeret. Et quemadmodum ipsi viros sanctitate ornatos visum procedim, tamen ipsi id agimus, vt aliquid virtute proficiamus, ita & paulus honoris dumtaxat gratia vt Petrum spectaret accessit.

Detra  
ctores  
Paulū dī  
scipulo  
rū dīcī  
pulū voc  
cabant.

**¶ Et** mansi apud eū diebus quindecim. **¶** Quod Petrum hic viderit delatum preterit honorem, quod secum manserit caritatis est summe & amicitie argumentum, non enim ab eo edoctus sum aliquid dicit, sed apud eum dies quindecim mansi, hoc est cū eo.

**¶ ALIVM** autem Apostolorum vidi neminem, nisi Iacobum fratrem domini. **¶** Petrum spectandi cupiditate Hierosolimam iuit, adeo illum venerabatur & coluit, vidit preterea & Iacobum quē honoris causa dñi fratrem appellat tamen si erat necessitudine domino iunctus, propinquitate ac vulgata quadā hominū opinione. Cleophes namq; & Ioseph germani fuere Cleophes nullis relictis liberis vita excessit, huic semen excitauit Ioseph suscepit filios Iacobum & reliquos fratres, & Mariam quā Cleophe esse, & Marie Christi genitricis sororem euangelium asserit. in hac itaq; beatissima virgine tutanda patris curam exhibuit Ioseph, non viri affectum seruauit.

Cleop  
hes &  
Ioseph  
germani  
fuere.

**¶ QVE** autem scribo vobis, ecce coram deo quia non mentior. **¶** Tanquam esset penas in iudicio subiturus, ita verbis & oratione contendit, vt fide non indignus appareat, & veridicus deprehendatur.

Ioseph  
beatissim  
gini loco  
pris fuit.

**¶ DEINDE** veni in partes Surie & Cilicie. Erant autem ignotus facie ecclesiis videre que erant in CHRISTO, tantum autem auditum habebant, quoniam qui persequeretur nos aliquando, Nunc euangelizat fidem, **¶** Cum per causam Petrum visendi Iudeam adisset, ex ea rursum abcessit, tum quia esset gentibus ad predicandum iam destinatus, tum quia minus equo animo ferret, fundamentis maximas moles imponere, que alii haud firma iecissent. Et ideo inquit, eram equidem Christianus qui in Iudea tunc versarentur incognitus facie, qui ergo fieri poterat vt circumcissionem his predicarem, quibus non essem ex facie, notior? ob id namq; Pauli facta hi detrectabant, quia in Iudea de circumcisione iam predicasset, vnde hoc infert dumtaxat auditu perceperant, quia ad Christum essem conuersus, & hunc ipsum mox predicarem.

**¶ ET** in me glorificabant deū. **¶** Vel humilitate his, pretulit dictis, quia nichil de se ad iactantiam dixerit, sed mirabantur inquit meam conuersionem & obstupebant, quo sit

AD GALATHAS.

ut eam rem omnem deo adscribat. Inquit enim deum glorificabant & efferebant laudibus, qui rem tantam esset in me operatus.

**DEINDE** post annos quatuordecim iterum ascendit Hierosolymam cum Barnaba assumpto Tito. Ascendit autem secundum revelationem. Prioris ascensus occasionem Petrus exhibuit, quem visere cupiebat. Secundi revelatio ipsa. Titum vero & Barnabam predicationis huius secum una testes traduxit, quemadmodum grata sit Apostolis visa.

Titus & Barnabas Pauli socii.

**ET** contuli cum illis euangelium quod predicat gentibus. Hoc est quod ab ipso circumcissionis mentione per me predicatur. Queret aliquis quam obrem euangelium hoc tam longo post temporis intervallo cum apostolis contulit quod erat initio statim cum his contereendum, & intelligendum utrum recte an minime iter acceleraret esset utique incipientie accensendum, ut ei qui festinus a deo curreret & regiones tam multas iam peragrasset, si longe post perdiscendum fuisset, utrum cucurrisset in vanum necne. At si ob id Hierosolimam repetebat, ut certior de proprio cursu efficeretur, visum esset id plane absurdius. Sed cum multos videret iri offensus, animaduertentes Petrum circumcissionem admittere, & se prohibere eoque & legem preuaricatum existimantes ex spiritus revelatione iterato Hierosolymam petiit, spiritu eodem ut eo pergeret suggerente, ut hi qui fuerant hac dissensione offensi per usum habentem, nihil a Petri predicatione differre quod ipse iam predicasset, crederentque qui circumcissionem etiam permisissent, dispensatione quadam permittere, quandoquidem & circumcisis euangelium predicarent, cur ergo id factum absurdum debet & iniquum videri presertim cum spiritus ipse alios tunc dirigendi gratia Paulum instigaret, ut iter Hierosolimam versus remitteretur.

Paulus cur hierosolymam reuertus.

**SEORSUM** autem his qui videbantur aliquid esse. Quoniam erant ut diximus ea re permulti offensi, seorsum qui cum Petro essent alloquitur Paulus, ne factio aliqua oriretur, & acrior longe quam erat cecepta, excitaretur discordia, erant namque inter innumerum qui egre ferrent circumcissionem Apostolum inanem iam & superuacaneam redidisse, quo circa si publice predicantem hunc audissent, & eam tollentem, nimirum tumultuatum forsitan per auditores denique foret, & omnia obturbata, propterea igitur seorsum confonatur Titum habens in testem & Barnabam, qui apud omnes possent bona venia confirmare, ceteris apostolis visum, haudquaquam aliud predicandum quam ipse iam predicasset, qui videntur aliquid esse cum inquit, nequaquam his Apostolus imminuit dignitatem, sed eos potius ut sua, sic & aliorum sententia comprobet quemadmodum & de seipso iam dixerat, quoniam videor & ipse spiritum dei habere, neque enim id dixit ut spiritum sese habere negaret, sed ut communem induceret opinionem id affirmantium, qui videbantur autem aliquid esse, hoc est qui magni sunt & preclari.

**NE** forte in vacuum currem aut cucurrissem. Hoc est ut eos commonefaciam quos ipse perculerim, nil prorsus inanem meum esse decursum, non ut ego ab his aliquid discam quippe cui a patre, & filius sit reuelatus, & filii euangelium.

Cur ab apostolis quibusdam promissa circumcisio.

**SED** neque Titus qui mecum erat cum esset gentilis compulsus est circumcidi. Cum Titus inquit esset incircumcisus, haudquaquam circumcidi compulsus est quod sane maximo est argumento, neque Apostolos ipsos nisi dispensatione quadam arte, ne circumcisos fideles offenderent, circumcissionem hanc permisissent, neve Pauli predicationem detrectandi haberent occasionem, cuius discipulus esset incircumcisus.

**SED** propter subintroductos falsos fratres, qui subintroierunt explorare libertatem quam habemus in CHRISTO IESU, ut nos in seruitute redigerent. Perinde ac si dicat. Non enim per inducitiis fratribus circumcidi compulsus est Titus, hoc est, ut

AD GALATHAS.

si presentes essent, mihi qui aduersantur, haudquaquam illorum respectu veri Apostoli Titum ut circumcideretur compellerent, verum quo pacto falsos hos fratres, quia circumcissionem induxerint nuncupat, quandoquidem vel hanc ipsam Apostoli excepisset, quia cum Apostoli credentibus longe antequam ad fidem venissent circumcisis, ut ad eorum solamen aliquid indulgerent, circumcissionem huiusmodi admittentibus, ut potest qui apud Iudeos & concionarentur, & euangelium predicarent, qui circumcisi iam erant, & lege in primis circumcissionem sanxissent, tanquam legem ipsam tutantes, quocirca falsorum his fratrum indidit nomen, quin etiam cum sub introgressi sunt inquit, latantes illorum pretendit insidias, eoque & libertatem hos nostram explorasse affirmat, unde & hostes hos esse designat, exploratores namque dimissi nihil ob aliud clandestino ingressu subeunt castra, nisi ut hostium perspectis conditionibus, delere illos & subigere queant facilius. Quod sane & hi factitabant. Nam quales essent circumcisi perscrutabantur, qui in Christo haberent libertatem, hoc est, qui nequaquam legi subiecti essent, ut eos deprehendant, cogantque circumcidi, & nos iterato legis seruitute obstringant, qua Christus exemit, inde igitur liquet Apostolos eo promississe quae legis essent, ut pedetentim a legis subtraherentur seruitute, hi vero contra, ut seruitutem huiusmodi stabiliarent, machinabantur.

Circumcisio promissa ab apostolis per indulgentiam.

**QUIBUS** neque ad horam cessimus subiectioni, ut veritas euangelii permaneat apud vos. Nec verbo dixit, sed subiectioni, quippe qui id non instruendi nos gratia facerent, sed ut subactos redderent & seruituti obnoxios, unde & Apostolis quidem nos cessimus inquit, his vero qui circumcissionem inducunt, nequaquam ut firmiora permaneat & indubitata, que vobis ipsi iam predicauimus. Cuiusmodi illa fuerint si queras hec equidem dixerim, & quia vetera transire, & lex ipsa inanis sit & vacua redita, & demum quia circumcisos nil ultra Christus admittat, nec iuuat, illis itaque ob sistendo docuimus vera esse, que vobis de legis vacatione prediximus. Nolite ergo a veritate cuiusmodi per me predicata procul abesse.

**AB** his autem qui videbantur esse aliquid, quales aliquando fuerint nihil me interest, deus enim personam hominis non accipit. Quoniam nec immerito posset hoc loco quisque hunc in modum occurrere. Cur ergo si res ita se habet, ut inquit, circumcissionem Apostoli iniungere, soluit itaque obiectionem hanc Paulus, tamen non certam rei huiusce causam exprimat, quemadmodum videlicet dispensationis cuiusdam gratia, ut dictum est, circumcissionem permisissent Apostoli, ne forte qui ex Iudeis crederant, hac ipsa precepta de causa, ab Apostolis ipsis desciscerent, ut qui eorum soluerent legem. Cum interea his inhererent quia legem viderentur tutari, hac itaque rationem, ut dixi, occultat Apostolus, utget autem hoc loco valde Apostolos inquiens, nihil me interest, hoc est, nulla de his mihi est cura qui aliquid esse videntur, Apostolis scilicet qui prestatores sint, siue circumcissionem hanc predicent, siue minime. Ipsi namque hac de re deo sunt rationem aliquando reddituri, neque enim illorum personam quia & dignitate prestent, & aliorum sint principes verebitur deus, quippe qui nullius personam accipiat. Aduerte autem quemadmodum haudquaquam quales aliquando sunt dixerit, sed quales fuere ut ostendat intermisisse illos pristinam suam consuetudinem, cum ubique clarescat Christi preconium, hoc autem intulit Paulus non ut sanctos contemnat, sed ut auditoribus ipsis aliquid conferat utilitatis.

De hominum personarum non est acceptor.

**MIHI** enim qui videbantur esse aliquid nihil contulerunt. Illi inquit qualescumque fure deo sunt cure, id vero exploratum habeo & compertum, istiusmodi scilicet Apostolos nil mihi aduersatos fuisse, neque his quae iam predicauerim, vel addidisse aliquid, vel subtraxisse.

**¶** SED contra cum viderent quod creditum est mihi euangelium preputii, sicut & petro circumcissionis, qui enim operatus est Petro in Apostolatam circumcissionis operatus est & mihi inter gentes, & cum cognouissent gratiam quae data est mihi, Iacobus & Cephas & Ioannes qui videbantur columnae esse, dexteram dederunt mihi & Bernabe societatis, ut nos in gentes, ipsi autem in circumcissione. **¶** Nonnulli haec ita interpretati sunt, perinde ac si dicat, non modo quae ipse predicando protulerim emendarunt, sed quod contra est, correcti a me fuere & castigati, quod tamen longe est secus, qui enim hi poterant castigari, quibus nihil ad perfectionem deesset, verum id hoc loco sentit Apostolus videlicet contra dexteram mihi iunxere societatis, postea alia quae subsequuntur sunt interiecta, videntes scilicet quoniam creditum mihi est circumcissionis euangelium & reliqua, & a deo inquit ut dicta mea reprehenderent longe hi abfuerunt ut etiam probarent & conuenerent, ut ipse quidem & Barnabas in preputium inter gentes euangelium vulgarem, ipsi vero in circumcissionem hoc est Iudeis euangelizarent, circumcissionem autem & preputium haudquaquam vt rem ipsam exprimeret ponit, sed vt incircumcisos & circumcisos designet, quinetiam patet hoc loco se Petro demonstrat. Nam qui Petro operatus est inquit in apostolatam circumcissionis, operatus est mihi inter gentes. Aduerte autem quemadmodum non solum Apostolos iuuerit Pauli predicatio, quin & deo placita sit. Apostoli namque cognouissent gratiam dei, non audissent dixit, hoc est, quoniam ex literis ipsius diuinae gratiae notionem huiusmodi habuissent, quo enim pacto id mihi de se preconium deum mandasset, nisi fuisset hoc illi pergratum, proinde nec sine eorum laude hos ipsos commemorat inquit. Nam qui columnae videntur, hoc est, praefatos illi quos vbiq; terrarum vniuersi miris efferunt laudibus mox testantur, deo meum id esse acceptum preconium, eoq; & dexteram mihi dedere, hoc est conuenerunt illi secum & me sibi consociarunt, & praefatos tulerunt eis esse oblectamento quod nos predicamus, quantum quidem nil nostra ab eorum dissentiat predicatio.

**¶** VT pauperum memores essemus, quod etiam sollicitus fui hoc ipsum facere. **¶** Partiti inquit inter nos sumus quosnam predicando instrueremus, pauperes tamen quorum & curam suscepimus nihil spreuimus, sed vna cum illis curamus. Erant enim Hierosolymis complures creditum, quorum bona direpta a perfidis Iudeis fuissent, ita vt necessariis ipsis ad vitam carerent, non enim acerbè a deo suos qui fidem susceperant insectabantur Gentiles, vt in Christianos desueiebant Iudei, qui eorum ex genere Christum essent sectati. Idcirco Paulus suos omnes enixe intendit neruos, vt illis prospiceret, quod sane & ipse fatetur cum inquit, diligentior fui id ipsum facere. Nam collecta vndiq; & ab his conquisita quos ad fidem inseruerat, ad pauperes hos deferebat.

**¶** CVM autem venisset Petrus Antiochiam in faciem eius restitit. **¶** Putant hoc loco nonnulli Paulum hypocrisis Petrum insimulasse, quod tamen est longe secus. nam quaecumq; in Petrum videtur vel dixisse vel egisse Apostolus, dispensatione quadam per eum & dicta sunt & peracta, Petrus siquidem cum Hierosolymis esset circumcisi qui credidissent Iudeos permiserat, existimans haudquaquam fas esse repente illos a lege diuellere, ne acerbè exacerbarer. Antiochiam vero cum se contulisset cum ethnicis & cibum sumebat, commigrantibus itaq; ex Hierosolymis viris quibusdam in Antiochiam subtrahebat se Petrus ab ethnicis, ne Hierosolymitanos offenderet, simul & ne iustam Paulo occasionem preberet se increpandi eoq; castigantem hunc sustinet, erat enim futurum vt magistro increpito & obticente ad meliora se conferrent discipuli, quod autem ille in faciem restitit, arguit utiq; contentionem inter hos aliquam tuisse abortam, non enim de discipulis inter se contendebant, quod haud dubie illos plurimum

Paulus Petro se parè demonstrat.

Cur petro Paulus restitit.

Petrus timebat a Paulo reprehendi

los plurimum offendisset, sed constat quidem altercatione huiusmodi discipulis emendationi fuisse, cum enim nihil contradiceret Petrus, perspicuum erat pergrata illa fuisse, quae a Paulo obiicerentur.

**¶** QVIA Irreprehensibilis erat. **¶** Non solum erat a me ille redarguendus, sed ab aliis etiam qui huiusmodi dispensationis causam ignorarent, existimantibus forsitan per hypocrisis potius illud & simulationem effectum, vt hierosolymitanis absentibus cum ethnicis vesceretur, presentibus vero ab eorum conuiuio desitisset. Nonnulli vero sic sentiunt, quod Petrus videlicet ea esset de causa iure coarguendus, quia cum Cornelio cibum sumpsisset, a cuius vescendi commercio se ne rursum argueretur subtraxerit, subtractoq; indignabundus obstiterit Paulus.

**¶** PRIVS Enim quam veniret quidam a Iacobo cum gentibus edebat, cum autem venissent, subtrahebat, & segregabat se, timens eos qui ex circumcissione erant. **¶** Explicat & reprehensionis causam. Iacobus is domini frater erat, qui & Hierosolymis predicabat, vt pote qui in his episcopi officio fungeretur. Ab hoc igitur nonnulli qui ex iudeis crediderant, & si a lege penderent, dimissi sunt, vt Antiochiam peterent, hos postquam eo peruenere, Petrus mox conspicatus, veritus non sibi periculum, sed ne illi offensus a fide descicerent, se ab ethnicorum conuersatione subduxit, huius causa cum essent pleriq; ignari, Petrum criminabantur.

**¶** ET Simulationi eius consenserunt ceteri iudei: ita vt & Barnabas duceretur ab eis in illam simulationem. **¶** Rem ipsam que gesta sit hypocrisis dicit, neq; enim voluit Petri mentem reterege, quinetiam superuacaneam illorum legis obseruationem, hypocrisis nuncupat, vt radicem tollat hunc animi in legem affectum. Ceteros autem iudeos, eos appellat, qui ex iudeis in Antiochia credidissent, defugerentq; in circumcisorum commercia,

**¶** SED Cum vidissem quod non recte ambularent ad veritatem euangelii, dixi Cephe coram omnibus. **¶** Nec te id dictum obturbet, non enim Petrum condemandi id gratia dixit, sed ob futurum mox iudeis profectum, cum Petrum quia legi inhererat, audissent increpitem, perinde ac si dicat, si ille legis de causa obiurgatur, quid demum estis vos ppeffuri? Idcirco namq; omnium hunc in conspectu redarguit, vt id audientes, legem sectari acerbè reformidarent, cum Petrus qui tam solidum esset ecclesiae sustentaculum, Pauli increpatione affectus, nil habeat quod contra possit afferre vel excusare. Quidam vero nequaquam Petrum eximium illum & praestantem Christi sectatorem a Paulo fuisse increpitem asseuerat, sed alium quendam ex duobus illis & septuaginta Cepham nomine, ad quod confirmandum id in argumentum producit dicens, neq; enim dicebat, vt qui initio causam explicauerit facti quia cum Cornelio sit epulatus, excusassetq; quia offensum aliquos iret, si minus circumcissioni assentiretur, vt castigatione iterum indigeret, sed audi vir prudentissime, neq; enim vel ipsi Petrum afferimus quasi nescium quid ea in re fieri oportuisset, fuisse a Paulo castigatum, sed vltro dicimus subisse conuitia, vt exemplo ceteris ad tolerantiam esset.

**¶** SI Tu cum iudeus sis gentiliter viuis, & non iudaice, quomodo gentes cogis iudicizare? **¶** Vniuersis fere istiusmodi in clamat Apostolus, vestrum inquit inquit imitatorum preceptorem, ecce namq; & is cum esset natione iudeus cum gentilibus vesceretur. Aduerte autem quemadmodum nil Petrum inculset, ob legis vetustae obseruationem, sed discipulorum respectu qui essent gentiles sit illi iurgatus, vt qui hos fuerit ad circumcissionem hortatus, & iudaicos sectari ritus impulerit, erat enim hoc pacto futurum: vt eius videretur acceptio predicatio.

**¶** NOS Natura iudei & non ex gentibus peccatores. **¶** Natura, hoc est, profeliti non sumus: sed progenitoribus orti iudeis, & simul cum lege educati, omnia pristina in

Paulus non accusauit Petrum de hypocrisis: vt quidam putat.

Iacobus episcopus hierosolymitanus.

Quidam non Petrum sed Cepham vnum ex duobus & septuaginta a Paulo voluit reprehensum. Christus cum gentilibus vesceretur.



qua coalimus vita, ad Christi fidem confugimus.

**SCIENTES** Autem q non iustificatur homo ex operibus legis, nisi p fidem IESU CHRISTI, & nos in CHRISTO IESU credam, vt iustificemur ex fide Xpi & non ex opibus legis, propter qd ex opibus legis non iustificabitur omnis caro. Vnde q libere & nihil hesitans omnia p loquatur. Non eni inquit legem reliquimus, quia iniquior, sed quia infirmior esset & impotens iustificationem largiri. Nam exequi illius opera poterat nemo, quia graua erant, nec factu facilia, non operum magnitudine, sed vilitate potius, vel aliter, quia nihil animam sanctificaret lex illa, sed corporis fordes dilueret, ergo supuacanea esse conuincitur circucisio, & in pgressu oronis sic inquit, et, periculosa est lex, & a Christo nos alienans.

Anima  
lex no sa  
ctifica  
bat.

**QVOD** Si querentes iustificari in Christo inuenti sumus: & ipsi peccatores, nisi quid Christus peccati minister est: Quesiuius inquit relicta lege in Christo iustificari, sicuti & vos affirmatis, legem relinquere delicti loco haberi. Ob id igitur in peccatum nos Christus coniecit, quando quidem eius de causa que legis sunt reliquimus omnia. Fit itaq vt non solum nihil nos deus, vt ipsi fatemini, iustificauerit, sed eiusmodi eius omittendae legis persuasione, maiorem nobis condemnationem subministrarit.

**ABSIT.** In re sane absurda dicendo progressus, nulla opus habuit probatione, sed contentus procul hec a se reiecit, quod facere semper in his que minus optanda sunt consuevit. Absit, dixit.

**SI** Enim que destruxit iterum hec reedifico, puaricatore me constituo. Atten- de Pauli prudentiam. Ferebant namq illi, qui legem solueret, legis esse puaricatorum. Is vero longe contra rem se habere demonstret. Nam qui legem inquit, seruauit, legis est puaricationi obnoxius, quippe quia non fidem solum, sed legem ipsam transgreditur. Lex enim ait me ad fidem duxit, suauitq vt sese obmitterem, quemadmodum paulo post dicitur, Interea vero legem ipsam cessasse affirmat, & inanem esse iam redditam, & idcirco hinc ex rebus illam adstruim, quibus deiecim ab ea deficientes. Si itaq statuere eandem contendim, puaricatores efficiemur, vt pote quia ea statuamus, que sunt a deo abolita.

Lex inanis reddita & supuacua.

**EGO** Enim per legem legi mortuus sum. Confirmat quibus substulerit legem mortuus sum. Ait namq p gra & euangelii legem, legi Moyli demortuus sum. Vel quia mortuus legi per legem inquit, hoc est, Lex ipsa que mihi fuit ad Christum puia, ne amplius legi vacarem, cum Moyli, tum pphetaru verbis suauit. Si itaq rursu illi intenceri, eius haud dubie transgressor fuerim. Vel interpretari hoc ipm in hanc sententiam potest, iubebat lex ipsa, eu qui legis scripta min exequeretur, & supplicis, & nece affici. Cu itaq p fici ea non possent, qtu in lege est, morte afficior, nolim igitur quidpiam mihi lex ipsa iniungat, vt quantum interest sua, mortuus sim, & anima morti adstringar, quandoquidem crimini detur, cu nequeam eius iussa peragere, proinde, & corporis subiecerim mortem, quoad vel morti sim a lege adiudicatus, quo igitur pacto legi intenceri animum, que mihi interitum sit allatura.

**VT** Deo viuam, Christo crucifixus sum cruci. Ne quis dixerit, quo pacto viuus cum mortuus sis, lex quidem inquit vel viuentem me sustulit, Christus vero & si mortuus me exceperit, vitam reddidit spiritali, quia cum eo sum baptisimi gra cruci affixus. Vnde duplici modo debet id mirum videri, tum quia & mortuum viuificari, tu quia per mortem vitam restituit.

**VIVO** Autem iam non ego, viuus autem in me Christus. Cum inquit crucifixus sum Christo confixus, baptismum pretendit, cum vero viuus ego, que in posteru post baptismum viuatur, vitam demonstrat, viuus autem in me Christus, hoc est nihil in me ge-

ritur q non sit pro illius arbitrio gestum, quinimmo tanquam dominus ille prepotens in me omnia peragit, quinetiam vel nostra est voluntas demortua, viuus vero illius & vitam hanc nostram moderatur, si ergo vixerim ego in Christo, aliam quam dam quam que legi insit, dego vitam, & legi sum ipse demortuus, ita vt nihil quod legis sit: queam seruare.

legi mortuus,

**QVOD** Autem nunc viuus in carne, in fide viuus filius dei. Que retuli inquit de spiritali dicta sunt vita, nec minus vel sensibilem mihi comperies a Christo inesse. Lex enim ipsa si nequaquam seruetur, omnes reddit peccato obnoxios, & tormetis supponit, nec phibet quo minus omnes vt preuaricatores pdantur, quemadmodum in diluio contigit, Christus vero adueniens sua morte iustificatos a damnatione exemit, quo fit: vt sensibili hac quam in carne ducimus vita, ob nram in Christo fidem nos potia mur, que & nos iustos effecit, & a legis damnatione eripuit.

**VI** Dilexit me: & tradidit se ipsum pro me. Atqui & si pro omnibus se ipsum tradidit Christus, eque omnes profecutus est charitate. Paulus tamen aduertens quatis nos ille exemerit malis, & qualibus donis affecerit charitate ipsa accensus, quod cum ceteris erat commune, proprium facit, quemadmodum & prophetae cum dicerent deus deus meus, simul etiam patefacit, haud secus debere singulos deo gratias agere, ac si propriata dumtaxat eorum salute mortem obierit, pretendit insuper & illud, Christum videlicet pro omnibus mortem subisse, solos tamen qui in eum crediderint illius fuisse beneficiis vtos quo fit, vt qui legem attenderit, necessario arguat Christum pro se minime obtulisse. Quo ergo pacto non id ipse horrescis, qui legem repetens inanem fuisse & tantidem Christi mortem ostendis? Nota autem id dictu qui tradidit se ipsum, aduersus Arrianos facere plurimum, qui contra sentiunt.

Contra arrianos.

**NON** Abiicio gram dei. Concludit tandem & inquit haudquaquam abiecerim, nec repudiarim, quam mihi deus largitus est gram, qui me sua morte nullis legis operibus iustificauit, eoq nec legi animum sum adiecturus.

**SI** Enim per legem iustitia, ergo gratis Christus mortuus est. Si enim lex inquit & salutem parare, & iustificationem poterit, gratis ergo & frustra mortem obiit, Christus qui ideo mortuus est, vt sua morte saluos nos redderet, quos saluare lex ipsa nequibat. Qd si facere legi id licuisset, pfecto supuacanea christi mors extitisset. Qd si ipse asseueraueris, vides quo impietatis progressura esset blasphemia.

Ex fide non ex lege scitas

**IN** sensati Galathae, qui vos fascinoauit non obedire veritati. Vos equidem dixerim insensatos quoniam quidem fide, non lege sanctitas constat. Ex superioribus autem cum ostendisset, non ab omnibus accepisse munus illud Apostolatus, hoim intercessu fidem sibi vendicasset, haberetq hos pfluasos, licetius differit, collaturusq cum fide & legem, dementes illos primo appellat, nec tanquam sit ipse legem puaricatus, sed p inde ac illam enixius obseruasset, id dixit. Neq enim qui simpliciter fratrem stultitiae arguit, reus futurus est, sed quia frustra, & sine causa. Galathae vero iure optimo insensati sunt dicti, quia tot bona animo, & cogitatione haudquaquam complecterentur, inanemq & supuacaneam reddiderit Christi mortem. Aduerte autem quemadmodum post multa indicia, & argumenta illis conuicietur, moxq & offensos forsitan mitiget, neq enim dixit, quis vos seduxit, sed quis fascinoauit, hoc est, quis inuidet, arguens ob inuidiam potius & liuorem non cura, & prouidentia, nonnullos illis legi esse obtemperandum persuasisse, neq id egisse tanquam quod deesset mox suffecturi, sed ea que sunt vel certiora imminuant, sic enim facere consuevit inuidia, neq vt eiusmodi vim per se habeat liuor, id dixit, sed quia magistrorum impulsu: qui hac peccati inuidia sunt, ad ea illi peruenerint & legem sectentur.

**CANTE** Quorum oculos IESVS CRISTVS proscriptus est, & in vobis crucifixus.

fixis. Constat sane hierosolymis fuisse Iesum cruci affixum, cur ergo ante horum oculos ait: & in vobis i patibulum hunc fuisse sublatum: quia fidei oculis longe acrius hunc cospicere, quam qui pntes fuere & conspicati sunt. Illorum namque plerique ex eo corporali aspectu, nihil retulere utilitatis, hi vero qui nequaquam oculis crucem prospexerunt, per fidem longe melius sunt contemplati. Proscriptum itaque Christus est, predicatione depictus est, & designatus, ut vero predicationi fidem prebentes, pnde ac pntem vidissetis. Enimvero Galathis hec & in laudem, & in vituperationem concedunt, in laudem quidem quia tanta cum certitudine que de Christo sunt dicta exceperit, i vituperationem, quia ab eo quem nudum per fidem viderunt ligno suffixum, & mortuum deficientes ad legem profugerint. Vide ut Paulus ceteris omissis crucem in medium deferat, ut hanc attendant, & sectentur fideles, non legem.

Crucem potissimum affert.

¶ HOC Solum a vobis volo discere, ex operibus legis spiritum accepistis, an ex auditu fidei. Cum longiorem orationem audire vos pigeat, nec diuina dispensationis contemplari magnitudinem, breuius vtar, & ad breuia hec velim respondere. Vnde sanctum hunc spiritum accepistis, totve estis & virtutes, & signa operati: nunc ex legis operibus, an fidei id sane liquet, quia ex fide, nam quod diu legi vos adhefistis spiritu carebatis, & virtutum eiusmodi eratis exptes. Quo ergo pacto fidem pretereuntes, legi nunc adheretis;

Spus est si gna edere.

¶ SIC Stulti estis, ut cum spiritu ceperitis, nunc carne consumamini. Oportune enim in hos conuicia congerit. Nam cum in dies sit aliquid semper virtuti addendum, non modo nil quidpiam adiecitis, sed defecisse potius quam perfecisse videmini. Est enim spiritus signa edere, nec antea edebatis. Carnis autem circucidi, quod demum nunc maluitis, neque consumatis inquit, sed consumamini, arguens eos in gregis more in rationabilium animantium ab instructoribus his qui circucisionem edoceant copiosos, & circumcisos.

Heretici penitentiam tollentes

¶ TANTA Perpeffi estis sine causa, si tamen sine causa. Multis tentationibus Christi ob gratiam vexabatur, quod datur intelligi, cum tanta inquit tolerastis, perinde ac si dicat, si fueritis circucisi: lupuacanea nobis futura sunt suscepta certamina, & tunc emeritis premiis fraudarunt vos seductores, moxque ut illis ad penitentiam spem reatus prebeat, & si sine causa infert, tanquam id dicat, & si liberit respicere, haudquaquam ianes erunt vestri ante hac suscepti labores. Pudeat ergo hereticos, qui penitentiam tollunt, quandoquidem hi & si confessores essent, & martyres, non tamen lapsos respiciet Paulus, sed pelliet leniter, & admittet.

Abraam ex fide iustificatus

¶ QVI Ergo tribuit vobis spiritum, & operatur virtutes in vobis, ex operibus legis an ex auditu fidei. Deus inquit qui vobis spiritum prebet, ut & futura predicere, & linguis loqui possitis, vel signorum in vobis & prodigiorum exercet virtutes, nunc propter legis opera hec mira inducit: perinde ac per vos sit opera hec factitantes propius redditus, an per fidem, quam ipsi in Christum iam protulistis: liquet sane, quia ob hoc cur ergo hac derelicta que vos gloriosos effecerat, ad legem abolitam iam, & ob solam nunc diuertistis

¶ SICVT Scriptum est Abraam credidit deo: & reputatum est illi ad iustitiam. Oportuit inquit vel maxime ex his per vos editis signis, fidei virtutem pernotescere, at saltem ad vestrum conuerrere oculos pro genitorem, Abraam dico, cuius magna apud vos ratio, comperietis ex fide illum iustificatum. Si itaque qui ante gratiam pora fuit ex fide iustificatus, longe magis qui gratia sunt hac ipsa dignati, vacare illi dei debent, non legi.

¶ COGNOSCITE Ergo quia qui ex fide sunt, hi sunt filii Abrahæ. Cum viderentur illi ne lege omissa a patriarchæ excideret propinquitatem, quippe qua mirum

ducerent, longe contra rem fore nunc patefacit, fidem videlicet Abrahæ potius filios reddere, qui se consequuntur.

¶ PROVIDENS Autem scriptura quia ex fide iustificat gentes deus pronunciauit Abrahæ, quia benedicentur in te omnes gentes. Ostendit eos esse Abrahæ filios qui sint fidem sortiti, pducit item ad eam rem confirmandam ex sacris literis testimoniis illud, videlicet quod per te gentes sunt benedicendæ, hoc est que fidem tuam imitantur, arguitque fidem lege vetustiore, ut pote quam Abraam ipse ante quam esset lex condita, iustificasset, & prophetarum vaticinio geri que finem iam nacta sunt, & consummata. Prouidens enim inquit scriptura, id est deus ipse, qui legem tulit, non ex lege, sed ex fide predestinavit iri hominem iustificatum, neque reuelavit dixit, sed pronunciauit, ut intelligas & Abrahæ iocunditati fuisse iustificandi hunc modum, & quod res hunc exitum habitura esset optasse.

Abrahæ filii qui.

Fides lege prior.

¶ QUITVR Qui ex fide sunt benedicentur cum fidei Abrahæ. Cum obturbarentur illi, & formidarent, ne maledictione obstringerentur, si in lege non permanissent, Erat quippe sacris literis id mandatum, Maledictus qui non in legis perstitit scriptis. Longe aliter se habere ostendit, benedictos scilicet fore, qui lege relicta, ad fidem se contulissent, sicuti & fidelis Abraam ex fide hac benedictionem accepit.

Lex peccati causa.

¶ QVICVMQVE Enim ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt scriptum est enim maledictus omnis qui non permanerit in omnibus que scripta sunt in libro legis, ut faciat ea. Ne quis forte occurrat dicens, Merito Abrahæ & iustior redditus est: & benedicto affectus, quia nondum esset illa lex tradita, nunc vero velim ostendas, quemadmodum post traditam legem fides ipsa & iustos efficiat, & benedicat. Aperit itaque in presertiarum Apostolus, quemadmodum constat illam benedicendi, & iustificandi de se munus prestare, legem peccati causam esse, & maledicti, Nemo enim inquit facere potest, que sint hac lege conscripta, qui vero ea non fecerit, execrationi erit obnoxius. Fidei ergo erit officium benedictionem hanc impartiri, Cum igitur nulla sit proposita noxa, frustra vos formido subibit, si a lege dericitis execrationem hanc promereri, quin potius maledictioni succumbitis si lege utimini, ut qui eam nequeatis implere.

Lex a fide de quo differat.

¶ QVONIAM Autem i lege nemo iustificatur apud deum, manifestum est quia iustus ex fide viuere, lex autem non est ex fide, sed qui fecerit ea viuere in illis. Ostendit igitur lege execrabiles reddi homines, & maledictioni subesse, fide vero benedictis accumulari, nunc plane demonstrat fidem ipsam, vel solam iustificandi in se habere virtutem, & Abacuch dicentem inducit, quia ex fide non a lege victurus est iustus. Lex namque non solam exigit fidem, sed opera, Recte autem apud deum dixit, Nam apud homines iusti forte credentur: qui legi inhæserint, quales Pharisei fuere, qui se in hominum conspectu iustiores pretenderent. Lex itaque cum ob eius difficultatem haudquaquam iustificaret, & nos execratione obstringeret: accessit gratia facile ad iustitiam iter ostendens, qua & iustificati benedictionem assequimur. Pater ergo non solum ante traditam legem, fidem ipsam benedicendi, & iustificandi vim habuisse, sed post conditam magis ac magis eandem seruasse.

¶ CHRISTVS Nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum, quia scriptum est, Maledictus omnis qui pender in ligno. Ne quis forte hunc in modum occurrat, Assentior equidem id verum esse, ut execrandus sit: qui legem non exequatur, & fidem iustificandi habere facultatem, Verum vnde id liquet maledictionem esse sublatam: Vereor namque ne cum semel legis subierimus iugum, & ipsi sumus maledictioni obnoxii. Ostendit itaque Paulus maledictionem hanc per Christum precio depenso fuisse solutam, & ut in se eiusmodi obsecrationem consciferet

legis maledictione nos redemisse, quod ipse defugerat, utpote qui legem implevit, & nos  
idem subiimus, quia legem exequi nequiverimus, nec secus Christus nobiscum  
quam alius quisquam, qui morti damnatum insons ipse, & innoxius eximat, ne capi  
te ille plectatur, malens ipse pro eo mortem obire. In se itaque Christus maledictionem  
adsciuit, quia in ligno pependit, & soluit eandem que haud dubie nobis impendebat  
pro lege non adimpleta, cum ipse nil esset subiectus, ut qui legem impleverit, & peccati  
catis sit expers.

Xps ma  
ledictu  
effectus  
vt  
getib9 in  
notescer  
ret,

**¶** **UT** In gentibus benedictio Abrahæ fieret in **CHRISTO IESU**. **¶** Propterea  
inquit Christus est maledictum effectus, ut in gentibus, hoc est his qui lege non vire  
tur inotesceret Abrahæ benedictio; & ea videlicet que fieret, & fide; & in **CHRISTO**  
**IESU**, hoc est in semine Abrahæ, quemadmodum scriptum est, quoniam in semine tuo  
benedicentur, id est in Christo qui ex te secundum carnem est ortus, in Christo scilicet  
cet credente.

**¶** **UT** Pollicitationem spiritus accipiamus per fidem. **¶** Eo inquit collata est gentibus  
benedictio, ut spiritum per fidem accipiant, & quoniam nequirent qui adhuc maledictio  
ledicto essent obnoxii, huiusmodi excipere spiritum per Christum maledictis abolitis,  
benedictis donantur. Deinceps per fidem iustificati spiritus promissa accipiunt, & ea  
que Abrahæ sit pollicitus deus: spiritualia esse intelligit Paulus, & eadem nobis esse  
nunc tradita, benedictionem scilicet, & reliqua bona.

**¶** **FRATRES** Secundum hominem dico. **¶** Quos superius dixerat in sensu  
fratres appellat, illud enim austerioris, & duri, hoc mitigantis & placidi, humanum  
quit sum vobis exemplar aliquod allaturus.

Fides testamētū  
aliqđ,

**¶** **TAMEN** Homini confirmatum testamentum nemo spreuit, aut superordinat.  
Abrahæ dictæ sunt promissiones, & semini tuo, non dicit, & feminibus, quasi in mul  
tis, sed quasi in vno & semini tuo, qui est Christus. Hoc autem dico testamentum  
firmatum a deo, que post quadringentos & xxx. annos facta est lex, non irritam facit  
ad euacuandum promissionem. **¶** Fidem nititur patefacere: veluti testamentum aliud  
esse ex lege vetustiore; nec iure huic legem preponi, unde & exemplum inducit. si  
mo iniquus fecerit testamentum, nullus certe hominum vel euertere id audebit, vel  
tra aliquid disponit, hoc est aliquid addit. Longe ergo a deo id magis erit seruandū.  
Is namque Abrahæ testamentum instituit, ut eius ex semine prodiret gentibus benedi  
ci, Abrahæ autem semen est Christus, Nec feminibus dixit, ut Abrahæ futuræ proli  
telligi detur posteritas, quales iudei fuere, israelitæ; sed semini singulari numero pro  
tulit, quod est Christus. Quo ergo pacto id testamentum conventionum dico, & pro  
missa poterit lex irrita facere, ne in Christo gentes benedicantur. Sed potius in legis  
mandatis id namque aliud esset, quam superuacaneam dei reddere promissionem, quod  
plane absurdum est.

Semen  
Abrahæ  
Xps.

**¶** **NAM** Si ex lege hereditas, iam non ex promissione, Abrahæ autem per repromis  
sionem donauit deus. **¶** Si lex inquit benedictionem largitur, vitæque, & iusticiæ facit  
heredes, Pollicitatio ergo ad Abraam illa infirmior erit, & nullius momenti; quod tamē  
longe est secus, nam quo pacto lex ipsa que fuit posterior, quæ ante se fuerit, irritum fecerit  
& inane testamentum. Secundum autem hominem dico, hoc est humanis nitentibus  
plis, que si nequeant cum diuinis comparari, nil mirum.

Lex cur  
tradita.

**¶** **QVID** Igitur lex propter transgressionem posita est. **¶** Cum fidem laudibus ex  
tulisset; ostendissetque hanc vetustate precedere, oboritur tamen ea ex re obiectio quedam  
huiusmodi. Cur igitur lex tradita est, si fides erat antiquior, & benedictione donabat.  
Respondet itaque, non frustra id, sed preuaricationum gratia fuisse effectum, ut pro  
frenis esset lex illa iudeis, que hos vel a mandatorum quorundam transgressu, & si non

omnium phiberet, Recte autem dixit adiecta est, ut legem arguat haudquaquam ut prin  
cipalem fuisse indictam, sicuti promissiones fuere, sed tanquam interiectam multarum preuar  
icationum de causa, ut iudeos saltem, vel a pacis coereret transgressibus.

**¶** **ADONEC** Veniret semen cui promiserat. **¶** Nec tamen data est in perpetuum lex  
sed ad Christi usque aduentum, cui promissum est fore, ut in se gentibus benediceretur,  
si igitur quoad Christum aduenerit; lex tradita est, quid ultra illam sectaris?

Lex a  
xpo lata  
ab eodē  
abrogari  
potuit.

**¶** **ORDINATA** Per angelos in manu mediatoris. **¶** Data inquit lex est, & ange  
lorum interuentu administrata, id est sacerdotum, siue ipsorum angelorum, Nam &  
tubas illas, & tonitrua, & reliqua signa angeli ministrabant, in manu mediatoris, hoc  
est Christi. Ostendit preterea & legem fuisse a Christo latam, quo fit; ut habeat eius  
dem abrogandi quam & condiderit facultatem.

**¶** **MEDIATOR** Autem vnus non est, deus autem vnus est. **¶** Christus itaque in  
ter duo quedam est mediator, deum videlicet, & homines, intercessit enim ut inque pa  
ce composita, & bello soluto, quod homines aduersum deum susceperant. Nam eo ex te  
pore, quo humanam sibi vniuit naturam; pacem confecit, inimicitia que ex carne pec  
cati oborta est, mirum in modum temperata, quocirca cum & mediator hic sit; & dis  
sidentium conciliator perspicuum est non legem hunc attulisse, sed salutem.

**¶** **LEX** Ergo contra promissa dei absit. **¶** Si promissionibus benedicitur inquit lex  
vero maledictionem inducit, & hanc ut ratam admittimus, liquet profecto ut eadem  
hec dei promissiones dissoluat; que benedictionem attulerint, quod velim equidem  
procul abesse.

**¶** **SI ENIM** Data est lex, que possit viuificare, vere ex lege esset iustitia. **¶** Tunc en  
nim lex esset fide validior, hominemque & iustificaret; & benedictione impartiretur,  
si vitæ ac salutis conferendæ potestatem haberet, nunc vero morte potius afficit, quia  
queat quempiam a peccatis eximere, Quo ergo pacto hec fidem poterit superare, cum  
fides ipsa baptismi ob gratiam viuificandi vim habeat, benedicensque, & iustitiam  
impartiendi.

**¶** **SED** Conclufit scriptura vniuersa sub peccato, ut promissio ex fide **IESU CHRI  
STI** daretur credentibus. **¶** Nequiuit lex inquit a delictis hominem liberare, qui po  
tius ad declinandum cooperabatur, ut homines sub peccato concluderentur, hoc est ut  
eos deliquisse argueret; compelleretque ad peccati veniam deposcendam, & ad Christum  
confugere, qui hæc possit prestare, siquidem iudeis, quia peccata minus pernoscerent, neque  
consequendæ remissionis desiderio tenerentur, legem dedit; que illos & intercluderet  
vrgeretque, & angeret magis redarguendo; & peccatis ostenderet esse obnoxios, impel  
leretque modum aliquem inuestigare, quo fieri posset ut veniam assequeretur, quam fides ipsa  
in Christum suppeditat, quæ & ipsi iustificamur, & benedictis afficimur.

Lex pari  
etis loco  
erat.

**¶** **PRIVS** Autem quæ veniret fides; sub lege custodiebamur conclusi eam fidem que reuelata  
erat. **¶** Lex inquit securitatis plurimum his afferebat, qui sibi subicerentur; & sub eius  
sent tutela, nam & a prauis hosti facinoribus coercebat, & erat his parietis loco, utpote que  
homines quasi vallo includeret, & ad ipsam ipingeret fidem. Quo pacto id fiet dicet ali  
quis; nepe quia lex hec cum his apiret delicta, & si nequiret ab his queque eruere, neces  
sario fidem significat homines iustificare, que & si erat occultior, reuelata est tandem, cum  
in carne manifestatus est deus.

**¶** **ITAQUE** Lex pedagogus noster fuit in christo; ut ex fide iustificemur. **¶** Nam  
quemadmodum adolescentem a quibus nequitia pedagogus tutatur, & liberat, instituit  
que ut preceptoris doctrinam attentus excipiat, sic lex ipsa, qui sub se essent ad virtutem for  
mabat, & ad Christum qui preceptor est & magister, delicta coarguendo deducebat, red  
debatque proptiores, ut eum conquireret, qui peccatis veniam daret, & iustificaret ex fide.

Pudeat ergo qui legem obtreant, quādonec pedagogus preceptori obfistat, nec le-

**CAT** Vbi venit fides, iam non sumus sub pedagogo, omnes enī filii dei estis pfecti que est in CHRISTO IESV. Postq̄ inquit fides aduenit, que hominē reddit pfectiorem, nil vltra pedagogo subiicimur, qui sum⁹ per fidem pfectionem adepti, infantiam ipam excessimus, q̄ autē sumus ex fide pfectiores, patet ex eo, quia ob no-

Simile.

stram in Christo fidem dei efficiamur filii, Qui autē fuerit vt dei filium suscipere dignatus, nil profus vel impfect⁹ vel infans putandus ē, eo fit; vt ridiculū videatur, vt qui iam in virum euaserit; pedagogi sit legi obnoxius, neq; enī secus id videretur, si vbi dies illuxit/lucernam qui intueretur non solem. Attēde autem quēadmodum sup⁹ patefecit Abrahā filios fidem efficere, nunc dei adeo illa valet virtus.

**QVICVNQVE** Enim in Christo baptizati estis/Christum induistis. Con firmat quēadmodum dei filii sumus, & baptizati ob grām, Neq; enim dixit quotquot estis baptismo abluti: filii estis dei effecti, sicuti subsequēs ordo poscebat, sed quod magis tremendum Christum induistis, nam si Christum induimus dei filium, eius sum⁹ affimiles redditi in vnam haud dubie sum⁹ & consanguinitatē deuecti, & ipse gratia id affecuti, q̄ illum constat esse natura.

Baptis mo ablu ti priua tā abiece re naturā & induerūt figurā & totā mā nouā

**NON** est iudeus neq; grecus, non est seruus/neq; liber, non ē masculus/ neq; femina, omnes enim vos vnum estis in CHRISTO IESV. Eorum inquit vel singuli qui baptizati sunt aqua perfusi, priuatam abiecere naturam, & manu omnes & figuram acceperunt, & formam, nec angelī cuiuspiam, sed dominī, Christum in se preferentes, sit itaq; vt vnum simus omnes in CHRISTO IESV, hoc ē in quantum vnā locuti sumus Christi nobis iniectam figuram/vel quia cum omnes vnum simus corp⁹ effecti Christum & vnicum in caput habemus/ac duce.

Elemēta mūdi qd Paulus vocet.

**SI** Autē vos Xpi, ergo Abrahā semen estis scdm pmissionē heredes. Quoniam dixit super⁹ Abrahā semē in quo vniuersā gentium nationes benedictionem assequerentur, Xpm esse, cui & promissiones sint iactāe, onditq; & nos Christi formam sortitos cōcludēs inquit, estis ergo & vos abrahā semē, vñ & futuri heredes bndictiois promissā: cur ergo legē attēditis, qui estis bndictionem huiusmodi, qua Xpm induistis iam affecuti, ppter eaq; & Abrahā semen effecti.

**DICO** Autē quanto tempore heres paruulus ē, nihil differt a seruo: cum sit dominus omnium, sed sub tutoribus & actoribus ē vsq; ad presinitum tēpus a pte. Testamēto namq; mandauit huic pater vt i bonorum administratione ad etatem vlq; legi timā abstineret, huic voluntati parendum omnino est.

**ITA** & nos cū essem⁹ paruuli sub elemētis mundi hui⁹, eram⁹ seruīetes. Paruuli nō etate/ sed diuina sciētia, elemēta autē mundi neomenias & sabbata dicit, a solis nā q̄ & lunā decursu dies nobis hic cōstat, sit itaq; vt q̄ nos hoc tēpore/ & his elemētis sub lege ducūt, paruulos reddant, cum vero i viros euasim⁹ pfectos quidē & dei filios sit facturi & dñi presidētes/ac dños. Sciēdum autē ab initio deum adoptionē hanc, id enī designat: cum hereditas dicit, voluisse largiri, sed nra paruitas & etas tenerior, quomni n⁹ id faceret impediuit. Cum vero legē abolere penit⁹ Paul⁹ cuperet, haudqua q̄ die b⁹ dixit sumus i subiecti, sed sub mundi elemētis cōstituti, vt maiori afficiat verecūdia, qui legi adhuc inherendum cēferent. Nonnulli autem elementa scriptam/ & inductis tiam legem dixerunt.

**CAT** Vbi venit plenitudo tēporis, misit de⁹ filium suum factum ex muliere, factū sub lege, vt eos qui sub lege erant redimeret, vt adoptionē filiorū recipem⁹. Cū interea inquit paruū essem⁹: sub neomenia eram⁹/ & sabbatis, at cum presinitum in carnationis Xpi tēpus aduenit, quis malorū oim spēm delinquendo excessit humana natura.

erat tñ cōciliatore opus, misit itaq; deus filium suū, hoc est placitū illi est vt fili⁹ aduē taret, factum non p mulierē dixit ne occasionem inueniāt qui per virginem asserunt tāquam per carnale aliquod dominum processisse in mundum, id falso omnino existimantes, sed ex muliere, hoc est ex ipsius mulieris substantia, corp⁹ accipientem virginalis vteri fructum prodisse, factus est autem sub lege qua & circumcūsus est, & omnia adimpleuit, est preterea maledictionis immunis, vt nos a maledictione erueret, & adoptionem offerret, reciperemus autem dixit, vt ostenderet celitus hanc nobis esse adiudicatam, & debitam, tametsi minus ob infantiam nostram & paruitatem nobis hec traderetur, promissa namq; Abrahā hereditas illa adoptio erat, filius nimirum in hereditatem succedit.

**QVONIAM** autem estis filii dei, misit deus spiritum filii sui in corda vestra clamantem Abba pater, itaq; iam non est seruus sed filius, q̄ si filius & heres per deum. Vnde dicit aliquis perpicuum est deum nos in filios adoptasse: tūc sane & primū hoc ipsū significauit cū Christū dicit nos induisse, q̄ dei sit filius, itidē & nūc patefacit quia spiritū acceperim⁹ q̄ in cordib⁹ nostris diuinit⁹ atrectatis nos deū patrem appellare edocuit, quod fieri non poterat nisi essemus adoptione dignati, quocirca cum filii sumus nos & heredes non rei alicuius inanis & frivole, sed dei ipsius, & partienda nobiscum vnigenito hereditas sit, cur serui efficiamur & plane repudiamus, que nos in adoptionem deduxerat fidem, & cur legi vacamus.

Adoptati a pte & coheredes filio facti.

**SED** tunc quidem ignorantes deum his qui natura non sunt dii seruiebatis. Hec in eos intendit, qui ex gentibus credidissent, arguens dierum obseruationem idololatriam esse, & hos quidē longe magis q̄ olim peccato obstringi, nam quondam inquit deū ignorabatis, vt pote qui mentis caligantibus oculis in errorem deducebamini, quo ducti soli inseruistis ac lune, qui procul obsunt a diuinitate nature, nunc vero post cognitā veritatem dies & tempora obseruando nihil per vos aliud agitur, nisi q̄ elementis cultus prestatur, quo sane deterior erit quedam impietas.

Dierum obseruatio idola tria est.

**INVC** autem cum cognoueritis deū immo cogniti sitis a deo quomodo conuertimini iterum ad infirma & egena elementa, quibus denuo seruire vultis. Nūc inquit & deū nostis, quin potius haudqua q̄ hūc vestro labore vel cōpertū habetis vel cognouistis, quippe qui nil profus a vobis sit conquisit⁹, sed vos ille profundiorib⁹ de gentes in tenebris, & quasi in tenebris & suscepit. cognitos autē dicit a deo, hoc est susceptos, cur ergo ad egena & infirmiora hec elementa vos ipsi rursus cōuertitis: hoc est que nihil virium habēt ad bona illa eterna vobis propolita conferenda, neq; spiritaliter queunt vllō pacto prodesse, accedit pterea q̄ vita sunt & sēlu carētia, & idcirco hec egena appellat & infirma, t̄cti Greci Philosophi egre id dictū ferant, q̄ elemētis tribuūt vitā. Fni uero Apostoli illi fallaces legem perinde vindicaturū, dierum obseruationes induxerant, Paulus vero & prudenter quidē idolatriam eā rem dicit, quā vellex ipsa prohibeat, sit itaq; vt legi apertissime aduersentur qui eiusmodi edocent.

Greci Philosophi.

**DIES** obseruatis & menses & tempora & annos. Hec sane sunt argumento nō modo Apostolos hosce circumcissionem hanc predicasse, sed festos & celebres dies, & neomenias insuper induxisse.

Neomenie.

**TIMEO** ne forte sine causa laborauerim in vobis. Aduerte Pauli caritatem, salicib⁹ illis & nutabundis ipse timore afficitur, ne forte autē cum ait, illos p̄tendit vñdis adhuc sup labi & fluctibus, nec penitus e naufragio emeruisse. Qd si emergere tādē libuerit, spem affert, haudquaquam labores inanes fore, quos in eis instituentis suscepit, perinde ac si dicat, recordamini quantum ipse in vobis formandis insudaauerim, & ita vos gerite, ne frustra videar insudasse.

**ESTOTE** sicut ego, quia & ego sicut vos. Iudeis hec loquitur, qui in Christum

crediderant, me inquit imitami, qui olim fui a vobis nil alienus, vt pote, qui in lege tutanda eram feruentior. Nunc vero illa omnia pro fide, proq; Christo ipso deo

Fratres  
oēs ex ba  
ptismo.

**FRATRES** obsecro vos, nihil me lesistis. Cum acius hos incessisset, nititur eorum animos mitigare, nil enim vel vehementior increpatio, vel nimia indulgentia conferunt utilitatis, & ideo hos fratres appellat, vt baptismi simul acceptam gratiam recordentur, qua omnes fraternum sumus nomen adepti, vt qui ex deo simus vnico patre progeniti. Excusat preterea non odii gratia se intulisse que dixit, nihil enim me quaerit lesistis, quin potius honoribus estis & gratis operibus profecuti, qui igitur creditis, vt inimicitie & malevolentie causa hec vobis obiecerim, de quibus vt benemeritus esse viderer, tantum cure susceperim.

**SCITIS** autem quia ob infirmitatem carnis euangelizauī vobis iam pridem & tentationem vestram in carne mea nō spreuistis neq; respuistis. Nostis inquit que admodum per carnis infirmitatem, hoc est, per discrimina & seditiones vobis euangelium predicauerim, nec vos me periculis diuexatum contempseritis, nec tentatio me carnis, hoc est persecutionis & plage, & alia pleraq; istiusmodi vos aut offendit, aut induxit, vt me contemptui haberetis. Tacite etiam ad verecundiam eos impellit, cum aperit quanta sit ipse illorum gratia ab aduersariis mala perpeffus.

**SED** sicut angelum dei excepistis me sicut **CHRISTVM IESVM**. Tanto pere inquit me honorastis, vt potior quidam q̄ homo sit, & prestantior apparere quo ergo pacto non absurdum videri debet si persecutionibus me tunc temporis, & malis plurimis afflictum, haud secus me exceperitis mihi offensi, quam angelum quem piā, vel iesum ipsum excepissetis. Nunc vero necessaria consulentem & longe dectia hostis ducitis loco, nec vitra admittitis.

Galatharū  
in pau  
lū sūma  
beneuolē  
tia.

**VBI** est ergo beatitudo vestra? Heret hoc loco & obstupescit, vbi vestra est inquit ens beatitudo: hoc est quo illa omnia abcessere, quibus ob vestram in preceptorem benevolentiam predicabant cuncti beatos, at qualis nunc illa est, & quo tandem recta beatitudo: quando quidem animaduerto vos longe contra hoc tempore erga me esse affectos.

**TESTIMONIVM** enim perhibeo vobis, quia si fieri posset, oculos vestros eruissetis & dedissetis mihi. Potiorē me inquit vestris oculis ducebatis, apud vos predicantem, vnde igitur eo res recidit, vt haud secus quam hostē me suspicemini: esset itaq; id plane absurdus, vt is cui tantus fuisset per vos, honor delatus, hec vobis in senio animo diceret.

**ERGO** inimicus vobis factus sum verum dicēs vobis. Aliam nullam inquit inimicitie video & malevolentie causam, nisi quia vobis vera predixerim coarguerimq; tanq; corruptos, nec recte de dogmate sentientes, & vnde maiorem, a vobis benevolentiam fuisset promeritus, quia sum apud vos curatoris officio functus odium peperit.

Recta emulatio.

**EMVLANTVR** vos non bene sed excludere vos volunt vt illos emulemini. Est sane recta emulatio quedam cum quis alterius sectatur virtutem, est & iniqua alia, cum studet quispiam proficientem a virtute & bonis actionibus propulsare, vestri itaq; seductores omni studio excludere vos connituntur, hoc est e perfectiori Christi statu atq; scientia deturbare atq; eiicere, & in imperfectam conuicere legis conditionem vt ipsis honores tanq; preceptoribus deferatis, & se imitemini more discipulorum, at ipse longe aliter sentiebam, quippe qui vellem vos illis potius esse ad perfectiora instructores, quod utiq; est cum apud vos essem, effectum id ipsum, vt in lublequitibus patefacit.

**BONVM** autē emulamini, in bono sp & nō tantū cū p̄nsū ap̄d vos. Vides que

admodum etiam aperit fuisse hos quidem omnium ad perfectionem assequendam imitatores, cum apud eos presens esset Apostolus, post eius vero discessum hos esse in hec mala prolapsos. Sunt itaq; inquit illi beatores, qui vel presente vel absente doctore, que recta sunt sentiunt.

**FILIIOLI** mei quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis. Matrem imitatur profiliis trepidantem. Corrupistis inquit Christi formam, quam in vobis ipsis baptismi ob gratiam exceperatis, vnde & iterato generandi estis & reformandi, quousq; in vobis. Christus formetur, hoc est Christi in vobis immoretur forma & ex eo formemini. parturio autem iterum, id est rursus instruendo vos pario, quod e quadam parturientium desumpsit metaphora, que cum labore ingenti, & summo discrimine piunt liberos, filios autē eo appellat, ne vel hoc pacto de sua desperet salute, q̄ autem Galathas Apostolus parturiat rursus & lapsos integro formet, facere contra Auatianos videtur, qui nullam admittunt ex penitentia correctionem.

Apostolus  
19 Gala  
thas ite  
rū pturi  
ens quo  
modo.

**VELLEM** autem esse apud vos modo & mutare vocem meam, quoniam confusor in vobis. Hoc est in luctum & eiulatus hanc verterem vocem, hereo nancq; & in ambiguo sum quidnam sim de vobis dicturus, nam cum per deum essetis eo iam celsitudinis proeecti, vt vel pericula militum strenuorum more, pro fide adiretis impauidi, ob idq; vel miracula ederitis & signa, nunc tandem sitis in hanc legis vilitatem abducti, vellem itaq; eam ob causam vel presens vicem vestram deslere iolem? enim ad lachrymas declinare, cum nil adnitendo molimur.

Legis vilitas.

**DICIT** mihi qui sub lege vultis esse. Postquam hos satis mitioribus verbis demulset, leniuatq; ad contentiores regreditur, palam facturum, nec legem ipsam exigere hanc sui a nobis obseruationem, vnde dicite mihi inquit, recte autem vultis dixit, neq; enim id res deponerebat, sed quia essent hi in lege adstruenda & obseruanda nimium pertinaces, legem vero dixit genesis librum, solet enim Apostolus vetus omne testamentum legem dicere.

**SCRIPTVM** est enim quoniam Abraam duos habuit filios, vnum de ancilla & vnum de libera. Dixerat supra Abrae filii estis, & quoniam haudquaquam parierant Abrae filii dignitate, siquidem ex serua alter, alter esset, ex libera genitus ostendit hoc loco non solum filios dei Galathas esse, sed tales etiam qualis Abrae ille fuit ex libera ortus & generosus, adeo vos inquit tides excepta nobilitauit.

Eides nobilitat.

**SED** is qui de ancilla secundum carnem natus est, qui autem de libera per repromissionem. Cum hos Abrae filios nuncupasset, & que minus credibilia sunt, visus sit dicere quippe qui nec ex Abraa sunt secundum carnem progeniti, nec eius sunt filii nunc subdit, nec Isaac ille Abrae propinquior filius secundum carnem est ortus, qui enim fieri id poterat, cum Abrae esset natura demortua, & Sare vulua conclusa sed dei verba atq; promissa hunc procrearunt, Ismael vero nature sequela & Abraa nondum tanta etate proeecto, & nullis dei pollicitationibus est ex ancilla susceptus, id utiq; secundum carnem designat, veruntamen qui est, secundum carnem profectus, & seruitute obstrictus est, & ab hereditate mox alienus, is vero qui haudquaquam duxit a carne originem, dominus est & heres, quid igitur impedit quin & vos ipsi & si minus estis secundum carnem ex Abraa procreati, dici Abrae filii iure possitis: quippe qui ex baptismi verbis dum sacrosancta illa ablutio fit enunciatis, formati estis, & orti.

Ismael ex ancilla susceptus.

**QVE** sunt per allegoriam dicta. Hoc est ex Abrae non modo hystoria hec huiusmodi preteruntur, sed & alia quedam designantur, & ideo per allegoriam sunt dicta, & alium quendam in sensum hunc preter interpretantur. Erant nancq; prisca illa in presentium figuram edicta.

**H**EC enim sunt duo testamenta, vnum quidem in monte Syna in seruitutem generan s, quæ est agar. Syna enim mons est in Arabia, qui coniunctus est ei qui nunc est Hierusalem, & seruit cum filiis suis. Quas duas has dicitur eas quidem quæ ad noui & veteris testamenti interpretationem inducuntur. Quo pacto per agar nimirum vetus illud interpretatur, lex namq; e monte Syna tradita est, qui mons & in Arabia est, & Agar Arabum lingua nuncupatur. Coniunctus autem est Hierusalem, hoc est vicinus est, & contiguus. Vel quia inferiori Hierusalem comparatur, & similis est, & proportione quadam illi par, & pro ea accipitur, proinde vna vtriusq; sit facies. Quemadmodum igitur Agar & serua erat, & ad seruitutem illos generabat sic & lex ipsa, quæ ex monte Syna alias Agar vocitata, & nunc Hierusalem ipsi per similitudinem prodiit, in seruitutem gignit, qui sibi optemperat. Erat namq; lex hec seruili admodum & illiberalis, quandoquidem virtutem corruptibili compensabat mercede, hoc est, recta opera terrenis bonis donabat, & eius imperio a nequitia & improbitate cruciatus & peneformidine dedinabatur.

**I**LLA autem quæ sursum est Hierusalem libera est. Agar quidem in huiusmodi continetur figura, vide autem quid Sara illa pretendat, hec enim superiorem Hierusalem prefigurat. Est namq; Ciuitas illa fidelium, vnde & lex nobis delata est, e celo quippe euangelium prodiit, eo aut libera est, quia legis vetuste obseruationi non sit obnoxia, & omnia libere & ingenue mandat. Non enim a nobis quidpiam geritur, vel spe, vel cupiditate visibilis premii, neq; perinde ac si cruciatus nobis corporales impendeant, sed & promissa diuina profecto sunt, & tormenta ingenuos viros decetia. Nam grauius delinquentibus mystica interdicitur mensa, & conuitio castigantur.

**S**CRIPTVM est enim, letare sterilis que non parit, erupe & clama, que non parituris, quia multi filii deserte magis quam eius que habet virum. Nequaquam figuris contentus, quin & Fayam testem inducit, sterilem appellatam ex gentibus ecclesiam, hec namq; fuerat a diuina scientia destituta, quippe que deum nesciret, nec filios procrearet, quia neminem dei Prophetam pretulisset, vel preceptorem, in virum autem habens Iudeorum synagogam, vel quia legem haberet sua moderantem, vel deum ipsum, erupe itaq; hoc est hilaritatis & leticie vocem effudit, quoniam multos iam ad precepta filios, quinetiam qui Prophete & doctores & dei filii ex te prodierunt, & orbem terrarum vniuersum, non nationem aliquam vnam, vt Iudeorum synagoga, genueris.

**N**OS autem fratres secundum Isaac promissionis filii sumus. Sed quomodo tunc is qui secundum carnem natus fuerat, persequebatur eum qui secundum spiritum, ita & nunc. Ecclesia inquit Sare instar cum sterili esset, non solum in posterum filiis abundauit, sed pari nobilitate & filios genuit, vtq; illam non natura matrem effecit, sed dei promissio, ipse enim vbi dixit ad id temporis sum ad te rediturus, in Sare vtero infantem palamauit, sic & nos vt dictum est supra diuina verba baptismi lacuacro in clamata formarunt, proinde nequis forsitan dixerit at qualis hec videri potest libertas cum credentes ipsos Iudei plagis affligant & agitentur persecutionibus, qui liberi videantur, respondet, tunc temporis sic contigisse, vt cum Ismael Isaac ipsi persequeretur, vel prorsus persecutio hec impediret quo minus legitimus esset hic filius & insectatis se dñs ita & nos Isaac illi arguit similes & Abraelacit cōiūctiores.

**S**ED quid dicit scriptura, eice ancillam & filium eius, non enim heres erit filius ancille cum filio libere. Ne quis fortasse querat, que ergo futura est ex his consolatio qui a Iudeis vexantur fidelibus, q; Isaac sic afflictatus, subdit itaq; audi narrate scripturam, & tunc consolabere, nam pro breui illa persecutione qua Isaac ille diuexabatur, prorsus eicitur Ismael, neq; eiectionem fuisse sat illi ad supplicium fuit quin quod

Agar lex  
vetus.

Lex serui  
lis erat.

Sara supi  
ore Hie/  
rusale si/  
gnificat.

Mensa  
mystica.

Ecclesia  
Sare instar

Isaac.  
Ismael.

diuexabatur, prorsus eicitur Ismael, neq; eiectionem fuisse sat illi ad supplicium fuit, quin quod magis vrgebat, neq; eorum bonorum effectus est particeps que erat Isaac puero parata, & eo erat acrior cruciatus, quia a dei sententia & iudicio desumpsisset. non a persecutione principium. Vides vt ancille dixerit non Abrahe filium, qui here ditate indignus sit iudicatus, tanq; a teterrimo genere ortum appellans, animaduerte preterea quemadmodum ostenderit Paulus legem destructionem sibi ipsi inducere, siquidem que dicta sunt omnia eorum pre se ferant figuram, que iam sint in lege peracta vel in veteri sunt testamento per scripta.

**C**ITAE fratres non sumus ancille filii, sed libere. Hec oia eo producit Apostolus, vt arguat que nobiscum aguntur hoc tempore, multis ante seculis fuisse figuris expressa. Cur ergo non fuerit absurdum, vt qui libertatem nobis tot ante temporibus partem habemus, vltro seruitutem postliminio subeamus?

**Q**VA libertate Christus nos liberauit state. Neq; enim inquit ipsi vos liberauitis, sed qui pro nobis dependit precium Christus. Quo ergo pacto vos ipsi legis subicitis potestati, domino inconsulto, qui vos libertate donauerit? Cum autem state dixit, ostendit illos instabiles esse & nutabundos.

**N**ET nolite iterum iugo seruitutis contineri. Cum iugum inquit, grauem legis seruitutem designat. Cum vero iterum, demencie illos accusat. Quandoquidem & intolerabile illud legis onus experti, volentes rursus ad eam se conferunt.

**E**CCE ego Paulus dico vobis, quoniam si circumdamini, Christus vobis nichil proderit. Proprie persone dignitatem ac fidem quibusuis argumentis & demonstrationibus anteponit, nihil inquit circumcisio profuturus est Christus, quia is & gratiam respuat, & ad legem confugiat, perinde ac beneficam, Christo vero tanq; de se haudquaquam benemerenti nil credat. Qui itaq; minus credens a Christo desciuerit, nil prorsus ex perfidia consequitur lucri.

**T**ESTIFICOR autem omni homini circumcidenti se, quoniam debitor est vniuerse legis faciende. Ne forte existimes hec me maleuolentie gratia intulisse, non vobis solum, sed circumcisio cuiq; dixerim ingentem molem esse iniectam. Constat namq; que legis sunt adinuicem connexa esse, & cathenata. Cuiq; vel tenue quid ex lege exceperis, & eius iugo te ipsum submiseris, profecto omnem eius in te dominatum traxisti. Nam circumcisio, sacrificia deposcit, neomenias, & sabbata obseruat, sacrificium & locum exigit & modum & purgationes, nam q; immundus est, nequaquam vitatur, & purgationes item huiusmodi obseruationes alias habent, vides quemadmodum qui a Christo defecerit non solum conuincitur nil profecisse, quinetiam in finitis se subicit oneribus. Nam si lex, vt existimas, prepotens est & dominator, erit hec omnis per te haud dubie exequenda. Si minus, neq; in partem admittenda est.

**E**VACVATI estis a Christo, qui in lege iustificamini a gratia excidistis. Hoc est nullum habetis cum Christo commercium, quicumq; in lege iustitia assequi suspicamini, & ex gratia excidistis, que vere iustificat, magni est itaq; naufragii loco habendum, quandoquidem nec lege fruimini & gratiam simul amittitis.

**N**OS ENIM SPIRITV EX FIDE SPERM IUSTICIE expectamus. Nos inquit fideles non lege sed spiritu sancto consequi speramus iusticiam deinceps & spiritus eiusdem aduentu commissorum veniam accepturos, & in baptismo iri iustificatum.

**N**AM in CHRISTO IESV neq; circumcisio aliquid valet neq; preputium, sed fides que per caritatem operatur. Dicit aliquis, si obfuturam dixit Apostolus circumcisionem. Cur ergo hanc indifferentem nunc ponit ad hec respondemus, de circumcissione ea nunc dicere que fide precesserit, perinde ac si inquit, q in nouo sunt testameto

Lex des/  
structio/  
ne sibi ipsi  
inducas.

Legis mo/  
lestie &  
iugum.

per scripti, neq; si vel circumcisi iam fuerint utilitatis aliquid assequuntur, neq; si in preputio sint & incircumcisi, detrimenti quidpiam ceperint aut iacture, quandoquidem in fide cunctarum rerum vertitur cardo quæ caritatē oportet, hoc est quæ omni vegetior debet ob eamq; qua in Christum afficiuntur caritatem præferri, ostendit autem hos & si crederent & fidem exceperint, nil tamē esse in Christi amore fundatos. Et ideo ad legem vltro se contulisse, quamvis ad habendam in proximos dirigat caritatem demonstrat præterea seductores illos qui hos circumuenerint si se velint caritate complecti, nequaquam id amplius aufuros, perdisce itaq; quemadmodum operatur fides per caritatem, hoc est vt actiuosa & exercitata sit, caritate vero si caret ociosa & turbida sit situra, simile illud est, fides sine operibus mortua est.

fides sine caritate caret ocio sa est.

**CVRREBATHIS** bene, quis vos impediuit veritati non obedire. Nequaquam id rogantis est, sed deplorantis dicentisq; ecce iam id perfectionis culmen euaseratis, hoc defecit quis adeo valuit deprauati ingenii viribus, vt vos prorsus interpellare, ne euangelice veritati fidem adhiberetis, sed legi obsequeremini, que adumbrata sit & superuacanea reddita.

**INEMINI** consenseritis, persuasio hec non est ex eo qui vocauit vos. Hoc est quod fueritis seductoribus his obsecuti, nequaquam est a Christo, neq; enī ideo vos ille vocauit, vt morem geratis cōsulentibus esse ritus iudaicos imitandos.

**MODICVM FERMENTVM** totam massam corrumpit. Ne illis huiusmodi modum occurrēdi offeratur occasio, quod nos a deo laceratis Paule, vnum tantisper excessimus legis mandatum, & tantopere id auges crimen, & magnificas, sic respondet. Apostolus, quod tenue admodum est & pusillum videtur, maximum solet in modum obesse. Nam quemadmodum fermentum & si per exiguum sit massam vitiat omnem, quippe quam sibi admixtum & ad se trahens immutat, sic & circumcisio ipsa cum mandati vnus obtineat locum, & Iudaicos ritus vos consecrandos est conuulsura.

**EGO** confido in vobis in domino, quod nihil aliud sapietis. Confido inquit in vobis nec mirum, qui meorum calleam discipulorum condiciones, & eorum facilem fore in viam reditum non ignorem, cumq; de vobis nil ipse desperem quia ad bonum conuerti posse intelligo, confido tamen & deo imprimis, cuius arbitrio, neq; minima pereunt, hortatur præterea, vt & ipsi de se prestent que conferant & spem in domino habeant obfirmatam, neq; enim aliter possunt diuina boni parari, nisi & ipse inquit pro vestra virili proferre ex vobis que deceant adnitamini.

**QUI** autem conturbat vos portabit iudicium quicumq; ille est. Spero equidem inquit in viam vos redituros, facturosq; quæ deceant maxime, nil tamen crediderim qui vos seduxere, penas emeritas eualuos, sed luent hi quidem supplicia, tametsi magnitudine videantur & auctoritate præstare id enim præterdit cum inquit quicumq; sit ille, quod eo dixit, vt absterreat ceteros ne in istiusmodi se ingerat facinus.

Paulus de hypocrisis rephesus

**EGO AVTEM FRATRES** si circumcisionem adhuc prædico, quid adhuc persecutionem patior. Cum hypocrisis Paulum pleriq; insimularent, afferentes circumcisionem predicasse nonnunquam, & item nonnunquam interdixisse, sic inquit, velim equidem mihi testimonio sitis, quæ admodum a Iudeis diuexor insectantibus. Si vero circumcisionem predicauerim, quam aliam ob causam persecutionem hæc patior. Id sane perspicuum, quia illorum auitos quosdam ritus substulerim, ac si obseruanda edixerim circumcisione, in suo illos errore stabilio. Cur ergo me prosequuntur, vel quæ sunt persecutionis huiusce & causam allaturi, num dicturi sunt forte Timotheum Paulus circumcidit, ita quidem, sed dispensationis cuiusdam id gratia fecit, at illud est circumcidere,

aliud circumcisionem predicare, non enim dixit, si circumcisionem fecerit, sed si predicauerim, qui enim predicat sancit dogma, fieriq; id perpetuo oportere iniungit, quia bonum est, preputium qui vero per dispensationem egerit quidpiam, non solum vt bene agat, sed pro rerum & temporis necessitate id facit.

**ERGO** euacuatum est scandalum crucis. Si circumcisionem predicō inquit cessabit haud dubie scandalum, quo crucis ratione offēdebatur Iudei. Nam nullam ob causam aliam, crucis hi sunt predicatione percussi, neq; alia ratione eam repudiant, nisi quia circumcisionem simul tollit & legem, quo fit vt que a me predicatur circumcisio, crucem impugnandi Iudeis occasionem attulerit refederitq; & scandalum quo illi incessantur.

**VT INAM**, & abscindantur qui vos conturbant. Hos quidem qui fuerant a falsis Apostolis circumuerti insensatos iam dixit, neq; alium eos in modum nisi vt pueros solemus, corrupti seductoribus vero perinde ac insanabili morbo affectis, & mala imprecatur, & inquit, vt inam non modo circumcidantur huiusmodi homines qui vos conturbant, sed eorum penitus precidantur pudenda, vel abscindantur dicit, hoc est a vestro sint seiuncti consortio, Grece autem quod conturbant, latine traductum est anastatantes habetur, hoc est e propriis sedibus moti & alio traducti, vt enim cum vi & armis aliqua capitur ciuitas ex ea abacti homines alio traducuntur. Sic & galate libertate amissa, & ad Hierusalem inferiorem hanc a superna illa transeucti, ad legem sunt & Iudaicam vilitatem compulsi, notandum præterea est quemadmodum qui se circumcidunt Pauli in se execrationem consciscunt.

**VS** enim in libertatem vocati estis fratres, tantum ne libertatem in occasionem detis carni. Non enim vt legi inquit deseruiamus a Christo sumus vocati. Sed vt a legalis seruitutis iugo liberi simus, deinde ne quis existimet, quia libertate vtimur, licere nobis omnia ad nutum facere, castigat id dictum. Et inquit nequaquam sumus huiusmodi libertatem adepti, perinde ac occasionem nacti ad carnis concupiscentias, quippe qui non eam ob causam sumus a legis iugo soluti vt in preceptis feramur, sed vt libere & seruitute sum mota, recti & gradu cōposito tanq; beneformati, & instructi nos incedamus. Non enim vt legem preuaricemur, licenter iam & libere agimur. Sed vt ultra quam lege cautum sit, prouehamur.

**SED** per caritatem spiritus seruire inuicem. Legis iam iugo sublato aliud quod dam quod caritatis est iugum inducit, vt illo leuius ita & longe validius, arguit præterea seductores illos talia his principatus cupiditate persuasisse, que profecto omnium mater est heresum. Cumq; ita inquit vos inter dissidium fecerit dominandi libido, prestare alternis mutua caritate obsequia. Seruire autem inuicem dixit, vt intentionem pretenderet animi affectum quo seruiendum sit. Ad moralitatem demum conuersus & modum aperit, quo fieri possit ne carnis cupiditatibus seruiatur.

**OMNIS** enim in vno sermone impletur diliges proximum tuum sicut teipsum. Si prorsus inquit legem exequi cupido incesserit, nequaquam hanc circumcidendo, sed caritatem seruando explete, hec enim legis est adimpletio. Aduerte autem quemadmodum, & si de mortalitate sit sermonem aggressus, nil tamen fuerit de dogmate ipso vt differeret demum oblitus. Adeo ille dolebat, erroribus Galathas sic paruisse.

**QVOD** si inuicem mordetis & comeditis, videte ne ab inuicem consummamini. Quod gestu re ipsa fuisse cōpertū habebat perinde ac subdubians ponit. Id ipsumq; & in sequentibus facit. Cū enim ne consummamini, inquit, formidatis iudicium præfert, re ita fore pro certo afferentis, non codemnantis, non enim solum mordetis dixit, quod iracundie est, sed comeditis vel voratis vt Grece habetur, quod feritatis est vltimum, hæc autem & de corruptis dogmatibus differit, quin etiam potest & de mutuis illis

Aliud circumcidere ex dispensatione aliud circumcisionem predicare.

Cupiditas mater omnium heresum.

lorum infidijs rapacitatibusq; & inexplebili habedi cupiditate intelligi & quoniam qui alijs iniurias faciunt, vel incidias parant exitium alijs videntur & no sibi affere. Videte inquit, id est caute ne id rei in vos relabatur.

**¶** DICO autem in Christo spiritu ambulate, & desideria carnis non perficietis. **¶** Cum morsus & vorationes dixisset, summationem allaturos & finem, exprimit & horum medelam que & caritatem conseruat, & ipsa a caritate seruat, dico autem fore cum spiritales nos prestiterimus. Na si spiritum ipsi sectabimur, & alios amare prosequemur non mediocri, quo demum effecti, vt spiritales efficiamur, necessesse sit profecto futurum est, vt carnis concupiscentias non exequamur. Caro enim concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem.

In Manicheos.

**¶** HEC enim sibi inuicem aduersantur, vt non quecumq; vultis illa faciatis. **¶** Pauli dictis innituntur Manichei, & ceteri eius secte heretici, dicuntq; ex duabus diuersis substantijs hominem omnino constare, vnde id ipsum Apostoli dictum hinc rei argumento esse, & testimonio asserunt, quod tamen est longe secus, neq; enim de hominis substantia hec Paulus disputat, sed carnem appellat humanas cogitationes & mentis affectus, qui terrenis in rebus versentur, perinde ac desideria & torpentes, non corpus & spiritum & spiritalem aliquem cogitatum, non animam, terrestriusque tur contemplatio spiritali penitus aduersatur, & spiritalis terrestri, prauatum itaq; optimarum intulit cogitationum discrepantiam, non corporis & anime impugnationem, velle namq; vel minus velle, meditantis est animi, adiecit preterea ne ea faciatis que vultis. Nam anime corpus opitulatur, nec secus inherens anima corpus tutatur, & per omnia subest, ne illud deserat, quo ergo pacto contraria fuerint, & inuicem aduersabuntur, que tanta & mutua sunt affectione connexa.

Terrestriis contemplatio spiritali contraria.

**¶** QVOD si spiritu ducemini non estis sub rege. **¶** Qui spiritum inquit est magis vel prauas restringit cupiditates, a quibus qui liber euaserit, nec legis indigebit consilio, nec illi erit subiectus, nam qui nec ira incenditur, quid habet monitorem opus, ne quem occidat, quod & alibi dixit Apostolus, nulla est iusto lex posita, videtur etiam & legis laudes explicare. Si enim spiritus loco lex erat, pro eius viribus & suo tempore in pedagogi morem alios instruebat. Cur ergo pedagogi iugum de integro subistis, spiritu qui perfectos vos redderet derelicto, nec sane res hec secus se habet, quam si Philosophus quispiam pedagogo indigeat.

**¶** MANIFESTA autem sunt opera carnis que sunt fornicatio, adulterium. **¶** Corrupte inquit & carnalis voluntatis hec opera sunt, e quibus eminent & notiora videntur, adulterium, & fornicatio.

**¶** INMUNDITIA, impudicitia. **¶** Modos hoc loco nonnullos sed i pretendit concubitus, quos nec explicare pre seclerum magnitudine tulit.

**¶** IDOLORVM seruitus, beneficia, inimicitie, contentiones, emulationes, irae, rixae, dissensiones, secte, inuidie, homicidia, ebrietates, comestiones, & his similia, que per dico vobis sicut praedixi, quoniam qui talia agunt, regnum dei non hereditabunt.

**¶** Dicant vobis qui carnem incusant & criminantur. Concedamus fornicationes & adulteria corporis esse delicta, inimicitie vero & contentiones & id generis cetera, quo pacto inesse corpori poterunt, atqui liquet sane corrupte & inquinata mentis haec esse facinora, quod si nobis essent natura haec insita, quo pacto nos a celesti imperio eiecissent, non enim natura, sed voluntate & supplicia parantur & praemia alioqui si natura haec obuenerent, nequaquam qui faciunt haec intulisset. Sed qui patiuntur. Nam facere animi promptitudinem praefert. Inimicitias vero non equas intellige. Sunt enim & iuste nonnunquam, vt pote, quae fidei gratia oboriuntur, & quae omnibus inferuntur, qui a recto decesserint. Dicit autem emulationem quae & praua sit & iniquior

& iniquior, quoniam quid est alia quaedam recta emulatio, cum bona quae factitate nititur imitari, optime autem post contentiones & rixas potest & sectas, i. hereses, que a contentione ducunt originem, cum quisque contentit confirmare quod sentit. Homicidium preterea ab inuidia nascitur, & comestatio nunc securitas ois, & temulencia. Comi enim grece, quos comestiones hic dicit, ebriatum sunt contentiones cum iurgio & contumeliis decantatae. vnde prius gignencia posuit, mox & progenita.

Emulatio bona

Comi

**¶** Fructus autem spiritus est charitas, gaudium, pax. **¶** Quia a nobis ortum ducunt praua facinora, propterea & carnis opera appellauit, pinde ac si opera sint, & grauius factu, bona vero non modo non indigent studio, sed ope etiam diuina, ob idque spiritus dixit, pinde ac nostra iterum se me subministrare, & voluntate offerre, diuini vero arbitrii sit vt fructus emergat. Ois autem bonorum radice prior est charitas, deiceps gaudiu, qui enim afficitur charitate, sepe est letior, vnde si mala propteratur, & beneficiu erga spectat, qui mala igesserit. Gaudet etiam, sed i deo, cuius gratia & peragat cuncta, & toleret, eoque optime ad gaudet conscientia, ex charitate autem & suscepta letitia conquietat, nec ullis animo cogitationibus obturbatur. Quietia vnde si quos odio habere videtur, non eos odit, sed illorum fastidit nequitiam, quoniam quidem hos ipsos vt fratres colat, & odium preferat, vt corrigatur, & correctis conducat.

Charitas radix bonorum omnium

**¶** Patientia, benignitas, longanimitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia. **¶** A benignitate longanimitas ita videtur sacris illis discrepare. Vt qui animi sit magnitudine perditus, is certe sapientia polleat, neque accelerate & precipitater, sed seorsim, & leuato gradu, decetis ingerat penas, qui vero benignior fuerit, vel fontes & noxios dimittit impunes, quemadmodum Moyses quia Mariae & Aarone ipsi peperat, clementior est appellatus a cunctis, qui eas terra ioleret, & bonitas quidem est benignitatis longevulgatior, bonitas enim dominus inquit vniuersis, benignitatis vero dignis duntaxat benefacit, vt illud est. Benefacite domine bonis. Fide autem dicit non simpliciter quadam tenet, sed que motes pre ardore transiliat, credatque nihil ambigue que impossibilia hominibus sunt apud deum fore factu facillima, postremo & continentiam posuit qua non solum ab aescis, sed ab ois nequitia abstinet. **¶** Aduersus hominem non est lex. **¶** Hoc est anima que ista spiritu suggerente peregerit, nihil indiget legis instructione, cum praestantior ipsa sit, & lege sublimior licuti non calcantibus indiget equi natura velociore, Paulus itaque non legem reiecit, quia iniquior sit, sed quia spiritus est liberalitate superior.

Carnem crucifigere.

**¶** Qui autem sunt christi, carnem suam crucifixerunt cum vitis, & concupiscentiis. **¶** Haud secus ac si quispiam roget, quis hominem est qui agat que differis, respondet, qui christi sunt, hoc est qui ex christi sunt sorte, carnemque crucifixerunt, i. opera que carne sapiunt, mortificauerunt, non enim sibi ipsis mortem habere consciuere, vt carnem intelligas ipsi carnis sublimitate, sed cogitationes terrenas, quo sit, vt neque iracundia vitium in his, neque concupiscentia vigeat, sed vtraque hec & cruci affixa sint, & morte affecta, vel simpliciter vitia affecta & inquinata opera dicit, siue ab ira sint illa producta, siue a cupiditate, nec solum istiusmodi actiones restringunt, sed earum tollunt principia, siue concupiscentias dixeris.

**¶** Spiritum viuim, spiritum & ambulem. **¶** Cum itaque spiritus tanta sit vis, & illi viuendum est, & eo contenti esse debemus, id enim ambulem praededit, hoc est fat sit nobis spiritus virtus, neque per legem adici quidpiam deponam. **¶** Non efficiamur ianis gloriae cupidum, iuicem puocantes, inuicem inuidetes. **¶** Arguit hoc loco qui hos seducere, gloriae cupiditate id scelus fuisse aggressos, que haud dubie ductor est malorum origo, tunc autem se iuicem puocant, cum se contentat altero cado, iurgandoque, vt fieri solet, cum quis hosti idclamat homini, heus tu, huc coneedito, si quid robore vales & viribus. Ineam certame, pinde & inuidiam interdicit: quoniam quidem ab iani hec gloria defluat.

Peccanti non statim admonenda esse supplicia.

**¶** Fratres & si peccat fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis homini instruite in spiritu lenitatis. **¶** Cum seductoribus his videretur nonnulli ex deliquentibus conuiciari, & increpare delicta, propriaque vitia patefacerent, utpote, qui gloriae & principis cupidie ad id deuenisset, sic inquit, si peccat quis fuerit, atque dephelus aliquid commisit, non statim sunt admouenda supplicia, sed ad correctionem adhibenda medela & in spiritu lenitatis id agite dicit, arguens spiritum id placitum esse, & eius gratia fieri, vt leniter castigemus peccantes,



**CONSIDERANS** te ipm ne & tu tenteris. Ne forsā qui alios i viā reduxerit efferatur postmodum & isolēcat, cōfirmat hūc & hortatur his verbis, cōsidera te ipm hoc ē te hoiem esse, ac labile contēplare, & caue ne & ipe tēteris, qđ sane humanū ē. At illud terrimū cum ex tēratōe in prauum facin<sup>9</sup> labimur, tu vero adiecit, vt mortale cōmonefaceret fragilitatis. **Alter** alterius onera portate. Quoniā nemo est hōm qui peccati sit expers, ne acrius proximi peccata detractet; cōmonefacit, quin eo maimeferat, vt & sua ab aliis toleretur. **Et** sic adimplebitis legē Xpi. Non enim ipe ipse dixit, sed adimplebitis, hoc ē cōmuni consensu omnes Xpi legem perficietis, vltimā inuicē tolerantēs, videlicet vt iracundus ad iram tardum sublineat, & tardior, iracundiū impetum ferat, sic fiet, vt neq; ille delinquat, si ab hoc toleretur, neq; is, si ab illo feratur, nec illud dico, vt iuicem porrectis inter vos manib<sup>9</sup> Christi legē alternis mox exequamini, sed quod pximo deere; vnusquisq; sufficiat tolerando. Charitas autē Charitē adpletio māditorum. **Nam** si quis existimat se aliquid esse, cū nihil sit, ipse se sedat. **Arguit** hoc loco nullū esse momētū, qui alicuius se duxerit. Prefert enim maximū suā vilitatis argumētū, qui esse se aliquid credat, quos sit, vt pter se ipsum fallat neminē. **Opus** autē luūm pbet vnusquisq; & sic in semetipso tātum glīam habebit, & nō in altero. **Examinet** inq; & diligēter suas quisq; res gestas diquīrat. Id nāq; cū pbetur, quid designat, ne has forsitan siue inanis glīe, siue simulationis, siue alterius cuiusdam humanā occasione grā gesserit, tūc fiet vt non in altero, sed in seipso glīam quis absequatur. **Communicet** autē qui cathērizatur verbo, ei qui se cathērizat in oib<sup>9</sup> bonis. **De** preceptorib<sup>9</sup> differit; qui sub eis cathēcumeni fuerint effecti & instituti, illos faciāt nō vnīs in reb<sup>9</sup>, sed in oib<sup>9</sup> eorum fortunā boniq; participes, victū scilicet, veltē, honores bñuolētiam & bona reliqua illis impartiat, vt pote qui lōge maiora accipiunt; qđ ipi cōtulerint, qñquidē demētār pro carnalibus spiritalia, eoq; & cōmunicatiōnem appellat; vt quā retributiō cōsequatur & premiū. **Querit** aliquis, cur a discipulis Christi alimonia iussit preceptoribus ipis deferri, id nimirū ea de causa fecit, ne tibi leserer preceptores, sed hūiles se presteret, qñ eorū ad vitā p̄sidio idigerēt, quos ipi ad fidē instruerēt, & vt nulla p̄ntiū rerū cura distracti predicatiōi solū vacaret, essentq; discipuli nō i preceptorā ingrati & cōsulescerēt bene instituti in oīs tales se exhibere. **Demul** etiā ne iopes suā erubescerēt fortē, qñquidē pari essent cum preceptorib<sup>9</sup> cōditōe. **Nolite** errare, de<sup>9</sup> non irridetur, que enī seminauerit homo, hec & metet, quoniā qui semināt in carne sua, de carne & metet corruptionē, qui autē semināt i spū, de spū metet vitā eternā. **Cum** preceptores ipos nonnulli prauae vitae in simularerent, & ob id alp̄nātes non alerent egestate oppresos. **Ideo** & in subsequētibus dicitur hmoi est, bonū faciētes non deficiamus, & nunc inquit decere admodū eos vt liberaliter erga hos instructores se gerant, tanqđ id omne quod ipi impenderint, in ea que spūs sint contērat, proinde doctrinā cōferēs cum impelis, que cū carnalibus, tū spiritalib<sup>9</sup> simitar reb<sup>9</sup> effecta, sic ait, si in his que carnis sunt mēlas cōsumpseris, instructorib<sup>9</sup> paratis a gula irritādā epulis, temulētā, luxum & crapulā seminans, pfecto corruptionē demeretes. **Hec** nāq; & facile corrupitur; & corpus afficiūt. **At** si spiritalia seueris, hoc est spū opa, in oēsq; vt bñificus contuleris elemosynā, & continētē te gesseris, vitam sempiternā iuenies. **Nec** enī irridetur, hoc est nil fallitur deus, sed ppriam cuiq; mercedē pbet. **Satius** nobis erit spiritalibus in rebus bona hec terrena depēdere, quib<sup>9</sup> in reb<sup>9</sup> & preceptorū cōputatur ipēnsa, qđ in carnis affectib<sup>9</sup> his sua uissimis, qui & per se corrūpūt; & corpus afficiunt. **Nā** & ex gratissimis voluptatib<sup>9</sup> & nimio luxu morbi oriūt. **Bonū** autē faciētes nō deficiam<sup>9</sup>, tēpe enī suo metem<sup>9</sup> nō deficiētes. **Hoc** loco clarū aperit, quēadmodū, & si i probi sint, qui nostra indigeāt ope, nil enī ipi dāciam<sup>9</sup> bene de his promereri, abundantem preterea, & continuam largitiōem p̄tēnt.

Cathecumeni.

Cur a discipulis xpi iussit alimenta preceptoribus deferri.

Seueris .i. seminaueris.

Morbi ex nimio luxu.

cū iquit, nihil deficiam<sup>9</sup>. & quia magnū quiddā videtur exigere, cōfessi & p̄miū possit, cū iquit, metem<sup>9</sup>, quippe qui quietiores sum<sup>9</sup> futuri, cū aliis bona hec ipartuerimus. **ERGO** dū sp̄s habem<sup>9</sup>, operemur bonū ad oēs, maxime autē ad domesticos fidei. **Quēadmodū** non sēp est ferendi tps, ita nec metendi occasio sēp offertur, qđ sane & vir ginum illarū, & lazari exēplo p̄fertur, qđ diū autē nobis hac i vita suppetit etas, nō solū i p̄ceptores, sed i gētilēs ipos & iudeos, que bona sunt operemur, hoc ē bñificētia vta mur & elemosyna, nec tñ pari mensura vntenda in hos erit largitio, vt in fidei pximos sed maior erga fideles p̄standa ē; & effusior, id enī cū maxime ad domesticos fidei dicit, p̄tēdit. **Aduerte** autē quēadmodū, vel in his a iudaica illos vilitate repellat. **Siquidē** cū lex ipsa ad vni<sup>9</sup> natiōis hoies, hoc ē iudeos, suā dēmētā apiret, grā vero terras simul ac maria ad elemosynā cōuocat mēsam, tamēti vt dictum est, non equa mensura. **Videte** qualib<sup>9</sup> Iris scripsi vobis mea manu. **Paucis** de mortalitate iā explicatis, que dicere ceperat; & aim ei<sup>9</sup> morderet repetit, onditq; se ppriis manib<sup>9</sup> epistolā exarasse, qđ eo iquit vt nō mō sua erga galatas apiret bñuolētā, sed etiā tollerēt si quid illi de se male existimaret. **In** cubatur nāq; ab his leuitatis & icōstātiāe Paulus, p̄inde ac si sua dicta predicādo iuariaret, eoq; & scriptis cogitur que predicasset testificādo pbare. **Eniuero** quas mittebat ap̄l̄as aliā cōscribebāt, Salutē dūtaxat ipse, i ep̄lāe calcē, cuiq; ip̄titā notabat, quolib<sup>9</sup> autē cū inquit nō l̄arum exprimit p̄l̄icitatē, sed deformitātē p̄tēdit, p̄inde ac si dicat, & si minime sim app̄ime scribendi p̄tus, cōpuls<sup>9</sup> sum tñ vel mea manu hanc ad vos ep̄lā scribere. **Quicūq;** enī volunt placere in carne, hi cogunt vos circūcidī. **Quicūq;** inquit placere in carne volūt, hoc ē morem iudeis hoib<sup>9</sup> cupiunt gerere, nā cōuiciis ab his i cessabatur fideles, tanqđ a patriis ritib<sup>9</sup> defecissent, hi vos ad circūcisiōne compellunt, vt sese vrā carnis scissura ap̄d iudeos excusent. **Cum** autē cogunt, inferit, arguit eos vel inuitos id fuisse p̄cessos, simul vt his ab eiusmodi seductorib<sup>9</sup> secedēdī p̄beat occasione, vt qui nihil vltro deliquerint. **Tātū** vt crucis Christi p̄secutionē non patiātur. **Qui** etiā inquit id alia quadā de causa moluntur, ne christi crucis p̄secutionē p̄petiātur, hoc ē ne crucis & fidei causa quā haud dubie circūcidendo preuaricātur. hi diuēxēt, vel ea tolerent, que tulerit Christus, alios volunt circūcisiōis huiusce hñe participes. **Nec** enī qui circūciduntur legē custodiūt, sed volunt vos circūcidī, vt in carne vrā gloriētur. **Nec** solum iquit gratificādī hoib<sup>9</sup> grā, sed glīe etiā cupiditate id agūt, neq; legis tutada, aut religionis id faciunt causa, quin magis vt laudē assequātur, & glīentur vrā in carne, hoc ē, in hac p̄cidenda iactāt, p̄ceptores se, & magistros habere vos in discipulos, & sibi morigeros. **Mihi** autē absit glīari, nisi in cruce dñi nrī Iesu Christi. **Illi** inquit circūcisiōne hanc glīe ducūt, rē sane supuacaneā, p̄inde ac absolētā iam & desitā. **A** me vero p̄cul sit ceterarū rerum iactātia. **Liceat** tñ in vna Christi Iesu cruce, & morte admodū glīari, qui inanē reddidit circūcidendi cōsuetudinē, cū autē ablit dicit, tacite circūcisiōne, vt vetitā detestatur, quā vt effugeret, deī opē adsciuit. **Querit** aliquis quo pacto glīaris in dñi cruce; neq; pe quia mei ob grām, qui nulli rei sum vsui, ille sit cruci affixus, & me tanta sit charitate cōplex<sup>9</sup>, vt morti seipm obtulerit. **Cur** itaq; in Pauli gloriam & fidelis cuiusq; concessit quia dñi sit erga nos charitas patefacta. **Quis** enī qui seruus cū sit, non glīe duxerit, heri in se bñuolētā. **Per** que mund<sup>9</sup> mihi crucifixus est, & ego mūdo. **Mūdū** p̄ntis vitae bona appellat glīam scilicet opes & delicias ceteras, hec inquit mihi demortua sunt, & his ego sum morte affectus, quo sit vt duplici hac mortificatione, neq; bona illa me comprehendere possint, neq; ipse ad ea confugere, quippe qui mortuus sum, hoc est his rebus omnino nil deditus. **IN** Christo enī Iesu neq; circūcisiō aliquid valet, neq; p̄putiū. **Sed** noua creatura. **Et** quicūq; hanc regulā secuti fuerint, pax sup illos, & mia, & sup Israel dei. **Ne** quaq; q. ii.

Elemosyna & gētilibus & iudeis prestada

Paul<sup>9</sup> scribēdī ip̄tus

Quo qs glīari dicatur in cruce dñi

Mūdus quid.

Inquit circūcisionē mihi cōmemores, que vt nihil potest officere, sic plane & inuicibz  
supuacanea est, cuiusmodi & p̄putium fuerit, q̄nquidē cuncta innouauerit. Cū  
& aliā a nobis hoc t̄p̄e vitā, & alios mores deposcat. Est enī noua que nup̄ scdm̄ Chri  
stū creata ē vitā. Si quidem n̄ra hec que delinquendo cōsenuerat aia, baptismo ē renou  
uata, & futuro in seculo incorruptioe & gl̄ia, vel ip̄a hec corpora decorabūtur, cū ip̄i  
nouerim̄ oēs / icorruptibiles redditi. Quicūq; igitur huic scdm̄ Christū vitā dē  
do, & regulā seip̄os addixerint, auersati tādē obsoletā hāc, & inualidā circūcisionem  
pace cōciliata in grām cū deo redibūt, & erunt a prauis liberi facinoribz, que nobis de  
um p̄culdubio reddunt infensioem, misericordiamq; & veniam cōsequetur. Nō  
vltra vt deo aduersates existimabūtur, vel odiosi. Sed vt miseratiōe dignati, vt potē  
b̄p̄ crucem, & grām pax sit cū deo cōciliata. Hi aut̄ israelitæ sunt certo, vt potē  
um intueretur, eoq; & Israel dī dei, atqui vos isti seducūt, & circūueniunt, & si ḡnelm̄  
israelitæ, falso t̄m̄ israelitæ d̄nr̄, hoc aut̄ a Dauid dicente, pax sup̄ Israel desūpsit ap̄  
De cetero nemo mihi molestus sit. Nec p̄fus, neq; indignās, hec Paulus p̄ter  
qui enī id faceret, qui ita hortatur. Instate oportune & iportune, sed volēs ip̄ositas ab  
leges imotas fore, & nil spei reliquū illis esse, vt has quoq; pacto imutet, sed sp̄are mo  
do qd̄ semp̄ stauerit assidue se p̄dicaturū. EGO enī stigmata d̄ni n̄ri Iesu Christi  
in copore meo porto. Excusationis inquit habeo loco ap̄ eos, qui me hypocritis  
minantur, & dicūt alibi me circūcisionē hanc p̄dicasse, & adstruxisse, stigmata ip̄a  
discrimina, que Christi ob grām obiuī intrepidus, hec nāq; vel voce quauis clarus tes  
tificatur, que admodum nequaq; pro lege, sed p̄ eo qd̄ scdm̄ Christum est dogmate,  
periculis ante hac meip̄m obiecerim, neq; habeo dixit, sed gesto, pide. s. ac trophēi dī  
quod & insigne regium altius & cunctis visendum attollo, & in istiusmodi gl̄ior.  
GRATIA D̄ni n̄ri IESU CHRISTI cū sp̄u v̄ro fratres Amen. Cum bona  
illis p̄cetur: optetq; oñdit nō ira, vel odio dixisse que dixit, neq; comprecationis id  
tinet locū, sed instructiōis, & doctrinæ, que dicta oia cōcludat, ac terminet, cōmemo  
rat p̄terea & grām qua nō lege, sed Christi munere sint qui credidissent potituri, neq;  
vobiscū dixit, sed cū sp̄u v̄ro abigēs eos a rebz hisce, arguensq; non a lege hos spiritum  
sed a grā accepisse, & vt nō lege illis aut circūcisionē, sed grām & sp̄m̄ cōtulit, ita & pol  
se collata seruare, verū tamē cū fratres appellat baptisimi admonuit, quo fratres sum̄ oēs  
esse c̄ti, a p̄re vno nō a lege p̄geniti. Sit itaq; & vobiscū spiritualiter vitā degentibz grā  
nec diuinā illā sanctificationē paraclēti a vobis p̄tōrū volutabro abigatis, sed auctam  
sep̄ magis ac magis accumuletis in Christo Iesu d̄no n̄ro, qui nouā & spiritalē vitā  
teri & corporali sublata monstrauit, cui gloria in secula seculorum. AMEN.

Stigma  
xp̄i Pau  
lo quo.

Fratres  
oēs sum̄  
baptis  
mo esse  
c̄ti.

Ephesus  
vbi.  
Ioannes  
ap̄d E  
phesum  
mortuus  
Phi clar  
ap̄d eph  
sum.



PHESVS Asiæ metropolis erat, huius incolæ Dianā colebant, cui  
& templū dicauerant ornatissimū & pmagnificum, quod in summa  
erat, cum ap̄d grecos oēs, tū ap̄d Ephesios ip̄os veneratione & cultu  
ita vt Dianæ neocorō diceretur, que admodū in actis Ap̄lorū literis  
est demādatū, ea in vrbe Ioānes euāgelista relegatus diu versatus est.  
& vitā demū multo senio exactā finiuit, ibidē & Paul⁹ Timotheum  
reliq̄t p̄dicatē, quietiam quē ea tēp̄estate Philosophi maxime claruerunt, Ephesi vitā  
egere. Cū itaq; tāta esset vrbs illa felicitate donata, & sapiētibus a deo viris polleret, ac  
curatius ad hos scribit Apostolus, & sensa quedam profundiora, & altiora arcana h̄is

credidit, vt qui nup̄ essent ad fidē instructi. Scribit autē ep̄lam hanc sensibz altissimis  
plēnā, refertaq; diuinis mysteriis, quocirca nobis & anim⁹ enixe admodum intenden  
dus, ea vt p̄noscamus que hac in ep̄stola conduntur mysteria.  
PAVLVS Apostolus CHRISTI IESV p̄ voluntatem dei. Ecce que admo  
dum p̄p̄ositionem hanc & particulam, Arrianorum de causa; qui aliter sentiunt pa  
tri attribuit, perinde ac deo, & patre volente Christi sit Iesu Apostolus institutus.  
SANCTIS / qui sūt Ephesi / & fidelibz in Christo Iesu. Aduerte q̄ hoies hī ea tē  
pestate virtute pollerēt, vt eos & fideles appellet / & sanctos, viros p̄serti vitā hui⁹ tēpo  
rarizā deditos, qui vxores haberēt, & liberos, istiusmōi neq; i mōtibz forsan hoc tpe, ne  
q; i spelūcis iueneris. GRATIA Vobis & pax a deo p̄re n̄ro, & d̄no Iesu Christo.  
Cum grām dixit a deo p̄re n̄ro adiecit, vt ostendat eiusmodi gratiæ opera fuisse ef  
ctum vt pater hīc nobis, & dominus fieret, & deus, d̄ns quidē, hoc est fili⁹ ob eam quā  
nobis contulit grām factus est, & CHRISTVS IESVS carne pro nobis assumpta,  
& Iesus nomine dictus, humanitatem diuinitate obliniuit, & vnxit.  
BENEDICTVS Deus, & pater d̄ni n̄ri Iesu Christi. Ecce & deus, & pater est  
eiusdem / vni⁹ Christi, Deus quidem vt incarnati, pater vt dei verbi.  
QVI enī benedixit vobis in oibenedictiōe spiritali. Ad b̄ndictiōis iudaicæ dif  
ferētiā spiritali appositū, illa nāq; magis erat corporea, b̄ndicat enī iquit de⁹ filios vteri  
tui: & benedicat i troitū & exitū tuū, hīc vero oīs i nos spiritalis b̄ndictiō est, ita vt nihil  
ex ea desit, quandoquidem & immortalitate simus donati, & dei filii, & Christi cohere  
des effecti, vt nobis qui primitiæ sum⁹, onus a sup̄nis p̄tātibz deferatur, merito ergo  
in oibenedictiōe dixit. Nā cūcta nobis dono sunt tradita tam diuina, q̄ spiritalia.  
IN Celestibz tāq; spiritalis benedictiō n̄ra, & celestis interpretetur. In celestibus  
inquit, nā iudeorū i terris erat benedictiō, & ideo corporalis ē dicta, bona enī terræ co  
medite ait, & terrā fluētē lac, & mel, & benedixit d̄ns terrā tuā, i n̄ra aut̄ nihil hmōi, sed  
sūt cūcta celestia, vnde & spiritalis hec n̄ra dicitur benedictiō, nam ea promisso celeste  
imperium est paup̄ibus destinatum, & iustificatis multa in celis est merces.  
IN Christo iesu. Hoc ē p̄ Christū nobis, nō vt mel eis p̄ Moysen, benedictiō ista  
obuenit, sic itaq; vt nō mō qualitate bonorū cū iudeis, sed mediatore etiā differamus.  
SICVT Elegit nos i ip̄o ante mūdi cōstitutionē. Nobis iquit benedixit p̄ Xpm̄  
q̄ admodū & p̄ eundē elegit, hoc ē per fidēi Christo habitā, Elegit autē ante mūdi cō  
stitutionē, si quidē erant, qui nobiscū agūtur hoc tpe ex alto predestinata, non nuper  
tradita, sed a p̄cipio p̄parata, recte autē catabolen intulit, quod grece fundationē iter  
pretatur, & latine cōstitutionē dixit i terpres, vt ostendat e quadā diuinæ potētiz su  
blimitate demissum, & fundatum fuisse hunc mundum, cum vero elegit iquit & dei  
designat demētiz, & illorum virtutem, quippe quos de⁹ secreuerit vt probos futuros.  
VT Effem⁹ facti, & imaculati i cōspectu ei⁹. Ne forte illud subeat mētē, elegit  
se iā deum saluos fore quos velit, & sic torpeat anim⁹ existimātī, nil vltra esse virtuti i tu  
dēdū vt vitā quis assequatur, quādoquidē electi iā sint p̄ dei arbitrio, & nil ceteris esse  
spei iā reliquū ad id, inquit. Elegit nos deus, vt facti sim⁹, & sine labe, & i ea. s. facti  
te vitam, quā baptismo ablutis largitus est d̄ns, p̄stem⁹ itaq; & vitā seruem⁹ virtu  
te p̄ditā, fact⁹ ē enī quisq; qui est fidei particeps, imaculatus vero qui nullis viuendo  
sordibz irretitur, nec hanc sanctimoniā mō, & vitam culpa vacātem a nobis exigit de  
us, sed vt i eius cōspectu hāc ipsam seruem⁹, sūt nāq; pleriq; q̄ hoim̄ p̄sentia veriti po  
tius q̄ dei maiestātē, p̄ se factimoniā ferūt, quales Phariſei tuere, idipsum & Dauid  
asserit i quies secūdum puritatē manū mearū i cōspectu oculorum ei⁹. Item & Esai  
as, Auferte iquitates ab oculis meis. IN Charitate qui nos predestinauit i adoptio  
nē filiorū p̄ iesum Christum in ipsum. Cū elegit dixisset, dedit intelligi quemadmo  
q. iiii.

Ep̄la ad  
ephesios  
referta  
mysteriis

Mūdi cō  
stitutio.

Sc̄tus i  
maculat⁹

Adoptio  
nedig/  
nos dei  
charitas  
fecit.

Deus an  
sit glia  
cupidus,  
& quo.

xpi adue  
t' icophē  
siblis ē fa  
piētia.

dū vt p̄bos nos de⁹ & n̄rā virtutis elegerit gr̄a, & quā nō in n̄ra dūtaxat virtute con  
flaret hec sal⁹, qui in charitate nos p̄destinavit: adiecit, alioqui & fidē excipere: & deo  
appropinquare i n̄ra ē ptate sūtū, t̄etli vocātis dei sit mun⁹, accedētes vero adoptioe di  
gnari, diuinā charitatis ē, atq; demētia, eoq; qui p̄destinavit in adoptionē adiunxit,  
at quotā si queras adoptionē: certe que hūanū ad se attrahat gen⁹, & sibi cōciliet, & id  
quidē p̄ iesū Christū efficitur, pater enī p̄destinavit, ad hūc vero fili⁹ duxit, p̄ filiū qui  
de nō serui cuiuspiam intercessu nobis bona hec obuenerē, & p̄clarior ē liberalitas vira  
Scdm̄ p̄positū volūtatis suā in laudem gl̄ia. Propterea inquit ita futurum vt nos  
adoptaret: p̄destinavit, quia id vellet maxime, vt gr̄a ei⁹ & mūnificētia gl̄ia patefies  
ret. Dicit aliquis, ē ergo gl̄ia cupid⁹ de⁹: nequaq; Nā null⁹ idigā ē rei diuinitas, sed  
vult sane a nobis gl̄iam cōsequi, hoc ē a n̄ris rectis opibus, vt se maiori charitate secto  
mur. Nā qui diuina in se collata beneficia demiratur, pro sua virili oī ē studio aduila  
r⁹, ne deū de se q̄ optime meritū quoq; pacto offēdat, & quotiēs bona accepta memo  
ria repetet, magis ac magis largitorē hūc colet, atqui id vult maxime de⁹, vt pereat ne  
mo, & ne qui fuerit deteriores effēcti p̄datur, nec sane necessitate coact⁹, sceleratos hic  
cruciat, sed vltro & volens. ¶ IN qua gratificauit nos i dilecto filio suo. Hoc ē plenos  
gr̄a fecit, qd̄ tñ grece significati⁹ dī, Echaritose, nā quēadmodū senē aliq̄ scabie mil  
ta affectū, corruptūq; inedia longiori/luridūq; & iformē, vbi curandū quis ceperit,  
cōfesti & decorū reddat, & iuuenili & pristinā etati restituat, gratūq; cūctis faciat, &  
acceptū. Sic deus oī nos deformitate oppletos, & iocūdōs ē reddidit⁹, & hilares, ac la  
ma prestātes. Nā rex iquit tuū decorē desiderabat, gratiosos autē in dilecto filio fecit,  
hoc ē p̄ dilectū filium. ¶ IN quo habem⁹ redēptionē p̄ sanguinē eius remissionē pec  
catorū. ¶ In dilecto iqt, & vni genito redēptionē habem⁹. At qualē illā si queras quib  
piam delictorū remissionē, vel quo pacto ipetratā hanc dicis: Per sanguinē iquit. Et  
qd̄ horribil⁹ ē ei⁹ p̄ sanguinē, quē vnice diligebat, nos ille redemit, quos pri⁹ odisset,  
in redēptionē p̄ciū p̄soluēs filii sāguinē. Aduerte autē quēadmodū id adoptionē ipsā  
magnitudine antecedit, qñ quidem n̄ri ob gr̄am nec filio pater pepcerit. ¶ Secundu  
diuitias gr̄a eius que sup̄abundauit in nobis. ¶ Hec iquit in gr̄a sua copia fecit. Vt  
de quāta sit huiusce excellētia, qñ & opes nobis collatā sūt, opes iquā dei, & gr̄a opes,  
nec implicioris cuiuspiā gr̄e, sed que abundauit, in nobis, hoc ē, quā affatim i nos ille  
effudit. ¶ IN Omnis sapiētia, & prudētia vt notū faceret nobis sacramētum volunta  
tis suā. Hoc ē, eo in nos gr̄am iudit, vt postq̄ sapiētia p̄ditos reddidisset, ap̄iret nobis  
suā voluntatis arcanum, p̄inde ac si dicat, que cordi recondita haberet, nobis p̄ofēda  
expouit, vel p̄t hoc mō intelligi, vt notum faceret nobis mysterium qd̄ oī sapiētia, &  
prudētia constaret, hoc ē qd̄ omni esset prudentia, & sapiētia refertum. Nam quo pa  
cto nō summā sapiētia ea res fuerit, cum eos quos antea iēnsos haberet, & p̄ditis re  
liquisset, tātorum mysteriorum dignos, & seculorum p̄serti i sine p̄cipueq; p̄ crucē ei  
fecerit. ¶ Scdm̄ bñplacitū qd̄ p̄posuit in eo. ¶ Id inquit p̄ suo arbitrio, & voluntate  
fecit, & quēadmodum p̄posuit, & p̄destinavit in eo, hoc ē, in Christo.  
¶ IN Dispētiōe plenitudinis tēporū. ¶ Huiusmōi bñplacitū, & voluntatem p̄  
posuit ille, & p̄destinavit i dispētiōnē, hoc ē, in gubernationē tēporū, & stabilitate.  
Nā tēporū finis, hoc est, postrema tēpora tormēta deposcebāt, & cruciatus, qñ i his ho  
minis his seculis salutē mortalibus attulit, qd̄ sane incomprehensibilis ē sapiētia.  
¶ INSTAVRARE oīa in Christo que in celis, & que in terra sunt in ip̄o. ¶ Erant  
inquit celestia a terrenis istis discissa, ita vt nō vnū caput haberent. Nam & si promun  
di huius creationis ratione, vnus esset oibus de⁹, nondū tamen qui charitate nobis cō  
iungeretur dignoscebatur, quocirca propouit de⁹ istaurare celestia/sil & terrenā, hoc

est vnū caput cūctis imponere Christum, & angelis quidem quoad incorpoream  
eorum naturam, hominibus vero pro carnis cōditione, anacefaleofaste vero qd̄ instau  
rare dixit iterpres, grece, vel hāc habet significantiam, breuiter. I. summaticq; que lon  
giori sunt tpe gesta, vel que plurib⁹ sunt explicata, paucis demū cōplecti. In Christo  
igitur anacephaleofato pater. Hoc ē precidit p̄, & terminauit, que longiorib⁹ fuerant  
seculis dispensata, verbum autem erat in iustificatione p̄ficiens, & concidens.  
¶ IN Quo etiā nos forte vocati sumus, p̄destinati secūdam p̄positum eius, qui opa  
tur omnia secūdam consilium volūtatis suā. ¶ Dixerat superius quemadmodum  
nos elegerit deus, nunc vero vt in Christo forte vocati sumus: hoc est per Christum, &  
quoniam nec virtus fors est: nec voluntatis, sed fortunā, id dictum castigans, sic in  
quit, p̄destinati secūdam p̄positum eius, neq; enī p̄destinasset: nisi & dignos  
p̄fessisset. Prius enim preuidit quam condidit, exciuitq; nos forte deus: ac sibi secre  
uit, qui cūcta gerit. Quo fit, vt de nobis hec per se facta electio, & per sortem voca  
tio, nil eum fessellerint, forte autē exciri beatitudinis est, quippe que nullis laborib⁹ pa  
ratur, sed gr̄a. Et si ad indignos vsq; peruenerit, atq; secūdam volūtatis suā consiliū  
dicit, vt ostendat non iudeorum contumacia, & in deum perfidia vel leui de causa ac  
citos esse gētiles, sed fuisse celitus & a principio ad fidem p̄destinatos. Id nāq; erat  
dei consilium iam pridem acceptum, & ei sic placitum. Nam & si Christus dixit, in vi  
am gentium ne abieritis, & non vltimū missus nisi ad oues perditas israel, ad consolā  
dos tñ iudeos dicta hec sūt, vt vel verbis saltem mitioribus puerorum more pelliceren  
tur. Id tamē in vero est, gētium vacationē sup̄ne fuisse p̄destinatam.  
¶ VT Sim⁹ i laudē gl̄ia eius nos, qui ante ip̄auim⁹ in Christo. ¶ Hoc ē credētes, vel  
anteq; futurum imineat seculum sp̄m⁹ in Christo, que tunc nobis obuētra sunt bo  
na, gl̄ia autē & laus dei sunt bonitatis, qui nos & si ab se alienos, saluos effecerit.  
¶ IN Quo & vos cū audissetis verbum veritatis, euangelium salutis v̄rā. ¶ In quo  
hoc est per Christum, sic & ad hebreos iam scripserat, locutus est vobis in filio, verbum  
autem veritatis dicit, ad legis figuratā quidem & adumbratā p̄niciē afferentis, & in  
teritum differentiam, & futuri iupplīciū. Nam prioris aduentus p̄conium est haud  
dubie salutare, secunda vero tuba penas denunciat.  
¶ IN Quo & credentes signati estis spū p̄missionis sancto. ¶ In quo euangelio sci  
licet, siue i Christo vos credidistis, hoc est per Christi gr̄am fide suscepto, ob signati iā  
estis, ita vt perspicuum sit de Christi sorte vos esse, Iudei tamen ex circuncisione sunt,  
beluarū more carnis signaculo excepto, notis iniusti, sed vobis vt dei filiis, supra q̄ car  
nis patiatur conditio, sp̄ritus impressum est signum, quem utiq; sp̄ritum promissio  
nem appellat, vel quia ex promissio nobis traditus sit, quemadmodum & loel testatur  
sic inquit, Pollicitus est deus, Effundam de sp̄ritu meo i omnem carnem, & Chri  
stus. Accipietis inquit virtutem supernā: mentis sp̄ritus sancti, vel quia futurorum  
bonorum promissionem sp̄ritus ip̄le confirmat. Is nāq; nobis cum traditur: certiora  
facit futura, eoq; pro simbolo, & pignore datur, vt in sequentibus patet.  
¶ QVI Est primogenitus hereditatis n̄rā. ¶ Emit utiq; a nobis n̄rā salutem de⁹,  
sp̄ritum nobis i pignus dedit, certior quidem q̄ ineffabilium hereditatem sit largi  
tur⁹, hi vero qui haud dubie sp̄m sunt hunc ip̄m fortiti, intelligunt eundē & pignus  
esse p̄fectā hereditatis, quēadmodum & Paul⁹ certe id sentiēns, perfectionem hanc vt  
acciperet, cōquirebat cum Christo versari. Nos vero neq; pign⁹ saltem vt decet adepti  
sumus, neq; finem desideramus, vt qui nec sp̄ritum hunc degustarimus.  
¶ IN Redēptionē acquisitionis. ¶ Acquisitionem curam dicit, & studiū, qd̄ circa  
nos deus impendit, infert itaq; ad p̄fectam id p̄gnoris redēptionem, & nostrimet vē  
dicationem deducit, cuius ob gratiam & sp̄ritus est pro pignore traditus, tunc enim  
q. iiii.

Ob iu  
deorū cō  
tumaciā  
accitū gē  
tiles.  
Cētiūvo  
catio sup  
ne p̄de  
stinata.

Ioel.

Spūs no  
bis p̄ pig  
nore da  
tus

futura & absoluta libertas, cum penit<sup>9</sup> cessabit peccatum, & cum delinquentium erit sanctiores singuli cōsortio liberi, & patebunt, qui deo p̄ri sunt, & quesiti, ita ut ipsi sint futuri in populum, nonnulli vero acquisitionem p̄inde ac vos ipsi intelligendam existimant, tanq̄ id ita interpretetur, i redemptionem acquisitionis, hoc est nri, quos acquirit deus, & condidit.

**¶** IN Laudem gl̄iæ ipsius. ¶ Frequentet hoc iterat, certiores nos faciens omnino futura que sunt a deo p̄missa, que si nri ob gr̄am esset facturus, possit quis forsitan in subdubitare, vtrum promissa eiusmodi sint exequenda, an minime. Nunc vero cum hec ut eius bonitas & gl̄ia innotescant, sit peracturus, quis contradixerit quin pergam iam terminare, quod olim statuerit, sic scriptura, fac nobis p̄pter nomen tuum, & non nobis, sed nomini tuo da gloriam.

**¶** PROPTEREA & ego audiens fidem vram, que est in CHRISTO IESU & dilectionem in omnes sanctos. ¶ Propterea iquit, at quam ob rem dixerit quisi p̄iam id quidem, quia credentes ob signati spiritu estis, & pignus futurorum accepistis bonorum, & postremæ redemptionis, futurū q̄v̄t ipsi iam potiamini, que non iniuria creditibus sunt, & recte de gentibus conseruata.

Pauli caritas,

**¶** NON Cesso gr̄as agens pro vobis. ¶ Attende Pauli charitatem, pro omnibus n̄ q̄ haud secus ac pro acceptis in se beneficiis gr̄as agit, & pro ceteris item & donis, quibus sumus omnes dignati, gr̄as p̄terea vel ob credentium sunt fidem agenda, quod tam maximum sunt in modum illuminati, ut saluatoris sese cetui applicauerint. Id proculdubio ingens ē charitatis indicium, audiens inquit fidem vram que p̄ CHRISTVM IESVM haud dubie constat, nec fidem modo, sed charitatem, hoc est clementerem & piam erga omnes animi affectionem, non solum in sanctos, hoc est fideles, & iops qui his in locis vitam nunc degunt, Atqui ubiq̄ Paulus cum fide charitatem conuenit, que vitam pariat virtute ornatam, Horum quidem altero dempto fiet p̄fectoluperuacaneum: alterum & inane, fidem dico vita carentem superuacua fore, vti contra sine fide & vitam.

Pauli fide ubiq̄ cū charitate cōiūgit.

**¶** MEMORIAM vestri faciens i orationibus meis. ¶ Cogita quot hominum Paulus mente & animo agitare, quot inquam orando commemoret, cum ipsi vix nobis precando sufficiamus.

**¶** VT Deus domini nostri IESU CHRISTI pater gl̄iæ. ¶ Dicit aliquis quid ipse precaris? quid pro nobis preces fundis? quid votis deposcis & precibus? nempe ut deus sapientes vos reddat, Deus autem domini Iesu, hoc est hominis nobis secum dū carnem assimilis, gl̄iæ pater, hoc est, qui magna nobis, & preclara cōtulit bonam semper quidem ut materia exigit, dominum nuncupat, ut illud pater misericordiarum, & deus totius cōsolationis, & propheta, Dominus fortitudo maneat cornu salutis meæ, vel hoc etiam loco nobis tam summis, & insignibus affectis per eum muneribus, gl̄iæ patrem & causam dicit, neq̄ enim habet quo eum nomine alio nūcupet, nisi eo, qd̄ ap̄d nos p̄clarū habetur & nobile. Basilius autē gl̄iam pro vni geniti diuinitate accepit, ita ut eiusdem sit & vnius Christi, & deus, & pater Christi quidem: id est humanitatis deus, gl̄iæ autem hoc est diuinitatis pater.

Basilius,

**¶** DET Vobis spiritum sapientiæ & reuelationis in agnitionem eius illuminatos oculos cordis vestri. ¶ Hoc est gratiam vobis largiatur, ut sitis per spiritum sapientes, Neq̄ enim aliter imbui doctrina, & sapientia possumus, nisi recondita spiritus reuelet mysteria. Is namq̄ & solus, non angelus, siue archangelus cuncta scrutatur, vel dei profunda. Animalis autem homo iquit nequaquā capit que spiritus sunt. Cum nobis itaq̄ Arcana illa per spiritum reteguntur, tunc vere in dei cognitione versamur, & oculi nobis illuminantur, nec vltra prorsus ambigimus hoc, illud veni non

posse, sed omnia vti se habent percipimus.

**¶** VT sciatis que sit spes vocationis eius. ¶ Hoc est quam sumus ipse ad spem vocati, id sane liquet quod in adoptionem & ad bona celestia perfruenda, & Christum nobis pro capite excipiendum excimur. Idq̄ cum esset, ut percipisset futurum, spiritus erat reuelatione opus.

**¶** ET que diuitie gl̄iæ hereditatis eius in sanctis. ¶ Vel id quidem erat, quia obscurum & incōpertū, a spū reuelādū, qualiū videlicet sancti sit bonorum heredes futuri, & q̄a per magna hec sunt, & gl̄iæ diuitias dicit, peride ac filii debita sint, & tradenda.

**¶** ET que sit supereminētis magnitudo virtutis eius in nos, qui credimus secundum operationem potentie virtutis, quam operatus est in Christo suscitans illum a mortuis. ¶ Que dicta superius sunt ad futura haud dubie pertinebant, nunc vero narrat quod factum iam sit, ut per id ea confirmet & faciat certiora, quid illud sit que ris fides inquit nimirum vel nostra hec spiritus indiget reuelatione, vthanc ipsam darius, perdiscatis. Quid ergo? num quod crederent norant ephesii? norant quidem, haud tamen ea quam nunc Paulus tractat conditione, neq̄ enim id est facile cognitu, quia magne illud potentie est & virtutis, animum a pristina consuetudine immutare, & ab erroribus presertim eruere, a quibus hominem iam pridem his inherentem ut subtrahas, vis tanta requireretur, ut haud quaquam par exigi in mortuis suscitandis appareat, mortuos namq̄ vel vnico verbo dominus vite restituebat, Iudeos vero nec copiosa quidem oratione & mirabilibus factis ad se conuertit persuadendo. Inquit itaq̄ vel ad id nobis spiritus est reuelatio necessaria, ut perdiscamus hanc ipsam quā nos excepimus fidem ex maxima dei virtute & opera fuisse acceptam. Nam quem admodum & Christum a mortuis excitauit vita defunctum, sic & nos cum mortui essemus, ab infidelitate substractos, ad lucem traduxit, & ideo supereminētis virtutis magnitudine dixit id factum, & virtutis potentia, cum vero quam in Christo operatus est inquit, Christi expressit humanitatem, surrexit namq̄ vt homo, tamen si erat diuinitati vnitus.

Fides nostra ex maxima dei virtute.

**¶** ET constituens se ipsum ad dexteram suam in celestibus, supra omnem principatum & potestatem & virtutem & dominationem. ¶ Supra autem dixit ut summam ostenderet sublimitatem, ab infimo namq̄ ad celcissimum gradum, humanam quæ Christo inerat naturam subuexit, de hac quippe nunc differit, quæ & mortem perpefa sit & post mortem sit suscitata, siquidem diuina illa nec mortua fuerit nec suscitata, neq̄ in sublime euecta, quippe que omnem semper excedat altitudinem, neq̄ alterius indigeat adiumento. Vniuerse itaq̄ angelice potestati humana presedit natura, que fuisset tantopere paulo ante despecta.

**¶** ET omne nomen quod nominatur non solum in hoc seculo, sed etiam in futuro. ¶ Quicquid est igitur inquit in celo eo est longe inferius, quod est in altum subuectum, hoc est Christo, his quippe cunctis est cellior, quod nominatur autem cum inquit, arguit plane vel alias esse potestates nonnullas, que & si impresentiarum in celibres sunt, & obscure, tunc tamen reuelabuntur & innotescant.

Christi celsitudo

**¶** ET omnia subiecit sub pedibus eius. ¶ Ne forsan cum audis cunctis hunc altius conscendisse, existimes honoris dumtaxat gratia vniuersis illum fuisse prelatum, explicat etiam eundem in dominum prefecisse, nec cuncta solum ditioni illius subiecit, sed ad infime seruitutis indicium, vel pedibus supposuisse affirmat.

Christus caput ecclesie.

**¶** ET ipsum dedit caput supra omnem ecclesiam. ¶ Perinde ac si dicat in eodē thro no ecclesiam & ipsi constituitis, vbi & caput est constitutum, est enim consequens vt vbi vis caput ipsum ad fuerit, & corpus quod vos ipsi prefertis, preslo sit. supra omnem autem illud pretendit, videlicet quod caput ipsum qui Christus est, a deo celcissimū

fecerit vt omnia superet magnitudine, quin & angelos ipsos atq; archangelos longo interuallo excedit.

**¶** QVE est corpus ipsius & plenitudo eius qui omnia in omnibus adimplet. Ne forte cum caput intelligis principatum pretendi & potestatem existimes, infert, quemadmodum corpori congruit caput, ita & ecclesie Christus dicitur principatum habere, & illi sanguine iunctus est & vnitus, & ecclesiam idem absoluit & complect corpus preterea Christus vt propriis membris absolutum efficit & caput intergrum reddit, sic contra & ecclesia ipsa Christi perfectio est, qui omnia terminat & finem cunctis rebus imponit, Christus namq; perficitur: & tanq; ex vniuersis fidelibus sua complet & membra. Nam manus videlicet in viro misericordie & opē egrisse ferente absoluit ac perficit. Itemq; & in eo pedem qui predicandi munus suscepit, & peragrandō fratres reuisit, & curat, sic demum & infidelibus ceteris vel membra reliqua sibi ipsi suppediat Christus: cū hi variis modis mortalium succurrunt necessitatibus. Tunc etiam perficitur Christi corpus, cum omnes vnanimis sumus & caritate coniuncti.

**¶** ET vos cum essetis mortui delictis & peccatis vestris, in quibus aliquando ambulastis secundum seculum mundi huius, secundum principem potestatis aeris huius spiritus. Dixit superius eandem in nos virtutem & operam pre se deum tulisse, quam & Christus pretulerit. Nam & hūc dixit a mortuis suscitasse & voluisse vt omnibus præsideret. De nobis vero sic loquitur, nos sane cum essemus morte affecti, nec corporea quidem que ex Adam sumpsit initium, sed spiritali, quæ a nobis ipsis principue constat, & a peccatis defluxit, extulit ille & suscitauit, quo fit vt pari virtute & domino a morte corporea excitaret, & nos ab animali, quæ prauorum dicitur facinororum mors quā potius maioris est faciendum, deuias animas & peccatis addictas in viam reducere, quam mortuos suscitare vt diximus. Cum hos itaq; mortuos appellasset, & aperuisset quemadmodum ob admiffa delicta mors eos inuaserit, duplici modo nunc consolatur, & quia olim inquit vos deliquistis, & nequaquam id vobis est, sed diabolo adscribendum, cuius opera & instigatione peccatis quandoquidem tantam haberet in vos potestatem, & quia peccatis eratis obstricti secundum mundi huius seculum ambulastis, hoc est mundana hæc sapientes & temporalia, & abusi estis hoc seculo. Non enim quidpiam habet hoc seculum prauitatis, sed eius abusus nequaquam, & improbus est, hoc namq; & si corruptibile & labile sit, producere tamen nobis est datum, qui ad incorruptibilia illa & firmiora propelleret, nos vero seculi huius corruptioni & fluxui alligati, non ducem hoc fecimus, sed interpellatorem & cursantem, principem autem potestatis & aeris diabolum dicit, non mundi fabricatorem, vt adstruunt Manichei, & principem quidem, quia vltro homines se diabolo subdidere, plures illi quam deo obsequuntur ac seruiunt, alioqui hoc in seculo huius est principatus, nec in aerem se ille insinuat, vt vllum habeat in celo locum, sed inferiora hæc tenet & celo subiecta, & ideo Paulus principem potestatis aeris dicit, non quod vllam habeat in aere ditionem, vt illum scilicet vel temperet vel moderetur, id quidem sit procul, sed quia se in illo insinuet, ex spiritu enim cum constet diabolus, in aere tanq; in vento & spiritu diuersatur, & eo tenuis eius potestas & vis omnis prouehitur, est autem & eorum hic princeps qui sese illi addicunt & subdunt, nonnulli autem principem aeris, etherearumq; intelligunt potestatum dominum, & ideo inquit spiritus intulit Paulus, hoc est principem ac dominum spiritus omnis aeris. Nam cum semel sit princeps effectus, nequaquam videtur a principatu, vel postq; pruaricatus est, excidisse.

**¶** QVI nunc operatur in filiis diffidentie. Non enim qui cogit dixit, sed qui

Ecclesia Christi perfectio.

Mors corporea ab Adā initium sumpsit. Spiritalis a nobis ipsius defluxit.

Diabolus princeps Aeris.

Diabolus princeps aeris dicitur a Paululo.

operatur, vnde perspicuum est voluntariis hunc dominari. Nam si nobis inuitis imperitaret, & cogeret quidem, vt ex sequentibus patet, operatur enim inquit in filiis diffidentie, hoc est qui deo minus obtemperant, & diabolo non coacti obsequuntur.

**¶** IN quibus & nos omnes aliquando conuersati sumus in desideriiis carnis nostre, facientas voluntatem carnis & cogitationum. Neq; enim in eo solum Ephesios consolatur, cum eorum inquit peccata fore diabolo imputanda, sed cum etiam seipsum asserit & ceteros homines eadem qua illi arte obstringi, tanq; id dicat neminē esse peccati expertem, carnis autem desideria, non eos dicit qui carnalia sapiūt, neq; enim carnem hic criminatur, vt ita esse ex eo liquet, quod dum inquit facientes voluntatem carnis, & cogitationum adiecit, hoc est, nihil spiritu sapientes, quo fit vt nequaquam culpanda sit caro, sed mens ipsa & cogitatio, que ad voluptatis vitia trahat, potest & in hunc modum intelligi, videlicet quod praua cogitatione mentem sordē inficimus, & carnem simul comaculamur cū mala pericimus, possunt etiam carnis opera fornicatio, adulteriū, & cetera id genus intelligi, cogitationum vero, inuidia, odium & hōi.

**¶** ET eramus natura filii ire vt ceteri. Hoc est deum & ipsi exasperauimus, ad iramq; concitauimus. Et nihil aliud prorsus q̄ irā p̄ferabamus, quē admodum & hois filii natura est homo, & nos itē irā natura p̄ferimus, vtq; & gehenne & perditionis filii digni his asseruntur, sic & ira progeniti qui ea faciunt que irā merentur, natura autē, hoc est vere & proprie & congruenter, cum vero ceteri dicit, neminem excipit.

**¶** DEVS autem qui diues est in misericordia. Nos quidem & si nunq; concilianda peregrinam, ira q; nō indigna, deus tamen non modo clemens est & misericors, quin etiam commiserandum est opulentior.

**¶** PROPTER nimiam caritatem suam qua dilexit nos. Vel caritas ipsa a summa quadam clementia oritur. Nam si secus esset quo pacto ire cum filiis sumus, tātō essemus amore dignati.

**¶** ET cum essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos Christo. Rursum in medium Christum producit, vt res fiat testator. Nam si Christus qui primitias prefert, vita potitur, & nos itē illi conuiuimus, & quo cum nos simul viuificauit, hunc actione & opere, nos virtute hoc tēpore, & paulo post re ipsa & factis, Ecce quod dixerat illius super eminentem virtutis magnitudinem, quando demortuos iam & ire filios vita donauit, hæc sane vocationis est spes.

**¶** CVIUS gratia estis saluati. Id quidem veluti stupore quodam perculsus interiecit, admirans dei ineffabile donum, non enim inquit vestro labore vel opere vllō salutem estis adepti, sed sola gratia. Nam quātum ad vestra opera attinet, eratis certe ira & supplicio digni.

**¶** ET cor resuscitauit & confidere fecit in celistibus in CHRISTO IESV. Vt enim Christus qui nras præ se primitias tulit, & nostrū erat in super, caput a mortuis est suscitatus, per se que & nos ab inferis extulit, ita & ipso hoc confidete confidebit & reliquum corpus, quod vtiq; nos ipsi sumus fideles, vel forte suscitauit cum inquit, nequaquam erit ad resurrectionem id referendum, sed viuificationem ipsam que nobis ex redemptione obuēnit. Consedit autem vt eius exemplo patienter illata feramus, & celeste hoc pacto cum eo regnum nos assequamur. Quinetiam & Christus sic inquit. Sedebitis vos super sedes duodecim, & rursum, sedere autem a dextris & a sinistris non est meum dare vobis, sed quibus paratum est a patre meo. Fit itaq; vt in promptu hæc sit vobis sedendi facultas, & hoc loco Paulus asserit esse & nos consensuros.

**¶** VT ostenderet in seculis superuenientibus abundantes diuitias gratie sue in bonitate super nos in Christo Iesu. Ne quis forte his dictis diffidat, persuasibilibus

Caro cui p̄da nō est, sed mēs & cogitatio.

Ire filii quomodo.

utitur verbis, & fide his facit sic dicens. Et si nequaquam pro sua in nos caritate id ageret, at ut suam aperiat bonitatem, facturus id erat omnino, quod si in presenti periculis dem his derogat, cuncti sunt tamen futuro in seculo cognituri, quemadmodum & ledem sit ille & vitam largitus, cum in gloria illa incorruptibili & diuino confessu sanctos spectabunt in CHRISTO IESU, hoc est non Christo tenus, & solo ista consistissent, sed per eum sunt ad nos deuentura, sicuti ab eodem qui nostri ut diximus profert primitias, in nos qui certo sumus eius reliquum corpus, sunt prolapsura. Sicut itaque & confidebimus illi & conuiuemus. Id ipsum sentit hoc loco Basilius hoc modo in Matthei euangelium differens Nemo tunc assidebit, haud dubie igitur spiritus reuelatione est opus ut tantorum possit mysteriorum profunditas percipi, nisi enim sapientissimus ille tam aperte profiteretur, nos Christo minime confessuros, posse fortissimum iure id dicere quispiam, fore Christo nos assessores, sed quemadmodum & in Christo a procumbentibus angelis honoramur, non quia honorem presentibus nobis hic deferant, sed quia naturam hanc nostram humanam hi venerentur, que deo qui verbum est vnitur & iungitur, vnde ad nos & gloria transeat.

Basilius  
Matthei

Angeli  
humana  
naturam  
venerantur.

GRATIA enim estis saluati per fidem. Cum explicasset que dei sunt, ut gratia sumus salutem adepti, adiecit, & que nostra interfit, fide videlicet saluos nos fuisse effectos, ne liberum tollatur arbitrium.

ET hoc non ex vobis, dei enim donum est. Neque enim inquit, fides est per nos comparata. Nam nisi ad nos Christus commigrasset, nisi ad nos habuisset sermonem vocassetque nunquam ipsi paruissimus qui enim sunt credituri, nisi ut audiant, quo sit, vnde de eiusmodi diuino sit munere nobis collata, vel aliter, non enim fidem dixit dei hanc esse donum, sed per fidem saluari, esto, sit fides ipsa nostro labore quesita, quo pacto poterit sola salutem afferre, nisi & deo fuisset hoc placitum, ut nos per fidem exciperet, ne prorsus videremur ignaui, & aliquid ad nostram salutem ipsi met conferamus.

NON ex operibus, ne quis gloriatur. Non enim quia opera haberemus reiecit nos deus, sed ab operibus proditos per gratiam saluos effecit.

IPSIVS enim sumus factura creati in CHRISTO IESU. in operibus bonis, que preparauit deus ut in illis ambulemus. Ne forte si ex operibus nos haudquaquam fuisse iustitiam assecutos intelligas, segnior ad recte aliquid peragendum reddaris, post fidem inquit susceptam factus est opus, es namque in Christo iesu creatus, & in nouum es opus sublato a te per baptismum veteri homine iam morte affectus, in nouamque es immutatus facturam, & quemadmodum ex nihilo ad esse aliquid creauit te deus, sic nunc ad bene esse prouexit, conditus preterea es & creatus, non ut ocio vaces & torpeas, sed ut aliquid agas & in bonis operibus ambules, hoc est ut omnem vite huius semitam in bonis huiusmodi transigas, nec ad secundum tertium vel aliquid id agas velim, sed quandiu hec tibi suppetet vita, id enim preterdit cum dicit, ambulemus. Deus autem hac preparauit, quae differri non possunt nec intermitteri quin peragatur, tanquam diuinitus sint praefinita quousque sit procedendum, sed vbertim haec sunt preparata, ut cunctis in rebus recte agatur & ita ut si vel vna in re delinquatur, necesse sit mutilata appareat virtus & macula. Basilius vero non eam interpretatur creationem hoc loco, que per baptismi lauacrum fit sed qua fuimus a mundi primordiis conditi.

Non creati sumus ad otium.

Basilius.

PROPTER quod memores estote quod aliquando vos eratis gentes in carne, qui dicebamini. Cum deum dixisset, hos saluos fecisse, cum mortui essent, nunc qui dem dicitur est quibus eisdem & pares fecisset & coheredes, & quemadmodum ISRAELITIS equauerit, quorum maxima esset tunc dignitas, propter quod inquit

memores estote, cuius rei memores? quia ad recta sumus scilicet opera peragenda creati, quod sane vobis satis potest persuadere, ut virtutibus studeatis. Estote autem memores, eo dixit, quia consueuere qui e gradu tenuiori & infimo prouehuntur ad altiora prioris status facile obliuiscunt, quid igitur velim reminiscamini? id nempe, quod cum a Christo essetis longo interuallo superiori tempore alieni, nunc ipsi sitis propinquiores effecti, nec secus quam israel erat, apte quidem & egregie circumcisionem reuincit, arguens illam solo verbo a preputio discrepare non opere. Nam vos inquit gentes in carne eratis, non in spiritu, & si dicebamini cum non essetis preputium, tanquam inquit, eratis profecto minores partes in carne, non in spiritu nacti, rursumque cum dicit, sub ea que dicitur carnis circumcisione, ostendit illam in solis verbis perflare, at qui praeputium neque graue quid erat, neque abominandum, tamen istiusmodi ab his qui in circumcisione superbiunt dicerentur, at Christo carere & procul ab eo esse molestum est, & intollerabile. Queret aliquis cur ergo cum ostensus sit Paulus Israelitarum glorie Ephesios fore participes, Israelitarum dignitatem imminuit evertitque. Aduerte itaque quibus in rebus horum vel imminuat vel sublulerit dignitatem. In his inquit hanc sublulit, quae minus necessaria videbantur, non enim necessaria erat, sed indifferens circumcisio. In his vero que res ipsa videretur exigere, mirum in modum Israelitas extollit. Nam & sanctiores appellat & deo familiares.

CABALIENATI, a conuersatione Israel. Non enim seiuncti dixit, sed alieni effecti, quandoquidem qui erant extra omnem secundum legem & deum viuendum modum abstracti, non ut a deo & lege alieni, sed ut inertes & pigri.

ET hospites testamentorum promissionis. Vel hec quidem permagna seiunctio est, non enim dixit testamentis nihil intenti sed hospites prorsus & alienos, si enim Israelite ex dei promissis exciderint, nequaquam tamen ut alieni sunt ab illis delapsi, verum que sunt promissionum testamenta, hec quidem, tibi dabo & semini tuo hanc terram vel alia quaecumque deus promiserat spiritualiter interpretata.

SPERM non habentes. Futurorum videlicet resurrectionis & premii.

ET sine deo in hoc mundo. Hi namque deos colebant, qui tamen dii non erant. In mundo autem addidit, ut ostenderet non solum illos in celestibus, sed in his etiam que clara in terris habentur, & gloria abundant, imminutos fuisse, Israelite namque dei ob cultum & gloria videbantur nobilitateque prestare.

IN VNC autem in CHRISTO IESU vos qui aliquando eratis longe, facti estis prope in sanguine CHRISTI. Longius ipsi aberamus a Christo, non loco, sed voluntate & vita, nunc vero illi redditi sumus propinquiores, non recta aliqua vite actione, quippe qui nihil ex operibus ipsis intulimus, sed in CHRISTO IESU & sanguine eius. Ille enim sanguine suo effuso & seipsum nostri gratia tradens, nos ex seruitute exemit, que ab se longe distraheret, & propius se traxit, vel aliter id potest intelligi, videlicet & longius ab Israelitis concesseramus, nunc certe illis appropinquauimus.

IPSE enim est pax nostra qui fecit utraq; vnum. Ante assumptam Christi humanitatem, maxima intercesserat inter circumcisionem & preputium inimicitia, nunc vero pacatis iam animis, sumus & mutuo in gratiam reditum est, quandoquidem vnum sumus fide effecti, neque enim vel circumcisione vel preputio obliuiscamini, sed insigni singulare quoddam habemus & vniorem, fidem, esto sint duo quidam, quorum alter sit seruitute obstrictus, alter in adoptionem adscitus, sint utriusque dissimiles moribus, faciat alter quae sint laudis digna praerogatio, fugitiuus sit alter & infidus, alter utriusque deinceps coheredes instituatur, hereditatis vnius participes, ad stipulaturque pro legitimis filiis vides ut ad pares honores prouecti ambo sint vnum effecti.

Israelite  
sancti &  
deo familiares.

Gentes &  
Israelite  
vnum prorsus  
de conuenerunt.

Gentes  
vt serui  
Israelite  
vt filii de  
liquerūt.  
Israelita  
rum in/  
genuitas  
Maceria  
.i. mur<sup>9</sup>  
vel septū  
lapideū.

eti, haud secus gentes vt Israelite se habent, gētes vt serui, Israelite vt filii deliquerunt quid ergo dicit aliquis, tam magni hanc facis cum Israelitis cōsuetudinem & cum his participes fieri, modo ad celum nos sustulisti, modo hos laudas, ita inquit vos namq; ex fide laudem vendicatis, hi operibus ipsis nituntur, neq; illud asserit prorsus quod ad Israelitarum ingenuitatem nos ille, sed ad maiora que piam prouexerit. Alloquitur prestantiori vos esse beneficio affectos, quando quidem his promiserat deus daturū se regiones & bona alia pleraq; nobis vero nil erat pollicitus, ab eo longius aberamus vt exemplo superiori iam patuit.

**¶** ET mediū parietem macerie soluens inimicitias in carne sua. Exponit quid sit intermedius macerie paries, dicitq; inimicitiam esse, cum gentiliū, tum Iudeo- rum, que cum deo humanis flagitiis erat oborta. Sicuti & propheta testatur, nonne peccata vestra inimicitias ponunt inter me, & vos hūc itaq; parietem mediū inimicitiam dico, dissoluit in propria carne Christus. Quo pacto dicitur quia i sua carne ne eiusmodi inimicitia ultra progredere, effecit, quod enim hanc carnē diuinitati vniuerit, perspicuum est & clare patet, quia & hominem deo nexu quodam inseparabili diuinitatis ad carnem. Potest & hoc modo. insons apparuit Christus & legem omnem impleuit, eo & inimicitias soluit. Lex namq; tanq; circumiecto pariete videbatur vallata, vt pote, que ad securitatem erat tributa, vt suos circūuallaret & tutaretur, qui se obseruarent, transgressoribus vero intermediū murum, hoc est peccatum mōstraret, quo illi ex eo transgressu obstringerentur. Non enim delinquendo in tuto sumus, quin potius deo longe disiungimur.

**¶** LEGEM mandatorum decretis euacuans. Ne quis forte hunc in modum occurrat, quid ergo, si sumus a priore illa legis preuaricatione iam liberi, num cogimur eam iterato seruare? Dicit itaq; Paulus hanc quidem legem Christus dissoluit, & euacuauit, quam curandi nos gratia tulerat, quia pro huius preuaricatione penis erat nos affecturus. Vt autem impunes dimitteret, legem euacuauit & substulit, ne ultra illi esse mus obnoxii, nec secus nobiscum egit, quam solet quispiam qui filium pedagogo de mandat, quem vt contumacem deprehendit & minus obtemperantē, pedagogi hūc eximit cura. Legem autem dicit, que dat viuēdi precepta, decreta vero que ad fidem instituunt, que decretis & dogmatibus constat, perinde ac si dicat, pro vite institutio ne fidem induxit. Non enim ex preceptis sumus & institutis iustificati hoc illud vbi fieri preiudicantibus, sed vnum illud si corde credideris & verbis credulitatem hanc a tearis, saluus fies, vel dogmata dicit, decreta domini & sanctitas promissiones, vt illud ego dico vobis, nec iurandum feceritis, nec irascimini.

**¶** VT duos condit in semetipsum in vnum nouum hominem. Neq; enim ex gentili iudeum fecit, sed vtrosq; ad potiorem statum traduxit, neq; immutat inquit sed condit, vt quod differit clarius patefaciat, ostenditq; tanquam ab his, que nature sunt ordine instituta, minus esse aberrandum, in semetipso hoc est per se ipsum, nam alteri nemini id peragendum iniunxit, sed ipse per se nullo cuiuspiam admiculo, cū iudeum gentilemq; segregasset, in vnum condidit nouum & mirum hominem, vel dicitur nouus homo, quia prior ipse formam attulit & exemplum, & talis sit ipse primum visus, quales illos effecit, & duobus intermediis factus, iudeum hinc prehenlas, hinc gentilem, vtrosq; coniunxit, & que obsistere inuicem videbantur sublati per ignem & aquam denuo condidit & plasmavit, in humana igitur ipsa natura, gentili sane & Iudeo communi, quam vtriusq; gratia ipse assumpserat, quamuis corruptiōe & vetustate aliena effecta creauit hos duos in nouum hominem vnum a vetustate peccati & turpitudine liberum, non enim ultra gentilis iudeusue vetusto & patrio more imprimitur, sed vnius hominis qui sit secundum Christum formatus

ritu & consuetudine, vtriq; hi formabuntur. Et in lapide angulari de quo paulo post facturus est mentionem gentiles sunt & iudei edificati.

**¶** FACIENS pacem. Hos inter videlicet, tunc namq; gentili iudeus consiliatur cū fidelis efficitur, quin maxime deo adheret, quod est sane propinquius, vt patebit in ferius.

**¶** VT reconciliet ambos in vno corpore per crucem. Non enim conciliabit inquit sed reconciliet arguens fuisse quondam deo humanam naturam per legem consiliatam, preuaricatam postmodum inimicam & odiosam effectam. Vnde iterato hec erat consilianda, in vno autem corpore, hoc est in suo, quo modo, quia penas nobis ob praua facinora debitas, ille per crucem luit, vt dictum est supra, cum dixit in carne, & rursus cum in seipso intulit, duos conciliat. nonnulli autem in vno corpore ita intellexere, perinde ac si dicat Iudeum gentilemq; fuisse in vnum corpus redactos, cuius caput Christus esset, qui patri illos conciliarit.

**¶** INTERFICIENS inimicitias in semetipso. Haudquaquam soluit, dixit, sed quod clarius est & expressius, interemit, hoc est substulit, quo fit vt non amplius illa affurgat vel innouetur, verum qui fieri potest, vt se rursus attollat inimicitia, enim uero prior illa nunq; assurgit, sed aliam quandam nos iterum delinquendo peperim. In ipso autem vel in cruce dicit, in qua fuerat sublati, vel in proprio corpore, in cruce namq; inimicitias substulit, & in proprio corpore in quo crucem excepit.

**¶** ET veniens euangelizauit pacem vobis qui longe fuistis. Alium quidem trāsmisit neminem, sed ipsemet venit, ministri & dispensatoris desumpta conditione, & euangelizauit pacem, cum deo scilicet in eundem, & vobis qui longe fuistis, hoc est gentilibus, & his qui prope hoc est Iudeis, hi enim magis sunt visi deo fuisse familiares, dicebat enim pacem relinquo vobis & confidite, ego namq; deuici mundum & pater vos amat, & quecumq; petieritis accepturi estis, que omnia pacis preferunt argumentum.

**¶** QVONIAM per ipsum habemus accessum ambo, in vno spiritu ad patrem. Iam quidem propria morte dissoluit, demum nos amabiles patri per spiritum reddidit, vel vnica gratia illi nos fecit acceptos, neq; enim illos maiori spiritu, quia propinquiores donauit, nos vero minori, quia longius aberamus, sed vno, & vnica vtriusq; largitus est gratiam, & hunc in modum patri admouit.

**¶** ERGO iam non estis hospites & aduene, sed estis ciues sanctorum. Quia in eternum filius perstat, ergo qui haudquaquam sunt supernam illam ciuitatem, affecturi, aduene haud dubie & hospites sunt, nos vero nequaquam eiusmodi hoc tempore sumus, sed sanctorum conciuēs, nec Iudeorum modo sed prophetarum illorum & Patriarcharum & ceterorum, qui factimonia claruere, & ciuitate eadem illa celesti donati & adscripti iam sumus, que per mansura perpetuo est, & his animo erat plurimum concupita.

**¶** ET domestici dei. Quod prisci illi vix multis laboribus consequebantur, per gratiam nos sumus adepti. Vides ne quanti sit vocationis spes ipsa, ea namq; spe ipsi vocamur vt bonis potiamur perpetuis.

**¶** SUPEREDIFICATI super fundamentum Apostolorum & prophetarum. Summam gentium cum Prophetis & apostolis significaturus conjunctionem, super edificati dixit, tanq; id inquit, Prophetas & Apostolos ipsos profundamētis habuisse hos vero veluti impositam molem, structuram reliquam absoluisse, quo fit, vt omnes vnum sitis dei templum effecti cuiusmodi illud futurum est, quod super apostolos struitur, & Prophetas, quod alibi inferiorem appellat, prius itaq; Apostolos posuit, & si fuere tempore posteriores,

Gentiles  
& Iudei  
in lapide  
angulari  
cōstituti.

Lex dei  
decreta.

Aduene  
q; & hos  
spites.

Mystica  
structura  
ra templi  
dei.

Xps agularis lapidarius cur.

**IN** IP SO summo angulari lapide CHRISTO IESV. Qui cuncta complectitur, Christus est, angularis namque hic lapis utriusque parietes comprehendit & fundamenta. Aduerte autem quemadmodum nonnunquam superiori in parte constringere Christum vniuersam edificii molem fatetur, cum eundem caput appellat, nonnunquam inferiori, cum angularem dicit, alibi preterea & fundamentum hunc nuncupat.

Ecclesia.

**IN** quo omnis edificatio constructa crescit in templum sanctum in domino. In angulari hoc lapide Christo inquam, omnis edificatio, hoc est fideles vniuersi constructi & in vnum coacti, tanquam simul progeniti & inseparabili nexu detenti augentur & coaluntur, & ita ut dei templum efficiantur, inhabitabo enim in eis inquit & inambulabo, est namque ecclesia & communis fidelium in vnum conuentio, dei templum, quod profecto pre se vel quisque priuatim, in domino autem hoc est, ob domini gratiam, non nostro labore, dei templum preferimus. Cum vero constructa inquit ostendit non aliter posse in templum nos dei componi, nisi & vitam geramus, que lapidi sit angulari accommoda.

**IN** quo & vos edificamini in habitaculum dei in spiritu sancto. Cum ceteris essetis fidelibus & vos Ephesii hoc de super lapide constructi, & ita ut habitaculum dei sitis in spiritu, hoc est per spiritum cooperationem, vel forte a terreni huius edificii differencia, in spiritu protulit, perinde ac si dicat, ut habitaculum dei spirituale sitis. Nequaquam igitur ob fidelium incrementem quotidie & auctam fidem, ad usque id temporis, quo secundo venturus est Christus, huiusmodi scriptura cessabit.

**IN** HVIVS rei gratia ego Paulus vincens CHRISTI IESV pro vobis gentibus. Explicata dei circa nos prouidentia, ad suam transgreditur. Cum enim inquit dominus meus talem si vobis exhibuit, necessarium est, ut ipse pro mea viri sit, conferam. Sum itaque vestri gratia vinculis prepeditus, gentibus vero cum dixisset prætendit humi. Non enim solum vos ipsi, nequaquam respicimus, sed vestri ob gratiam, & corpora toleramus & carcerem, & illud glorie ducimus, cum Christi nos dicimus victos.

Paulus vas electionis.

**SI** tamen audistis dispensationem gratie dei, que data est mihi in vobis. Apertit hoc loco qualiter sit deus Ananiam affatus, videlicet vas mihi electionis est iste, ut portet nomen meum coram gentibus, & mysterii reuelationem, & quemadmodum ipse non ab homine illud perdidisset, gratie autem dei dispensationem intulit, perinde ac si dicat. Sic enim diuina est gratia dispensatum, ut & superne vocatus sim, & splendore oppletus, qui contumax fueram, ut saltem hoc pacto crederem, & illi obsequerem, in vobis autem inquit, ab eo data est mihi gratia. Ipse namque mihi sic dixit. Ingentes loquas ego te mittam, quo sit ut gratie id sit adscribendum, non mihi, qui de meo nihil contulerim.

**QUONIAM** secundum reuelationem notum mihi factum est sacramentum. Ecce quemadmodum gratie opus, sacramenti sit reuelatio, est enim id sacramenti vel maximi argumentum, quod gentes cum essent abiectiores, quippe que deos colerent manufactos, ad maiores sunt honores prouecti, quam Iudei, qui deum antea coluissent.

**SI** CVT supra scripsi in breui. Facit item hoc loco de quibus fecerat mentionem, gentiles videlicet fuisse ad fidem vocatos, qui longe a deo essent antea diuagati, & Patriarchis de super edificados, & huiusmodi reliqua.

**PROVT** potestis legentes intelligere prudentiam meam in mysterio Christi. Scripseram inquit vobis, non quantum res exigebat, sed quantum satis esse vestris viribus videbatur, & quanta capere vobis liceret, Ex quo intelligere potestis prudentiam meam in mysterio Christi, hoc est quo pacto cognouerim Christi mysterium, quod ad dexteram patris affideat, & vos item in confessum receperit, & quia in se utroque

in se utroque condiderit in vnum hominem nouum, & quot sunt mysterii reliqua, proficite ergo ex hisce mysteriis meae prudentiae dignitate, & que mihi apertus deus. Quod autem id honoris loco vel maximi sit habendum, ausculta quod inquit. Non fecit taliter omni nationi, quia iustificationes & iudicia sua nota fecit israel.

**QUOD** Aliis generationibus non est agnatum filiis hominum, sicuti nunc reuelatum est sanctis Apostolis eius & Prophetis in spiritu. Dicit aliquis, quid ergo nonne & id prescuerunt Prophetas? alicui quo pacto Christus hec diceret? Moyses & prophetae de fine scripserunt, & scrutamini scripturas. Illae enim sunt, que de me testificantur, primum quidem id Paulus sentit, non cunctis fuisse hominibus reuelatum mysterium, deinde neque alienigenis illud innotuisse filiis hominum, demum haud equae Prophetis fuisse hoc cognitum sacramentum, ut in presenti apostolis aptum est. Et qui in nouo sunt testamento prophetis per spiritum sanctum notiora sunt facta. Nam si Petrum spiritus minime instruxisset, nec Cornelium ipse, nec qui cum Cornelio erat vna excepisset. Attende etiam quemadmodum nihil de circumsissis, sed de gentibus spiritus cuncta reuelat. Erat sane primum, ut gentiles genus hominum abominandum, & idolis deditum, ad fidem susciperentur. Accedit etiam quod cum Petrus, qui tanti erat, a spiritu esset instituendus. Nec veteribus illis credi possit, nequaquam tam acriter dei mysteria innotuisse.

Prophe-  
tae noui  
testamen-  
ti.

**ESSE** Gentes coheredes, & concorporales, & participes promissionis in Christo iesu per euangelium. Hoc illud mysterii est, quod gentes israeli sint coheredes, promissionis, & participes. Participabant namque promissionis diuinae israelitae, tanquam gens sancta. Erant tamen participes, qui interea essent imundi gentiles. At quo modo in Christo iesu, hoc est per eam quam erant in Christo fidem adepti, que fides per euangelium illis obuenit, neque sat habens participes illos dixisse. Quinetiam ut summam quandam propinquitatem exprimeret, & concorporales dixit. erant namque cum israelitis gentiles vnum corpus sortiti, & sub capite vno, quod Christus est, connexi, & iuncti.

**CVIVS** Factus sum ego minister secundum donum gratiae dei, que data est mihi secundum operationem virtutis eius. Euangelii sum inquit minister effectus, ob idque & coniectus in vincula, nec tamen id mea virtute agitur, sed dei munere singulari, & eius gratiae que mihi data est dono, nec parce, sed abunde. utpote, cuius deus sit prepotens operator, Vel quia id mihi ministerium gratis ille contulerit. Non enim satis esse hec dignitas videbatur, nisi accessisset & virtus. In huiusmodi autem ministerio tria sunt per nos conferenda, animus primo quecumque discrimina intrepide adiutus, sapientia, & intellectus, & vitae integritas, qui metiam ut deus ipse vires suppeditet, necesse est, in quibus vel maxime hec omnia fiunt.

In euange-  
lii misteria  
tria p-  
standa.

**MIHI** Enim omnium sanctorum minimo data est gratia hec. Cum sit diuinae gratiae magnitudinem explicaturus, Vide quod modeste de se loquatur. Post tantas namque res optime gestas, minimum se appellat, non modo Apostolorum, sed omnium etiam sanctorum, hoc est fidelium. Quod proculdubio ratione humilitatis maius est longe, quam illud quod inquit. Non sum dignus vocari Apostolus.

**IN** Gentibus euangelizare iuestigabiles diuitias dei. Quota mihi inquit concessa est gratia, ut euangelium nempe gentibus predicem. Cumque alii essent in circumscriptione ne ex discipulis deputati, is erat ad gentes dimissus, eoque gratia indigebat, cum minori crederetur minor, qui enim erat ut deteriores conuerteret constitutus, siue magnitudine prestaret, siue esset inferior ex gratia utrumque suscepit. Quo fit, ut si inuestigabiles sunt dei opes, longe magis nec eius vestigari substantia possit. Quo ergo patet Eunomius hereticus ille comprehendere se huiusmodi dei substantiam factabat, &

Eunomi-  
us hereti-  
cus.



LET illuminare omnes, que sit dispensatio sacramenti absconditi a seculis in deo. Quod autem futurum esset ut gentes ipse vocarentur, per spiritum forsitam & prophetam: & angeli cognouerunt, quod autem concessuri essent in dei throno gentiles, & alia huiusmodi habituri, quis unquam sperando opperiretur: Propterea autem sacramentum hoc nuncupat, hoc arcanum, quia iam pridem sit: & a principio in Deo recondita, & gentibus iam diuulgata.

¶ QVI Omnia creauit per IESVM CHRISTVM. Recte creationis hinc nomen, qui enim cuncta per Christum creauit, sine ipso namque factum est nihil, vel per Christum id sacramentum reuelat.

¶ VT Innotescat nunc principibus & potestatibus in celestibus, per ecclesiam multiformis sapientia dei. Neque superiores inquit potestates & principatus mysterii huius, quod gentibus est reuelatum, ullam habent cognitionem, Enimvero angelis & archangelis illud & solis constabat, quod Israel esset pars domini populus eius, & allaturus esset dominus populo suo salutem, & eundem a prauis facinoribus exempturus, Quod autem Gentiles tantum essent honoris consecuturi, latebat utique tam superiores, quam inferiores illas potestates, Per ecclesiam vero, hoc est, ab eo que nobis, qui ecclesiam ipsam preferimus, obuenerunt. Nam collata in nos beneficia, potestates & principatus diuinae sapientiae monuerunt, ut intelligerent quod sit de ecclesia benemeritis deus, nec simpliciter quidem, variam dicit sapientiam, sed difformem, illam autem quens incomprehensibilem esse. Gregorius autem Nysses ante incarnationem affirmat, simplicem quandam potestates celestes habuisse dei cognitionem, videlicet quod sola voluntate cuncta creauit, & eidem licere omnia prouidebant, moderarique vniuersa & sapienter curare omnia intelligebant. Incarnato autem dei verbo, ex contrario contraria sunt effecta. Nam per mortem vita successit, per infirmitatem potentia, per ignorantiam gloria, per viliora denique sunt consecuta, que deum decerent. Sic igitur nunc multiformis cognita celestibus dei est sapientia, atque potentia, que ubi nobis innotuere, potestates ille per nos prospecta ecclesia quatenus esset dignata bonis, ad certiores sunt diuinae sapientiae cognitionem deductae.

¶ IN Quo habemus fiduciam, & accessum in confidentiam per fidem eius. Quod autem per Christum effecta sunt omnia. Patet inquit ex eo, quia ille sit qui nos ad patrem deduxit, utrum tamen nequaquam sumus captiuorum more, nec ut fontes, & noxii ad patrem deducti, sed fiduciam habemus: non simplicem quandam, sed ut confidere plurimum possimus, & audere, verum unde huiusmodi nobis bona proueniunt, per fidem inquit, hec namque prauis delectis facinoribus fiduciam nobis adiecit, & confidentiam.

¶ PROPTER Quod peto ne deficiatis in tribulationibus meis, pro vobis, que est gloria vestra. Propter quod, quod illud, nimirum quia magnum est vestrae vocationis mysterium, & ingentia quedam mihi sunt demandata, & credita, quod vobis id predicandi munus suscepi. Nam & necesse est, & vicula ab his, & mala alia perferam, qui huiusce sunt ignari mysterii, & acerrime huic contradicunt. Quapropter vos obsecro ne deficiatis, hoc est, ne obturbemini. Siquid iniurie vobis obtigerit, vel graue aliquid & molestum offeratur. Id namque vobis potius gloriae cedit, quod tanta sit Deus erga vos charitate affectus, ut non solum filium vestrum ob gratiam morti obtulerit, sed nos etiam, qui eius sumus seruitute deuincti, ut vobis conducatur pater, periculis siuerit, & vinculis adstringi. Si itaque mea pressura vobis sunt gloriae, quanto maiorem ex vestris laudibus vendicabitis.

¶ HVIVS REI Gratia flecto genua mea ad patrem domini nostri IESV CHRISTI, ex quo omnis paternitas in celis, & in terra nominatur. Cui itaque tanta erga vos

Vocatio gentium lauit & angelos & archangelos.

Fides fiducia adiecit & confidentiam

deisset charitas, & incomprehensibilia sunt que adepti estis iam bona, oro inquit, ut & gratia vobis inhabitatis Christi in vos conferatur, eundemque possitis & mente complecti, proferereque eius vos esse charitate affectos. Cum autem flecto genua dicit, ostendit se ingenti animi ardore precari, Ex parte vero superno omnis deriuatur paternitas, in terris quidem generatio nesque paternitatem designans, quas Grece patrias, a patrum nomine dicunt, in celis autem quia nulla ibi suscipitur soboles, Paternitatem angelorum cetus appellat, per ideam ac si dicat, & que in celo sunt, & in terris tribus creauit, & quia hac ratione omnium pater, ab eo & patres ceteri nominantur.

¶ VT Det vobis secundum diuitias gloriae suae virtutem corroborari per spiritum eius, in interiori homine Christum habitare per fidem in cordibus vestris radicati & fundati. Quid inquit vobis & opto, & precor, certe ut ille tamquam opulentus, & gloriam e nobis depocquam pellis, & fluctibus inuoluti, precipites deferamini, nec sat habens hos iri corroborati, & virtutem adiecit, cuius ex abundantia, bona his comprecatur, at quo pacto corroborari hos cupis, per spiritum inquit, is namque vires suppediat, quemadmodum & Elaias spiritum fortitudinis dicit, nec solum obfirmari hospitem, sed maiorem in modum & affluentem robore stabiliri, habitare Christum in interiori hominem in cordibus vestris, hoc est non leuiter, & superficialiter, sed alte in vobis, & profunde infideat, quo modo, per fidem, Fides namque inhabitat Christus pectoribus, cum parte aduentitans, & in his commoratur, ut antea dixit. Id sane munus pulcherrimum consequemini, si eius in charitate fueritis radicati, hoc est, si inconcussi, & stabiles permanebitis, nil sicut itantes, & iactabundi, Duo itaque quedam his comprecatur, ut spiritu roborentur, & eorum in cordibus ut inhabitet Christus, vel ut roboremur inquit ut interiori hominem vestrum incolat Christus.

¶ VT Possitis comprehendere cum omnibus sanctis, que sit longitudo, latitudo, & sublimitas, & profundum. Quod prius fuerat exorsus, & comprecatus, ut spiritus huius cum sapientie, tum reuelationis concederetur, ut intelligerent, qualis eorum vocatio is spes esset, & huiusmodi reliqua, id ipsum in presentiarum persequitur, ut possitis inquit mente, & cogitatione complecti, cum fidelibus ceteris, quale illud mysterium sit, quod vestrum est gratia dispensatum, & eo est magnitudinis preuectum, ut sit ubique terrarum amplissime propagatum. Unde & hoc vndeque circumplexus sub corporali figura descripsit. Explicauit enim ipse ut potui hoc sacramentum, nil tamen potest meis ex verbis, nisi per spiritum pateat, comprehendere, neque aliter vobis licebit eiusmodi mente concipere, nisi a spiritu corroborati, est quippe magna virtute opus, ut apud nos habitet deus. Gregorius autem Nysses per latitudinem huiusmodi profunditatem, & longitudinem crucem dicit significari, comprecatumque Ephesiis fuisse Apostolum asserit, ut quarent crucis mysterium commentari, siquidem hac cruce omnis contineretur dispensatio, quod sane est conuenientius, per crucem enim maxime dei erga nos charitatem perspicuam fieri, sicuti & dominus dicit, & Paulus modo subiungit.

¶ SCIRE Etiam supereminentem scientiae charitatem Christi, qui etiam inquit investigando Christi huiusmodi charitatem noscatis, que proculdubio ceterarum rerum excedit cognitionem, quod si ita se habet, quo pacto nos sumus charitatem huiusmodi cogniturus, excedit quidem omnem scientiam & humanam videlicet, vos vero non humana scientia charitatem estis hac percipitur, sed spirituali, propterea neque illud dixit, quia hanc tantum cognoscetis, sed supereminet, & aliam quamuis excederet scientiam, hoc inquam precor ut a spiritu perficiatis. At quis est huius rei ignarus, omnes profecto, & hi precipue, qui grauius ferunt aduersa, & qui deo ipsi mammonam anteponunt, quod si eam scientiam teneremus, nec de diuina prouidentia quereremur, nec animum presentibus his terrarum

Constantia precipue Ephesiis precatur.

Homio interior.

Gregorius Nysses.

Charitas oem scie-  
tia antece-  
dit.

Charitas nis intenderemus, adeo deficientes, qui tanta nos charitate prosequitur. Aduerte autem si charitas ipsa omnem scientiam antecedit, longe magis & dei substantia cuncta excessura.

**¶ V T** Impleamini in omni plenitudine dei. **¶** Bisariam hoc nonnulli intellexerunt, vel ut sciatis quemadmodum in patre & filio & spiritu sancto adorandus vobis sit deus, hec enim plenitudo est dei, trinitas ipsa, vel ut omni sitis virtute repleti, qua plenus est deus. Puto tamen id magis sentire Apostolum, videlicet, ut omnes perfecti sitis in omni secundum deum perfectione, diuina omnia prout sunt proficentes.

**¶ E I** Antem qui potens est omnia facere superabundanter quam petimus, aut intelligimus, secundum virtutem que operatur in nobis, ipsi gloria in ecclesia, & in Christo Iesu omnes generationes seculi seculorum Amen. **¶** Et si ipse quidem hec per cor. Deum tamen longe maiora quam mea sint preces efficit, Potest namque non modo proficere, que per nos superplicatur, quin & cunctos operando excedere, & superabundanter, hoc est liberaliter, & vbertim. Dupliciter itaque hac in re dicit deum prestare, & quia omnia potens est facere, & quia superabundanter. Potest namque vel hominum quicquam plura facere, quam prestatur, non tamen superabundanter, quod sane largiter est, & summa cum liberalitate, cum vtrumque deo exequi liceat, qui magna quedam nobis, & excellentia fecerit, quibus qui gentiles in adoptionem suscepit, vel sibi infensos, qui etiam vel ex his, qui nobis est operatus satis esse quod diximus perspicuum potest, & iure quidem in dei laudem sermonem concludit, ut & beneficia conferentem extollat, & magnitudinem hoc pacto gestorum in nos patefaciat, Neque enim ea fuisset hic demiratus, nisi deus nobis talia contulisset, que in sui admirationem, & gloriam conuerterent homines, nec simpliciter illi gloriam dicit, sed per IESUM CHRISTUM. Non enim vere quis potest laudibus deum efferre, nisi in Christi virtute. Is namque ad huiusmodi gloriam deferendam, virtutem nobis, & gratiam prebet, instruitque, quemadmodum illa sit deferenda, Recte autem in ecclesia dei inesse hanc gloriam constat, quippe que perpetuo est permanens, & portae inferi aduersus hanc nil preualebunt, quousque, ut dei cum laudum gloria sit in eternum futura.

**¶ O B S E C R O** Autem vos ego victus in domino, ut digne ambuletis vocatione, qua vocati estis. **¶** Non impare modo discipulis que rectiora sunt decet magistrum, sed ius est pro eorum salute iheruere, propterea & Paulus iheruere morem precatur, proponitque predicando & vicula, Victus ego enim iquit in domino, p inde ac si dicit non prauo aliquo meo facinore, sed ob domini gratiam sum coniectus in vicula. Veneremini ergo & vos que per Christum domino conpedes tolerat, verum quid per cor? pro me equidem nihil, sed pro vobis, ut quem admodum via deposcit vocatio, sic incedatis, estis namque ad magna quedam vocati, ut cum Christo videlicet confideatis, regni celestis eidem, futuri participes, Quocirca non erit via hec dignitas indignis Christo operibus vituperanda.

**¶ C V M** Omni humilitate. **¶** Ostendit hoc loco quemadmodum cuique liceat pro vocationis dignitate & vitam ducere, si enim inquit humilem te ipse presiteris, & tui ipsius habueris notionem, & quibus fueris a deo bonis dignatus intelliges, Dolebis profecto, & contraheris, & ei gerere morem studeris, qui in te fuit beneficus. Est preterea cunctarum virtutum mater humilitas, & fundamentum, eoque & ex hac domus virtutum genera memorans, beatos affirmat, qui spiritu essent humiliores, preterea ferrent humilitatem, Cum omni inquit humilitate, ut que non verbis modo, sed factis / habituque ipso / & gestu sit preterenda, Nec in vnum / alterumue hec erit humilitas, sed in omnes seruanda, siue tenuem dixeris / & abiectum / siue opulentum / & clarum.

**¶ C V M** Omni humilitate, & mansuetudine. **¶** Dabitur namque qui est humilis sit.

Adoptati gentiles

Humilitas mater oim virtutum.

acer tamen & iracundus, sed is quidem nullius erit momenti: & prorsus inutilis.

**¶ S V P P O R T A N T E S** Inuicem in charitate. **¶** Commonefacit hoc loco quam obuiatum sit ex mansuetudine lucrū, & quod ex patientia subsequatur, deinde ne quis diceret, quo pacto qui uerit proximum ferre: qui ad iram sit promptior, & plane conuicietur: Inducit itaque tolerantiam modum, in charitate inquires, Hac enim si consequemur nos inuicem tolerabimus.

**¶ S O L L I C I T I** Seruare unitatem spiritus in vinculo pacis. **¶** Quemadmodum in corpore spiritus omnia continet, unitque: & diuersa sunt membra, sic spiritus sanctus in nobis fidelibus gerit, qui cunctos facit vnanimes, nequitque: quis natione / & moribus, vel artibus differant, & per eundem hunc spiritum omnes sumus vnum effecti, Studeamus itaque hanc per mutuam pacem seruare coniunctionem. Nam si charitatis hunc nexum nequaquam adipsamur, nec pacatiores ad inuicem fuerimus, perdituri haud dubie sumus quam spiritus nobis contulerit unitatem, nec secus nobiscum agetur, quam si cum reliquo corpore manus, vel pedes dissidiū fecerint, & ob aliarum corporis partium nexu, & copula prociatū, Non enim ultra sub vno spiritu membra continentur, est itaque nobis summa diligentia opus, ut quo vnus concesserit, eodem & alius subsequatur. Sunt enim huiusmodi / qui vno sunt vinculo alligati, ut vel nullam habeant suimet potestatem, sic percul dubio sub vno spiritu erimus.

**¶ V N V M** Corpus, vnus spiritus. **¶** Nec simplicem quandam Paulus exigit charitatem sed eam certe, que ob mutuam coniunctionem vniuersos in vnum redigat corpus, ita, ut membrorum instar sibi inuicem compatiantur, ad gaudeantque. Vnus spiritus, recte id dixit. Nam cum fideles iuncti sint corpore, vnum etiam spiritum habeant necesse est, vel quia potest concedi, ut qui vnum sit cum ceteris corpus sortitus, non tamen spiritum vnum videlicet si quis sit: qui hereticis forsitan bene velit, non tamen illorum dogmatibus affectatur, veletiam cum vnus sit spiritus a vobis per fidem acceptus, & vnum sentire omnes debetis, & conuenire, vel spiritum equam animi promptitudinem dicit, & bonam conspirationem, tamquam id dicat, corpus vnum, & animus idem.

**¶ S I C V T** Vocati estis in vna spe vocationis vestrae. **¶** Deus inquit pariter vos omnes vocauit, & vitam omnibus largitus est, & eque est omnium caput, cunctos simul & suscitauit, & in deo se ipsum recepit, ac demum omnes pari honore suscepit, eademque & vna vniuersi speramus, Necessario ergo pro charitatis hac copula, ut vnum ex pluribus sitis. Nam in celo sumus pares omnes futuri, vel si in terris eramus olim dissimiles.

**¶ V N V S** Dominus, vna fides, vnum baptisma. **¶** Neque enim maiorem tu nactus es dominum, ille minorem, neque ipse ex fide, ex opibus ille est redditus, nec demum tu per baptismum salutem es consecutus, ille minime.

**¶ V N V S** Deus, & pater omnium, qui super omnes, & per omnia, & in omnibus vobis. **¶** Hoc est, qui cunctis presidet, & omnia prouidentia & moderatione puadit, & in nobis vniuersis inhabitat.

**¶ V N I C U I Q U E** nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi. Dicit aliquis, Si omnia sunt ut quis communia, cur ergo hic gratia minus, ille plurimum habet: Siquidem eiusmodi non equa partitio, iudicia seminarum esset: quemadmodum & Corinthiis euenit, & aliis plurimis: Id itaque soluens Apostolus, vnicuique dicit donum fuisse pro dei largientis arbitrio mensura quadam collatum. Cum itaque gratis sit illud & dono datum, lat tibi fuerit quod ex ceperis quidpiam. Nec prorsus immunis sis gratia, non enim pro debito tibi est aliquid persolutum, & quia deus mensuram cuique presiniuit, nihil scrutabere, nec curare lit, si non omnia solus acceperis. Nam si semel gratiam mensus est Deus, in nostram profecto utilitatem id fecit, Atqui ea communia haud dubie sunt, sine quibus constare Christianissimum non potest, hec preter si quis est gratia pluscu-

Spūs vna nimitatis auctor.

Spūs p ai proptitudine.

Cōtētus esto data tibi grā, nec quid ultra scrutare.

lum nactus, nil doleas. Nam & laboris forsitan plus ille impedit, vt in orationis progressu dicitur, neq; enim secundum fidei dixit mensuram que cuiq; est, ne in desperationem induceret, qui minus haberent, sed donantis arbitrio modum pmissit, inde his dissidendi offerretur occasio.

**PROPTER** Quid dicit, ascendens in altum dominus captiuam duxit captiuitate, dedit dona hominibus. Quod autem hunc asserat hominibus contulisse, patet & Prophetam in iusmodi dicitis, Dedit dona hominibus, dominus vero in altum ascendit, vel in crucis celsitudinem, vel celi, ubi fuit e terra sublat, vt ex sequentibus magis fiet perspicuum. At qui hic narrat captiuitatem, nimirum diaboli, diabolum namq; & mortem, maledictionem in super & peccatum, i seruitutem subacta Christus abduxerat. Quorum ex ditione & nos liberauit, qui his malis eramus obnoxii.

**QUOD** Autem ascendit, quid aliud est nisi qui & descendit primum in inferiores partes terrae, qui descendit ipse est, & qui ascendit super omnes celos, vt adimpleret eam. Cum de humilitate differuisset, nunc Christum producit, p inde ac si inquit, sicut ad Philippenses differens fecerat, quemadmodum nihil oblectatus ad nos patris iussu descendere. Sic vobis haudquaquam defugiendum, quin per humilitatem eidem eodem descendatis, q; autem descenderit, liquet ex eo, q; hunc ipsum propheta asserit ascendisse. In deo namq; cum adscensum fatemur, & descensum significari pretendimus, nec seorsum dicere & in homine possumus, at quem in locum descendit, in infernum, nimirum quae profundissimas terrae partes p communi hominum opinione appellat, quemadmodum & Iob Deducetis inquit canos meos cum dolore in infernum, & Dauid. Assimilabor descendentibus in lacum. Ad inferiora itaq; Christus descendit, vltra que nihil est amplius, & super omnes celos ascendit, quibus nihil est altius, nec tendi vltra hos potest, neq; illi descensus ascensum interpellauit. Vos itaq; si pretuleritis humilitatem, exaltabimini. Quodcumq; enim Christus effecit, vt nobis exemplo esset, effecit, & se in carne prebuit imitandum. Nam quod ad diuinitatem pertinuit, iam pridem absoluit. Id autem dictum contra Paulum Samosatensem, & Nestorium facit. Nam qui descendit, perspicuum est de loco superiori, hoc est de celo, & carne assumpta, ad nos descendit se in terram, & mortem postea obeuntem eundem illum esse, & vnum non alium quae primam, atq; alium.

**ET** Ipse dedit. Demonstratiue dixit, ipse, is namq; inquit, cuius tanta in nos pietas fuit, vt nri gratia neq; in vltimas, & infimas terrae partes peruenire abnuerit, haudquaquam temere partitus est gratias, sed liquet sane, & sapienter id, & vtiliter peregrisse, cur ergo doles, p inde ac si non iuste sit dispensatio facta, alibi autem dicit spiritum hanc impartiri, vt illud in quo nos statuerit spiritus sanctus, & omnia operabatur vnus & idem spiritus, & alibi patrem, vt illud posuit deus in ecclesia Apostolos primum & reliqua, & ego plantaui, Apollo rigauit, deus incrementum dedit. Hoc autem locofiliolum facit dispensatorem, vna est ergo trinitatis illius operatio.

**Quosdam** quidem apostolos, quosdam autem prophetas. Primum apostolos posuit tanquam prophetas praetiores, vt qui & prophetiam haberent, & Apostolatus munere fungerentur.

**ALIOS** vero euangelistas, qui scilicet euangelium descripserunt, qui vno passim circumuagi, sed euangelium predicarent, vt Priscilla, & Achilles consueuerunt.

**ALIOS** autem pastores, & doctores. Eos dicit, quorum curae fuisset ecclesia deo mandata, episcopus inquam, qualis Thimotheus erat, & Titus, & istiusmodi ceteri, potest etiam pastores pro sacerdotibus ipsis, & episcopis intelligere, doctores vero ministris, siue Diaconos ipsos, hi quidem sermone, cum alios purgandi fungantur officio multorum labes, & fordes prorsus abstergunt.

**AD** Consummationem sanctorum in opus mysterii, in edificationem corporis

Paulus Samosatensis & Nestorius.

Apostolos prophetas praetiores.

Christi. Vides ne dignitatem, vniuersis quibus aliquid consummat, ac peragit, & singuli ad Christi corporis, siue ecclesiae edificationem ministrant. Quocirca cur dolore conficeris, q; minus acceperis gratiae, quoniam quidem & ipse ad sanctorum consummationem hoc est ad fidelium vtilitatem, ac perfectionem haud parum contuleris, Studendum est itaq; vel si nullius sis gratiae particeps, alios vt quouis modo edifices, cauendumq; ne aliis inuidendo, tibi ipsi officias, perinde ac si alius quisquam ad perfectionem aliis contondendam, instituendiq; fidelibus compertus sit maiorem gratiam accepisse, intellegas velim & maiores illi labores inesse ad ministerium. Insuper & acriores penas inspendere, & rationem maiorem in modum reddendam. Alioqui quoniam pacto non Satanicum illud debet videri, vt in eum quis liuore commoueatur, qui Christi edificet, & perficiat corpus: Ipse vero non homini inuidere hunc puto, sed plane dominum aduersari.

**donec** Occuramus omnes in vnitatem fidei, & agnitionis filii dei. Tandem inquit, optandum est omnibus, qui gratiae sunt non immunes, & infumendi ad edificandum fidem vnam labores, quousq; ad fidei vnitatem hanc pertingat, hoc est, quoad tandem arguamus omnes, & eandem tenere, & nihil de Christi dogmate discrepare, nec ad inuicem dissidere, dum viuimus, sic sane optima futura est fidei ipsius coniunctio, sic inquam sumus & dei filium cognituri: cum de dignitatibus recte sentimus, nexumq; charitatis seruamus, est namq; charitas Christus ipse.

**in** Virum perfectum, in mensuram etatis plenitudinis Christi. Virum perfectum & etatis mensuram, perfectiorem dogmatum dicit cognitionem, quemadmodum & Christi plenitudinem dicimus absolutam, & integram eiusdem notionem, & fidem, hoc est Christum credere ex trinitate vnum constare, & patri parem hominem fuisse effectum in duabus naturis, substantiam vnam. Item id velle, id operari quod pater, eiq; corporaliter ad dexteram assidere, cum eoq; venturum, siue quecumq; alia de eo rectius & intelligitur, & adstruunt tenere. Verum quo pacto Apostolus nostram imperfectam scribit scientiam esse, quo nimirum ad futurae scientiae differentiam, hoc autem loco ob facilem in crimen elapsam, perfectam dicit scientiam, cum enim in praeterita nostra delicta nequaquam recidimus tunc sane sumus perfectiores, & perfectiorem adepti scientiam, vt infra patebit.

**vt** Iam non sumus paruuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinae. Vt hanc inquit est pexiguam quam ipsi accepimus mensuram, firmam, stabilemq; seruemus, non vt pueri solet minores omni vento circumferamur, hoc est a quouis homine nos instruente temere subleuemur. Sunt namq; ad edificandum, & consummandum dona data iam cauendum itaq; ne labet, & fluat quod fuerit edificatum. Vt iam vero cum inquit ostendit vel id illos alios fuisse pfectos, videtur etiam & his semet iteriter cum circumferamur inquit, quod eos fuit, vt eos non acriter commissi redarguat, sed leniter castiget, & placide, & fluctuantes cum ait, arguit quatenus sint in discrimine instabiles, & nutabundae ad orthodoxam fidem animulatae, & eidem istas metaphorae ventos vocauit, varias preceptorum doctrinas.

**in** Nequitia hominum, in astutia ad circūuentionem erroris. Ne itaq; inquit, & nos in hac circumferamur nequitia, quo modo, in astutia ad circūuentionem erroris, ne quo volunt illi dolo, & arte quadam traducere, eodem & vos deuoluti seramini. Nam nullius rei alterius gratia, artibus hoc moluntur, & dolis, nisi fallendi, Bene autem proposuit hominum, nam ad ea que dei sunt, neq; nequitia, neq; homines admittuntur.

**veritatem** Autem facientes in charitate crescimus in illo per omnia, qui est caput Christus. Veruti inquit, & verbis fallentes adulterina cuncta, & falsa pretendunt, nihilq; illis inest vel sanum, vel stabile, nos vero, qui veram cum in deum, tum in proximum charitatem sectamur, nec dogmata vlla habemus, que falsa sint, aut subdola, nec vitam ducimus simulatam, augebimus certe in Christo que nostra sunt, tum

Christi plenitudo.

Varias doctrinas ventos Paulus vocat.

Vitam ipsam atque decreta, huic enim qui nostrum est caput accommodare & moribus debemus, & vitam gestandūque nihil quod alienū sit, nec capiti congruens, sed cuncta sunt nobis ad illius conformitatem aptanda & augenda.

**¶ QVO** Totum corpus compactum & connexum per omnem iuncturam subministrationis secundum operationem in mensuram cuiuscūque membri augmentum corporis facit, in edificationem sui in charitate. ¶ Sensus omnis dicti huius, & subobscurior huiusmodi est, quemadmodum enim spiritus per nervos a cerebro ipso descendens, sensum omnibus membris ad proportionem cuiusque impertitur, sic Christus nostris animis, qui illius sunt membra, sua dona suppeditat, nec fortuito, & temere, sed pro mensura membri cuiusque, hoc est, ut quodque capere potest, & hunc in modum coedificari sibi uniuersum corpus, & coalescere facit, alias enim nequiret anima alioquin perne spiritu descendente, a quo & vitam accepimus, & incrementum, subministratione excipere, nisi charitate corporis instar unius compacti essemus, & iuncti. Nam ut manus a reliquo corpore auulsa, haudquaquam ultra est vegetantem spiritum receptura, ut que a membrorum sit nexu dissociata, sic sane & nos nisi unitatem seruemus, & animorum coniunctionem haudquaquam aliquando sumus spiritus gratiam admitturi, qui a Christo, qui caput est nostrum profluxit. Idcirco & corpus compactum, & connexum dixit, hoc est, nihil temere dispositis membris, sed copulatis, vel singulis in loco herentibus, non dissociatis, vel sine forma iacentibus. Nostri itaque erit officium per charitatem nos inuicem nequere, & conformes efficere, Christum vero decebat, ut caput suum in corpus, hoc est, in nos immittere spiritum, Fit autem omnis hic sermo, & eo intenditur: ut humilitas cum charitate coniuncta seruetur, Per omnem autem iuncturam subministrationis cum inquit id utique prefert, quod spiritus scilicet, quia Christo capite defluit, & subministratur, omnes complectitur, Corpus igitur edificatur, & crescit quoad membris adhaerit, & spiritum ipsum iducit, ut in se operetur, Id enim designat cum dicit secundum operationem, vel quia membris operationem spiritus prebeat.

**¶ HOC** Igitur dico, & testificor in domino, ut iam non abuletis, sicut & gentes ambulantes in vanitate sensus sui. ¶ Est sane preceptoris officium, non solum commonefacere, sed etiam abstergere, cum fuerit necesse discipulos, quemadmodum Paulus facit hoc loco, Testificor enim vos inquit in domino, hoc est dominum testor, quia nihil clam vos habuerim, quod dictu senserim oportuū, nec vos amplius ambulante ut ambulatis dixit: ne illos offenderet, sed sicut reliquae gentes, aliorum exemplo hoc ad continentiam prouocans, hi namque in sensu vanitate ambulabant, qui & idolola colerent, & vitis inferuerent, & rebus mundi inanibus inherebant, que idcirco vanitates coarguuntur, quia frustra illis videntur mortales, Erant itaque in his gentes corruptae, sermone scilicet, & vita.

**¶ OBSCVRATVM** Habentes intellectum, alienati a vita dei. ¶ Diuina inquit scientia, & vitae purioris lux ipsa affullit, hi vero seipsums fregerunt animi oculis debilitatis pre vitae huius, & vitiorum caligine, qua semetipsi obduxerant, sunt namque presentia vitia, & mundi curae, veluti vehemens quidam, & innabilis fluxus, que metem prorsus obturbat, eoque qui his implicatur, a dei abalienati sunt vita, hoc est ab ea que secundum deum est, penitus abdicantur, est namque vitae rationalis, & dignoscere vera, & tenere, qui vero presentium bonorum curae dicauerit, haud dubie obcecatur, nec vitam degit, quia veritas ipsa verbi substantiam prefert & claritatem.

**¶ PROPTER** Ignorantiam que est in illis propter cecitatem cordis ipsorum. ¶ Si ignorant, quid illos inculas? Est namque mox edocendus, non iustitiae insimulandus qui rei sit alicuius ignarus, Dices fortasse, aut eiusmodi his ignorantia ob eorum he-

Preceptoris officium etiam abstergere.

betudinem, & cecitatem obuēnit, que insensibilitatem quadam pretendit, insensibilitas vero, & dementia, ex vitae impuriore dispositione oboritur, sit itaque ut omnino sint, qui hac ignorantia detinentur culpandi.

**¶ QVI** Desperantes semetipsostradiderunt impudicitiae, in operationem immunditiae in auariciam. ¶ Vides quemadmodum voluntate illis obtigerit insensibilitas hec, & ignorantia, Nam desperantes inquit, hoc est, qui nulla ratione videntes desperant nequaquam se posse futura parare, cum a presentibus nolint, quibus sunt heretici desciscere, aliter tamen in greco habetur, apilgicotes, & hoc est sine doloris sensu tanquam insensibiles facti, & excordes, & torpidi, neque veri boni indagacionem volentes laborem insumere, impudicitiae demum sese addixere, quidnam facturi, ut immunditiam operentur, & feditatem, his enim perficiendis cogitationem, & operam impendebant, neque impunitatis huiusce, & turpitudinis speciem vnā aliquam exercebant, sed omnem, qui ergo poterat fieri, quo minus desperet, qui huiusmodi erant addicti cupiditatibus: vita namque que turpiter ducitur, prauarum opinionum est causa, & omnem recti ingerit ignorantiam. Cum itaque alibi audieris deum alios tradidisse in reprobum sensum, rem: iniscere & dicti huius, & cum vtrūque contuleris, pernoctato, qui se proripiunt a deo dici precipitari, & tradi, hoc est permitti, & deserui, quia semetipsi ut sic traderentur dignos effecerint, cum vero in auaricia dicit, voluntariam illis insipientiam testificatur. Poterant enim his inquit, vel pecuniis, vel voluptatibus moderatius frui, sed cum essent omnibus in rebus sectati immoderantiam in mentis hebetudinem deuenerunt, & bonorum omnium insensibilitatem.

**¶ VOS** Autem non ita didicistis Christum, si tamen illum audistis, & in ipso edocti estis, sicut est veritas in Iesu, deponere vos secundum pristinam conuersationem veterem hominem. ¶ Gentes quidem ita se habent, vos vero haudquaquam hoc modo Christum perdidicistis: si tamen illum audistis, hoc est cum illum ex nostra doctrina iam teneatis, non enim, si illud dubitantis est dictum, sed confirmantis, qui in etiam illud est Christum perdiscere, quod rectius viuatur, ut contra qui vitam peruersius duxerit, Christum ignoret necesse est, Deum enim inquit se scire fatentur, factis autem negant, illud autem, sicut est veritas, sic debet intelligi videlicet, nequaquam ipsi, quemadmodum gentes vanis, & superuacaneis in rebus incedite, vel volipos ad eadem illa conponite, Constat namque non esse inania, que Christi sunt, sed certiora, & vera cum dogmata dico, tum vitam. Delictum siquidem falsitatem pretendit, quippe quod instantius sit, & leuius. Virtus vero veritatem prefert, quia stabilis sit, & finem habeat, at quid estis edocti, vel quenam est que secundum deum sit veritas: nimirum deponere vos veterem, hominem, hoc est pristinae conuersationis modum, & vitam illam antiquiorum, & peccatis obnoxiam.

**¶ QVI** Corruptitur secundum desideria erroris. ¶ Bifariam hoc debet intelligi, vel quia ut solent concupiscentia, & voluptates corrumpi, ita & homo his deditus, hoc est eius inanes cogitationes perduntur, morboque decor omnis, & pulchritudo, vel senio ipso deflaacet, vireque item corporis, ac omnia demum morte soluuntur, in illa enim inquit die perdentur omnes cogitationes eorum, vel secundum desideria, id est a desideris, ab his namque vetus homo deletur, ut vellus, & ferrum, a quibus cognuntur: ab his & intereunt, Deperit preterea & honoris, & gloriae cupiditas, animo semper corporaliter vero nunquam, sic & voluptates conficiuntur, Recte autem errorem dixit, que ex his oritur voluptatibus suauitatem, simulat namque, mentitur, ac fallit, quippe que voluptatis preferat speciem, cum amaritudo sit, & acerbitas, id itaque error pretendit, ut cum aliud sit, aliud esse appareat.

**¶ RENOVAMINI** Autem spiritu mentis vestrae. ¶ Ne quis existimet alium quod

Insensibilitas & dementia ex vitio puritate.

Permitti & deserui a Deo quod quis dicitur: & nota.

Virtus stabilis veritate prefert Delictum, falsitatem.

piam se inducere hominē; preter eum quem dixerat nouum, Renouamini inquit hoc est, id ipsum quod in uobis conuenit, nouum reddite, & immutate, quod si uis subiectum sit idem, morum uidelicet solum, & mentis pristinae immutatio, Verum quo pacto, istiusmodi potest inuolutio fieri? Per Spiritum sanctum, qui uestram inhabitat mentem, Spiritus namque nullas substinet veteres actiones, & prauas, Demum inquit tale est, Innouamini animo, & spiritali inuolutione, non corporali, vel in corpore ipso effecta.

Hō neq-  
tia,  
Homo  
uirtus.

**¶** Induite nouum hominē. Vides quemadmodum sit vnum subiectum quod exui, & indui possit, hoc est vnum sit corpus, quod induitur, & spoliatur. Indumenta uero diuersa; hoc est nequitia ipsa, & uirtus faciles sunt, uel ad abdicandum, uel ad admittendum si volumus. Verum cur hominem nequitiam dicit, & hominem uirtutem denominat, quia ex operibus ipsis figuratur homo, nec minus hec quae ipsa natura hominis preferunt, siue bonitatem, siue nequitiam, Nouus autem ille est homo, qui & recens sit baptismo ablutus, hic namque fortiore se debet, & constantem prestante cuiuslibet labis immunem, & integrum, hec proculdubio cuncta ad nouum hominem spectant.

Nouus hō

**¶** Quia secundum deum creatus est, & in iusticia, & sanctitate ueritatis. Is inquit nouus homo non secundum concupiscentias, sed secundum deum est conditus, hoc est tali structura creatus, ut placeat deo, & lauacro, non quod e terra constet, & aqua, sed ex iusticia, & sanctitate, His enim hominis huius continetur substantia, iusticia quidem uniuersalis quedam est uirtus, quemadmodum illud est usurpatum, iustus est ille, & irreprehensibilis, & dominus ipse, si non superabundauerit iusticia uestra super Pharisaeorum, in ea namque uirtutem omnem asserit contineri, Sanctitas autem puritas est, & debiti omnino perfolutio. Et quoniam in ueteri testamento iusticia dicebatur hec sanctitas, illa inquit uetusta futura praefigurabat, sed sanctitatem hanc ipse ueritatis, & euangelii dixerim ueritatem. Est itaque homo iste in baptismo per iusticiam, & sanctitatem creatus, induatur etiam uita, & operibus neesse est. Cum uero indutum aliqui fuisse intelligis, non ignores quemadmodum nunquam sit amplius quod semel induerit deponitur, ut illud induit maledictionem ut indumentum, & qui luce ductus est.

**¶** Propter quod deponentes mendacium loqui uimini ueritatem, uel quilibet cum proximo suo, quoniam sumus inuicem membra. Cum ueterem dixerit hominem, uniuersaliter hunc, & particulariter hoc loco describit, & primo alterius mendacia interdicit, & causas profert, tum quia proximi inter nos sumus, tum quod maius est, & maiori nobis dedecori cedere, quia & membra inuicem dicimus, perinde ac si dicat, Num oculus si bestiam fuerit aliquam in nos irruentem efferaius conspiciatus, pedibus mentietur se nihil spectare, nec illis fugiendi facultatem prebebit, uel si scrobam aliquam alte refoffam, harundine, & humo coniectam, pes ipse preterea, num oculus hoc ipsum celabit, ut aliam inueniat semitam? Id ipsum dicit & de membris ceteris potest, sic itaque & nos nihil ad inuicem mentiamur, sumus namque uicinis corporis membra.

Iracundia  
que sine  
delicto.

**¶** Irascimini, & nolite peccare. Dixit nolite alterius mentiri, sed cum pleurumque iram mendacium pariat, sic inquit, bonum quidem nil proius irasci, ac si illud contigerit, cauendum ne ex immoderato iracundiae usu effrenetur hec ira: & in peccatum euadat, Dicunt nonnulli vnum esse iracundiae genus, delicto quod caret, eam uidelicet, quae uel in demones, uel in uicia utimur coercenda, & hoc ipsum explicare hoc loco apostolum.

**¶** Sol Non occidat, super iracundiam uestram. Non diu inquit apud uos res-

deat iracundie uicium, neque uobis nondum conciliatis, sol ipse e terris abscedat, ne forte indignis appareat illuxisse, neque & nox ignem mente acrius agitando incedat, & insidias paret uel mortem.

**¶** Nolite locum dare diabolo. Mutua oppugnatione diabolo oblietetur, quam diu uis animis erimus condensati, nichil ille de suo est illaturus, ut qui nullum inueniat insinuandi se locum, at cum aliquod inter nos diffidium proleminauerit tunc perinde ac occasione inuenta ubi caput immittit serpetis more, & mox reliquam corporis molem ingessit.

**¶** Qui furatur iam non furetur. Vides qualia sint uetusti hominis membra mendacium scilicet, odium, furta, neque enim supplicio afficiantur furaces inquit, sed desinant malefacere, & a furto abstineant. Illud enim exterioris est & humani iudicii, hoc Christi doctrine & pietatis.

**¶** Magis autem laboret operando manibus suis quod bonum est, ut habeat unde tribuat necessitatem patienti. Neque enim sat est a peccatis desistere, sed his contrariū iter inire neesse est, malis olim facinoribus incubuisti, nunc & bona exerce elaborando, cum ut labor atterat corpus, quod ex ocio quondam praua didicerat, tum ut habundanter habeatur unde & uitam hanc degat, & conferre in alios possit que ante hac multis subtraxerat, & beneficus fiat.

**¶** Omnis sermo malus ex ore uestro non procedat. Malum sermonem non ocio sum dicit, superuacaneum, & intempestiuum, qualis scurrilitas est & fede dictum, Grece tamen Sapron habetur, hoc est putre & fetidum, turpiloquium namque iurgia, & detractiones putrida sunt & infecta, neque enim factorum dumtaxat gratia, quin & ditorum penas luemus.

Sapron?  
i. marci-  
dum

**¶** Sed si quis bonus ad edificationem fidei, ut det gratiam audientibus. Hoc est illud loquamur quod & proximi, & aliorum fidem edificet, Grece tamen quod fidei dixit interpretas chrias hoc est necessitatis est scriptum, perinde ac si dicat nullū depromatur puros intempestiue & incommode dictum, neque ultra uelim loquamini quam ferat necessitas, ut occasionem audientibus prebeat, ut gratias habeant tam oportune loquenti, qui enim in tempore loquitur sanctius profecto, ac pie loquetur, uel gratiam det audientibus dixit, hoc est ut gratos hos faciat sermo, tempestiue prolatus. Nam quemadmodum odoramenta gratiam exhibent se pertrectantibus, sic sermo qui de deo habetur & animabus conuocit, uides quemadmodum quod antea semper commonefecerat Paulus, in presenti nos oret, ut proximum quemque edificemus, quod utique aliud nihil pretendit, nisi ut nos ipsi edificemus. Nam qui alius consulunt, que animam iuuent, longe magis & sibi sunt profuturi.

Sermo  
de Deo.

**¶** Et Nolite contristare Spiritum sanctum dei. Si uerbum inquit turpe, uel fœdū protuleris, & Christiani hominis ore indignum, certe non hominem perturbasti, sed Spiritum dei, qui tempore sit de te bene meritus, subdit deinceps, qualibus sumus benificis ipsi affecti.

**¶** In Quo signati estis in die redemptionis. Is namque Spiritus nos oblietauit esseque de regio grege insuperfecit, Adque is nequaquam astare nos sicut cum fontibus, & damnatis, sed signum impressit, se creuitque ut redempti, & liberi ab istiusmodi ira essemus, nonne igitur pudere nos debet si huc cesserimus, oblietatum est in qua est tuum a spiritu, ut nihil indignū se proferat, noli ergo signaculum illud dissoluere.

**¶** Omnis Amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blasphemia tollatur a uobis cum omni malicia. Substituit in partem dictis superioribus iracundiam, nunc uero eandem radicatus tollit. Amaritudo namque iracundiae, & furoris est radix, at ubi acrior ira tempestas inhorruit, uehementius oris operculum superat, fluctibus,

Equus &  
Sessor.

& per omne corpus diffunditur, & hominem ipsum efferat, tollatur inquit & clamor, ita ut nec vestigium aliquod eius sit reliquum. Clamor quidem equi profert figuram se florem ira pretendit, constringe compedibus equum & insidentem prosternens, de me preterea maledicta & iurgia, que ab ira nascuntur. Ira quidem magis incendit, & ciferatio, & quia plerique sunt qui tacite irascuntur & iram comprimunt contumaciter, & stimulis mordentur dandestinis, obscuramque & reconditam indignationem afferunt, eo adiecit, cum omni nequitia, hoc est siue exigua, siue magna sit illa.

Gehena

**ESTOTE** autem inuicem benigni, misericordes donantes inuicem. **Cum** haudquaquam sit satis pro regno celesti consequendo abstinere a malis, sed necessarium insuper sit que rectiora sint facere, quippe si a bonis operibus defecerimus, tamen si malis inuicem egerimus in gehennam conuiceremur, ut est e pluribus euangelii dictis perspicuum propterea Paulus prauis interea omissis operibus, ad recti nos operationem hortatur, aitque, estote benigni, ad nequitie & blaphemie differentiam, & misericordes ut in pietatem fecernat a misericordia, & inuicem donantes, hoc est veniam delinquentibus tribuentes, ut eos reddat ab his alienos, qui in peccata labentibus nec veniam dederunt.

**SICUT** & deus in Christo donauit vobis. **Cum** hos exemplis sat flectere ad bonum confideret, & deum in rei huiusce argumentum producit, poterat tamen vel illud afferre quod dixerat, dimittite & dimittetur vobis, sed quia futuris diffidit plerique, que olim sunt gesta deducit, in medium. Inquit deus vobis in Christo donauit. Quo pacto: in Christo, hoc est cum filii sui discrimine & morte, ipse vero haudquaquam tuo cum periculo quicquam contuleris, at ille aliter longe, nam ipse in fratrem & proximum ille vero tibi ut hosti & ob peccata in se infenso errata dimisit & largitus est. Aduerte autem quia cum ad inuicem donantes dixisset & vobis ipsis adiunxit, arguens, cum alteris donamur, & mutuo in se ipsos gratiam conferre vel singulos.

**ESTOTE** ergo imitatores dei sicut filii carissimi. **Vel** pari & ipse prosequere fratrem benevolentia, qua & te prosequutus est dominus, sic deum pro viribus imitare, nec erit quoque pacto hoc loco culpanda inopia, ut illud inquitias, si fratri dimiseris, quod deliquit, iacturam ipse perpetiar, sed peccanti, & veniam dato, nullo tuo vel impendio vel detrimento, sed lucrum referes, est enim maximi deum ipsum sectari, aliam deinceps causam refert magis haud dubie allucibilem cum inquit, ut filii carissimi hoc est vel alia quedam vos ad hoc cogit necessitas, ut patrem scilicet imitemini vestrum, & cum nequaquam liberi omnes genitorem sectentur, carissimi addidit. Nam istiusmodi filii patrem imitabuntur.

Filii ex  
ipsa dile  
ctione.

**ET** ambulate in dilectione sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam deo in odorem suauitatis. **Id** sane omnium est fundamentum, quo stante non iracundia modo tollitur & blaphemia, sed cuncta plane dementur huiusmodi. Idcirco & postremum hoc posuit. Docet preterea vnde sumus & filii redditi, videlicet ex ipsa dilectione, debemus ergo eam amplecti, ut potest, quae causam nobis qua sumus a deo in adoptionem adsciti prebuerit, ut enim cum merito aliquo laborauimus medicamentorum quorundam, quibus sanati fuimus, vel tamen ipsum venerationi habemus, & magnificimus, sic & dilectionem hanc amplecti debemus, qua se ipsum pro nobis tradiderit dominus. Atqui pro inimicis ille ipsum se obtulit, tu vero amicis daturus es veniam. Tunc itaque vere Christum sectaberis, cum his benefeceris, qui te odio habent. Sic enim & dictum illud ut Christus dilexit, & pro nobis se ipsum tradidit obseruabis. Id illud est sacrificium & odor suauitatis id ipsum iquam & Christus effectus est, cum pro nobis, odiose habentibus obtulit mortem, Id illud demum est, deum hunc imitari.

**FORNICATIO** autem, & omnis immundicia aut auaricia nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos. **Differens** de acerbiori iracundie vitio, ad eam venit, quae minus plerique mala videtur, habendi cupiditatem, quemadmodum enim legis labor, non occides edicit. Quod crimen per iram committitur, & deinceps non adulterabis, iniungit, quod desiderii est & cupiditatis, & sicut amaritudo & clamor & blaphemia sunt iracundie malum, sic fornicatio & immundicia, auariciaque a concupiscentia emanarunt, eadem enim illa & pecuniam concupimus, & corpora adamamus. Ne itaque eiusmodi scelus vlla apud vos mentio fiat, sed integre puritatem seruetis. Prebent namque sermones ad res ipsas ingressum, estote facti monia predicti, & lingua ite polleat sanctitate.

**CAUT** turpido aut stultiloquium, aut scurrilitas, quae ad rem non pertinent, sed magis gratiarum actio. **Ut** enim clamorem, qui esset ad iram vehiculum substulit, sic nunc turpiloquium tollit & scurrilitatem, quae ad fornicationem inducerent. Noli inquit salubus uti & verbis scurrilibus. Sic namque fornicandi excitabis flammam proinde ne morosus videretur & grauis, ut qui iocos intercidat & risus affert, sic inquit, quiens, que ad rem non pertinent, hoc est, que vobis non conferunt, nec ad bonos mores vel vitam, quam querimus faciunt, ut enim corporum quicquam iticior nequaquam tollat ex rebus que nihil ad eius attinent artem aliquod opus conficere, sic & Christianus sanctitatem adeptus haudquaquam debet, que sanctimonie minus conducunt profari, non enim ad nos attinet illa, que nec necessaria sunt nec plane expediunt. At si qua dicendi incessit cupido, singula verba in agendis gratis proferuntur, quibus reddendis si insueueris, recordaberis proculdubio, qualis ante hac fuere, & quantum sit impresentiarum effectus, & tua insuper mala deplorabis, & stupore maximo capiere, quod tantis tibi bonis dignatus, nec tempus tibi supererit, ut aliis vaces, Non enim risum & scurrilitatem hoc tempus deposcit, sed certamen & luctum. Atqui hostis ille in te dentibus frendens obuoluit. Tu vero ludis & ineptias narras & nugas quinetiam haudquaquam facile est vel certantem aliquem aduersarium hunc superare, quanto minus ludibundus quisquam, & iocis intentus de illo referre victoriam poterit.

**HOC ENIM** Scitote intelligentes, quod omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, quod est idolorum seruitus, non habet hereditatem in regno Christi & dei. Nemo vos seducat inanibus verbis. **Erant**, ut apparet, nonnulli apud Ephesios, qui dicerent deum ingerendae formidinis gratia tenuia hec & exigua interdixisse. Cur enim stultum quempiam dicere, absurdum a Deo debet videri, ut gehennae fiat obnoxius, qui stulticiam hanc ipsam obiecerit, vel quo pacto auarus potest idolis inseruire? De his itaque hoc loco narrat Apostolus, Et nemo inquit vos seducat inanibus verbis, Ea namque sunt inania dicta, quae ad breue gratiam habent, res vero nihil de se afferre utilitatis coarguuntur, Seducuntur preterea & qui ex his licentiam sumunt. Quod autem auarus idolorum sit cultor, ex eo perdisce, quo dominus dicit. Non potestis & deo seruire, & mammonae, abest itaque a deo longius, qui auariciae inflammatur cupiditate. Nam qui auro se addixit ut domo, quo pacto non erit auri seruus, & idolorum cultui non se subiecit, quippe qui aurum & pecunias colat pro deo. At nulli exxi inquiet idolum, quid illud: neque inter gentiles plerique idola se adorare profitebantur, nisi Venerem fortasse & Martem, sed vitiiis quidem incumbere, idolis est inseruire, at nullas immolat oues, nec vna in sacrificiis fundit cum aurum colit, at animas longe preditas ratione ditabit. Venerabantur gentiles hanc celi & terrae structuram, vel cetera que condidit deus, auarus vero quod suo labore conflauit, & manibus, adorat, & colit, neque enim auariciam instituit Deus, sed inexplibilis nostra habendi cupiditas.

Vitia vitanda.  
Ex sermone ingressus ad res ipsas.

Hostis frendens

Gentiles hanc celi &amp; terrae structuram venerabantur.

tas hanc procreauit, puto autem Paulum id a Dauid acceptum alio quodam modo differuisse, nam illo dicente. Idola gentium argentum & aurum, vel id ipsum pro denter ut diceret conuertisse, argentum & aurum idola esse, est ergo qui auro & argento inferuerit, idolorum cultu detentus.

**PROPTER** hec enim venit ira dei in filios diffidentie. **IRA** inquit vel ob fornicationem immudiciamque & idolorum cultum obuenerit, vel ex seducentium uerbis filios autem diffidentie eos dicit qui plurimum sunt contumaces, & deo diffidentia decreta huiusmodi decernenti.

**NOLITE** ergo effici participes eorum, eratis enim aliquando tenebre, nunc autem lux in domino. **NOLITE** inquit talium facinorum his fieri participes, perinde eos prioris nequitie commonefaciat, recog nolite dicere, quid aliquando eratis, rogatenebris sitis in lucem iam reuocati, prius namque cum pro uestris cum institutis in uita prauitate in ipsis tenebris degebatis, nunc uero lux estis effecti, ut qui & delictis notionem adepti, & lucis opera facitietis, id tamen uobis non uestra uirtute prouenit, sed in domino, hoc est diuinam ob gratiam, nequaquam igitur debetis cum uiculis contumacibus uersari, in quos ira peruenerit, fueratis namque huiusmodi iracundiam uos digni, nunc uero longe secus se ea res habet, nolite ergo ad pristinas tenebras uilas redire.

**UT** filii lucis ambulate. **HOC** est modeste & ut hos decet, qui in luce faciunt iter, quin potius uel aliis preferre nos lucem iniungit, nam qui lucis est filius, & ipse lux est.

**FRUCTVS** enim lucis est, in omni bonitate & iusticia & ueritate. **Interpretatur** hoc loco diffinitio quid lucis filius sit, aitque eum hunc esse qui spiritus sit lucis fructum adeptus, spiritus namque fructus defert, nec eam quidem quam antea diximus, sed illi longe diuersam contrariamque bonitatem, uidelicet que amaritudini & incudie aduersetur, & iusticiam spiritus ille producit que auariciam ipsam impugnat, & ueritatem, que fallacibus obstat immunditie uoluptatibus, omnem autem bonitatem dicit, que in omnes confertur, neque in beneuolos modo, sed uel in hostes potius & nobis infensos.

**PROBANTES** quid sit beneplacitum deo. **Experimenta** de fumere peccatorum & sane, qui ferre iudicium queunt, est tamen imperfectioris & inexperientiam ea negligere, quae deo minus sunt placita, cuiusmodi ea sunt uicia, que superius explicantur.

**ET** nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum, magis autem redarguite, que enim in occulto fiunt ab ipsis turpe est & dicere. **Infructuosa** sunt & sterilia tenebrarum & scelerum opera, neque enim fructum alium afferunt, nisi mortem & dedecus, non itaque sunt hisce operibus nostra communicanda, sed arguite potius hoc est enixe instruite, qui talia fecerint, cum uero inquit turpe est dicere, facinora quedam nefanda pretendit, quae illi committerent, & Ephesi haec exercerent.

**OMNIA** autem que arguuntur a lumine manifestantur. **Cum** diceret lux ipsi si estis, arguit que geruntur in tenebris adiecit hoc etiam, & si uirtute prediti fueritis celari non poterunt improbi. Nam ut ardente & lucem praebente lucerna, fur nunquam subiturus est domum, sic nostre uirtutis si fulgor illuxerit, hi haud dubie deprehenduntur qui gesserunt praua haec atque nefanda, tametsi per nos sint uerbis ad doctrinam facientibus castigati.

**OMNE** enim quod manifestatur lumen est. **Ut** enim quod diu opertum est uulnere medicationem nullam admittit, sic & delictum cum fuerit reuocatum in lucem conuertitur, non enim peccatum dixerim sed peccata patrem, nam castigatus cum fuerit delinquens, & acrioribus uerbis increpitus, & penitudine ueniam consequetur. non

Filius diffidentie qui.

Filius lucis quis.

Similitudo apta.

huius omnes purgatae sunt & abolite, quas antea peccatorum mole obduxerat tenebrae, uel quia nostra uita lumen est inquit, cum cunctis uisenda & contemplanda exponitur, nemo enim occultat quod recte & sine labe gesserit, que autem supprimuntur, quia sunt tenebris digna, & occultentur necesse est, nam & coargui debet & in lucem deduci, ut euangelicum illud testatur, nihil occultum quod non reueletur.

**PROPTER** quod dicit, surge qui dormis & exurge a mortuis, & illuminabit te **CHRISTVS**. **Dormitantem** & mortuum, peccatis immersum dicit, est namque qui prauis adiectus est facinoribus, haud secus ac mortuus, fetulentus, & dormieris in morem torpidus, somniansque & imaginans que minus subsistunt, ut uero a peccatis exitus resurrexit, tunc illi Christus illuminando alluxerit, hoc est ut sol his affulgebit qui excitantur a somno, quando enim quis in malis perstiterit actionibus, lucem odit, nec illam adibit, debes tamen compertum habere, quid somno pressus a mortuo differat, plerique enim & si facit mala, facientibus tamen minus assentiuntur, hi quidem dici capti sopore possunt, quia & celerius excitantur, hi iure optimo mortui appellabuntur, qui difficulter reuocantur ad bonum & illud his in clamatur, ut se tandem attollant, neque enim desperanda est que uerti in melius possit natura.

**UIDETE** ITAQUE **FRATRES** **QVOMODO** caute ambuletis, non quasi insipientes. **Amaritudinem** adhuc & iracundiam purgat, tanquam ad hos istiusmodi diceret, uos oues estis & inter lupos uersamini efferantur in uos alii, uel qui familiarissimi sunt, cauendum itaque necui, uel inimicitie uel odii prebeat occasio, nisi fidei gratia, ut nemo uos illa in re calumnietur, quin potius & honorem cunctis deferte, & obsequentiam, uel in his precipue nil obnitamini, in quibus fides nihil offenditur, & colunbe in morem uos gerite. Nam in illud uestre sapientie maximum est argumentum, si uos irreprehensibiles asseruatis, & prorsus innocuos.

**CREDIMENTES** tempus. **Ne** uarii simus & inconstantes commonefacit, sed quoniam inquit haudquaquam uestrum est tempus, sed accole estis & conuene & ab seculo alieni, nequaquam uobis uel honores uel gloria uel ultio est conquirenda, sed omnia toleranter sufferte, ut uel id temporis saltem interea redimatur, cum omnia uolentibus malis uobis ingerere eius rei potestatem feceritis. Nam quemadmodum opulentus uir quispiam cum quempiam uiderit, ut sua diripiat & se inuadente ut enecet omnia illi eximendi se gratia ab eo discrimine permittitur, sic uos uniuersa offerre, ut in tuto sit caput, hoc est fides ipsa.

**QVONIAM** dies mali sunt. **Non** enim dierum substantiam improbat Paulus, lux enim hore ac tempora dierum substantiam praefert, quae igitur potest diei inesse malignitas, neque enim idcirco quod mali sint, dies detractat, sed quia in his multa contingunt que mala sunt, quemadmodum itidem ipsi usurpare solemus, dicereque malum transegi diem quia, in eo aduersa obtigerint pleraque, & que placeant minus & per prauos uiros ingesta.

**PROPTEREA** nolite fieri imprudentes, sed intelligentes que sit uoluntas dei. **Quoniam** dies inquit prauos sunt homines nacti afferentes que nos longe obturbent, uobis tamen qui sapientia estis ex culti, curandum est ut nullam hisce hominibus offeratis uos incedendi occasionem, id namque deo est placitum, ut nullis in rebus coargui delicti possitis, & fidem seruetis.

**NOLITE** inebriari uino. **Adhuc** in extirpanda ira uersatur, uini namque immoderata potatio & iracundos reddit & temerarios, quod autem hanc uini tollat immoderantiam ex eo perspicuum est, non enim nolite uinum ebibere inquit, sed inebriari. Nam ex mero ebrietas oritur nimie haustio, quippe quo modice sumpto sanitatem

Peccatis immeris

Simile.

Vini immoderata potatio iracundus facit.

assequimur. id ipsum ad Timotheum perscribit, & leticiam affert vt David testatur & item scriptura date inquitens vinum iis qui in tristitia sunt & ebrietatem sine pomeri effusione qui in dolore, mesticie namq; asperitatem & obnubilum omne distulsi ebrietas Propterea & deus corpora nobis moderatiora effecit, vt contenta sint pauca & ad aliam vitam contendant.

**C**IN quo est luxuria. Hoc est huius intemperans & luxus, qui non solum corpus sanitatem tuetur, sed hanc potius perdit, nec corpus modo ac animam ipsam desoluit, vel luxuriam incontinentiam dicit, quam gignit ebrietas, friget namq; contra sine Cerere & Baccho venus.

Dictum Terentii

**C**SED implemini spiritu sancto loquentes vobismetipsis in psalmis & hymnis & canticis spiritualibus cantantes & psallentes in cordibus vestris domino. Vis inquit affici iocunditate, fuge nimiam vini satietatem, vis preterea spiritu sancto experiri, sequeris id vtiq; si psallere domino consueces, psallentes namq; spiritu sancto oppletur, vt contra impuro, qui sathane cantiones emodulantur, psallere autem in corde est sensu & mente decantare, non corde obtorto & inquieto. ille inq; corde canit qui corde deo deum intentior meditatur & mente versat. Aduerte autem quemadmodum animam ire acerbitate & reliquis vitis repurgatam, redditisq; nobis clementioribus & caritate insuper communitis, tunc & sancto spiritu oppleri demonstrat, neq; enim est venturus temere, sed veniens corda vobis opplebit, cum itaq; tanta vos spiritus claritas & splendor inuaserit, facilis erit ad ceteras virtutes accessus.

**G**ratias agentes semper pro omnibus in nomine domini iesu christi deo & patri. Gratie semper agende sunt deo non ob partam modo quietem & ocium, sed vt quid patimur quod merore afficiat, neq; enim ob bona dumtaxat nobis ab eo collata quietiam vel in medijs malis, & rerum earum ob gratiam quas vel ignoramus vel nouimus cunctis namq; ex rebus vel prosperis vel aduersis afficit semper nos beneficiis deus, tamen si id ipsum nos lateat, sunt itaq; istiusmodi gratie patri agendo, in domino nostri nomine, hoc est cum illas agimus & Christi nomen est preferendum, & eundem illum complecti debemus, cuius interuentu & bona nobis plurima conferuntur, & gratie per nos aguntur eiusmodi.

**S**ubiecti inuicem in timore Christi. Rursum caritatem producit in medium, hac enim & alternis subiciuntur non rei vilius terrestris formidine, sed Christi timore, qui enim se inuicem ob Christum subdiderint, cum tali sint nexu deuincti, dissidui non poterunt, nec dissidium perpeti.

De maxima habuit matrimonii curam.

**M**ulieres viris suis subdite sint sicut domino. Neq; enim temere studi plurimum eiusmodi vxoris & viri coniunctioni impendit Apostolus. Præsertim cum principio deus maximam habuerit matrimonii rationem. Ade namq; sororem quam filiam potius ad quid dixit? immo propriam deuinxit, deincepsq; hominum generi propagato, & nuptias magis ac magis prouexit, ne caritatem in sola necessitudine & propinquis perscriberet, & vita nostra per hanc copulam & nuptias iuuaretur, atq; tur mulieres viris suis subdite sint. Nam si concors matrimonium fuerit, & filii recte educabuntur, & serui optime instituentur, & bene habebunt qui & vicinitate nobis & amicitia erunt coniuncti, subdite sint sicut domino, quo ergo pacto & alibi scriptum est, nisi quis vel vxorem vel virum reliquerit, non potest me sequi. Si enim viro est vt domino seruendum, cura, viro abscedendum propter dominum dicitur, quia sicut particula hæc, non semper equalitatem designat, vel ea vos inquit ratione subdite, quia scitis vos domino subdi cum viro vos subditis, hoc quidem non viri præcipue gratia fit, sed dei, nam si quis principibus minus paruerit, deo videtur obesse, re quanto magis quæ viro renitur, & contumax est, contra vero, quæ viro gesserit morem

serit morem, deo obsequitur.

**Q**VONIAM vir caput est mulieris sicut Christus caput est ecclesie, ipse saluator corporis eius. Rationibus abstruit necessarium fore, vt viro se subiciat vxor, p inde amoris materiam profert & causam, virum scilicet capitis locum tenere, id est dominandi & prouidendi, caput est enim & in quo vxoris salus sit consecuta, vxorem vero se viro subdendi, quippe que sit capitis corpus, hoc est viri, quemadmodum & Christus est ecclesie caput, cui & prospicit & salutaris est, & ecclesia Christi est corpus, quo igitur pacto non debet corpus capiti obedire? quod sui & curam suscepit, & salutem attulerit?

Vitio subiecta sit vxor.

Xps e ecclesie caput.

**C**SED sicut ecclesia subiecta est Christo, ita & mulieres viris suis in omnibus. Clarius ex hisce percipies, quod dixerat supra, estote viris subiecte vt domino, oportet namq; ita viris subesse vxores, vt Christo ecclesia, si ecclesia Christo subiecta est que cum viris & mulieres complectitur, debet ergo vxor viro esse supposita, dicit aliquis, si debet vxor cunctis in rebus in viri esse arbitrio, & illi gerere morem, ergo si a viro ad infidelitatem cogatur, & diis vt immolet, erit etiam vel in ea re obsequendum, atqui non de infidelibus hic sermo habetur, sed de fidelibus ad quos & scribit Apostolus. **V**IRI diligite vxores vestras, sicut Christus dilexit ecclesiam, & se ipsum tradidit pro ea. Vides quemadmodum vxorem hic cogit vt viro se subdat, nec secus qua Christo subest ecclesia, audi preterea vt coniugem hanc tuam ames compellat. non vt in tyranni morem in hanc imperium habeas, sed ita vt colas, quemadmodum & Christus ecclesia, qui in etiam sic te illius misereat, vt Christus est ecclesia ipsam comiseratus, vel si quid fuerit per te tolerandum vel eius si sit gratia moriendum, non illam reieceris: aut parui existimabis, quippe cui tanta sis necessitudine copulatus. Id ipse forsitan feceris, at Christus talem se in adulterata & maleuolam gessit, vtq; is eandem que se defugeret & auerteretur, ad se non iurgio & conuiciis, vel minis pellexit, sic ipse & si vxorem tibi insensam perspexeris, & luxuria deditam, prudenter beneuoleq; illam, & bla de pellicito, nil exprobrans siquid fueris perpeffus, idem namq; & Christus fecit, qui ecclesia in se contumacis ob gratiam mortem subiuit.

Vxor is probitas toleranda.

**I**llam sanctificaret mundas eam lauacro aquæ in verbo vitæ. Erat ergo imunda ecclesia & deformis, nil tamen hanc vel squalentem aspernatus est dominus, sic velim ipse nec tuam habeas vxorem contemptui, vel si indecora sit admodum & abiecta, audi quid ille de ecclesia narret, cum inquit, que quondam tenebra fuit, Quid dici te nebris potest obscurius? seruientes nequicia & inuidia, Quid erit igitur vitis hisce impurius? proinde contumaces insipientes & maledici, quid tandem his erit despectus & specie magis inuisum, alioqui taqua pro decora aliqua & admiranda, mortem Christus obiuit, purificauit autem lauacro aquæ, hoc e in baptisimi verbo & vitæ, pris scilicet & filii & spiritus sancti nomine.

**E**xhiberet ipse sibi gloriam ecclesiam. Nec simpliciter puram dicit, sed gloriosam, quemadmodum igitur Christus inquit, bonorum ecclesie auctor est, sic ipse velim erga vxorem te gesseris, vtq; ille animæ pulchritudinem veditabat, sic ipse circa istiusmodi animæ decorem, non corporis formositatem vacabis, quam animæ venustatem si ab vxore exegeris, celerrime illi hanc comparabis, si eam ita institues, atq; formabis, Deo adstitues spiritu gloriosam.

Amor in vxore qd ee debeas

**N**ON Habentem maculam, aut rugam, aut aliquid hmoi, sed vt sit sancta & immaculata. Ex his aiæ vitia patefacit, Macula namq; vitia preferunt, que reces sunt aiæ idita, & dilui facile possunt, rugæ vero, que teporis diuturnitate iueterata inheferint, hec sane immundos reddunt, & vix abluuntur, diuinum tamen & istiusmodi lauacrum demit vnuerfa hec, & abstergit, sanctosq; & immaculatos adstituit.



**CITA** & viri debent diligere vxores vt corpora sua. Hoc loco vt corpora sua vt maius aliquod argumentum vel necessarium magis apposuit, quippe quia ppter cum sit Christi in ecclesiam charitatem longe esse prestatiorem, quam vt deducitur beat in exemplum. Sed illud adiecit tanquam propinquius, & magis coniunctum, quippe cum Eua per qua femineum p̄teditur gen<sup>9</sup>, Adā fuerit detracta ex latere, dixit enim hoc nūc os ex ossibus meis, sed nequis illud obiecerit, Christus quidem totum ipsum tradidit morti, quia deus est, aliunde nobis necessitatem imponit Apostolus, debent inquit amare, hoc est, nō gratia res ipsa, sed debitum est, & necessitas quedam. Nam vxor tuum est corpus, Christi vero exemplum non modo vt vxorem benevolentia prosequamur, commune facit, sed illam vt optimis moribus imbuamus, & sic de, infert namq; vt sancta sit, & sine macula, carnis vero exemplum ad vxorem amantem carne dumtaxat, non spiritu facit.

Eua! Adam!

Vxor optimis moribus formanda.

**QVI** Suam vxorem diligit, seipsum diligit, nemo enim vnq; carnem suam odio habuit, sed nutrit, & fouet ossibus eius, sicut & Christus ecclesiam. Diligētius quippe suam carnem vt curat, sic etiam curanda est vxor. Rursum in rei huiusce argumentum, Christum producit, ostendens quemadmodum haud secus nos ille, ac propriam carnem dilexerit.

**QVIA** Membrum sum<sup>9</sup> corporis ei<sup>9</sup>. Est enim & ille ex nra hac carnis materia genit<sup>9</sup>, vt Eua ex Adā compacta ē corpore, & quemadmodum tanta est inter has haud falso propinquitas, sic nobis cum Christo summa ē vnitas, vel aliter. Ex illius autem carne constamus, & ossibus, quia vt ille ex spiritu, & nullo congressu progenitus est, sic ipsi in regenerationis lauacro vtiq; sumus mysteriorum participes, per baptismum namq; confestim, & iterato creamur, & vt paucis dicam, id inquit Apostolus, summa ipsi cum Christo habemus propinquitatem, quippe qui in ea forma, qua & vilis & cognitus est, carnis nobis, & sanguinis particeps fuerit, & causam prebuit, vt ipsi sumus pcrearemur, quemadmodum Eua ex Adā, vt plasmaretur.

Vxori cohabitādū & coherēdum.

**PROPTER** Hoc relinquet hō p̄rem, & matrē suā, & adheret vxori suae, & erunt duo in carne vna. Ecce alia quedā equitatis institutio, vt genitoribus quisquam desistat, vxori iungatur, neq; cohabitabit dixit, sed coheret, inseparabilem cōsuetudinem, & nexū p̄tendēs, in carne autem vna, simpliciter p carne ip̄a accipitur. Balth<sup>9</sup> p̄ sic sentit. Erunt videlicet caro vna. Designat preterea & aliud quiddam. Erunt scilicet duo vt carnem vnā conficiant, hoc est, vt filios pariant.

**SACRAMENTVM** Hoc magnum est, ego autem dico in Christo, & in ecclesia. Vere namq; debet hoc sacramentum dici, vt eos qui se genuerint deserat quisquam, qui labores sunt, & erumnas in generando, & educando perpeffi, & beneficia contulere innumera. Et illi inhereat, quam nec antea viderit vnq;. Nec boni aliquid prius ipsa attulerit. Alioqui quicquid est sacramenti huiusce, vel de Christo propheticē dictum ipse acceperim. Ille namq; patrem reliquerat, non loci secessu, sed condesensu ad carnem: & venit ad sponsam, que prius se ignorasset. Et illi vno in spiritu vnitus est. Qui enim adhaerit domino, spiritum vnum cum eo fortitur. Cur igitur nuptiarum probantur? cum has Paulus diuini sacramenti in argumentum producat, eademq; sacramenti nomine nuncupet.

**VERVNT AMEN** & vos singuli vnusquisq; vxorem suam, sicut seipsum diligit. Veruntamen inquit, & si allegorice hec ipse acceperim, de vxore tamen sunt dicta, neq; allegoria hmoi viri vt scriptum est, tollit in vxore affectum, debet enim quicq; vxorem non secus ac seipsum amare, fouereq; nec illud ip̄e obieceris, hoc, illove esse vitio vxorem infectam. Es enim & ipse tua in carne vitia consecutus, vt manum iuram, claudum pedem, v̄ oculos ip̄os intortos, nihilominus haudquaquam abs te hoc

membra precidis, quin potius illa maiori diligentia quadam ducis curanda.

**VXOR** Autem timeat virum. Quoniam inconstantiam parit honorum equalitas, propterea timore virgeri vxorem iniungit, vt vir dumtaxat teneat principatū, & moderetur vxorem, Timorem vero hoc loco reuerentiam quandam itentiosem intellige. Amabit itaq; vxor virum vt membrum, vt caput verebitur, quid ergo si nihil vxor te vereatur? At ipse hanc amore prosequere, quod tua interest facito, haud sec<sup>9</sup> & vxor vel si minus ametur agat, vereaturq; virum. Aduerte autē quemadmodum pluribus ostenderit Paulus, q; virum oporteat coniugis teneri benevolentia, Quae autem ad formidinem attinerent, multis non ampliauerit, perinde ac si velit amorem ip̄m & charitatem, cetera matrimonii munera supare, Vxor enim vt dictum ē dilectionis timore, non formidine affici debet, neq; eo hec dixerim, quia necesse sit vt vxor virū formidet, vñ poti<sup>9</sup> odium, q̄ bñuolētia paritur. Sed vt cogatur, nec contra dicere, nec iurgare viro, nec primatum appetere. Nam si eadem sortita ē cum viro hec carnem, non erit cum in principatu, tum in honoribus viro inferior, Post virum tamē cui plus longe conceditur, & vxor habitura imperium est.

Vxor nō appetat principatum in domino.

**FILII** Obedite parentibus vris in dño. Quemadmodum enim qui corpus aliquod effingit, ac format, primū quidem caput cōponit, mox & ceruices, & reliqua fabricando subsequitur membra, postremo & pedes apponit. Sic Paulus dixit virū priorem esse. Secūdo cōiugem principari, nunc differit quemadmodum liberis sit tertio loco eius modi dñandi honos adiudicatus, vxori solus vir dñatur, filiis vero & cōiunx. Obedite igitur inquit parentibus in dño tñ, hoc est, cū secundum deum illorū sūt iussa. Nam si ad infidelitatem impegit pater, vel prostituere filiam velit, vel inhonestis artibus imbueret liberos, nequaquā in dño huiusmodi erit imperium. Quo fit, vt in istius modi rebus minus sit patri obtemperandum.

Pri mala iubēti nō eparēdū

**HOC** Enim iustum ē, Honora patrem tuum, & matrem tuam, quod ē mandatum primum in promissione. Et natura inquit hoc equum ē, & a lege iniunctum. Cur illud primum dicit esse mādatum? cum ierit sit, & magis exiguum. Nam illud cum nō occides iūgit, primum obtinet locum. At vide quid ille subiecerit, in promissione inquit, priora namq; illa legis mandata nil habent vel promissū, vel meriti. Nam ad euitanda mala sunt edita, non bona operanda, nulla est enim qui a malis abstinent facinoribus remuneratio. Hoc vero quod honorem deferri parentibus iubet, quia boni in se operationem habet, promissionem prius excepit. Est preterea ad imperandū ordo quidam, & series admiranda. Nam tum primum cum cōditor legis a malis nos actionibus abdicasset, & homines esset ad recta opera inducturus, in honore pri<sup>9</sup> parentes habendos instituit, quando quidem post deum de nobis hi sint optime meriti, vt qui vitā nobis causa fuerint: aluerintq; vnde & nostris fructibus haud iniuria priores sunt potituri, videlicet vt honos per nos illis delatus nostram in hos preferat gratitudinem.

legis mē data sine merito.

**VT** bñ sit tibi, & sis longeuus sup terram. Vide quē admodū haud multa hoc loco edisserat, nec longiori vtatur oratioe, quia ad filios loquitur, qui cum in teneris annis sint, & ingenio nondum firmato, ferre sermonis prolixitatem nequirit, & vt parentibus ipsis, secundum eis impostas leges optime institutis, non magni laboris sit filios subiugare, & ad bonum puehere. Accedit etiam qd non de imperio differit, vel de rei alterius cuiuspiam celsitudine, sed ea potius breuiter narrat, que etate minores audire magnopere cōcupiscunt. Eius namq; ad pueros ē sermo, quid enim his fuerit vitā diuurnitate suauis, quam Paulus pollicetur cum inquit, vt longeuus sis sup terram. Hec enim iudeis sancita sunt tanquam infantibus, qui nec cogitatione percipere quidpiam possent, nec auditu que perfectiora sunt substinere.

Teneris annis sermōis plixitas nō conuenit

**¶** ET patres nolite ad iracundiam prouocare filios vestros. **¶** Non dixit amate, id est quod vel ab ipsis inuitis deposcit natura, sed nolite ad iracundiam concitare, hoc est, nolite hos aut exheredare, vel quopiam relegare, vel alias grauius in seruatorum morem liberorum, & coercere, & moleste incessere.

**¶** SED Educate illos in disciplina, & correctione domini. **¶** Ad patris impetum, & causam adiecit obtemperandi, ostenditque parentibus ipsis quemadmodum morigeno, sibi faciant liberos, & dicto audientes, si vis iquit tibi ut liberi obsequantur, diuinis hoc adde, & assuece sermonibus, nec dixeris monachorum esse sacris literis intendere animu, quin potius Christiani cuiusuis hois id sane officium est, & eius precipue qui huius seculi rebus inuersatur, & eo magis, quia & maiore indiget ope, ut qui mundi stultitibus agitur. Facit igitur in rem tuam, vel maxime, ut sacra scripta tui, & audiant, & lectitent liberi. Ex his namque illud perdiscent, honora patrem, & matrem tuam, atque contra in gentilium disciplinis liberos tuos enutris, ex quibus pessima queque possunt, quod utique non euenit, cum imbuuntur diuinis.

**¶** SERVI Obedite dominis carnalibus. **¶** Cum seruatorum virtus ad domus confirmationem conducat, neque hos negligat, sed postremo ad ipsos peruenit, quando quidem inferiori sint gradu, neque hos ut pueros, & viliores alloquitur, sed ut etate pueriores, & nobiles, sicut in processu orationis patebit, carnalibus autem dominis, hoc est temporariis, & ad breue terminatu hoc potituris, porro & hos consolatur ad aliquod tempus pretendens non perpetuum eorum futuram hanc seruitutem, foreque ut cum carne domini computrescant.

**¶** CVM Timore, & tremore in simplicitate cordis vni ut Christo. **¶** Vxorem simpliciter ut virum vereatur comonefecit, nunc vero in seruis timore hunc auxit, cum dixit, tremorem, Tremor namque timore excedit formidinis magnitudine, seruatorum hic, vxorem ille, utpote, que viris sunt honore nihil inferiores, sed pares, & libertate vtuntur, at serui nequaquam ex simili sunt conditione subiecti, tamen si fratres in Christo sint, verum cum liberos alternis se subdere iubeat, & viro vxorem obtemperare, longe magis & hereseruitia cogit: ut obsequantur, neque id quidem debet degeneri animo tribui quod parentant dominis, sed ingenui potius iudicari, & sciant se mediocriter gerere, & proximo cuique subesse. Nam & plerique dominos suos veretur, non quod his bene velint, sed quia iugitius eis, & latentibus domini ipsi insidiantur, & ingerunt mala. Idcirco in simplicitate cordis adiecit, ut eorum tollat nequitiam, ne quid cum fraude faciant.

**¶** NON Ad oculum seruientes, quasi hominibus placentes. **¶** Hoc est non modo dominis ipsis presentibus, atque spectantibus, quin etiam cum absunt huiusmodi (ut dixi) seruitutem prestare.

**¶** SED ut serui Christi facientes voluntatem dei. **¶** Nequaquam igitur Christo seruient, qui hominum gratiam pellicit, placereque mortalibus studet, ut alibi inquit, si hominibus placerem, Christi seruus non essem.

**¶** Facientes voluntatem dei ex animo cum bona voluntate. Cum liceat cordis simplicitate, & sine dolo, non tamen totis viribus inseruire. Sed solum id operis exequi quod sit prestitutum. Propterea nunc ex animo addidit, hoc est omni nisu, & promptitudine, quin & bona cum voluntate, hoc est vltro, & non inuite, sic seruitutis tollitur ignobilitas omnis, si volentes bona qui seruiunt faciant: nec vim ullam sibi inferri expectent, vel flagra ad moueri, & verbera. Est enim & dei voluntas, ut aliis nos subdamus, id enim vult deus, ut illis se subiciant homines: quibus ipsi placitum est, forte etiam quod dictum est supra de filiis, de seruis nunc dicit, ut ad turpia quedam, & impia seruos compellant domini, ut ad infidelitatem: & istiusmodi alia pleraque, que deo minus sunt placita.

**¶** SERVIENTES Sicut domino, & non hominibus. **¶** Deus namque acceptam habet seruatorum in dominos gratitudinem, ut qui recte omnia disposuerit, cauereque

No mo/  
nachoru  
tatu, sed  
cuiuscum/  
que Xpiam  
elris inte/  
dere.

Serui qui  
ter tracta/  
di, & a/  
mandi.

Seruatoru  
fides.

quo fit, ut qui minus quod decet his inseruierit, diuinae legi obstat.

**¶** SCIENTES Quoniam vnusquisque quemadmodum fuerit bonum recipiet in domino, siue seruus, siue liber. **¶** Quoniam fieri poterat, ut dominorum plerique infideles cum essent, & impii, nequaquam de ministrantibus sibi familiaribus, & domesticis possent bene mereri, sic inquit, etiam a carnalibus dominis pro tuis in eos beneficiis premi nihil acciperis, opperire ut ille hoc reddat qui prestat cunctis. Hoc loco arguit se ad perfectiores epheios differuisse homini, non ad pueros, quibus longe uiam pollicitus erat etatem, quippe quos ad futura potius quam presentia hec imitanda perpulerat.

**¶** ET Vos domini eadem facite illis. **¶** Que eadem inquit, nimirum perinde ac si dicat animo promptiori, & beneuolo aliis operam prestare, non ad hominum gratiam assequendam, sed deum veriti id agite, quod sane & si non expressit Apostolus, tamen id sentit. Seruit autem, & operam prestat mancipiis dominis, cum curam habet, ut his necessaria subministrat, cum eos tolerat, & hisdem multis in rebus condescendit, & assentitur, & ut Salomon ait, horum gratia circumfertur.

**¶** REMITTENTES Minas. **¶** Non flagra inquit, & verbera remittentes, sed minas insuper, & longe magis supplicia, hoc est interminandum nolite molesti, & graues videri.

**¶** SCIENTES Quia & illorum, & vester dominus est in celis. **¶** Aduerte quemadmodum Ephesios his dictis absterreat, quemadmodum & alibi scribitur, qua enim mensura vos metiemini, remetietur & vobis, Cauendum preterea ne illud per vos audiat, serue nequaquam omne debitum dimissi tibi, nonne oportuit & te misereri serui tui.

**¶** ET Personarum acceptio non est apud eum. Nequaquam inquit existimes si acerbior te, in seruum prestiteris serui ob uilitatem, haudquaquam id secus deum inquisiturum. Id forsitan humanae leges obseruant, que a seruitute, & ignobilitate nobilitatem discernunt, has enim homines condidere. In celo autem longe secus se habet, quin ipse eisdem dominus es seruitute obstrictus, & in seruum de seruis, nullam enim a principio seruitutem instituit deus, sed habendi cupiditas hac aduenit, ut captiuos abducerent hi qui bello vicissent, & frequentes iniuriam maioribus nostris inferrentur, hebreisque, & chanaan multata acciderent. Tamen si hec sint a deo permessa, hic tamen obedientiam hanc ipsam instituit, ut rerum series seruaretur, nec rediret vita hec sanguine.

**¶** DE CETERO Fratres confortamini in domino, & in potentia virtutis eius. **¶** Cum multa Paulus iniunxisset que factu difficiliora sunt visa, ut hos consoletur, confortamini inquit in domino, nil veriti quo minus que eius sunt, exequi cuncta possitis, quin & in dei potentia confidite plurimum, non enim solum vires hec peragendi suppetunt deo, sed & virtutis potentia, hoc est vim habet, & ineffabilem: que omnia superat.

**¶** INDVITE Vos armatura dei, ut possitis stare aduersus insidias diaboli. **¶** Quale sit armorum id genus paulopost edocebit. Aduerte autem quemadmodum non impugnationes diaboli, & bellum dixerit, sed insidias, utpote qui dolo, & variis machinationibus animas captet non virtute. Non enim in apertum profer hostis ille delicta, exempli gratia, Idola colere haudquaquam clare hic suadet, sed arte quadam, molitur insidias, ut ea colas, & eam ad rem rationem prefert, fucatam quidem, & subobscuram, Ut autem aduersarium arguat pregrauem esse, & variam, hortatur eos, & ad vigilantiam parat.

**¶** QUONIAM non est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem. **¶** Neque enim id ut eos absterreat intulit, sed ut cautiore efficiat. Nam qui hostium explicat vires, & patefacit, suos reddit cautiore. non enim nobis, cum parui momenti viris, & casu oblati, bellandum est, neque aduersus hoies passibiles, & nostri similes gerenda res est, sed cum principatibus ipsis, & demonum potentatibus colluctandum.

Paulus ser/  
uorem at/  
teperat &  
variat.

Seruitus  
non est a  
deo instituta.

Machi/  
nationes  
diaboli.

Mund⁹  
quid i fa  
crisis.  
Demones  
qb⁹ ipāt.

**¶ SED** Aduersus mundi huius rectores. ¶ Non enim hos mundi dicit rectores, qui habeant machinæ huius imperium, sed prauis asserit facinoribus presidere. Conueniunt enim nāq; literæ sacræ iniqua opera / & qui hec factitant mundū dicere, vt illud, Non estis de hoc mundo, hoc ē ex ordine eorum qui mundana pertractant. His igitur demones imperant, qui vltro se demonibus subdidere.

**¶ TENEBRARVM** Harum. ¶ Tenebras nequitiam dicit, que in hoc seculo pro valida habetur / & clara, in altero vero pro tenebris.

**¶ CONTRA SPIRITALIA** Nequitia. ¶ Sunt quidem demones nequitie spiritus, Quid autem nequitia illud adiecit? quia & lucis sunt spiritus / & bonitatis angeli, Cum vero dixit, non esse nobis aduersus carnem / & sanguinem susceptum bellum, cum spiritibus adstruit nobis esse certamen, qui & leuiiores / & agiles sunt, & comprehendere non possunt.

**¶ IN** Cælestibus. ¶ Ex hoc etiam excitat auditorem, magnis enim de rebus inquit periclitamur, non pro terrenis his / & corruptibilibus, sed pro cælestibus inquit epistola, in cælestibus vero, hoc ē propter cælestia depugnamus, eoq; & vigilandum est.

**¶ PROPTEREA** Accipite armaturam dei, vt possitis resistere i die malo. ¶ Hoc est in hoc seculo, quod ideo diem malum appellat, quia in eo multa mala gerantur, vel in die malo, hoc ē iudicii die, in quo cum his male agetur, qui nequiter vixerint. Consolatur preterea eos cum dicit, id belli / & certaminis tempus breue futurum. Nam diem cum dixit: breuitatem expressit.

Dies mā  
19 dies iu  
dicii.

**¶ ET** In omnibus perfecti stete. ¶ Vitia scilicet vniuersa, absurdasq; cupiditates depugnando euertite, & quoniam pleriq; post victoriam cecidere, standum est inquit, vel maxime, cum victores euasimus, ne victus ille nos rursus oppugnet, hostis namq; vel morte confectus hic reuiuiscet, & vires recuperabit, si erimus ipsi tardiores, & in turpitudinem relabemur. Aduerte autem quemadmodum & hostem liceat nobis consistere, & statum seruare, haudquaquam igitur debemus sub hostilis potentie preteritu, legniores ipsi nos reddere. Quandoquidem & viribus aucti sumus / & communiti, & talibus artibus tam bene instructi, vt colluctari intrepide cum demonibus ipsi possimus, quin potius neq; erit cū his colluctadū, qui ppe qui his adeo videmur ob eius qui in nos habitat, virtutem horribiles, vt neq; colluctatione sit opus, quin & serpentes nos conculcabis, & scorpiones. Id vero eo Paulus intulit, quia erāt permulti: qui Ephesius aduersarentur, quocirca commonefacit demones esse: qui sibi obfisterent, & hominum aduersantium interuentu se oppugnant. Nil ergo vobis erit hisce hominibus succensendum, quin potius in demones defeuite.

Standū  
p⁹ victo  
riā, ne vi  
ct⁹ resur  
gat in vi  
ctorem.

**¶ STATE** Ergo succincti lumbos vestros in veritate. ¶ Cum sistendum aliquid est, primo debet aduerti, vt recta in altum tendat quod sistitur. Idcirco Paulus de statu primum commonefacit, hunc ipsum exigens, qui & rectior sit: & militem deceat. Is enim uero rectus constiterit, qui nulli rei adglomeratur, nec innititur cuiquam p inde ac si per se consistere nequeat: cuiusmodi sunt / qui gulæ sunt dediti, & pecuniarum tenentur cupidine / & luxui / & lasciuia vacant, Hi quidem nequaquam recti consistunt, sed vergunt / inclinantq; vt labantur, Post hunc autem statum / & militem circumcingit sensu / & spiritu, continetq; / & labentem confirmat, collapsumq; malis cupiditatibus cingulo detinet: ne preceps eat, frenatq;. Lumbos autem hoc loco animi vires dicit, & que sustentet cuncta virtutem, Sunt enim in animatibus lumbi fundamenti in modum, quemadmodum & in nauibus ipsi carinæ. Vnde per sepe dicitur, & lassitudine quadam affecti, reiectis post tergum manibus, lumbos mox circumplexi, corporis molem hanc sustentamus, & a fatigatione aliquantulum respiciamus, Itaq; haud secus se habent lumbi hi spirituales, quos circumcingendos in veritate inuungit, & ea quidem / que & decretis consistet, & vitæ, quis enim hereticorum in veritate succingitur: quin humi reptat: & nihil queat quod altum sit / & sublime per noscere, sed humanis sensibus terra serpētibus diuina conquirunt, quinetiam neq; hinc quidem, qui cum in humanis agunt, falluntur, cum mundi vacant deceptiunculis, obducuntur hac veritate, sed ita terram prostrati / fallis inhabitant rebus, haudquaquam itaq; vt ipsi nos ita geramus necesse ē, sed cuncta nobis ad verū sunt transigenda, vel si dogma sit aliquid quo deagatur, siue quemadmodum sit vita ducenda, veritatem debemus inquirere, Oportet preterea vt nihil vel animo simulato, vel circūueniendi gratia factitemus, nec mentiēdo nos inuicem fraudemus, q; si ita fuerimus circūcincti, vel optimū vitæ cursum poterimus assequi, Cum autē stete inquit, lumbos succincti, ostendit necessarium fore, vt semper armis communiāmur, sicuti & Dauid refert, Et zona / qua semper precingitur, ipsi nāq; assidue a demone oppugnamur, Gregorius tamen Nysses ille pro nrīs hisce lumbis libidinem interpretatur, in his nāq; renes insunt, qui sacris litteris designant concupiscentiam, Pro veritate vero cōtemplationem intelligit, ait itaq; Paulus: & commonefacit, vt nrās omnes deum contemplando / intelligendoq; frenemus cupiditates, Nam qui cōtemplans viderit deum, nequaquam sinet animi sui affectus ad inferiora delabi, & terrenis in rebus volitari.

Lūbi i a  
nimatib⁹  
b⁹, id qd  
carinæ in  
nauibus.

**¶ ET** Induti lorica iusticiæ. Iusticiā hoc loco vitā dicit, que quauis sit virtute ornata, perinde ac si dicat, obducite vos equitate, que haud secus eos / qui hac pro velamine insternuntur tutabitur, quam thorax quemuis innoxium reddet.

**¶ ET** Calciami pedes in pparatiōe euāgelii pacis. ¶ Optimas nobis ocreas circumducit, inquit enim oportet vos sane ad euāgelii munus hoc obeundum paratiores esse / & promptos, pulchri nāq; sunt pedes annunciātium pacem, annunciātium bona, vel quia necesse ē, ad iter expeditos nos esse, qui secundum euāgelium degimus vitam, sūt enim pedes vitæ iudicium, & ideo supius dixit, videte quemadmodum caute ambuletis, Euāgelii autem pparatiō recta opa pferit, quibus & dominus hec ipsa intendit, ait enim in pparatiōe cordis eorum admoue aures tuas. Recte autem & pacis dixit, quia cum plia commemorasset, & pugnas, ostendit in demones ipsos non in hoies esse belligerandum, tum quia & pacis ē euāgelium, tum etiam quia si demones sumus impugnaturi pace cum deo nos potiemur, cui nequaquam iterato bellū ēiferendum vt pacem cum eo conciliatam soluamus, qua de re nihil ē nobis verendum, Nam psto ē euāgelium, & iam parta victoria est.

**¶ IN** Omnibus sumētes scutum fidei. ¶ Quidnam in omnibus cū inquit p tendit Apostolus: in veritate scilicet / & iustia / & euāgelii pparatiōe, Nam fide hec omnia indigent, neq; enim vere huius religionis cognitionem, fidem hoc loco dicit, sed eam quæ nihil hesitans facit, vt futura tam certa habeamus / q; habemus presentia: quinetiam vt talis sit fides vt vel signa edat, & tantopere sit illa incensa, vtraq; adeo, vt vel transierat montes, vt itaq; toto corpori scutum obtēditur, quod vtiq; illud tanq; porta tutatur & circūcludit, sic fides ardentior / & indubitata aiam vndequaquam custodit / ac ptegit, si des itaq; pro scuto habenda ē, non sophismata ipsa / & circūuentiones, hec nāq; munus, tueturq;, illa vero impediunt: & longe fallunt.

**¶ IN** Quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere. ¶ Hoc ē absurdas cupiditates / & diffidētiæ cogitatus, vtrum videlicet futura sit resurrectio necne. Num preterea dei iudicium: Ignea autem dixit, non modo quia ad fēdiora incendunt facinorosa flagrantes illæ cupiditates, sed quia vel in conscientia ipsa harum sentimus ardorē, Accedit preterea q; vel ex ipsius diffidētiæ cogitationibus exurit nos demon: cum nobis perfidiam suggerit, que omnia tandem in des extinguunt, hec itaq; et si demones ipsos prosternit, longe magis / & vitia subiugabit, siue enim flagret concupiscentia

ritate inuungit, & ea quidem / que & decretis consistet, & vitæ, quis enim hereticorum in veritate succingitur: quin humi reptat: & nihil queat quod altum sit / & sublime per noscere, sed humanis sensibus terra serpētibus diuina conquirunt, quinetiam neq; hinc quidem, qui cum in humanis agunt, falluntur, cum mundi vacant deceptiunculis, obducuntur hac veritate, sed ita terram prostrati / fallis inhabitant rebus, haudquaquam itaq; vt ipsi nos ita geramus necesse ē, sed cuncta nobis ad verū sunt transigenda, vel si dogma sit aliquid quo deagatur, siue quemadmodum sit vita ducenda, veritatem debemus inquirere, Oportet preterea vt nihil vel animo simulato, vel circūueniendi gratia factitemus, nec mentiēdo nos inuicem fraudemus, q; si ita fuerimus circūcincti, vel optimū vitæ cursum poterimus assequi, Cum autē stete inquit, lumbos succincti, ostendit necessarium fore, vt semper armis communiāmur, sicuti & Dauid refert, Et zona / qua semper precingitur, ipsi nāq; assidue a demone oppugnamur, Gregorius tamen Nysses ille pro nrīs hisce lumbis libidinem interpretatur, in his nāq; renes insunt, qui sacris litteris designant concupiscentiam, Pro veritate vero cōtemplationem intelligit, ait itaq; Paulus: & commonefacit, vt nrās omnes deum contemplando / intelligendoq; frenemus cupiditates, Nam qui cōtemplans viderit deum, nequaquam sinet animi sui affectus ad inferiora delabi, & terrenis in rebus volitari.

**¶ ET** Induti lorica iusticiæ. Iusticiā hoc loco vitā dicit, que quauis sit virtute ornata, perinde ac si dicat, obducite vos equitate, que haud secus eos / qui hac pro velamine insternuntur tutabitur, quam thorax quemuis innoxium reddet.

**¶ ET** Calciami pedes in pparatiōe euāgelii pacis. ¶ Optimas nobis ocreas circumducit, inquit enim oportet vos sane ad euāgelii munus hoc obeundum paratiores esse / & promptos, pulchri nāq; sunt pedes annunciātium pacem, annunciātium bona, vel quia necesse ē, ad iter expeditos nos esse, qui secundum euāgelium degimus vitam, sūt enim pedes vitæ iudicium, & ideo supius dixit, videte quemadmodum caute ambuletis, Euāgelii autem pparatiō recta opa pferit, quibus & dominus hec ipsa intendit, ait enim in pparatiōe cordis eorum admoue aures tuas. Recte autem & pacis dixit, quia cum plia commemorasset, & pugnas, ostendit in demones ipsos non in hoies esse belligerandum, tum quia & pacis ē euāgelium, tum etiam quia si demones sumus impugnaturi pace cum deo nos potiemur, cui nequaquam iterato bellū ēiferendum vt pacem cum eo conciliatam soluamus, qua de re nihil ē nobis verendum, Nam psto ē euāgelium, & iam parta victoria est.

**¶ IN** Omnibus sumētes scutum fidei. ¶ Quidnam in omnibus cū inquit p tendit Apostolus: in veritate scilicet / & iustia / & euāgelii pparatiōe, Nam fide hec omnia indigent, neq; enim vere huius religionis cognitionem, fidem hoc loco dicit, sed eam quæ nihil hesitans facit, vt futura tam certa habeamus / q; habemus presentia: quinetiam vt talis sit fides vt vel signa edat, & tantopere sit illa incensa, vtraq; adeo, vt vel transierat montes, vt itaq; toto corpori scutum obtēditur, quod vtiq; illud tanq; porta tutatur & circūcludit, sic fides ardentior / & indubitata aiam vndequaquam custodit / ac ptegit, si des itaq; pro scuto habenda ē, non sophismata ipsa / & circūuentiones, hec nāq; munus, tueturq;, illa vero impediunt: & longe fallunt.

**¶ IN** Quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere. ¶ Hoc ē absurdas cupiditates / & diffidētiæ cogitatus, vtrum videlicet futura sit resurrectio necne. Num preterea dei iudicium: Ignea autem dixit, non modo quia ad fēdiora incendunt facinorosa flagrantes illæ cupiditates, sed quia vel in conscientia ipsa harum sentimus ardorē, Accedit preterea q; vel ex ipsius diffidētiæ cogitationibus exurit nos demon: cum nobis perfidiam suggerit, que omnia tandem in des extinguunt, hec itaq; et si demones ipsos prosternit, longe magis / & vitia subiugabit, siue enim flagret concupiscentia

Heretici  
humi res  
ptant.

Renes  
qd signi  
ficent i sa  
crisis.

Fides p  
scuto.

In sophi  
stas.

qui futuris bonis & gaudis sempiternis fide certiori nihil diffidat, tolles hanc pro-

Abraham fides.

us & plane extingues, siue tentationes vrgeant, & mala impendeant, ex futurae ta-

Gladus spiritalis Dei verbum

men beatitudinis meditatione plurimum ipse solabere, cogita quanto Abraham ille incenderetur ardore, cum filium offerebat iam iam immolandum, quod tamen idem dium fides sola extinxit,
¶ ET Galeam salutis assumite. ¶ Hoc e/ que salutaris est, & tutatur. Nam si fuerimus fidem adepti & cogitationes mox assequemur, que afferant nobis salutem, & ca-

Cōtinue orandū.

put hoc nīm, e quo cogitationes prodeunt, tutabuntur & mentem.
¶ ET Gladium spiritus quod est vestrum dei. ¶ Ex superioribus dictis armatis nos Paulus, & ita vt hostes obesse nobis nil queant, nunc vero & armis donatis, quibus offendere hos magis poterimus, Gladium autem spiritus cum inquit, vel spiritum ipsum circūlocutione quadam & verborum ambage expressit, vel vitæ id genus que secundum spiritum degitur, qua & serpentis caput p̄cidimus, Spiritalis autem gladius iste, verbum est dei, hoc est dei p̄ceptum. Nam si eius exequemur mandata, & pentem illum, vt Esaias testatur, trucidabimus sinuosum, & varium, vel dei verbum dixerimus, cuiusmodi illud est, in nomine Iesu surge, & ambula, & huiusmodi, vel simpliciter spiritus gladium dicit, que in spiritu inest sapientiam, Viuit enim dei hoc verbum, & penetrat, & acuminata acie omnem cultrum penetrando excedit, qui vero spiritalis huius affectus est gladii gratiam, & que dei sunt, loquitur, liber est & nulli rei obnoxius, qualis hic Paulus fuit.

Apli sū mahūilitas.

¶ COMNEM ORATIONEM & obsecrationem orantes omni tempore in spiritu. ¶ Hos itaq; ita per se Paulus armis munitos, instructosq; ad imperatorem deducit, cuius & ope indigeant, & manum vt porrigat, & auxilio sit. Cum enim dixisset reslinguere vobis licebit iniectum incendium, ne id gloriæ ducerent, vel superbiens, Deo inquit, vobis est opus; quo adiuuante cuncta perficietis, Deinceps orantes inquit, nec id quidem simpliciter, sed per omnem orandi / & precandi intentionem, hoc e/ cum gemitu, & pectoris tusione genibus procūbēdo, & istiusmodi reliqua factitando, nec ita tutis horis, & p̄nitis, sed quouis tempore, in spiritu, hoc e/ spiritalia dīspensantes precando, nichil quod mundi sit, cum vero orantes ait per omnem orationem demonstrat continenter esse orandum, nam cum interpellatum quis animum habet, & cogitatum superuacaneis rebus intētum, profecto non orat, sed inefficax, & funditat preces & animo diuagatur.

¶ ET in ipso vigilantes. ¶ Siue de his qui noctes insomnes ducunt orando, siue de animi vigilantia dicat vtrumq; id potest intelligi, est enim necesse vt sit vigilantior qui armis obtegatur & imperatori assistit.

¶ IN OMNI INSTANTIA / & obsecratione. ¶ Quemadmodum chananea, & vidua a illa orantes summa in patientia perstiterunt, illa namq; est vera deprecatio, que perseuerans sit, & assidua.

¶ PRO omnibus sanctis & pro me. ¶ Nequaquam ergo pro nobismet ipsis dumtaxat orandum est, quin etiam pro ceteris fide nobis coniunctis precandum. Aduerte autem quantam pre se ferat humilitatem. Apostolus, postremum enim se omnium posuit exigere ab eius discipulis vt pro se deprecetur, tum precipue cum compedibus. Christi ob gratiam constringeretur, pro Petro etiam cathenis detento enixius precabatur ecclesia.

¶ VT detur michi sermo in apertione oris mei. ¶ Nil ergo quod esset dicturus premeditabatur. Apostolus, sequebatur enim domini dictum, nolite premeditari quid loquamini, dabitur enim vobis in illa hora quod vobis loquendum sit, haud secus & ipse os suum aperiens proferebat, que a domino suggererentur, sic cuncta di-

ina gratia exequeretur.

¶ CVM FIDUCIA notum facere mysterium euangelii, pro quo legatione fungor in cathena, ita vt in ipso audeam prout oportet me loqui. ¶ Hoc est, vt quemadmodum oportet respōdeam, fidentius scilicet viriliter, & sapienter admodum, verum ad quos es ipse nunc delegatus, ad homines quidem, vt eos deo conciliem, hi vero me in cathenas, & vincula coniecere, Tametsi iure gentium caueatur, impunes esse oratores, & nūcios, quippe qui dominorum mandata iam deferant, cathenæ vetō eo iniectæ sunt mihi, vt meam obstruant loquendi licentiam, Animus tamen os mihi aperiet, vt fidentior sine ea enarrans, que mihi sunt per eum iniuncta, qui me legauit, Vides vt culter diuini verbi fiduciam preferat, quem sane Paulus erat oris apertione iam accepturus.

Culter dei fiducia p̄fert.

¶ VT Autem & vos sciatis que circa me sunt, quid agam, omnia vobis nota faciet Tychicus charissimus frater, & fidelis minister in domino. ¶ Quæ dogmatum erant, que ve ad consolandum hos faciebāt, per epistolam ipsemet patefecit. Cum vero & vincula meminisset, nihil de his differendo immoratur, sed Tychico permisit sponte narranda, ne superuacaneus eius viri videretur accessus, qui si a Paulo colebatur, omnium profecto erat nihil ignarus, si fidus, mendax esse non poterat. Est autem hic minister in domino, hoc e/ dei ob gratiam hoc fungitur ministerio, & diuinis in rebus non terrenis versatur, vel fratrem appellat in domino, tanquam in spiritu sancto germanum.

Tychicus

¶ QVEM Misi ad vos in hoc ipm, vt cognoscatis, que circa nos sunt, & consoletur corda v̄ra. ¶ Hunc in modum orationis huius contextum interpretatur Basilias, vt cognoscatis que circa nos sunt, hoc e/ vt renunciet vobis que nobiscum aguntur, nec finat vos labi, quia ipse grauibus malis afflicter, & iniectas cathenas gestem, sed consoletur magis, & roborat, quod sane dictum, & suam erga Ephesios charitatem preten dit, & illorum in se benevolentiam patefacit.

Basilias

¶ PAX Fratibus, & charitas cum fide a deo patre nro, & domino IESU CHRISTO. ¶ Et pacem illis precatur, & adiunctam fidei charitatem, quod eo facit: ne vel illos colerent qui a suo essent dogmate alieni, vel aliter ipsi sentirent quam ipse iam predicasset, sed solum fideles vt colant, & foueant, vel etiam quia necesse sit vt fide sint communiti ad futura sperandum. Nam sine fide nihil vel charitas ipsa profuerit, qui potius neq; constare potest sine charitate, vel fides. Aduerte autem quemadmodum inquit & pax, vt & modum, hoc est per charitatem edoceat quo possit hec comparari, item & charitatem dicit per fidem fieri.

Corruptio quō.

¶ GRATIA Cum omnibus, qui diligunt dominum IESUM CHRISTUM in incorruptione Amen. ¶ Hoc loco a gratia pacem se iunxit seorsum vtriusq; constitutis, tametsi alias vbiq; coniunxerit, in incorruptione autem qui diligunt dominum hoc e/ qui erga dominum charitate afficiuntur non opum, vel gloriæ gratia, sed futurorum bonorum, que corrumpi non possunt, vel quia qui deum amat virtutis gratia, & pro eius summis in nos beneficiis amare se fateatur, Prefert enim & corruptionem peccatum, & incorruptionem virtus. Nam quemadmodum corrumpi virginem dicimus, ita & animam inquinari, Propterea & Paulus nec corrumpatur inquit cogitationes vestra, Et alibi corrupti mente. Velim itaq; & nos in Christum charitatem huiusmodi preferamus, cum ob vitæ decorem / & integritatem seruata, tum ob incorruptibilia bona / & perpetua conquirenda, & ita demum viuamus, vt aiam hanc nullis malis artibus, vel facinoribus inquinatam, / corruptam, & inuolatam seruemus in Christo Iesu, qui incorruptibilis e/ & eternus, & animarum sponus incorruptarum, cui gloria in seculorum secula

AMEN.

f. v.

AD PHILIPPENSES!

¶ Misit e Roma per Tychicum.

¶ Argumentum in Epistolam ad Philippenses.

¶ Philippenses sunt Macedones. Hi accepto verbo veritatis perstitere in fide, nec receperunt falsos Apostolos. Hos collaudat Apostolus scribens eis ex vrbe Roma de carcere, per Epaphroditum.

¶ In Epistolam ad Philippenses Athanasii prologus.

Philippenses qui.



PHILIPPENSES HI Equadam sunt Macedoniae vrbe dicitur Phippis dicta a conditore Philippo, sub Thessalonica metropoli constituta, his pleraque de Christo Paulus testificatur, & hanc insuper scripsit Epistolam cum in vinculis esset. Nam post primam detentionem, cuius & meminit ad Timotheum Epistola, iterato est coniectus in vincula. Philippenses vero per Epaphroditum transmissis Paulo, que illi ad vitam necessaria essent, simul etiam rescire optabant quemadmodum cum eo tunc ageretur, & quoniam par erat illos cum preceptorem vincuntium intellexissent, animo haud mediocriter angere, ad eos scribens commonefacit, nihil propterea hos vel merore affici, vel offundi perturbatione debere, quin potius letari magis gnapere & gaudere, quandoquidem pro Christo hec patiatur, Consulit preterea his vt concordiam & humilitatem sectentur, Carpit insuper & iudeos: qui sub preterito nominis Christiani, Christi dogmata deuasarent, & canes hos nuncupant: & prauos operatores, Edisserit & Philippensibus de vitae honestate & moribus, prudenter etiam facit de transmissis ad se necessariis mentionem, Videtur autem & honorifice hos appellare, vt qui & virtutis plurimum pre se tulissent, & satis etiam ad fidem accommodi. Apud hos namque & Porphilopolis erat, apud hos inquam & synagoga primiceps credidit Christo, apud hos Paulus flagris ictus, cum Sylla fuit coniectus in carcerem, apud hos preterea & carceris custos cum eius domo & vniuersa familia ad Christi fidem concessit, apud hos demum & milites Paulum veriti, vt abiret quo vellet, precati sunt, & hunc in modum predara admodum principia habuit Christi preconium, que omnia vel ex Apostolorum actis licebit ediscere, Testatur itaque Philippensibus Paulus non modo fidei rectitudinem & subita discrimina, sed facilem etiam ad sua impartienda animi promptitudinem. Horum omnium gratia, & ingenti beneuolentia profequi, & magni videtur hos facere.

Iudeos canes nuncupat Paulus.

¶ PAVLVS & TIMOTHEVS serui IESV CHRISTI. ¶ Hoc loco nullam facit de sui Apostolatus dignitate mentionem Apostolus, sed seruū se CHRISTI IESV subserbit, quod sane etiam magnum est, commune tamen est multis, Ad Timotheum autem & Corinthios scribens se Apostolum nominat, cur illud? quia cum illis esset ad castigationem iniuncturus multa, Apostolatus ad se dignitatem recepit, his vero cum nihil huiusmodi sit indicturus, quin potius pari omnes vt honore dignetur futurum nequaquam Apostoli appellatione indiguit.

Cur se apostolū quibusdam vocat Paulus in quibusdam nō.

¶ OMNIBVS Sanctis in Christo Iesu. ¶ Cum iudei sanctitatis sibi id nomen adsciscerent, vt populus inquit sanctus, Propterea in Christo Iesu adiecit, hi namque vere in Christo dicendo sunt sancti, illi vero prophani.

Episcopi sacerdotes.

¶ EPISCOPIS & Diaconibus. ¶ Episcopos sacerdotes dicit, neque enim plures preter vnum erant, Episcopi, qui singulis ciuitatibus presiderent, quippe cum nondum essent huiusmodi nomina dispartita, sed Episcopi tantum, Diaconi & presbyteri

AD PHILIPPENSES!

dicebantur, quemadmodum ad Timotheum, qui episcopi munere fungeretur scribens sic inquit, Ministerium tuum & Diaconatum perficio, & rursum. Quod traditum tibi est cum impositione manus presbyterii, hoc est Episcoporum, neque enim sacerdotes Episcopum consecrabant, & contra presbyteri Episcopi nomen sortiebatur, vt qui curae populi inuigilarent, purgarentque & illuminarent quos foret necesse, cuius rei gratia ad clerum nunc scribit, quod alias nunquam egit, miserant enim illi Epaphroditum, qui necessaria sibi detulerat.

Episcopi vocabantur Diaconi tantum. Presbyteri Episcopi dicebantur.

¶ GRATIA Vobis & pax, a deo patre nostro & domino IESV CHRISTO. ¶ Consuetam appellationem & salutandi modum preponit, comprecans, illis vt dei gratiam assequantur, gratiaque inter se sint, & nihil inuicem efferantur, ne forsan ab accepta iam gratia, & inita concordia excidant. Nam dona dei huiusmodi superbiam afferunt minus cauentibus.

¶ GRATIAS Ago deo meo in omni memoria vestri semper in cunctis orationibus meis pro omnibus vobis. ¶ Quotienscumque inquit vos memoria repeto, id enim facio semper, Deum laudibus effero: & illi gratias ago, quod tantopere sitis virtutibus dediti, Nihilominus etiam adeo diuinis in rebus vos profeceritis, ab orationibus nil conuiesco, & Deum pro vobis enixe precor, vt magis ac magis ad ea, que recta sunt prouehamini.

Deo dei superbie castis.

¶ CVM Gaudio deprecationem facies. ¶ Potest namque & cum merore de aliquo memoria fieri, vt alibi dicit, ex multa enim pressura & anxietate cordis scripsi vobis, quo fit vt libens & leta cuiuspiam recordatio, virtutis sit argumentum.

¶ COMMUNICATIONEM Vestram in euangelio Christi a primo die usque nunc. ¶ Ingens sane Apostolatus his testimonium detert, cum eos laborum participes asserit fuisse effectos, qui in euangelio insumentur, neque ad vnum duosue annos, sed usque nunc, hoc est, eo ex tempore, quo primum Christi fidem hanc excepistis, ad id tempestatis, verum si queras quo pacto sint istiusmodi laborum effecti participes, quia mihi inquit, que fore ad vitam necessaria videbantur, ipsi suppeditarunt, susceperuntque de me curam, nam qui boni aliquid operis pertactanti quibusuis modis tu lerit opem, eius certe non erit expers, sic & qui martiribus, vel in heremo diuersantibus & omnem his adimunt seculi curam, vel eos qui ad Christi instruunt fidem & euangelium predicant, ab omni animi distractione liberos reddunt, cum his certe & coronarum & premii fient participes.

Suppeditas opem bene agenti quod assequitur.

¶ CONFIDENS Hoc ipsum, quia qui cepit in vobis opus bonum, perficiet. ¶ Grates inquit ago, & gaudeo plurimum, confusus opera rectiora, que in vobis exorsus est deus, per eum perfectum iri, coniecto namque ex preteritis ipsis futura. Aduerte quemadmodum ad humilitatem illos instituat, quandoquidem deo soli rerum omnium tribuat summam, & non eis modo adscribat que gesserint, itaque neque hoc pacto illos laudis fecit exptes, Dicit enim qui cepit in vobis, hoc est vobis volentibus, Nam nisi & homini insit recte agendi voluntas, nec deus ipse in eo boni aliquid opabitur, si enim simpliciter ille torpētibus nobis nisi in animis oparetur, nil proculdubio impediret, quo minus gentiles ipsi & ceteri omnes mortales diuinam in se operationem exciperent, sit itaque vt non mediocriter vel ex hoc illos extollat, utpote qui in suam opem dei ad se pelle xerint gratiam, & quia tanti sunt ipsorum officia, & res bene gesta, vt non humanis viribus fieri potuerint, dei sunt virtute peracta. Porro & eisdem hortatur, ne in segnitatem relabantur. Nam si eorum bona perfecturus est deus, haudquaquam hi multum laboris insument, que rectiora sunt agent.

Deo non opatur nisi si volente.

¶ USQUE In diem CHRISTI IESV. ¶ Hoc est, quo dominus sit aduenturus, sic enim inquit, confido non solum in vobis Christum, sed vestris in posteris usque

ad mundi cōsumationē opaturū, vel vniuscuiusq; finē, Christi Iesu diē intellige.  
**¶ SIVT** Est mihi iustum hoc sentire pro omnibus vobis; eo q̄ habeam vōi co-  
 de/ & in vinculis meis/ & in defensione/ & confirmatione euangelii. ¶ Confido iquit  
 tales vos ad finem vsq; futuros, hocq; pro vobis & sentio, quia vos semper habeo co-  
 di, noui q; & vstra benefacta, & quemadmodum semper omni studio enitimi vobis  
 ficiamini euangelii gratia/ & compedum mearum participes, itaq; equum est & me  
 de vobis ita sentire, contemplariq; vel ex ip̄s principiis finem, verum quantā illud  
 laudis Pauli corde cōtineri, qui non temere, sed recto iudicio quos dignos existima-  
 set: amore prosequatur, Nec tum quidem cum Neroni respōderet interroganti in-  
 quit/Memoria mihi vos excidistis, confirmationem autem euangelii/ & defensione  
 vincula dicit/ & pressuras; quibus ipse afflictabatur, est namq; peripicuum/ q̄ si per-  
 sualum Apostolus ac pro re comperta non habuisset, remuneratiōes ineffabiles illas  
 & bona celestia tantū esse: vt explicari verbis non possint, quod non prorsus vincula  
 fuisset perpeffus, nec efferato Neroni pertinacius obstitifset, nisi imperatorem illum  
 preuidisset, qui firmior esset; & illo incomparabiliter longe potentior, pressuræ ergo  
 & mala que patimur; euangelium confirmabunt.

**¶ SOCIOS** Gaudii mei omnes vos esse. ¶ Ostendit hoc loco quēadmodum haud  
 temere in eos sit affectus benevolentia, Propterea inquit vos cordi habeo, quia socii  
 mihi/ & participes estis huiuscemodi gratia, hoc est pressurarum/ & compedum esse  
 cti, Curandum itaq; diligentius ne a nobis vos delectatis in malis hīsce/ & vinculis  
 constitutis, quā potius adhibenda est diligentia/ ne immunes tentationum redda-  
 mini, quas ob euangelium ip̄s subiimus. Quod autem pro gratia vincula habeat;  
 tur; liquet ex eo quod dominus ait, Sufficit tibi gratia mea, virtus namq; hoc est mea  
 virtus, in infirmitate perficitur, vel illud magis quod est paulopost dicturus demon-  
 strat, nobis donatum est pro Christo pati. Aduerte autem vt non iocios dixerit, sed  
 confocios: quod grece ita habetur, arguens se aliis esse in euangelio sociū, his vero ma-  
 iori quadam esse coniunctione in bonis celestibus participandis deuinctum, vt & ali-  
 bi dicit, & confocius euangelii fiam, hoc est/ vt bona illa nobis seruata communem,  
 euangelium predicantibus.

**¶ TESTIS** Enim mihi est Deus/ quomodo cui piam omnes vos in visceribus IESV  
 CHRISTI. ¶ Haudqua q̄ perinde ac diffidens deum in testem hic vocat, sed  
 cum immensum animi sui affectum nequeat explicare, deo relinquit: qui corda scru-  
 tatur, id namq; est argumento vera Paulum profiteri, non enim deum adsciuisset in  
 testem, si illis adlaretur, vel simulato animo diceret, que serio dicit, in visceribus autē  
 CHRISTI IESV, Hoc est non gr̄a rei alicuius humanæ, nec quia necessaria mihi  
 subministratis, sed dei in charitate hec dixi, vel quia pater vobis cum sim Christi ob si-  
 dem effectus, ex ip̄s visceribus/ & ip̄o ex animo magnum in modū vos colo/ obler-  
 uoq; Omnes autem cupio inquit, quia omnes pares estis virtute.

**¶ ET** Hoc oro/ vt charitas v̄ra magis/ ac magis abundet. ¶ Et si mirum in modum  
 a Philippensibus coleretur Apostolus, cupit tamen magis/ ac magis ob his obseruari  
 Est namq; ingentis amoris indicium; vt aliorum quis promereatur amorem, exple-  
 ri nunq. Aduerte autem q̄ modeste id dixerit & magis ac magis abundet, Infert aut  
 non solum cupere vt se ament, sed vt & ceteris omnibus bene velint.

**¶ IN** Omni scientia/ & omni sensu. ¶ Hoc est non vt temere omnibus benevolentia  
 am impartiamini, sed cum probatione/ & cognitione/ & certiore iudicio, sunt enim  
 pleriq; qui omnes indifferēter colunt, & amant, vnde nec stabiles sunt que hoc pacto  
 cōflatae sint amicitia, ne forte & hereticis ip̄s afficiamini inquit vt proximis.

**¶ VTI** Probetis potiora. ¶ Hoc est, conducentia. Nam quando vester in alios fuerit

Paulus  
Neroni.

Cur deū  
testē ad-  
uocet  
paulus.

Amādū  
cū iudi-  
cio,

cum expimento/ & certo iudicio collar' amor, licebit vobis & que vsui sunt picitari, & Amādū  
 noscere, qui sunt ergo amandū: fideles, qui odio isectādū: infideles, verum cur alibi di- fideles.  
 cit cum omnibus hominibus pacem habete: primum quia nequa q̄ id simpliciter di- Odio di-  
 xit, sed illud adiecit si fieri potest: cum omnibus pacem habete, deinde aliud est pacifi- gnū fide-  
 ce viuere, aliud colere, illud namq; dissentiones interdicit & bella, hoc animi exigit af- les.  
 fectum, & tanq̄ complexionis/ & morum similitudinē, quod tamen minus est hereti-  
 cis aperiendum, nam si oculus tuus te scandalizat, inquit, eruito.

**¶ VTI** Sitis synceri/ & sine offensa in diem Christi. ¶ Non enim in meam hec protu-  
 leram vtilitatem, sed ne quod a vobis adulterinum sub charitatis obtentu dogma susci-  
 piatur, qui netiam integritatem quo ad deum seruetis, & quo ad homines sitis sine of-  
 fensa. Nam si nihil tibi officiat amicitia cum heretico cepta, alius tamē ex ea offendit-  
 tur, quo ergo pacto in die Christi, hoc est iudicii, integer deprehenderis & sanct', qui  
 fratrem offendis?

**¶ REPLETI** Fructu iusticiæ per IESVM CHRISTVM in laudem/ & gloriā  
 dei. ¶ Hoc est/ vt & dogmatum rectitudine/ & vita sitis irreprehensibiles, Iusticiam  
 autem dicit genus omne virtutis/ vel eleemosynam dumtaxat. quam illi vbertim im-  
 partiebantur, non vt minus perfecte vel virtutem/ vel eleemosynam operemini, sed vt  
 sitis repleti, & quoniam vel gentiles ip̄s videbantur sibi quodammodo vendicare vir-  
 tutem hanc/ & iusticiam, eleemosynam adiecit, que Ephesiorum erat peculiaris, & p-  
 pria, per IESVM CHRISTVM, a gentilibus namq; nequaqua secundum Chri-  
 stum virtutes, sed ad inanem gloriā/ & hominum gratiam exercebatur, & i dei glo-  
 riam non in meam ita vos instruo, Non igitur decet vt Christi gloriā interpelletis,  
 Ceterum eosdem facit fidentiores, cum deum ostendit diuinis operibus in gloriā sui  
 cedentibus, opem/ & auxilium allaturum.

**¶ SCIRE** Autem volo vos fratres, quia que circa me sunt magis ad profectum vene-  
 runt. ¶ Decens erat vt animo perturbarentur Ephesii/ cum Paulum didicissent vici-  
 lis fuisse constructum, perinde ac intercisum fuisset Christi preconium, Dempitur' ita  
 q; his conceptam animo suspicionem, sic inquit; neq; enim solum nil prorsus mea hec  
 vincula euangelium interceperunt, sed illis potius profuere.

**¶ ITA** vt vincula mea manifesta fierent in Christo in omni pretorio & in ceteris oī-  
 bus, hoc est/ vel cum essem vinculis prepeditus, licentius predicauit: & nihil conticui, a-  
 deo vt verbi preconium/ vel ad pretorium vsq; perualerit, hoc est ad regiam vsq; Nero-  
 nis, & per omnem sit vrbem vulgatum, id autem in Christo effectum, id est non mea  
 virtute/ sed Christi potentia, vel vincula mea in Christo, hoc est que Christi ob gratiā  
 tolero. Vt plures e fratribus in domino confidentes in vinculis meis abundanti' au-  
 derent sine timore verbum dei loqui. Enimvero & si antea predicare sunt fidentius  
 ausi, nunc vero eo enixius sunt id ausuri, quia & me vel vinctum/ & coniectum in car-  
 cerem maiori fiducia verbum dei enunciare cōspiciunt, & fortiores profecto sunt red-  
 diti: cum me vidissent in vinculis detineri, & ad me imitandum sunt incitati, cumq;  
 & magnum quiddam dixisse sit visus, quia animos illis fecisse se dixit, in domino ad-  
 didit, si itaq; qui sunt vinculis meis propinquiore, nihil animo concidunt, sed audēt  
 magis, ergo & vos tanto fidentiores esse debetis, quanto a vinculis hīsce abestis.

**¶ QUIDAM** Quidem propter inuidiam/ & cōtentionem, quidam autem ppter  
 bonam voluntatem Christum predicant. ¶ Postq̄ comprehensus est Paulus, pleriq;  
 q; fidelium predicabant & Christum, ea mente vt Neronem magis ad iram incen-  
 deret, vt confestim de medio Paulum tolleret, vt qui ubiq; Christi preconium dissemi-  
 nasset, quod vtiq; pretendit Apostolus: cum propter inuidiam dicit: & dissentiones

Adulteri  
nū dog-  
ma.

Iustitia  
gen' oē  
virtutis!

Nero;

vel quia & ipsi accipari honores cum vellet subtrahere mea de gloria aliquid habebatur, quidam autem inquit propter bonam voluntatem hoc est sine vlla simulatione & recta animi sententia.

**QVIDAM** Autem ex charitate, scientes quoniam in defensione euangelii positis sum. **Hoc** est charitate ducti, quia cum erga Christum, tum erga me quidam afficiuntur, predicant, non ignari dicturum me aliquid pro Christi preconio, cogere mihi ad id muneris exequendum opitulatur. Nam si plurimi sint: qui in meam predicationem concesserint, facilis mihi erit defensio, hac autem in re illi mihi cooperantur, cum multos instruunt predicando.

**QVIDAM** Autem ex contentione Christum annunciant non sincere, hoc est non pure, & integre, neque recti ipsius gratia.

**EXISTIMANTES** Pressuram se luscitare vinculis meis. **Arbitrantes** inquit in maius aliquod me discrimen impingere, & erumnas erumnis adaggerare, non tam men loquius processura est eorum tam fallax, & subdola machinatio, quippe clarior modo ex eo euangelii sit predicatio, ob idque mihi & gaudium auferat, vides quemadmodum geri rectum aliquod opus possit mente non recta, vt quod ex eo non modum quidpiam obuenerit premii, quin & cruciatus subeantur plerumque.

**QVID** Enim dum omni modo siue per occasionem, siue per veritatem Christum annuncietur, quid multa? aut quid mihi hec curae sunt, vtum sic fiant, vel aliter siue occasione, hoc est contentione, & astu, & simulatione, siue veritate, hoc est animi rectitudine Christus annuncietur, Sunt qui existimant, insulsi tamen, & veritatis ignari, occasionem Apostolum ad hereses prebuisse, cum inquit annunciet modo quipiam Christum, nihil iterit quemadmodum ille annunciet, Aduertant tamen id primum, neque enim annuncia dixit, perinde ac si sic ille decernere videatur, & iubere, sed annuntietur, quod dictum prefert utique quod gestum fuisset, Deinde etiam tanquam id statim ens protulisset, neque hoc pacto ad heresis ineidas aditum prebuisse, quomodo quia hi de quibus fecerat mentionem, nulla adulterina, & fallax dogmata inducebant, Christum annuncians, sed que ad veritatem facerent predicabant, non recte autem nec recte heretici predicant, sed peruersa quedam, & a vero penitus aliena, cum illorum peruersus sit animus, afferunt.

**ET** In hoc gaudeo, sed gaudebo. **Hec** quidem illi vt me merore afficiant, at ipse letor, quia eo amplius Christi nomen vulgabitur, & quo id maxime egerint, eo & maxime explebor iocunditate, vides quemadmodum criminantis illius artes, & doli in sui perniciem reuoluantur.

**SCIO** Eni quoniam id mihi proueniet ad salutem. **Quod** illud? quod predicatio scilicet propagetur ex odio, & liuore, quo erga me afficiantur nonnulli.

**PER** Vestram orationem, & subministrationem Spiritus IESU CHRISTI. **Attende** quantam pre se ferat vir hic beatissimus humilitatem. Nam cum ei esset ex rebus innumeris optime gestis debita salus, nihilominus inquit: si vestris fuerim precibus ipse dignatus, ob easque mihi Spiritus sanctus suppeditetur, inde haud dubie spes est saluum me fore, subministrationem autem dicit plurimam gratiae spiritalis additionem.

**SECUNDVM** Expectationem, & spem meam. **Apocara** dicitur Graeci, quam expectationem dixit interpretis: ex cara, quod caput designat: & docin, quod annuere est: perinde ac si caput totum nuterit, & vergat ad id quod firmiter, & certo speratur, tanquam id inquit, Spero equidem vt primum illud discrimen euasi, sic presens hoc me euasurum, Nero namque crudelitate insignis, & vir efferacior Paulum hunc ipsum in vincula coniecerat, Commonefacit preterea hoc loco non omnia esse alienis

Adulteri  
na, & fal  
sa dog  
mata.

Apocara  
docia.

Paulum in  
victa conie  
cit.

precibus permittenda, quoniam sperandum per nos erit, quo cupimus, & votis id de  
posendum, vt Paulus infert, & Propheta affirmat cum inquit, Fiat misericordia tua  
domine quemadmodum sperauimus in te, & alibi, Quis sperauit in domino, & con  
fusus est, & Paulus idem, Spes non confundit.

**QVIA** In nullo confundar. **Hoc** est, neque quid in humanis sum, quia euange  
lium predico, neque cum in hac vita excessero: quia nulli tunc erunt reliqui hostes, si enim in  
quit me trucidabunt: tunc maxime mihi inconfusa, & solida gloria relinquetur, quod  
eis non potest contingere, qui mihi nunc aduersantur.

**SED** In omni fiducia sicut semper, & nunc magnificabitur Christus in corpore  
meo, siue per vitam, siue per mortem. **Illi** inquit eorum dolis, insidiisque posse me in  
discrimen impingere existimant, nequaquam tamen illorum id studium progredietur,  
quando in omni fiducia, hoc est aperte, & nemine obistente magnificabitur Christus  
in corpore meo, hoc est me spirante hanc auram, & vitam degente, circumferenteque  
corpus hoc ipsum, Non enim nunc mortem sum obiturus, & ne quis occurrat inquit  
ens, nonne vel te moriente Christus magnificabitur: gloriaque, & laudibus efferetur: ad  
iecit, & per mortem ille meam magnificabitur, quia & mortem vt superarem effecit,  
Interea tamen per vitam qua me postquam periclitantem exemit periculis condona  
uit, gloriam assequetur, Dicit autem de morte, non quam statim sit subiturus, sed hac  
si forte obiret nequaquam animo obturbetur. Nam ingenti Apostolum charitate con  
plectebantur Philippenses.

**MIHI** Autem viuere Christus est, & mori lucrum. **Hoc** est nouam quandam  
dego vitam, & mihi pro vniuersis Christus est rebus, pro spiritu inquam vita, & luce,  
vita namque hoc nomen, & naturalem hanc vitam designat, qua viuimus, & moue  
mur, Prefert & peccati vitam: quemadmodum contra dicimus, qui peccato mor  
tui sumus, quo pacto ultra viuemus in eo? Significat preterea & perpetuam, que secun  
dam deum est vitam, vt illud Nostra conuersatio in celis est, hoc vero loco non natu  
ralem negat se vitam victurum Apostolum, sed eam que sit peccatis obstricta, & se  
culi huius sit intenta deceptionibus. Ceterum Christum esse sibi ad vitam fatetur,  
sicut & alibi dicit, in fide vivo filii dei, mori vero in lucrum, quia vita defunctus cum  
Christo aperte futurus sum inquit, Fit itaque vt lucrum mihi sint allaturi, qui hac me  
vita exemerint.

**QVOD SI** Viuere in carne hic mihi fructus operis est, & quid eligam ignoro.  
**Ne** forte existimes Paulum vitam hanc criminari, peride ac superuacaneam, & pla  
ne inutilem, si in carne inquit viuere mihi fructus est operis, hoc est dixi equidem pro  
lucro me habiturum hanc mortem, Veruntamen cum vita hec mea nequaquam mihi  
in carne inutilis sit, quippe qui alios instruo: & ad fidem illumino, ignoro quid eli  
gam, mortem ne, an vitam, **His** dictis obstruuntur hereticorum ora, qui presentem  
hanc vitam calumniantur, neque enim hec improba est, & iniqua, siquidem & nobis  
vlti sit, & fructus afferat illa vberrimos, non itaque vita hec est mali cuiuspiam causa, sed  
eorum voluntas, qui hac abutuntur. Porro & mysterium nobis quodam iam retegēs  
ostendit dominum ipsum vitae ac necis potestatem habere, si enim inquit a domino  
emori postularem, largiretur haud dubie mihi hanc gratiam, Quocirca eam ob cau  
sam nihil vobis est desperandum. Nam si mortem obierim, non maleuolorum id ne  
quitia fiet, sed dei dispensatione, atque arbitrio.

**COARCTOR** Autem e duobus desiderium habes dissolui: & esse cum Christo,  
Multo enim melius permanere autem in carne magis necessarium propter vos. **Phi  
lippenes** his dictis Apostolum reddit paratior: vt suum obitum futurum proxime  
viriliter tolerent, cur enim mea de morte dolendum censebitis, quam ipse iam pridem

No oia a  
lienis p  
ci  
b  
pmitte  
da.

vita quot  
modis.

Mori  
Paulum  
crum erat.

Vita no  
malis, sed  
vita abu  
sus

Excelsa  
mēs Pau  
li.

suminopere concupiuit id quod mihi sit in melius concessurum, quippe quod mihi licenti-  
am pbeat cum Christo versandi, non itaque dolore affici vilo debetis: cum mortem obiero,  
alioqui in carne hac me permanere ob vram utilitatem magis est necessarium. Non enim  
que mea sunt quero, sed vram, quod si optio detur vtrum ex humanis abscedere, an vitam  
hanc ducere malim: coarctor equidem, hoc est in ancipiti sum subdubius, & ita vobis  
facile sciam quid horum sum electurus, duxerim tamen precipue id necessarium ma-  
gis ut viuens & spirans vobis conducam. Est ne igitur, quidpiam inges adeo aut ex-  
cellsum, quod cum hac Pauli mente possit equari? quandoquidem aliorum utilitati  
Christi conuersationi sic preferat, ut Christo coniunctior sit: cum Christi conuersatio-  
nem reiciat ut aliis proficit.

**¶ ET** Hoc confidens scio quia manebo & permanebo omnibus vobis ad profectum  
vestrum & gaudium fidei. Cum itaque inquit necesse sit: ut in carne permaneam  
sum namque haud dubie permanurus, hoc est ero quidem superstes: & viam, nec sum-  
pliciter sed vobiscum, perinde ac si dicat adhuc visurus vos sum, At cuius rei ob gra-  
tiam victurus es? nimirum ut vos in fide proficiatis, hoc est confirmemini: & habi-  
les sitis in dogmate per me prolato, ac vita, qui profectus ut vram, sic meum gaudium  
prefert, His preterea incutit hoc loco formidinem, tanquam id explicans, videtur  
vestri de causa Christi sum conuersatione priuatus. Nolite ergo id vitæ reliquum  
vita Apostolus: & luce hac fruebatur: nequaquam, horum solum de causa, sed ut eos con-  
solaretur hec intulit: & ad maiorem vigilantiam hortaretur.

**¶ UT** Gratulatio vram abundet in CHRISTO IESU per me, per meum aduen-  
tum iterum ad vos. Cum dixisset superius se ob eorum profectum permanere in  
vita, arguit quemadmodum & sibi in lucrum id ipsum concesserit: quod gloriam sibi  
cet quiret in his abundantius, quia proficerent magis, cum esset ipse ad hos profectus,  
quid ergo? Num ad illos concessit Apostolus? id nempe incertum.

**¶ TANTUM** Digne euangelio Christi. Id vnum inquit a vobis deposco ut vir-  
tuti eius studeatis, atqui pro euangelii dignitate ille agit, qui sibi ipsi renunciat, &  
cruce sublata Christum sectatur.

**¶ UT** Siue cum venero & videro vos, siue absens audiam de vobis. Neque enim quod  
Philippenses ad eundem mentem mutarit, neque quod nondum iturus, hec dicit, sed si forsitan  
inquit ad vos nequaquam sum profecturus, Licebit tamen vel absentem mihi pro ve-  
stra hac vita quam ex euangelio ducitis institutam, capere iocunditatem, cauendum itaque vel  
si non ad vos proficiscar, ne ab optimo hoc viuendi genere excidatis, nec secus preterea ad-  
uigilandum, quod si eorum que per vos geruntur hoc tempore sum non ignarus.

**¶ QVIA** Statis in vno spiritu vnanimes. Hoc est in eodem concordia dono, sic  
enim vnus animus concordet perstabitis, cum fueritis spiritum vnum adepti.

**¶ COLLABORANTES** In fide euangelii. Hoc est inuicem pro fide labores  
& certamina excipientes.

**¶ ET IN** Nullo terreamini ab aduersariis. Non enim ne collabamini dixerim, sed  
ne terreamini. Hoc est nulla in re perturbemini. Nam si vel pericula comminentur,  
vel inferant mortes, nihil profecto hi egerint, sed territant modo, adeo illi & imbeci-  
les coarguuntur & impotentes.

Cotentis  
da picula  
& mortes

**¶ QVE** Est illis causa perditionis, vobis autem salutis. Cum enim perspexerint hi, et si multa  
sint machinati, nequaquam vos esse absterritos, nonne id eis aptius indicabit, sua oia in te-  
ritu abiisse, abolitaque & dispersa esse, vram vero validiora consistere, nec posse aliquo pa-  
cto comprehendere, aut consumi, quippe que habeant in se ipsis salutem?

**¶ ET** Hoc adeo, quia vobis donatum est pro Christo, non solum ut in eum credatis,  
sed ut etiam

sed ut etiam pro illo patiamini. Cum enim Paulus donatum est vobis inquit & pa-  
ti pro Christo duo quedam hic peragit, alterum ne illi vel verecundia offundantur, vel a-  
nimo concidant, si quid fuerint fortasse pro Christo perpeffi, alterum ne insolescant/  
vel efferrantur, inquit enim Christo cuncta sunt ad scribenda. Nam & virtutes dono acce-  
pimus, non ut liberum arbitrium tollat, sed ut humiles reddat, Non enim facere si-  
ne Deo recte aliquid possumus, siquidem Dei hoc donum forsitan suscitandorum mor-  
tuorum gratiam superabit. Nam si mortuos suscitauerim, Deo proculdubio fue-  
rim tanto hoc beneficio maximum in modum, sin vero pro eo penas subierim, hunc  
ipsum habuerim obligatum & debitorem. O rem admirandam, largitur ille & de-  
bito mihi obstringitur.

**¶ IDEM CERTAMEN** Habentes, quale & vidistis in me & nunc audistis de  
me. Offendit paribus hos versari certaminibus, quibus & ipse ageretur, quod  
sane magnam in his testatur virtutem, Habetis enim inquit, me in exemplum: & de-  
certantem audistis, cum fuerim ante hac & flagris affectus & quemadmodum in car-  
cerem coniectus sum, nunc audistis.

**¶ SI QVA** Ergo consolatio in Christo, si quod solatium charitatis, si qua societas  
spiritus, si qua viscera miserationis implete gaudium meum: & idem sapiatis. Quod  
inquit tale est, si vobis animo sedet, me quoquam pacto tentationibus agitatum sola-  
ri, vel solamen afferre: quale solet charitas parere, vel si futurum est aliquando, ut pre-  
vobis feratis spiritalibus in rebus & his quidem que secundum dei sunt voluntatem  
aliquam mecum habere communionem, vel si me estis commiserati quod patiar, id  
omne obsecro: obtestorque in id vel vnicum conferatis, ut mutua sitis charitate deuin-  
cti. Aduerte autem quemadmodum illorum coniunctionem / quod vnanimes sint  
pro collato ducat in se beneficio, & tanquam ipse misericordia fuerit dignatus ob isto-  
rum vnitatem letatur, nec leticiam mihi dixit afferte, sed implete, perinde ac si dicat,  
vos quidem iocunditatis huiusce, qua in presenti afficio: initium attulistis, pacemque  
& mihi estis iam impartiti, quam cupio & ad finem ipsi deductum. At qualis hec le-  
ticia est? non equidem ut a periculis eximar, vel ut quidpiam a vobis sum accepturus,  
sed idem vos sapiatis.

**¶ EANDEM** Charitatem habentes. Id sane prestantius quam vnanimes se pro-  
flare, ut eque hi omnes adepti sint charitatem, nec quidem ut si quis te amore ingen-  
ti prosequitur, hunc ipse lentius & frigide ames, sed ut equa sit amoris proportio dum  
alternis rependitur.

**¶ VNANIMES** Id ipsum scietes. Tanquam vno eodemque vincti animo sitis non sub-  
stantia sed voluntate coniuncti, quod sane designat cum ita mox subdit.

**¶ NIHIL** Per contentionem neque per inanem gloriam. Nil inquit per contentio-  
nem: hoc est per nisum quendam a liuore productum egeratis, quemadmodum vul-  
go dicimus: enitar equidem totis viribus & contendam ut nemo me superet, neque per  
inanem gloriam, hec namque inuidiam parit. Cum enim homines simus inanem gloriae  
cupidi, quidnam pro hac assequenda facere non audebimus.

**¶ SED** In humilitate superiores sibi inuicem. Viam nunc nobis demonstrat, qua  
inanem hanc gloriam possumus defugere, & presumptam affert opinionem maxi-  
mum in modum nostrae salutis conducere, si enim inquit, existimaueris hominem  
quempiam non solum tibi prestare, sed longo etiam interuallo esse te potiolem, ob id  
ipsumque pre summa humilitate habeas persuasum rem se ita habere, eum quem tibi  
pretuleris: honore etiam prosequeris. Quod si ita te gesseris, cum tibi etiam vicem  
per alios reddi perspexeris, grauiter ferens, Quinetiam vel si quis tibi conuicietur / vel  
affligat verberibus, es certe animo equiorilaturus, quippe qui omnes ducas superiores,  
t. i.

Sine deo  
nihil re-  
ctum fie-  
ri posse.

Ad vnan-  
imitate  
hortatur  
Philippē-  
ses.

Inanis  
gloria pa-  
rit inuidiam

Opinio-  
ne presum-  
pta salutis  
conducere



nec cuiq̄ inuidēbis, nam inuidia inter equales oboritur, non inter impares, & logetur inuicem alienos, sic item alius ceteros sibi percellere existimabit, eritq̄ hoc pacto summa inter omnes tranquillitas.

**¶ NON** Que sua sint singuli considerantes, sed que aliorū. Cum enī tuæ cōsulā vitilitati, tu cōtra qđ mihi p̄stet cōquīres, nec vllus hic erit inanis gloriæ, vel cōtētiō, nec demū prauo cuiq̄ facinorū locus, quin vita duceatur angelica quedam, & diuina.

**¶ HOC** Enim sentite in vobis quod & in **CHRISTO IESV.** Vt enim & Christus inquit, Estote misericordes, sicut & pater vester, qui in celis est, & rursum Discite a me quia mitis sum, & humilis corde, sic Paulus ad humilitatem nos instruēs Christus Iesum producit in medium, qui nostri gratia, cum diues esset, sit inops effectus. Nam cum deī filium, qui omne excedit fastigium, ad infima dicat se contulisse, quōq̄ nam eorum qui alta sapiant, non cogat pudere.

**¶ QVI** Cum in forma deī esset, nō rapinam arbitratus ē esse se equalē deo. *¶ Enim* mera quot ob id dictum heretici homines collabantur, & ruant. Marchion Ponticus asserbat nequam esse hunc mundum, & carnem hanc imbibisse nequitiam, eōq̄ neq̄ carnem eiusmodi deprauatam, & sordidam Christum, qui de⁹ sit, assumpsisse. Marcello vero galata, Photinus, Sophroniusq̄ dicebant Verbum deī energiam esse, non substantiam, & insubstantem hanc inhabitare, qui ex Dauid semine esset, & Paulus Samoteus profitebatur id verbum a Maria habuisse, vt constaret, principium, Sabellius patrem, & filium, & spiritum sanctum nomina quedam esse simplicia vni personæ addicta. Arrius vero asserbat filium esse creatum. Apollinaris laodiceus, quod animam filius sensibilem non suscepisset, vide quemadmodum hi omnes vno tere cōciderint gladio hoc videlicet Pauli dicto in forma deī cum esset. At quo pacto tu prius, mūm Marcelle, tuiq̄ sectatores asseritis energiam esse, hoc est operationem, non substantiam Iesum: cum forma substantia ipsa dicatur, quemadmodum & serui forma natura est serui, quid ipse nunc Samothee a Maria principium habuisse Christum deliras: cum constet ab eterno hunc in forma deī fuisse; hoc est in diuina substantia. Aduerte quemadmodum & Sabellius preceps feratur, ait namq̄ non rapinam Paululum dicere Christum esse deo equalē, verum in vna persona non cadit equalitas. Nam qui par est, & equalis, alterū habeat necesse est; qui cum possit conferrī, ex aīta q̄ equalitate duæ personæ emergunt. Arrius quidē pluribus confutatur, & ceteri itē, in forma deī, hoc est in deī substantia, neq̄ factus dixit, sed existens, dictum sane illi persimile, Ego sum, qui sum, neq̄ rapinam est arbitratus esse se deo equalē, Vides equalitatem, Cur ergo patrem dicis maiorem, inferiorem filium; sed aduerte insensitam prorsus istorum impunitatem, quorum vnus quidam sic inquit, Exiguus deus cum filius esset, nequaquam arripuit, vt esset maiori deo equalis. Verum quem aliter teræ edocent maiorem aliquam esse, vel prauum deum, hec enim gentium sunt deliramenta. Nam quod filius magnus sit deus, audi Paulum ita dicentem, aduentum magni deī, & saluatoris domini nostri **IESV CHRISTI.** Proinde qui tenuis sit, & exilis, quo pacto hanc sibi magnitudinem arrogasset. Ceterum Paulus cum esset ad humilitatem nos instructurus absurdior videtur: & sibi ip̄si nil consentaneus, si eiusmodi que sentit illi commonefaceret, videlicet quod minor deus maiori non insurrexit. Quid enim possent humilitatis ex istiusmodi dictis illi perdiscere; quia inferior deus in eum non insurrexit, qui sit dignitate prestantior, Est enim hoc impotentia non equalitatis, quam filium dicimus cum patre habere, illud verum ac plurimum videtur preferre humilitatis: vt is qui parem est cum patre ad eptus potentiam sit homo effectus, sed de his satis. Aduerte itaq̄ quid Paulus dicat, non rapinam arbitratus est esse se deo equalē, cum enim quis aliquid surripit, ne illud amittat, re-

Marchion hereticus.  
Marcellus  
Photinus.  
Sabellius.  
Arrius.  
Apollinaris.

In hereticos pulchra & acuta disputatio.

retur, quia quod alienum ē detinet, Cum vero quidpiam habeat natura in se, facit illud contemnit, certior sane id se ita sortitum: vt deponere nequeat, sitq̄ p̄tinus recepturus: si deposuisse sit visus, Inquit igitur nihil ē deī filius veritus a p̄pria dignitate descendere, quia hanc non prapinam sit assecutus, Dico igitur parem hunc esse deo patri, & p̄pria dignitatis habuisse cognitionem, eōq̄ vt humilis fieret hic maluit, tāq̄ in ipsa humilitate, celsitudinem suam seruaret.

**¶ SED** Semetipsum exinanuit formam serui accipiens. *¶ Vbinam* sunt qui inuitum hunc vt prius iussa ex eueretur, asserunt descendisse: & audiant quemadmodum seipsum vt dominus, & sui iuris non alieni exinanuerit, Cum vero formam inquit, serui accepit Apollinaris erubescat. Nam qui serui formam, siue naturam accepit: animam habet omnino intellectuam.

**¶ IN** Similitudine hominum factus. *¶ Hic* ex verbis delirant Marchionista, perphantasiam, & prestigia quedam affirmantes Christum incarnatum fuisse, inquit enim Vides vt Paulus similitudinem asserat hominum hunc accepisse, & in figuram humanam transformatum, non vera substantia hominem effectum: Quid homines ineptissimi deblateratis, nonne dominus nostram hanc omnem in se naturam accepit: et si nonnullis careret, que nobis insunt mortalibus, vt per coitum procreatio, & peccati commissio, neq̄ id solum quod exteriori ex facie apparebat, inerat illi. Sed & diuinitas ipsa, erat namq̄ hic deus non homo simplex & humanitati vnita erat diuinitas, & ideo in similitudinem hominum dixit, Nos enim ex anima corporeq̄ constamus, ille ex anima corpore, & diuinitate constabat, Propterea & similitudine dicit, Nam & alibi in similitudine carnis peccati cum inquit, nequaquam id infert qđ carne careret, sed quia caro illa expers omnino peccati esset, At similis erat carni huic nostræ, que utiq̄ ē peccato obnoxia secundum naturam erat, non secundum nequitiam, vt itaq̄ ibi hoc similitudinis nomine inequalitas quedam preferatur, sic & hoc loco cum in similitudine dicit, neq̄ ex humano congressu fuisse hunc genitum arguit, neq̄ peccato subesse, quia haudquaquā simplex homo esset.

**¶ ET** Habitu inuentus vt homo. *¶ Cum* dominum dixisset seipsum euacuasse ne forte immutationem aliquam, aut relaplum putes interuenisse, sic inquit, manēs qđ erat, & quod non erat accepit, neq̄ enim natura ē immutata, sed in figura effectus, hoc est in carne, carnis enim est transfiguratio, Cum itaq̄ formam serui accipiens dixisset Apostolus, si dens illud subiecit in figura hominis inuentus vt homo, vt ea que superius dixerat, confirmaret. *¶ Recte* autem vt homo dixit, non enim erat vnus e multis, sed e pluribus vnus, Nec quidem in hominem recidit deus verbum, sed tanq̄ homo apparuit, & cum sine forma existeret, formam subiuit, Nonnulli autem id dictū interpretati sic sunt, & forma inuentus vt vere homo, quemadmodum & Ioannes dicit, gloria vt vnigeniti, hoc est qualem habere vnigenitum decet.

**¶ HUMILIAUIT** Semetipsum, factus obediens vsq̄ ad mortem, mortem autē crucis. *¶ Rursum* seipsum ad humilitatem affirmat vnigenitum contulisse, ne forte descendisse ad infima existimetur inuitus, occurrent hoc loco molestiores heretici illi, & insanabiles, dicentq̄, Ecce subiect⁹, & obediens dicitur vnigenitus, At quid illud oī sensati, quandoquidem & nos amicis obtemperamus, cum nihil nos reddant interea istiusmodi obsequia inferiores, & dominus patri obsecutus est volens, sic enim vnita, tem perspicuam fecit: quam cum patre haberet, est enim filii proprium venerari parētem, factus est seruus: sed mortem subiuit, & quod hac re longe ē maius, ignominiosa mortem autem crucis, hoc est, detestandi patibuli, quod fontibus dumtaxat, & maleficis debebatur.

**¶ PROPTER** quod & deus exaltauit illum, & dedit illi nomē qđ est sup̄ omne nomen, & dicitur.

Apollinaris hereticus.  
Marchionista delirantes.

Xps ex aīa & corpore, & diuinitate constabat.

Xps non vn⁹ e multis, sed ex multis vnus.

Mors crucis qđ b⁹ debetur.

men. ¶ Cum de carne aliquid differit Paulus, quam potest effusius humilia eius do-  
quitur, perinde ac infima queque carnis admittat conditio, Carnem vero ita accipit  
vt nihil Christum ab eo fecernas, verum quod nomen illi ob humanam naturam  
tulit deus: nimirum vt filius in carne dicatur & deus, nam & homo dei est filius  
¶ angelus dixit, quod factum est sanctum, filius dei vocabitur. Istiusmodi appella-  
tio vniuersorum nomen excedit.

¶ **CVT** In nomine Iesu omne genu flectatur, celestium, terrestrium, & infernorum. ¶ Hoc  
est orbis terrarum vniuersus, angeli insuper, & mortales ipsi, & demones humilium  
summissis genibus venerabundè adorent, vel iusti ipsi, & peccatores idem factum  
nam & demones eundem sūt cognituri, & inuiti coerebuntur, nec veritatem amplius  
impugnabunt, tamen ante tempus istiusmodi faterentur, nouimus te qui sis.

¶ **CVT** Omnis lingua cōfiteatur, quoniam dñs noster IESVS CHRISTVS in glo-  
ria est dei patris. ¶ Hoc est vt omnes asserant Christum Iesum dominum eundem &  
deum, id namque patri in gloriam cedit, vt filium habeat, cui omnia subiciantur, &  
pareant. Vides itaque quemadmodum vniuersi exaltatio patris sit gloria, sic contra  
huius & imminutio patri ad ignominiam sit concessura.

¶ **CITAEQUE** Charissimi mei sicut semper obedistis. ¶ Cum laude sunt castigatio-  
nes inferendae, ne nimis incessant, sic facile admittuntur, idcirco hos laudat Paulus char-  
rissimos nunc cupas, & beneuolos: sicut semper, inquiens, dicto audientes fuistis, tanquam  
dicat, dei filius patri obsequentior fuit, hunc imitamini & vos insuper, quibus obtem-  
perare maioribus per facile fuit.

¶ **CVNON** In presentia mei tantum, sed multo magis nunc in absentia mea. ¶ Si enim  
me adstante id egissetis, mei forsitan verecundia detenti: paruissime mox videremini, nunc  
vero cum me vel absente virtuti intēditis, & que vobis p̄sens iniūxeram: libenti tamē  
exequamini, profecto ostenditis non mei hec gr̄a, sed dei vos omnia facitare.

¶ **CVCM** Metu, & tremore vram salutem operamini. ¶ Non enim vt mihi condici  
vos hortor, precorque, vt ita viuatis, sed vt ea que ad vram salutem faciunt operemini,  
cum timore tñ, & tremore, Tremore vero adiecit, vt metu exprimat magnitudinem  
quo sit operandum. nam dempta formidine nil recte peragi potest, verū quo pacto  
hic comparabitur timor: si Christum intellexerimus vbi que adesse, exaudireque omnia  
& cuncta prospicere, nec solum que gesta sunt, vel geruntur, sed etiam que mente, & cog-  
itatione concepimus, seruite inquit domino in timore, & exultate illi in tremore, sit  
in v̄a inquit, quod recte agitis, reconditum conscientia.

¶ **CVDEVS EST ENIM** ¶ **CVVI** Operatur in vobis & velle, & perficere. ¶ Cum  
dixisset timore, & tremore, nunc inquit nihil propterea vobis verendum est, Neque enim  
nīm vt desperetis, hæc intuli, sed vt sitis cautiōres, Si enim caueritis, & solertiores vos  
prestitieritis, deus omnia peraget, ipse est enim, qui ad eiusmodi voluntatem & pro-  
ptiores facit vt bona velimus, & animi eiusmodi promptitudinem ad finem deducit,  
Operatur autem Deus in vobis & voluntatem, hoc est: suggerit vobis, vt que bo-  
na sint cupiatis; & vestram hanc optimam auget cupidinem, incenditque vt fiat  
feruentior, vel aliter, Cum vestra sit Deus cepta terminaturus, vos vero ad ea ani-  
mum intendatis, quæ finem iam nacta esse perspiciamus, Propterea voluntatem dicit  
Apostolus a Deo hanc suggeri, Exempli gratia, Induxeras ipse in animum  
quod ceperas exequi, Si finis opus hoc tuum subsequatur acceptum, eris promptior,  
vt illud perficias, sin minus, vel ea saltem que te incesserat quidpiam operandi  
bido torpescit; denique & abscedet. Cum itaque constet in Deo esse hunc finem, qui vel  
hoc nostrum incendat, merito dicit in dei esse operationem eiusmodi potestate sita  
vel quia sic cupiat Paulus, voluntatem hanc illis a deo dicit suppeditari, quemadmodum

Filii exal-  
tatio patris  
gloria,

& officia, & recte facta dona appellat, non liberum nobis arbitrium demens, sed volēs  
vt gr̄a deo prius semper agatur, & illi vniuersa committi, attēde vel hunc dicendi modum  
in vobis dixit cum timore, & tremore salutē operantibus, Nam in istiusmodi deus ho-  
minibus omnia operatur, qui voluntate ad bonum ducuntur,

¶ **CVPRO** Bona voluntate. ¶ Hoc est, vt adimpleatur in vobis quod deo sit placitum, id  
enim illi optime placet, vt talem vitam degamus que sibi sit placita, Quocirca vel ex  
hoc potestis confidere, est enim deus ad recte viuendum vobis operatur, et si nul-  
lius rei alterius gr̄a ob id saltem quia sic velit.

¶ **CVOMNIA** Autem facite sine murmurationibus, & hesitationibus. ¶ Cum neque  
at statim criminator ille que recta sunt faciem interpellare, vel desperationem sug-  
gerit, vel insolentiam, sin minus, vel querulitatem, vel diffidentiam, vel de fide vt am-  
bigat quis suggesturus est, Et quoniam acerrime Philippē, tērationibus vexabantur  
& periculis erat continuo agitati, ita vt plerique precipites in murmuratiōis barathrū,  
& blasphemiae agerentur, Sine murmurationibus inquit omnia facite, qui enim ob  
murmurat, ingratus esse, & maledicus arguetur, Hesitationes autem diuersarum re-  
rum secretionem dicit, & ambiguitatem, quemadmodum cum iussa preponuntur,  
& premia, exempli gr̄a, Si illud egero, mercedem sum habiturus, expediet ergo vt ea  
agamus non itaque erit in his hesitandum quominus agantur, sed fidenter exequi oīa  
oportebit, siue labor sit impendendum, siue ludores fundendi, nihil erit in his perage-  
dis quoque pacto per nos hesitandum,

¶ **CVT** Sitis sine querela, & simplices. ¶ Hoc est, irreprehensibiles, & immaculati, nō  
enim exigua labes hesitatio, nec cruciatum dicit, vt ad Corinthios scribit murmurati-  
onibus referuari, quia vt liberos hos non vt seruos alloquitur. Audi ergo & que sub-  
sequuntur.

¶ **CVFILII** Dei sine reprehensione. ¶ Serui ē ingrati obmurmurandi id vitium, fieri eni-  
qui potest, vt querulus sit, qui paternis, & suis rebus insudet, & studeat filius.

¶ **CVIN** Medio generationis prauæ, & peruersæ. Noui inquit esse plerisque, qui vos  
pugnent, & ad querimonias cogant, At illud ingentis ē laudis, cum vel percitus quis  
piam nil conqueritur,

¶ **CVINTER** Quos lucetis sicut luminaria in mundo verbum vitæ cōtinentes. ¶ Vt  
enim faces in tenebris splendent, sic ipsi estis inter obliquos, & tortuosos, quippe qui  
& erecti consistitis, & luci studeatis, Sermonem autem vitæ habentes, hoc ē vitæ semen  
adepti iam estis, vel quia quemadmodum faces collucent, & quasi sui fulgoris fomen-  
to, vitam corporibus reddunt, sic vobis omni studio ē enitendum, vt virtutis loco ho-  
minibus sitis, que vitam de se possit prestare.

¶ **CVAD** Vitam meam in die Christi. ¶ Tanti sit inquit v̄a hec virtus, vt non solum  
vos traducere possit ad vitam, sed & me clariorem efficere in Christi aduentu.

¶ **CVVIA** Non in vacuum cucurri, neque in vacuum laboraui. ¶ Id enim mihi ad glo-  
riam cedet, quæ tales vos, & tam breui erudiendo reddiderim, vt haud frustra mihi in  
vobis insumptus sit labor.

¶ **CVNAM** & si immolor, supra sacrificium, & obsequium fidei v̄a, gaudeo, & cōgra-  
tulo omnibus vobis. ¶ Et si moriar inquit, mortem enim immolationem appel-  
lat, immolor namque supra sacrificium, & obsequium fidei v̄a, hoc est, cum antea vos  
in sacrificium deo, & obsequium obtulisset, & fideles effecerim, nequaquam vt mor-  
tuus merore conficior, sed letor equidem, & vobiscum vna afficior gaudio, Gaudeo  
quidem, quia offeror immolandus, gratulor vero quia fidem vram non secus ac sacri-  
fium aliquod deo ipse obtulerim.

¶ **CVIDI** plium autem & vos gaudete. ¶ Id. s. quia estis per me hunc in modum oblatis,  
t. iij.

Paulus  
tollit libe-  
rum arbitri-  
um.

Ingrati  
murmura-  
re.

Mortem  
Paulus ap-  
pellat im-  
molationem.

Timo/  
thei apo/  
stolatus.

**ET** Congratulamini mihi. Quia cum sim in solitudine, incredibili iocunditate afficiamur. **ESPERO** autem in domino Iesu Timotheum me cito mittere ad vos, ut ego bono animo sim cognitus que circa vos sunt. Quemadmodum & reliqua solentis Timothei Apostolatum Christo demandat. Confido enim inquit i domino, ut quemadmodum ex meis literis percipitis, que mecum gerantur, utque prouectum uel uangelium Christi, & aduersariorum facta oia contra eorum opinionem processerit, sic ipse bono animo sim futurus: consolarique vos in posterum queam, cum certior fuerim per Timotheum ad me redeuntem effectus, quemadmodum & uobiscum agatur.

**ENEMINEM** enim habeo tam unanimum, qui sincera affectione pro uobis sollicitus sit. Poteram inquit, uel alium quempiam ad uos ipse transmittere. sed nullus erat, ut iste mihi unanimum, hoc est animo meo conformis, qui parem curam uel stris in rebus non secus ac ipse ego prestaret, qui sincere, hoc est paterno more ueltra curaret. Aduerte quam diligenter hic prospiceret Philippensibus, quandoquidem si ei non ad illos concedere licuisset, alios transmitteret, ne uillo tempore vacarent qui ad fidem erudirentur.

**OMNES** enim que sua sunt querunt: non que IESU CHRISTI. Hoc est, propriam quietem conquirunt, & otium singuli, & in tuto ut sint. Nemo enim alius tantum itineris suscepisset. Hec autem inquit: ut Timotheum ipsum collaudet, & stigetque audientes in eocia querant. Nam qui eiusmodi appetunt: nequaquam que Christi sunt, querunt, Proh dolor quam longo a Christo interuallo distamus, qui eius gratia nil nisi quod gratum sit, & oblectet ducimus tolerandum.

**EXPERIMENTVM** autem eius cognoscite, quia sicut patri filius mecum seruiuit in euangelium. Ut inquit & uobis hac in re testibus, ut ille mihi tanquam parenti operam iuam praestiterit, nec solum in his que corporis sunt: ministerium praebuit, sed etiam in euangelio predicando, is itaque siue quia ut filius mihi seruiuit, siue quia sit dei minister, merito est honore dignandus, hunc in modum apud Philippenses commendationem hunc facit, neque adeo ob Timothei profectum gaudet Paulus, quam illis congratulatur, quia ex huius sermone plurimum sint profecturi, si modo paruerint: & maiora sint premia habituri.

**HUNC** igitur spero me mittere ad uos, mox ut uidero que circa me sunt. Ut uidero inquit que sine sint que mecum aguntur denique habitura, ita hunc ad uos mittam.

**CONFIDO** autem in domino, quonia & ipse uenia ad uos. Non enim inquit quod me ad uos uenturum despera Timotheum nunc mitto, sed (ut antea dixi) ut resicam que admodum uobiscum agatur, & ita iocunditate afficiamur. Aduerte autem ut illum accessum deo semper permittat, inquit enim Confido in domino, hoc est si dominus uolet.

Epaphro/  
ditus,

**NECESSARIVM** autem existimaui Epaphroditum fratrem, & cooperatorem, & comilitonem meum. Laudibus Epaphroditum dimittens profecit, sicuti & Timotheum profecutus est, ratione, ut dictum est non ab simili cooperatori potest comilito, cooperatur enim, & operam aliquis potest, in rebus tamen nullius discriminis, commilito uero in admodum periculosis, & in quibus de uita agitur, & salute.

**UESTRVM** autem Apostolum, & ministrum necessitatis mee mittere ad uos. Hoc est, eum quem ad me transmissistis, uobis dono, & remitto, per hunc enim Epaphroditum transmiserant Philippenses Paulo necessaria, Vestrum Apostolum instructorem dicit, & magistrum.

**QUONIAM** quidem oes uos desiderabat uideri, & mestus erat propterea quod & audieratis illum infirmatum morti proximum. Cum uiam ille in se charitate praeseceret, quia merore estis ob egritudine eius affecti, cupiebat uos uisitare, ut tristitia liberaret, quia ob eius ualitudine conceperatis, Excusat preterea, & cauam affert curam, quia

post temporis interuallo, ad eos dimittat Apostolos, perinde ac si dicat, non factum negligenter. Nam Timotheum, qui compar mihi animo est, ad id temporis apud me ipse detinui, Epaphroditum uero morbo correptus est, & ideo se non ante ad uos contulit fuit enim eius longior egritudo, & morti propinquior.

**SED** Deus misertus est eius. Heus tu o Manichee quidnam ad hec respondes, si enim mundus nequior est, & prauum esse quicquid in eo uiuitur, & sentis, & asseris quo nunc pacto Apostolus dei miserationem appellat, fuisse Epaphrodito permillum, quatenus adhuc uita hac potiretur? Nihil habent profecto ad hoc quod respondere possint heretici, Querat preterea & Christiani, si bonum est dissolui, & esse cum Christo, cum misericordiam dei esse hanc uitam dicat Apostolus, num quia Epaphroditus alios edoceret, & multas esset deo animas allaturus, si plusculum seruauisset? quod sane magis est necessarium, quam solui hoc corporis nexu, & cum Christo uersari: ut dictum est supra, uel plerumque Paulus ad communem audientium gratiam loquitur, & non ubique quod uerius est Philosophatur. Erat nempe illi ad homines uita huic dedito sermo, qui & mortem adhuc formidarent, alioqui & bona est presens hec uita. Nam quo alias pacto cruciatus loco, mortis reponit immaturas? inquit enim propterea infirmi inter uos sunt: & dormiunt multi, Neque enim uita futura huic dicitur bonitate prestare, quod nihil in se hec habeat bonitatis, sed bonae preferitur ut potior.

Maniche/  
us.Paulus at/  
tempus se  
audienti/  
bus.

**NON** solum autem eius, sed etiam mei. Attende quemadmodum uel ob id etiam ueneratione dignum reddat Epaphroditum, siquidem hunc ex egritudine conualuisse per collato in se beneficio ducat, ita ut tanquam misericordia sit ipse dignatus.

**NE** tristitiam super tristitiam haberem. Hoc est ne tristitiam, quam ex Epaphroditum non equa conceperam ualitudine si mortem obiret, & aliam compararem.

**FESTINANTIVS** Ergo misit illum, ut uiso eo iterum gaudeatis. Hoc est: nil distuli, quin hunc destinarem: ut eius conspectu a uobis meror omnis abscederet: & maiori leticia cum exinsperato rediret afficeremini.

**ET** Ego sine tristitia sum. Sic enim & ipse ero mestitia subleuatus, letaborque maxime cum uos eritis letiores, neque enim uobis merentibus, expers ipse meroris fuisset. Nam quis infirmatur: & ego non infirmor?

**EXCIPITE** itaque illum cum omni gaudio in domino. Hoc est secundum deum admittite, & ut illi est placitum: quemadmodum sanctos decet, hec autem Paulus inquit ut Philippensibus magis conducat, quandoquidem maius sit beneficium conferenti, quam accipienti propositum lucrum.

**ET** Eiusmodi cum honore habetote. Ne uideatur huic, & uni honorem nunc impartiri, commune facit ut cum eo, & reliquos, qui pari fuerint uirtute ornati, & uenerentur, & profequantur honoribus.

**QUONIAM** propter opus Christi usque ad mortem accessit, tradens animam suam. Epaphroditum hunc miserant ad Paulum Philippenses, ut illi necessaria deponeret, is itaque Romae Paulum conseruit in discrimine summo reseruari, unde & periculum si ubi impeditabat non mediocre Paulum aduentum, utpote cui esset imperator infensus, is itaque quibus periculosis oibus paruifectis Paulum conueniebat, & illi ad uitae necessitatem omnia suppeditabat, quod sane nunc dicit. Aduerte autem quemadmodum non mei gratia, sed ob dei opus huic dicitur morti se obicisse, neque enim per eum stetit, quin morti succumberet, sed dei dispensatione effectum est, ne hac uita defungeretur.

**UT** impleret id quod ex uobis deerat erga meum obsequium. Vos inquit nequaquam Romae nunc estis, ut uel corpore ministrandi mihi officium praestetis, tamen necessaria transmiffistis, in hoc itaque & si uos defuissetis: ut uestris manibus mihi transmiffa

Epaphro/  
ditus.

porrigeretis, Epaphroditus vram vicem ministrando suppleuit, Equum est igitur plurimum a me benevolentia vendicet, vt qui mihi per vos destinata & detulerit, & ministrarit. Aduerte autem quemadmodum rem ipsam obsequium nuncupet, vt obsequium dat qui per quietem & otium vitam hanc transigunt, opem debere periculis tibus ferre, & qui minus id egerit, priuari hoc officii genere, nec secus quam si publicis desisset muneribus.

DE CETERO Fratres mei gaudete in domino. Quoniam in merore hi erant quia nondum de Paulo quicquam rescissent, & ignorarent, quemadmodum predicatio ipsa pueheretur, neque vt se Epaphroditus ex valitudine haberet, auditu quidpiam percipissent, soluit hec Paulus, & eos molestia liberat, cum euangelium puehi dicit, & se veturum affirmat, & Epaphroditum insup ad se remisisse, inquit itaque Gaudete, nulla namque offertur occasio, vt vim hoc gaudium possit intercipi, atqui Galathas filios appellauit, quia emendatione indigebant, hos fratres, quia honorifice ad eos hec & leniter differit. Recte autem dixit in dno. Nam in huius seculi rebus nullum est gaudium, sed pressurae ac mala que pro domo toleramus, plurimum leticiae afferunt, vel eo vobis est gaudendum, quia dñs factu facilia cunctis iniunxit.

EADEM Vobis scribere, mihi quidem non pigrum, vobis autem necessarium. Postquam laudes plurimas in eos congefist, mox & commonefacit ne a principio grauis & molestus appareat.

VIDETE Canes. Erant ex iudeis nonnulli qui se Christianos mentientes, sub ea simulatione euangelium predicabant, & iudaica interserebant nonnulla, & quoniam facile internosci non poterant, Propterea videte inquit, hoc est caute ne lateant istiusmodi. Canes enim gentiles dicebantur, nunc iudei, vt petulantes & mordaces, & veritatis lucem impudentius oblatrantes.

VIDETE Malos operarios. Hoc loco abstinet filios nuncupare, canum enim plerique dominorum inhiant mentia, alii domos custodiunt, hi vero & si operantur, in prauis tamen & turpibus operam suam impendunt, auelluntque & dissipant, que diutius sunt bene plantata.

VIDETE concisionem. Hoc est qui circumcisi sunt, olim namque magni apud iudeos circumcisio ista fiebat, & in honore erat non mediocri, quadoquidem ob hanc vel sabbatum soluebatur, nunc vero cum frustra sit, & inanis iam reddita, nil aliud presertim concisionem hanc ipsam, non enim legitima est circumcisio, sed caro percipitur tantum, vel quia ecclesiam canes illi tentabant vt circumciderent.

NOS Enim sumus circumcisio, qui spiritu seruimus deo. Si conquirenda inquit est circumcisio, in nobis hanc certe conperietis, qui spiritu, hoc est qui mente tota & aio Deo seruimus. Nam qui animam circumciderit: hoc est vitia ex animo demet, hic profecto non bile admodum circumcidendi nactus est genus, & eo magis, quo animus est corpore potior, neque enim dixit in nobis est circumcisio, sed nos circumcisi sumus, Circumcisio enim oritur a virtutibus, vere hominem profert.

ET Gloriamur in CHRISTO IESU non in carne fiducia habemus. Quid inquit vtrum horum est satius, in Christo nos gloriari, qui corda nostra hec circumcidit, & ad filiorum dei ingenuitatem per lauacrum ipsum deducit, an in carne iactari, hoc est quia circumcisi sint lupbires?

Et ego habeam confidentiam in carne. Si esse inquit, ex gentibus ortus, iure forsitan quispiam diceret circumcisionem hanc me improbare, vt qui iudaica caream, nunc vero hanc ipse sum nactus, quam vel gloriam dicitis, vel in carne fiduciam, quo sit: vt nequaquam ipse sim vna hac apparenti nobilitate priuatus, Alioqui ipsius gratia veritatis, circumcisionem huiusmodi & condemno, & improbo.

Iudeos canes vocat.

Sabbatum pro circumcisionem soluebatur. Vera circumcisio.

Paulus est ex circumcisus.

SI quis alius videtur confidere in carne, ego magis. Aduerte Pauli prudentiam vt minus sint que dicit molesta, neminem nomine patefacit, sed cum inquit si quis videtur alius, ostendit alios se vt hec diceret compulisse, vel quia nequaquam ceteri tantam essent quantam ipse in carne fiduciam assecuti, vel quia circumcisionis confidentia nihil in se veri haberet, sed appareret dumtaxat.

CIRCVMCISVS octaua die. Quod maxime animo inerat, circumcisionem proposuit, die vero octaua cum inquit, arguit nequaquam se profelytum fuisse.

EX genere Israel. Hoc est neque ex profelitis progenitoribus sed Israelitis, e quibus originem ducit.

TRIBV Beniamin. Hoc est ea ex tribu que ceteris esset testatior, quippe cuius ex sorte sacerdotes constituuntur.

HEBREVS ex hebreis. Superius dixerat ex probatoribus Iudeis sum ego potest namque concedi ex Israelitico genere quempiam esse, nec tamen ex hebreis hebreum, hebrei namque esse desierunt plerique, qui cum pre frequentiori cum gentilibus habita assuetudine redditi sunt hebraice serelinguere ignari, ita vt nec satis scripturas ipsas callerent, ipse inquit hebreus sum, hoc est & formam seruo & ingenuitatem, vnde sic infert.

SECVDVM legem Phariseus. Cum inuitus hec cuncta narraret, vt circumcisus videlicet sit & genere Israelita, & istiusmodi reliqua, nunc vltro que optime gefert explicat dicens, secundum legem Phariseus, hoc est in legis disciplina, erat enim apud Iudeos Phariseorum secta omnium probatissima.

SECVDVM emulationem prosequens ecclesiam dei. Cum essent & Pharisei non admodum legis emulatores, quippe qui ad ostentationem plerique sectitabant tantopere inquit legis zelo vrgebar, & adeo vehemeter, vt Christi ecclesiam isectarer.

SECVDVM iusticiam que in lege est, conuersatus sine querela. Erant enim plerique qui eiusmodi zelo, non pro lege tutanda & maiorum traditionibus obseruandis, sed principatus vel glorie gratia ducerentur, idcirco Paulus inquit, quia cum culpa vacem nec sim secundum legis iusticiam inculandus, qui fieri potest, vt humane potius rei cuiuspiam gratia, non dei zelo ecclesiam sim persecutus?

SED que mihi fuerunt lucra, hec arbitratus sum propter Christum detrimenta, verutamen existimo omnia detrimentum esse, propter eminentem scientiam IESV CHRISTI domini mei. Hoc loco profiliunt qui legem criminantur heretici, dicuntque. Ecce & Paulus legem damnosam ducit, quippe quam detrimentum appellat & purgamenta, quo ergo pacto credetur adeo fuisse hec promulgata? primum equidem dixerim agendas deo gratias fore, quod spiritus sit dispensatione effectum, vt hi legis verba non secus acciperent, ac ad eorum facerent vtilitatem & propriam sententiam cederent, quod si ita non esset oblitterasset iam illa vt alia plerique deleuerunt, proinde aduerte ne quaquam simpliciter intulisse detrimentosam esse hanc legem, sed arbitratus sum detrimentum hanc esse, perinde ac si dicat nihil hec habet in se detrimenti, quippe que ad Christum sit preuia, si recte sit cognita, verum etsi ante hac ipse legis huiusce non equiorem fuisset & veram cognitionem adeptus, mox vt veritatem percepi ad Christum concessi, visa deinde mihi lex est quadiu hanc praua interpretatione sectabar, iacture fuisse & damno, quia Christum interea non adierim, est namque suapte natura lex ipsa lucrum, si recte hanc fueris interpretatus. Aduerte autem quemadmodum nequaquam dixerit quam ipse lucrum existimo, sed que erat in lucrum. Enimvero plurimum nobis lex ipsa conducit, vt pote que feritate homines liberet & ad pietatem instituat, & perinde ac scale nobis est loco que ad vitam traducat, vt itaque qui per scalam inscendit, non hanc aspernatur, quin potius gratias agit quod eam ascendendum sit nactus. Nam si hec defuisset nequaquam illi quod

Profelytu. i. aduenam. Tribus Beniamin ceteris testatior.

Phariseorum secta probatissima. Pharisei.

primum intenderat patuisset ascensus, ita & lex cum esset lucrosa, nunc ipsi damnum existimamus, non quod damnum aliquod inferat, sed quia hanc propria gratia superet magnitudine. Vt enim qui argentum inuenit si autem deinceps occurrat, nec retinere vtrumque liceat, pro detrimento mox duxerit argentum seruare, quia statim aurum capiet, sic etiam pro detrimento lex ipsa habetur, si vos a Christo subtraxerit, quod si ad Christum deducet nihil offutura est, quin magis iuuabit. Nec olim inquit dispendium legem existimaui, sed etiam in presenti idem sentio, cur illud: quia gratia ipsa longe plurimum legem excedit, vides quemadmodum legem cum gratia comparauerit, sit autem comparatio in similibus genere, & quod prebitur, non sui ab simili prebit, quo sit vt lex scientia sit, sed inferior longe Christi cognitione, quin etiam & lucerna lucem prebebit, haud tamen eiusmodi solis est splendor, & pro luce tamen habetur.

Gratia  
legē su-  
perat.

**PROPTER** quem omnia detrimentum feci, & arbitror vt stercorea, vt Christum lucrificiam. Propter Christum inquit detrimentum sum ipse perpeffus, hoc est iacture fore mihi reliqua omnia existimaui, vel quia vniuersa ob Christum amiserim, vides quemadmodum nihil natura lex ipsa afferat, nisi Christi ob gratiam detrimenti, nondum tamen perspicuum fecit cuius rei gratia omnium iacturam hinc cerit, ni forte bonorum fortune & seculi huius dixerimus, quod si de lege hec illum dixisse intelligimus, neque hoc pacto iniuria legi inferatur, atqui palee frumenti sunt purgamenta, que & frumentum tutantur & illi afferunt firmitatem, his demptis nec triticum ipsum constabit, quo enim modo sine stipula vel calamo illud consistet, alio qui emergente frumento & lecto, resident inutiles palee, sic gratiam lex ipsa & obstruat & facit testatorem, verum tamē cum gratia apparebit, nequaquam amplius erit legis huiusce scriptis manendum.

Lex iusti-  
lis emer-  
gēte grā

**ET** inueniar in illo non habens meam iusticiam, que ex lege est, sed illam que ex fide est Christi, que ex deo est iusticia. Ne habeam inquit meam iusticiam que ex legis operibus comparatur, perinde ac ex his fuerim iusticiam hanc ipsam adeptus, neque enim ex operibus iusticia vlla proficiscitur, quia neque ex his constari hec potest, sed per Christi fidem iusticiam adipiscar, que ex deo est, hoc est diuinum munus gratiam iustos credentes efficiens, si enim inquit corde credideris & ore quod creditum per te est profiteberis saluus fies, dona autem illa diuina longo intervallo ceterorum vilitatem officiorum excedunt, que hominum studio comparantur, vt triticum detrimenta illa & paleas superat.

Natiuitas  
Christi  
excellen-  
tior eius  
resurrex-  
tione.

**IN** fide ad cognoscendum illum & virtutem resurrectionis eius. Ergo per fidem erit & dei cognitio, qui enim potest mens vlla humana vel cogitatio resurrectionem illam complecti, profecto nulla, qui in potius fides vel sola hanc contemplabitur si resurrectio igitur fide percipitur, quo nam pacto, quod maius est, natiuitas ipsa poterit cogitatione comprehendere, verum si queras quomodo hec prestantior sit, sic respicere debeo, quia multa extiterant resurrectionis argumenta & signa. Nam vel ante Christi resurrectionem fuere plerique a mortuis excitati, ex virgine vero preter Christum alius nemo progenitus est, est ergo ex fide dei iusticia, hoc est illi innititur & pro fundamento hanc habet, virtutem autem dixit resurrectionis, quia ingens resurrectio nis vis est, quin etiam hec resurrectio magnas nobis vires suppeditat, vt id iter & nos prosequamur.

**ET** societatem passionis illius. Persecutiones inquit tolerando & pressuras malorum que perpeffus est Christus participes & ipsi efficiamur, si igitur prorsus diffideremus haudquaquam nos esse cum Christo celesti imperio potituros, nunquam profecto tot ac tanta subiremus tormenta, intelligas autem velim illud precipue p indubitato

habere Christum resurrexisse, qui eius gratia penas tolerat & cruciatus.

**CONFIGVRATVS** morti eius. Hoc est comparatus. Nam quemadmodum Christus pro vobis mortalibus perpeffus est mortem, sic ipse pro Christo viri- cula & carcerem tulerim. Nam persecutiones & mala que patior, mortis huiusce pre- se ferunt figuram, vnde vel eiusmodi passioibus Christiani nos reddimur, vides qua- ta sit in presuratum tolerantia dignitas.

Christia-  
ni effici-  
mur per  
passiones.

**SI** quomodo occurram ad resurrectionem, que est ex mortuis. Quid igitur o Paule si nihil penarum tulisses nonne tibi resurgendum fuisset, velim equidem re- surrectionem hoc loco eam intelligas, que & cum gloria sit futura, & in aerem suble- uet, sunt namque omnes resurrecturi, haud tamen in nube omnes subleuabuntur, sed in terris Iudicis aduentum opperientur, sancti vero tollentur in aera, obuiam domi- no processuri, intelliges autem ex rerum consequentia quod gestum est, mortuus in- quit est Christus, & ipse morior, resurrexit ille lumina cum gloria, studeo & ipse & maxime nitor vt resurrectionem hanc consequar gloriosam, attende viri huius mode- stiam, qui cum tam optime multa gessisset, fuissetque supra celos sublatus, quasi resur- rectione hac indignum se iudicat si quo modo inquit occurram, nondum enim ait confido, tanta huic humilitas inerat, quod & alibi dixit, qui credit se stare, videat ne cadat, & ne forte aliis predicans ipse reprobus efficiat.

Resurre-  
ctionis  
modus.

**NON** quod iam acceperim aut iam perfectus sum. Dixeram si quomodo occur- ram, id ipsum itaque affirmans sic inquit eo namque subdubiusum vtrum sim occurru- rus, quia nondum acceperim brauium nec finem adhuc sim optatum adeptus.

Brauium!

**SE** QVOR autem si & comprehendam, in quo & comprehensus sum a Christo Iesu. Adhuc inquit in agone sum & decreto, adhuc inquam insector, si liceat forsi- tan mihi & brauium & finem comprehendere moxque arguens ex debito se id agere, insecti huiusmodi quoniam & a Christo comprehensus sum, hoc est ipsum me qui olim ex numero perditorum existerem, & eorum quibus fuisset salutis spes omnis su- blata, insectatus est Christus, comprehenditque se fugientem, & retraxit, obstringor itaque & ipse tam diu hunc persequi quo ad comprehensum detineam, significantius autem tem sequor dixit, nam qui alium insectatur vel cariora queque preteriens, nil aliud stu- det quam eum presentare cuius gratia iter accelerat, debemus igitur omni nisu, & sine ne interpellatione vlla ad Christum contendere.

**FRATRES** ego me non arbitror comprehendisse. Postquam plurimum Philip- penses collaudauit, nunc compressurus quam de se presumpserant forte opinionem sic inquit, ipse equidem que tanti facitis & vester instructor, nequaquam existimo om- nem mihi comparasse virtutem, querat inquit cur alibi aliquit cursum consumma- uis, id sane de eius sine ac morte predixit.

Paulus  
semper  
cedes vit-  
tute nec  
retro aspi-  
ciens.

**VNUM** autem, que quidem retro sunt obliuiscens, ad ea vero que sunt priora extendens me ipsum. Vnum inquit nunc molior, & circa vnicum illud enitor, vt semper proficiam, preteritarum vero virtutum nil reminiscor, nec memoria repeto benefacta, retrorsumque & post tergum illa relinquo, ita vt nullam de cetero habeam recte factorum recordationem, sic enim persequor que ante me sunt, vt semper existimem hec mihi ad perfectionem deesse, & quousque tandem cepta peregero a cursu nunquam desistam, extendens autem, hoc est priusquam ipse comprehendam manibus tenere quod cupio, studeo, solent namque & qui cursu contendunt, eos qui multa per- nitate mox prouehuntur a medio curriculo sic intercipere, vt promi & manibus pro- tentis retrahant quos cursu nequeunt preter ire, quod vti que ex lumina quadam sit p- grediendi cupiditate.

**AD** destinatum persequor ad brauium superne vocationis dei in CHRISTO

certamē  
Pauli.

**IESV.** Haud quaquā inquit temere curro sed ad metā cursum intendo, **verū** quā  
metā vel brauiū dicit: vocationis certe superne palmā incorruptibilis scilicet & cele  
stis, est namq; in terris certamen propositum, cuius in premium celestis corona ser  
uatur, solent namq; & seculi huius imperatores certatores huiusmodi maioribus quib;  
buldā honoribus prosequi, quippe quos de loco superiori voce p̄conis adscitos coro  
nant, vt autem Christi ope fieri vniuersa demonstret sine qua nec perfici cursus queat  
in **CHRISTO IESV** inquit, id est eius opitulatione & adiumento.

**QVICVMQVE** ergo perfecti sumus hoc sentiamus. **Q**uid illud? vt preter  
rita scilicet obliuioni mādemus, decet namq; qui sit perfectionē adeptus, imperfecti  
se ducere, hec enim est vera illa perfectio, que sibi minus confidit.

**ET** si quid aliud sapitis & hoc vobis deus reuelabit. **H**oc loco certiores honore  
dit, deum cūctis opitulari, perinde ac si dicat & si putabitis recte omnia peregrille vo  
bis tamen vel nesciis patefaciet deus quod fieri oporteat, hec autem de vite perfectio  
ne sunt dicta, ac ne arbitremur perfectos nos esse.

**VERVNTAMEN** ad quod peruenimus vt idem sapiamus & in eadem per  
maneamus regula. **I**nterea inquit quod ipsi perfecimus teneamus, concordiam  
scilicet vel pacem, vel istiusmodi aliquid, & in eadem regula permaneamus, hoc est si  
de eadem, & hisdem terminis ambulemus, & quemadmodum nec adiciit quidpiā  
nec adimit regula, ita & vos spiritus iussa nil immutetis.

**IMITATORES** mei estote fratres & obseruate eos qui ita ambulant sicut ha  
betis formam nostram. **D**ixerat supra videte canes, abegitq; Philippenses ab eis,  
nunc vero recta incedentibus copulat, id enim designat cum inquit obseruate hoc est  
vobis prospicite & veluti exemplar aliquod vetus & formam hos ipsos qui recte ince  
dunt attendite, & eorum ductu formamini, vtq; & me pro forma habetis ita & illos  
vos obseruate, neq; enim verbis dumtaxat hos instruebat, sed vite melioris prouectu  
seipsum formam Paulus exhibebat, est quippe perfecta doctrina, factis exequi quod  
docemus.

**MULTI** enim ambulant quos sepe dicebam vobis, nunc autem & flens dico,  
**H**orum nullum noie patefacit ne eos incessat, sed ita iam idicat, vt possint facile in  
ternosci, cum ait quos sepe dicebam, nunc vero quia propagatum est malū & passim  
diffusum, neq; hos sine lachrymis possum commemorare, vides quanta proximi sit  
huius affectio, non enim is sua facinora deplorabat quippe qui nihil cōmiserat, sed  
illos desolebat, qui per luxum & lasciuiam degerent vitam.

Crucis  
inimici  
qui.

**INIMICOS** crucis Christi. **E**rāt nonnulli, qui Christianos se simularēt, per  
ociumq; & quietem & luxum ducebant vitam nihil euangelio insudantes, hos vtq;  
Paulus crucis inimicos appellat, quippe que animam querat que sit ad mortem inte  
rior, & ad obeunda pericula sitibunda, hi vero solutiores cum essent vitam agebant  
a sua longe alienam, si enim crucis desiderio tenerentur studerent, quidem & ipsi vi  
tam ducere cruci herentem tormentiq; & amaritudinis plenam, nil itaq; affici admi  
ratione debemus, si hi qui dediti deliciis sint & vite presentis ocio quietiori addicti,  
crucis sunt hostes & Christo infensi.

Cultus  
ventris.

**QVORVM** deus venter est. **H**unc enim vt deum colunt, huic perpetuo ob  
sequuntur, & faciunt satis, affatim ingerunt quod ille exposcit, hoc ingurgitato pro  
rumpunt in venerem, de ventris hoc cultu facit & alibi Apostolus mentionem cum  
inquit, edamus & bibamus & cras moriemur.

**ET** gloria in confusione eorum. **N**onnulli de circumcissione dixisse hec Pau  
lum asserunt, quam Iudei glorie ducebant cum ignominiosa res esset, sed longe secus  
se habet, nam istorum in delinquendo arguit pertinaciam, quos supra commemor

rauit, esset enim inquit necesse vt confusione & verecundia afficerentur, qui prauis  
adstricti sunt facinoribus, hi vero contra glorie ducunt peccata.

**Q**ui terrena sapiunt. **H**i quidem pro deo ventrem sunt nacti, qui spiritale ni  
hil aut celeste meditantur.

**NOSTRA** autem conuersatio in celis est, vnde etiam saluatorem expectamus  
dominum nostrum **IESVM CHRISTVM.** **D**ebemus itaq; que celestia sunt  
sentire & sapere, & ad nostram superiorem patriam illam cōtendere, vbi nobis est ver  
sari & viuere cōstitutum. Ibi namq; & dominus noster & imperator iam residet vn  
de eundem ad nos descensurū paterna gloria & sanctis angelis comitantibus expe  
ctamus, debet itaq; vobis & celum esse formidini, & Christi personā.

Veter q;  
b<sup>o</sup> deus  
sit.

**Q**VI reformabit corpus humilitatis nostre. Multa nunc patitur corpus, cōstrin  
gitur namq; & vapulat, & infinitis est malis obnoxii, & ideo humilitatis corpus hoc  
dicit. Nam & corruptioni subiectum est & doloribus, hoc tamen trāfigurabitur, hoc  
est idipsum permanens incorruptionem obducat.

Corpus  
idipsum  
manens  
trāfigu  
rabitur.  
Futura  
glificatō  
corpis no  
stri.

**CONFIGVRATVR** corpori claritatis sue. **C**um igitur corpus humanum  
per simile sit Christi corpori redditum, nam & eque patitur mala, & tolerat cruciatu,  
futurum est certe vt illi & gloria fiat, & claritate conforme. Heu quit illius corporis fo  
re corpus hoc nostrum assimile, quem angeli venerentur adorētq; ad patri dexteram  
assidentem, cuius & corpus gloria & claritate effulgeat, & adeo fore terreum hoc cor  
pusculum glorificandum, vt diuinum illud splendore & maiestate exequat, ergo si or  
bis terrarum vniuersus vna desleret, qui tanta ex gloria dilabuntur, & excidunt, haud  
dubie merito deploraret.

**SECVDVM** operationem qua possit etiam subicere sibi omnia. **Q**uoni  
am rem sane magnam hic protulit & multis pene incredibilem, sic inquit, nihil diui  
das, habet, namq; deus virtutem, qua omnia operatur, & angelos sibi subiecit & de  
mones, cum itaq; maiora hec fecerit longe magis & id quod minoris est, faciet. Mul  
ti deum hic dicunt & patrem sibi, id est Christo omnia subdidisse, quod tamen conse  
quens minus videtur, cum nullam superius de patre fecerit mentionem, rectius itaq;  
erit vt de Christo dictum intelligamus, vt qui pro diuinitatis potentia sibi subiecit,  
hoc est corpori suo vniuersa, neq; enim verendum est, vt Christum ex vno multiplicē  
faciamus, quem & si in nature diuersitate, vnum tamen nouimus & tenemus.

**ITAQVE** fratres mei carissimi & desideratissimi gaudium & corona mea, sic  
state in domino carissimi. **I**taq; & si hos debacchari perspiciatis luxuq; & glorie eē  
addictos. Vobis tamen prestādū est, vt stetis spe certiores, habituros nos tandem hāc  
corporum gloriam, neq; idcirco vllam in partem declinādum. Vide quam variis lau  
dibus hos prosequatur, nam & fratres appellat & carissimos dicit, desideratissimosq;  
hoc est aliquando per me conquisitos, inuentos demum & viuos, nec gaudio solum ef  
se hos sibi, sed corone affirmat, qua nihil est gloriolius decertanti, non enim inquit po  
sum non iocunditate expleri, cum fidem contemplor & palmam prospicio, quam ve  
stri gratia sum consecutus hos itaq; priusq; commonefaceret laudauit & cōmonefa  
ctis laudes ingessit & alias, tanti hos Paulus faciebat.

**ERODIAM** rogo, & syntichem deprecor idipsum sapere in domino, etiam ro  
go & te germane compar adiuua illas. **A**pparent he mihi femine tanq; primates in  
Philippensium ecclesia extitisse, commendat autem has mire virtutis viro, qui harū  
alteri vel vir erat vel frater, forsitan etiam carceris erat hic custos, quasi id iquiat, nūc  
vere Germanus est frater, nunc virum te proprium & coniunctissimum geres, si in  
opere domini & iugum pariter traxeris mulieribus hisce opem ferens, nonnulli ve  
ro errore ducti vxorem dicunt Paulum adhortari, quod tamē longe est secus, quippe

Errare es  
os q pau  
lo uxore  
tribuunt

AD PHILIPPENSES.

quem neq; vxorem legimus habuisse, & Germana coniux dicere debuisset, si vxor illa fuisset.

**QVE** mecum laborauerunt in euangelio, cum Clemente & ceteris auditoribus meis. Non enim inquit minores euangelii partes tutandas he desumpserunt tamen essent multi qui se iuarent, eoq; infert, & mecum laborant, neq; eni parum hi opis ecclesie tunc temporis tulerant, honores inter se deferendo, & subleuando labores, nunc vero heu, quam nos longe aliter gerimus, qui ad inuicem quod honoris est, qd fame subtrahimus, eoq; & a pristina illa & optima sumus ecclesia alieni.

**QVORVM** nomina sunt in libro vite. Vides quantum mulieribus huic esse virtutis testificetur vt vel celo inscribi dignate sint, id ipsum & Christus in euangelio dixit, noia vestra in celis sunt scripta, hoc est scientia dei & iudicio sunt celo ad dicta, contra vero qui minus crediderint in libro mortis inscripti sunt.

**GAUDETE** in domino semper. Cur ergo dominus inquit beati qui luget quia id ipsum istiusmodi gaudium presert, quod luctus, nec gaudete simpliciter dixit, sed in domino, qui enim in domino manet, vel si torqueatur & laceretur, iocunditate semper afficitur, reuertebantur enim inquit gaudentes a consilio, quia digni sunt habiti pro Christo contumeliam pati.

**ITERVM** dico gaudete. Quia rerum ipsarum natura, id est, pressuram & tentationum grauior est, iteratione hac vt omnino gaudeant exhortatur.

**MODESTIA** vestra nota sit omnibus hominibus. Tanquam id iquiat, non solum erga hos quos crucis dixeram inimicos acerbiores vos nequaquam prestabit, sed benigne his velim vt ceteris & modeste vtamini, vel si inuenios vos habeant & auerlentur.

**DOMINVS** prope est, nihil solliciti sitis. Quin potius commiserati vos illos oportet quod per delicias viuant & luxum, nec cure habere illatas pressuras, sed equo & patienti animo ferre. Est namq; in proximo dominus, hoc est iam iudicium imminet, quo quisq; sit mercedem promeritam accepturus, & illi sunt rationem mox reddituri, & penas luent, Vos vero in ocio eritis & quiete perpetua.

**SED** in omni oratione & obsecratione, cum gratiarum actione petitiones vestre innotescant apud deum. Accedit preterea quod ad consolationem plurimum valeant fuisse ad deum preces, & gratie acte, nam quo iure in futurum quispiam beneficia postulabit, qui pro olim acceptis nihil pre se gratitudinis tulerit. Sunt itaq; pro vniuersis que nobis obtigerint, siue prospera siue aduersa sint illa grates deo agende. Nam orationes huiusmodi que ex grato animo prodeunt notiora faciunt deo que petimus, sunt namq; incognita que aliter postulamus.

**ET** pax dei que exuperat omnem sensum, custodiat corda vestra & intelligentias vestras in **CHRISTO IESV**. Pax id est reconciliatio ipsa, quam cum humano genere fecit, omnem profecto excedit mentem, non solum humanam sed angelicam insuper, perinde ac si dicat, ita nos a malis exemit deus, vt neq; comprehendi sensu id aliquo possit, neq; cogitatu complecti, quis enim vnq; futurum sperasset vt nobis obuenirent tot bona, vt essemus cum deo nostris flagitiis exasperato in gratiam redituri, foreq; vt nos ille ita seruet, vt que praua sunt ne cognitione quidem attinueremus, vel pacem dicit quam dominus dixerat se nobis relinquere, ea enim istiusmodi pax, mentem omnem excedit & cogitatum, quanto magis dei substantia comprehendendi non poterit, in Christo autem Iesu custodiat inquit, hoc est in Christo seruetur & ita tutabitur vt nequeant ab eo excidere, qui a pace hac seruantur.

**DECETERO** fratres quecumq; sunt vera. Hoc est que sunt virtute imbuta, mendax enim deprehenditur cum sua voluptate nequitia.

Longe a  
pria Ec-  
clesia de  
generaui  
mus.  
Scripti i  
libro vi-  
te qui,  
Gaude-  
re in do-  
mino.

Oratio-  
nes ad  
deū quid  
coferant,

Pax me-  
tem oem  
excedēs.

AD PHILIPPENSES.

Fo. CLII.

**QUECUMQ;** pudica. Hec quidem contra hos faciunt qui terrena hec sapiunt.

**QVECVMQVE** iusta. Contra eos quorum deus est venter.

**QVECVMQVE** amabilia. Hoc est que deo sunt & hominibus grata, id autem eos commonefacit vt neminem plane offendant.

**QVECVMQVE** bone fame, si qua virtus & si qua laus. Vides quemadmodum hos velit vt vel coram hominibus bona prospiciant, neq; illud simpliciter sed cum virtute.

**HEC** cogitate. Cum per cogitationem praua facinora committantur, hec inquit que dicta sunt mente vos agitate.

**QVE** & didicistis & accepistis, & audistis. Quia longum fuisset repetere oia breuiter nunc & summatim, sic inquit vniuersa concludit, quecumq; vel didicistis vel audistis, vel ex me predicante accepistis, in me haud dubie re ipsa conspexistis & factis, id enim dictum a multis est usurpatum optima quidem est institutio & doctrina vt se ipsum quispiam in exemplum proponat spectandum.

**HEC** facite. Non solum inquit vt dictum est cogitatione & dictis nitamini, sed opere & actionibus.

**ET** deus pacis erit vobiscum. Hoc est in tranquillo futuri estis si is, nam si per virtutem videlicet pacifice cum deo & hominibus nos ipsi gesserimus, eram enim inquit cum his qui me oderunt pacificus, aderit hic vobis profecto, nam si se fugientes insequitur, quo pacto non erit petentibus se affuturus.

**GAVISVS** sum autem in domino vehementer, quoniam aliquando refluuiis suis pro me sentire. Nequaquam sum inquit gaudio ipse tali affectus, quales vel mundus vel presens hec vita solet afferre, sed ea que in domino constat iocunditate, neq; quia ipse conqueuisset sed quia vos profecisse intelligebam, magnopere sum letatus, vehementer vero eo subiecit, quia in eorum id omne fiebat utilitatem, tacite autem & hos arguit preteriti temporis negligentie perinde ac si ad cotinua largitionem commonefaciat, id tamen adumbrans reticet, nec apertius explicat, tandem vero aliquando cum dicit temporis diuturnitatem pretendit quasi longo post tempore resipuissent, refluuiis autem ex arborum metaphora traxit, que & si plerumq; exaruisse sint vise pullulant tamen & reflorescunt, tanq; id inquit, vos quidem florescentes cum essetis vestra egentibus largiendo & que recta sunt operando, aridiores estis tandem effecti, quia elemosynas impartiri desideratis, refluuistis tamen nunc demum, quia pristinam & optimam illam donandi repetistis consuetudinem, fit itaq; vt in eorum vituperationem id cedat ita & laudem, neq; enim parui debet estimari refluuuisse tandem qui semel aruerit, sed ne quis forsitan hos arbitretur vel ceteris item in rebus imprudentius se gessisse adiecit, pro me sentire, hoc est in mei cura suscipienda, & necessitatibus meis satisfaciendo. Querendum vero cur qui ita inquit, beatius est dare quam accipere, & ad Corinthios, bonum est mihi potius mori quam vt gloriam meam quis euacuet, nunc oblata accepisse deprehenditur, non temere id factitabat Apostolus, nam a Corinthiis quicquam accipere abstinebat ne inuenios haberet falsos Apostolos, qui & si clam ab his multa exigerent, gratis se Christi euangelium apud hos predicare dissimulabant, vt in quo inquit gloriam habent deprehendantur vt ego, neq; enim frustra dixit euacuabitur gloria mea, sed in regione Achaie, quando quidem inquit & alias ecclesias expoliaui, ex quadam itaq; dispensatione tunc temporis nequid acciperet cauebat. Apis vt ceteris, i. esset exemplum, & precipue falsis Apostolis, hic vero erat amabilis nactus, & desideratissimos largitores, quos proculdubio offendisset, si earum dona repudiasset, alioqui istiusmodi donorum susceptio largientibus conferebat, quippe qui ex largitionibus huic plus

Prouide  
da bona  
corā hoī-  
bus.

Beatus  
dare q̄ ac-  
cipere.

ipsi vtilitatis assequerentur, qui illas exciperent, Dicere autem beatus esse aliquid tulisse, qui accepisse, non munerationem interdicit pro praestita opera, sed comparationem quaedam quid e duobus sit potius patefacit, nec preterea quia ceteris metallis aurum pretiosius sit, eo phibemur arguere potiri, ceterum de exercitatione ibidem & praestanda opera differit, & ita ut sic fieri necesse sit, nam si vinculis praepedito vel egritudine affecto operandi intercipiatur occasio, quid illi agendum: num ab his que offeruntur tunc do-

Merces  
debita re  
pudianda  
non est.

stinendum ut fame sit pereundum minime.

**SICUT** & sentiebatis. Hoc est, ut cordi quidem me habebatis, ita suscipitis curam, & menti erat necessitatibus meis prospicere, id namque vobis est non inueni ut mei curam geratis.

**OCVPAT** I autem eratis. Neque enim vestre id negligentie, sed necessitatis est adscribendum, quod intermissio aliqua vestri in me & in ceteris beneficii facta sit.

**NON** quasi propter penuriam dico. Non enim eo vos culpo quia in rerum sum penuria constitutus, & uti que mea sunt cogitem.

**EGO** enim didici in quibus sum sufficiens esse. **EX** longa inquit exercitatio & consuetudine didici, paucis utique & minimis rebus esse contentus, Vides quemadmodum factum difficile sit, ut ea que satis esse videntur, afferant cuique iocunditatem, qui sciat & inopiam pati, & in huiusmodi patientia sit diu exercitus.

Luxuriam  
multos praepi-

**SCIO** & humiliari & abundare. Hoc est, & paucis utique noui, & in ediam tolerare, & rursum affluere, Dicet aliquis quotiana ista est virtus, ut abundare quis sciat, & famem perpeti: ingens nimirum. Nam longe plures rerum luxuriam agit praecipies, quam ipsa egestas, & ad multiplices animi intendit cupiditates, & multo abundantiores. Verum quo pacto hanc copiam callebat Apostolus, quia quod illi susceperat, impatiendo aliis consumebat, neque in nimia rerum abundantia gestiebat leticia, sed equae se ut in satietate, & ita egestate habebat, neque ex hac soluetur in luxum, aut ex illa opprimebatur.

**UBIQUE** & in omnibus institutus sum. Vbique, hoc est quouis loco, & tempore, & in omnibus, hoc est, in quibusuis rebus, que accidere solent, experientiam cepi.

**ET** Saturari & esurire & penuriam pati. Israelitae neque famem tolerare didicerant, quippe qui eiusmodi in deum iactauerint, non potest deus melam nobis parare, neque cibo explere, comederant namque & ingurgitati sunt, & calcitrabant. Paulus vero & ceteri qui Christum viuendo imitabantur, haud ita se gerunt ostendit: itaque ex his neque merore se fuisse affectum, cum nihil sibi Philippenses conferrent, neque illa nunc conferentibus, ut fert mortalium animus, gaudere, sed ex eorum profectu letari magnopere.

**OMNIA** Possum in eo, qui me confortat Christo. Postquam animaduertit magnam quaedam de se predicasse, haudquaquam inquit mea haec virtute effeci, sed Christi, quantum mihi robur suppeditat.

pauli pru-

**VERUNTAMEN BENE** Fecistis communi tribulationi meae. Dixit se satis habere, Verum ne Philippenses ab se offendantur, perinde ac si animo non libenti ab his oblata exciperet, vel ut minus necessaria duceret, que illi contulerant. Solent enim offendi, qui beneficia conferunt, cum aliquid afferentibus se non egeret contulerint, dicta haec sic inquit moderatur, castigatque, Verumtamen beneficiis, hoc est, vel si nil ipse indigeam, fuere tamen per vos que mihi dono transmissa sunt grata, Aduerte prudenter rem ipsam, ut extollat. cum inquit tribulationi meae communicantes, nam & pares sibi hos facit taquam inquit. Ipse equidem patior verum cum mei sit per vos cura suscepta, nequaquam vos impares mihi in meo certamine deputaturus est deus, Ex superioribus autem dictis illorum se pellexit benevolentiam, ex his

tiam, ex eis vero presentibus eorundem incendit in largiendo & voluntatem & roborat promptitudinem.

**SCITIS** Autem & vos Philippenses quod in principio euangelii quando profectus sum a Macedonia, nulla mihi ecclesia communicauit in ratione dati, & accepti nisi vos soli. Quia visus est hos superius aliquantulum incesisse cum diceret, iam aliquando tandem refloruisistis, nunc se prudenter excusat, Quod autem visus sum in quiens vos offendisse, non ut a vobis quidquam accipere vellem id egi, sed quia admodum sum vobis confusus: & occasionem vos ipsi obtuleratis, ut qui omnium primis cepistis necessaria mihi suppeditare, unde & ipse accepta fiducia obiurgasse vos videor qui a via & pristina consuetudine descueratis, ingens sane haec laus & quia in euangelio primordiis, & cum non modo apud vos permanenti necessaria mihi subministratis, sed etiam ex Macedonia abeunti, hoc est: vbi vtraque regionis excessi confinia, non enim vlla ecclesia mihi dedit, inquit, sed nulla communicauit, ea ratione, ut pro carnalibus spiritualia capiens commutaret.

**QVIA** & Thesalonicam semel, & bis in vsum mihi misistis. In magnam hoc illis vel laudem cedit, quod in metropoli residens Paulus, & vrbem maiori, a minori, & tanto studio aleretur, In vsum autem necessarias dicit impensas, non enim delicias deposcebat, & luxum.

**NON** Quia quero datum, sed requiro fructum abundantem in ratione vestra. Cum humile quiddam, & tenuere dicere videatur, vbi que in vsum sunt dixit, ne hi ex istiusmodi dictis forsitan supbiret, sic inquit: haudquaquam haec dixerim, quia vtraque dona deposcam, sed vtri commodi gratia, ut fructum vos referatis, qui in vtraque ratione, hoc est: qui vobis condat, vides quemadmodum & hi tribuendo etiam munita non mediocriter vendicabant.

**HABEO** Autem omnia, & abundo. Quonia dixerat nihil quero, ne hos rursum ad id officii faciat segniores. Nam qui beneficia conferunt quanto magis sapientiae student, tanto etiam acrius ab his & gratias exigunt, qui illa exceperint, habeo inquit, & abundo, hoc est, ex his vitiis in me recentibus beneficiis, non modo que per vos antea desita sunt suppleuistis, sed abunde nimis largiti iam estis, Porro cum habeo dicit: quasi debitum esse id aliquod arguit, quod habere se asserit, ne illi gloriae ducerent, quia se beneficio affectissent, Contra vero & hos consolatur, & leticiam affert, cum adstruit longe hos plura quae tenerentur dedisse, quippe qui ad abundantiam munera non ad necessitatem sibi transmiserint.

**REPLETVS** Sum acceptis ab Epaphrodito, quae misistis in odorem suauitatis hostiam acceptam placentem deo. Vah quo celsitudinis istorum munus exultat. Non enim ipse inquit per vos transmissa suscepi, sed pro me deus, Quocirca et si his ipse minus indigeam, haudquaquam vobis sit cura, his namque & deus nil proprius indiguit, accepit tamen, & seruat, suauitatis odore cum inquit, illud est in sacris literis imitatus, odoratus est dominus odorem suauitatis, vel eo dixit: ut eleemosynam arguat deo suauissimam esse.

Extollite  
data sibi  
munera  
Paulus.

**DEVS** Autem meus impleat omne desiderium vestrum secundum diuitias suas in gloria in Christo Iesu. Cum dixisset superius et si occupati eratis, hoc est, et si vobis res familiaris esset angustior, opto tamen, & precor, ut que satis sint habeatis. Si enim hi Philolophorum vitam vixisset, haudquaquam his corporea precaretur, sed cum homines essent presenti huic vitae addicti, tenerenturque & presentium rerum cupiditate, Desiderat his non abundantiam, & nimium luxum, sed necessariorum copiam rerum. Impleat inquit omnem necessitatem vestram, hoc est, ut nulla re egeatis, quae vobis haec exigit, deinde ne videatur hos nimium ad rerum angustias cogere, secundum



AD PHILIPPENSES!

diuitias suas subiecit, hoc est: qui eque vobis, & abude potest necessaria impartiri, ut eius ad gloriam uti his bonis alliciat, in Christo autem Iesu sic potest intelligi, videlicet hec pater in CHRISTO IESU facturus est, id est illius intercessu, vel etiam ad gloriam, que Christo defertur: adduci.

DEO Autem, & patri nostro gloria in secula seculorum Amen. Quia Christus gloriam dixit, arguit hoc loco eadem & patri communem esse.

SALVTATE Omnem sanctum in CHRISTO IESU. Haudquaquam exiguam benevolentia argumentum, plias impartisse salutem.

SALVTANT Vos qui mecum sunt fratres. Aderant enim & Paulo ex urbe oriundi plerique, nil tamen idonei, ut Apostolatus munus susciperent. Solus tamen Timotheus aderat ad rem tantam accommodus, quem vnanimem superius dixerat, neque hos quidem, qui secum essent: fratres dicere dedignatur.

SALVTANT Vos omnes sancti, maxime autem qui de domo Cefaris sunt. Hos etiam in fide obfirmat ostendunt vel imperatoris familiam predicatione hanc attigisse, utque si hi qui in regia diuersantur ceteris rebus contemptis Christum dominum sectarentur, quanto magis & hos, qui his essent longe inferiores id facere obstrigi, & cogi significaret, Indicat preterea se apud hos Philippensium commemorasse, virtutes. Nam alias nec salutem his impartirent, qui in regia essent: nisi Pauli audisset istorum benefacta laudibus extulisse.

GRATIA Domini nostri Iesu Christi cum spiritu vestro Amen. Pro sua consuetudine Paulus in comprehensione concludit epistolam, commonefacitque Philippenses quicquid in se inesset virtutis Christi gratia assecutos se fuisse existiment, neque ob id inani gloria efferatur, futurumque ut perpetuo Christi cum eis maneat gratia, si minus superbiunt. Velim itaque omne virtutum genus in vobis succrescere, & ea precipue virtus, quam vestra impartiendo exercetis, magis ac magis ut Christi munere augetur, sitque largitio vel tra hec vobis profectui, & nobis egentibus vel potius Christi gratia mala tolerantibus, suae bonitatis liceat diuitiis frui, cui gloria sit, & potestas nunc & perpetuo, & in seculorum secula AMEN.

Missa est ex urbe Roma per Epaphroditum!

Argumentum in Epistolam ad Collocenses!

COLLOSENSES non sunt Rhodii, ut quidam existimant, sed Asiani: sicut & Laodicensis, preuenti fuerant a Pseudo apostolis. Nec ad hos accessit ipse Apostolus, sed & hos per Epistolam corrigit. Audierant enim verbum dei ab Archippo, qui & ministerium eos accepit. Ergo Apostolus iam ligatus scribit eis ab Epheleparchicum diaconum, & Onesimum acolytum.

Timotheus Pauli vnanimis.

AD COLLOSSENSES!

Athanasii prologus in Epistolam ad Collosenses!



si omnes Pauli Epistolae sanctimonia pollent, illae tamen precipue quas ex carcere, & vinculis transmittibat, nec secus quam victor aliquis inter stragem, ac cedes statuens tropea, literas conscribit, non enim ne scius erat permagni id esse, & ad gloriam sibi valere plurimum qui in istiusmodi pressuris, & malis mirum in modum gloriabatur. nam & ad Philemonem scribens genuisse se hunc in vinculis refert, quod

eo dixit, me & ipsi dura, & grauius reformidemus. sed ut in his tolerandis laudem conquiramus, Pleraque autem istiusmodi ab eo in carcere sunt conscriptae Epistolae, cuiusmodi ad Ephesios sunt, & ad Philomenem, Timotheumque, ad Collosenses, Preterea haec vinculis conscripsit, ut enim ad Romanos, hebreosque, non ante conspectos scribebat, sic ad hos scribit, quos nondum vidisset, Enimvero apud hos erat Archippus, cuius cura (ut mihi videtur) fuerat ecclesia quedam demandata. Illud autem ad Collosenses ut scriberet eum induxit, ab his namque prauum aliquod dogma erat nupersceptum, putabat namque nequaquam per filium, sed per angelos, ad deum, & praem viam patere, absurdum existiuitates dei filium credere vltimis seculis aduenturum, quandoquidem veteri testamento angelorum cuncta ministerio gereretur, seruabant preterea & iudaica pleuraque instituta, & gentium mores, dies cauendo, & horas, & escas, que omnia cum corrigenda essent, Apostolum ut hanc Epistolam scriberet, impulere,

PAVLVS Apostolus IESU CHRISTI per voluntatem dei. Initio statim & tacite Collosensium subtulit dogma, cum Christi se dicit, non angelorum Apostolus, idque dei arbitrio fieri, quod eius sit, non angelorum. Apud si itaque pro dei voluntate Apostolatus hoc munere fungor, perspicuum sane vera me predicare, at qualia haec sunt que predicat Paulus, nimirum istiusmodi dixerim quia per filium sumus ad praem ducti: gentiliuque, & iudaicis traditionibus liberati.

ET Timotheus fratres. Ergo & Timotheus ipse cum esset Apostolus: merito erat istorum cognitioni insinuandus.

HIS, Qui sunt Collossis sanctis, & fidelibus fratribus in Christo Iesu. Phrygiae ciuitas Collossae, que nunc Cona dicitur, quae utique potest, quia Conas has dicimus inter nosci, & laodiceam habet propinquior, Verum vnde hanc estis vos sanctitatem adepti, nonne ex baptismo in Christi morte, iam instituto, vnde fideles effecti, nonne quia in Christum creditis, & per Christum tanta sunt vobis mysteria credita: Fideles itaque non solumus ex fide dicti, sed quia a deo nobis sunt mysteria demandata, que nec angeli ipsi cognorat, vnde & fratres nos redditi, non ex opibus, & nostris officiis, minime sed in Christo, cur ergo angelis, quod ad praem deducant ipsi adscribitis.

GRATIA Vobis, & pax a deo patre nostro. Christi hoc loco nomen etiam illi sit non inuictum, nullum adiecit, ne si confestim aperte illos impugnet, respuere cogat eius sermonem, dicturi sunt namque, qui spiritum paruifaciunt, vnde pater est esset deus, nonne per spiritum praem vobis esse hunc constat, Porro magna illa, & que omnem excedit sensum, quis est largitus, nonne spiritus, cur ergo hunc ipsa imminuis.

GRATIAS Agimus deo, & patri domini nostri Iesu Christi semper pro vobis orantes. Christus namque & dominus, non qui seruiunt angeli, eius autem in nos benevolentiam non solum gratias deo agendo, & pro his assidue deprecando Apostolus patefacit, sed etiam quia quos antea nunquam vidisset, menti haberet, & cordi.

AUDIENTES Fidem vestram in Christo Iesu. Gratias inquit nos agimus, quia per Esdras nobis renunciata fides est vestra, non que in angeli consistet, sed que in Christo, Christi autem nominibus illos antcipat: que profecto in nos benefica sunt. Christus

Epistole Pauli in viciis scriptae maxime pollent sanctimonia

Dogmata quibus implicabatur Collosenses

Collossae Phrygiae ciuitas iuxta laodiceam.

quia pro nobis ē vnctus, & Iesus ē dicitur, quia & populum a peccatis saluauit.  
**¶** **¶** **¶** Dilectionem quam habetis in sanctos. Non eam dixerim / qua in hunc / illi  
 ve estis affecti beneuolentia, sed qua in omnes / & nos ipsos. quo fit: vt equo me / & libe  
 ti animo sitis audituri, sunt tamen hec captantis beneuolentiam verba. Videtur autem  
 mihi quemadmodum alibi dilectionem hoc loco pro elemosyna / & bonorum commu  
 nicatione presentium posuisse.

**¶** **¶** **¶** **PROPTER** Spem que reposita ē vobis in celis. Colite inquit fratres non huius  
 manarum spe rerum / sed futurorum bonorum expectatiōe, vel eo grās agimus: quia  
 hereditatem estis immortalitatis vos habituri, neq; bona huiusmodi seruantur in ter  
 ris, vt corrūpantur, sed in celis conduntur, ibi nāq; certio sunt, & stabilia hec bona futu  
 ra. Nihil ergo de spe hac ambigendum, que in tuto seruat, hec autem ad eos inuadit  
 qui tentatiōibus afflictantur, ne vllum in hac vita ocium querant, neve cum tentantur  
 succumbant, Sunt enim viriliter obistendo ingentem habituri mercedem.

**¶** **¶** **¶** **QVAM** Audistis in verbo veritatis euangelii. Non enim predicationis dixit,  
 sed euangelii, vt his dei cōmemoret beneficia, euangelium nāq; de rebus optimis dis  
 serit, quod cum sermo sit veritatis, nil ergo in eo inest mendacii, Cur igitur vos quali  
 mendacii illud arguitis, quia minus creditis vt estis ab eo instructi, per Christum vobis  
 delicta dari ad salutem ingressum. Epaphrus aut erat vt ex sequentibus liquet; qui  
 Collossensibus euangelium predicabat.

**¶** **¶** **¶** **QVOD** Peruenit ad vos sicut & vniuerso mundo. Non secus ac animatam re  
 aliquam ad vos dixit euangelium peruenisse, & quoniam pleriq; tunc maxime con  
 firmantur, cum alios habent: qui secum sentiant, & vniuerso mundo adiecit, est nāq;  
 euangelium id, quāq; diffusum, & perstat vbiq; & firmus est.

**¶** **¶** **¶** **ET** Fructificat, & crescit. Fructificat quidem operibus, crescit ex credentiā cō  
 tinua multitudine ad fidem admissa, non enim fructum deferret, nisi robore accepto  
 & viribus quotidie inualeceret, & arbores cum altioribus radicibus obscurantur, fru  
 ctus producunt vberissimos.

**¶** **¶** **¶** **SICVT** In vobis. Anticipat vt superius fecit hos laudibus, perinde ac suis er  
 roribus obduratos, tanq; id inquit, si vt omnibus ita & vobis predicatum ē euangelii  
 um, cur aliter q̄ acceperint / inter vos sentiunt multi.

**¶** **¶** **¶** **EX** Ea die qua audistis, & cognouistis grām dei in veritate. Fructificat inquit  
 in vobis euāgelium / & augetur vel ea ex die qua grā vobis innotuit, quomodo / non q̄  
 fallacias, & comēticia verba, sed in veritate, hoc ē lignis, & operibus admirandis.

**¶** **¶** **¶** **SICVT** Didicistis ab Ephra. Sic inquit gratiam re ipa nouistis, vt i vobis Ephra  
 edocuit, neq; enim aliter hic q̄ gettae res sunt: predicauit.

**¶** **¶** **¶** **CHARISSIMO** Conseruo nō. Viri huius integerrimam fidem ex his pa  
 tet acit, perinde ac si dicat, neq; enim hunc ipse amore protequerer: nec conseruam  
 quidem appellarem: nisi vera predicando instrueret.

**¶** **¶** **¶** **QVI** Est fidelis. Hoc est veridicus.

**¶** **¶** **¶** **MINISTER** Pro vobis Christi Iesu. Nostri vicem supplendo, que Christi  
 sunt ille ministrat. Nam quod ad Paulum se hic cotulisset, & eūdem esset in viculis cō  
 solatus, & significasset que apud Collossenses tunc gereretur, Christi haud dubie mi  
 nisterium referebat, si itaq; Christi minister ē Ephras, & recte omnia pdicauit, quo  
 pacto ipsi asseritis per angelos ad patrem traduci mortales.

**¶** **¶** **¶** **QVI** & manifestauit nobis dilectionem vram in spiritu. Hoc est, spiritalem / qua  
 eit is erga me affecti bñuolentiam, hic namq; firmior ē / & stabilis amor, qui spū cōstat,  
 reliquum vero bñuolentiae genus, siue natura sit illud, vt patris in liberos, siue ex am  
 citia / & animorū cōiunctione, quale esse inter amicos solet, instabile est: & infirmum.

Euāgeli  
 e sermo,  
 veritatis  
 Epaphr?

Amor  
 stabilis q̄  
 ex spū cō  
 stat.

**¶** **¶** **¶** **IDEO** & nos ex qua die audiuius fidem vram / & charitatem, nō cessamus pro  
 vobis orantes. Quid illud? id sane, quia ab ea vsq; die qua vram cum fidem / tū cha  
 ritatem agnouimus; & de futuris vt optima vobis spes esset, pro vobis oramus, nec ad  
 vnum / duosue dies vsq; hec audiuius. Aperit preterea suam erga illos beneuolen  
 tiam, ac tacite arguit, vel se pro his deprecante, nondum tamen hoc ipsos prorsus a pra  
 uis erroribus vendicasse. Attende autem vt multum sit & assiduus precibus inniten  
 dam, qn̄ & Paulus orans etsi nihil proficeret, haud tamen orando desistat.

**¶** **¶** **¶** **ET** Postulantes vt impleamini agnitione voluntatis eius. Neq; imperfectos  
 ex his, neq; perfectos omnino hos arguit, non enim vt accipiatis inquit, sed vt implea  
 mini tanquam id inquit, Dixerim equidem vos aliquid iam affecutos, sed nō om  
 ne quod necessarium ē, illud namq; quod sitis ad deum deducti nil ignoratis, quod  
 vero filii id sit intercessu effectum, vobis cum desit / lateatq; precor suppleri, id namq;  
 vult deus, idq; illi beneplacitum fuit, vt filium pro vobis non angelos traderet, agni  
 tionem autem, scientiae additionem intellige.

**¶** **¶** **¶** **IN** Omni sapientia / & intellectu spiritali. Cum a Philosophis circūenti grā  
 uiter hi fallerentur, velim vos inquit: in spiritus sapientia non hominum doctrina,  
 verum dogma perdiscere, quorum nunc erroribus irretiti, scire vos aliquid existima  
 tis, quod si vel dei volūtas spiritalē hanc exigit sapientiam, quid de his inquiet ali  
 quis qui diuinam substantiam exteriori hac / & humana sapientia tenere se iactant.

**¶** **¶** **¶** **VT** Ambuletis digne deo. Precor inquit: vt perdiscatis per vniuersum vobis  
 fuisse salutem paratam, vt vos ambuletis, hoc ē: vt officiose / & cum virtute, vitā hu  
 ius curricula transigatis, Nam qui dei didicerit benignitatem, & q̄ filium pro vobis  
 tradiderit, quo pacto non debet omni studio niti, vt virtuti infuset, suāq; & ipse cru  
 cem attollat, Ambulatio enim, vt dictum ē supra, vitam / & conuersationem preten  
 dit, vbiq; Paulus cum fide / & vitam coniungit, vel agitur, neq; id dumtaxat precibus  
 ipse deposcam, vt spiritus imbuamini disciplina, sed vt opere hanc, & optimis actio  
 nibus preferatis. Nam qui recte habuerit notionem, si recta minus exequitur: penas  
 luet. Aduerte autem quemadmodum vt per ambulationem vitam semper hic expri  
 mat, arguēs vt nobis necessarius ē ipse incessus, q̄ pedibus scilicet eatur, sic & optimū  
 viuendi modum maxime profuturum.

**¶** **¶** **¶** **PER** Omnia placentes, in omni opere bono. Velim inquit ita viuatis, vt Deo  
 placeant semper que geritis, qd fieri haudquaq; aliter poterit, nisi ea / que bona sunt o  
 peremini. Vbi enim inerint benefacta ibidem quod deo & gratum sit inuenitur. Ad  
 uerte autem quemadmodum in omni sapientia / rectisq; operibus / & deo placentib;  
 & in omni animi magnitudine omnium summam reponat arguēs / aliquid eos iam  
 adeptos esse virtutis, Nondum tamen ad perfectionem venisse, foreq; necessarium  
 vt, quod perfectum sit, assequatur.

**¶** **¶** **¶** **FRUCTIFICANTES ET** crescentes in scientia dei. Quemadmodum in  
 quit: maiorem estis / quam vestri progenitores, Dei notionem adepti, sic etiam vi  
 uendo debetis pro vestri sensus / & cognitionis mensura succrescere. & in dei scientia  
 fructum afferre, Nam vt Dei quis cognitione dignetur: & hunc in modum filius dei  
 efficiatur, quanta virtute est opus? vel quia necesse est / vt in bonis operibus fructifi  
 cetis: & Deus erit per vos cognoscendus, non ea cognitione / qua modo hunc cogno  
 uisti, Quid enim bene acta proderit vita: si deum hunc ignoratis? Attende preterea  
 vt superius diuinam scientiam dixerit fore admodum necessariam, vt secundum de  
 um incedendi dignitas seruaretur, nunc rursus eandem bonis operibus auctam exi  
 gat, vt simul & dei quis habeat rectiore cum vita cognitionem, Alterutrum enim se  
 inuicem roborant.

Orandū  
 assidue.

Philoso  
 phi falla  
 ces.

Quo pa  
 cto quis  
 dei filius  
 efficiatur

¶ IN Omni virtute confortati. ¶ Precamur inquit, vt impleamini / & omni sitis la-  
biliti virtute, veru quã obrem? vt aduersus tentationes / persequutionesq; ipsas sitis  
lidiores, ne in his vel animus hebetior sit: vel desperet.

¶ SECVNDVM Potentiam claritatis eius. ¶ Vt tales vobis inquit vires sufficiat,  
qual es vt conferat par e. inexplicabiles. s. & infinitas, alicui vt a mortali excipi queat  
His aut dictis hos admodu consolatur, neq; eni vires dixit, sed que lãge p̄stent poten-  
tiam, haud secus ac si diceret, vbiq; illius gloria domiatur, nequaq; igitur vos duris, &  
asperis in rebus remollescite, fortitudinem enim accepistis / & robur, vt equum est his  
vires suppeditate, qui deo inseruiunt, cuius tanta sit potestas / & gloria.

¶ IN Omni patientia / & longanimitate. ¶ Fortiores quidem in omni patientia, vt  
alienis / & exteris obliuiscatis, effecti longanimes, vt vos inuicem toleretis, Vtitur enim  
tunc animi quis magnitudine, cum eos tulerit, in quos licuisset vlcersi, substat autē  
quos nequeat vindicare, eoq; & in deum nulla cadit penitus tolerantia, sed longani-  
mitas quedam, vt qui cum perdere queat: patitur tamen / & substat, quia longani-  
mitas in omni, hoc e / perseverantia / & perpetua, vt itaq; breui id dictum condudam, id  
sentit Apostolus, orando id ipsi exposcimus, vt perfectiorem possitis dogmatum p̄-  
cipere cognitionem, neq; in humana aliqua sapientia, sed spiritali, & vitam virtute p̄-  
ditam assequamini, vt tentationibus constantius occurratis, robore accepto, quale vt  
equum est: a Deo conceditur, alienos vt patientius toleretis, & in fratres longanimi-  
tate vtamini.

¶ CVM Gaudio gratias agentes Deo patri. ¶ Cum esset eos obiurgaturus, vt qui  
dogma aliquod induxissent a recto admodum alienum, mitiori nunc vtitur oratio-  
ne: ne pre odio hos videatur arguere, orditur itaq; inquit, Etsi varia vobis sum cõ-  
precatur, vt semper antea confueui, nil certe id vel maleuolentiam prefert, vel odium,  
subdit itaq;, Et libenter gratias ago, pro collatis a Deo preteritis in vos beneficiis, quo  
fit / vt non ex odio vos ipse incusem: sed ex beneuolentia / & charitate, Vellem tamen  
perpetuis mihi liceret offerre vos laudibus, sed necessario ad increpationes descendo,  
hunc ipsum & ad Corinthios seruat dicendi modum, Tacite autem de vniuersitate  
monem aggreditur, Libens itaq; mearum hec gratiarum actio, bonorum magni-  
tudinem prefert, que olim vobis pepereratis, Hec autem vobis non angeli, qui sub-  
diti sunt, sed ad filios dominus contulit, Verum cur dixit Gratias ago, vel gaudens  
quia possunt & gratia in tristitia agi: quales & Tob illius fuere, qui dolens gratias  
git dicens / Dominus dedit, dominus abstulit, si enim ab eo dolorem quis auferat, &  
laudem tollat necesse est, si ex tanta iactura, vt stupens / & insensibilis nullo merore af-  
fectus tulisset pre se patientiam, quin potius mordebatur hic quidem doloribus, nil tamen  
feriebatur.

¶ QVI Dignos vos fecit. ¶ Tanti inquit illius sunt munera, vt non modo opulen-  
tos reddiderit, sed & vires suffecerit, vt nihil immerito videamur ab eo opes has ac-  
cepisse, exempli gratia, Imperator aliquis tenui cuidam / & fortunæ sordidioris pro-  
uinciam credidit procurandam, contulit quidem huic dignitatem, nil tamen tanto  
magistratu dignum effecit, pro merito / & dignitatem hanc gubernaret, quo sit: vt  
tantus illi delatus honos ridiculum sepe presterit, Deus vero & nos honore prouo-  
xit: eundemq; ad promerendum idoneos fecit, Geminatur itaq; honor cum ad munus  
accedat collata sufficientia.

¶ IN Partem fortis sanctorum. ¶ Hoc est vt inter sanctos diuerfaremur constituit,  
nec simpliciter a deo, sed hisdem vt frueremur nos bonis concessit, quod cum sortem  
dicit, ostendit, potest enim & quispiam eadem in vrbe cuius institui, haud tamen cum  
ceteris partem sortiri / & contra, eadem in sorte consistere, non tamen equam habere eã

Animi  
magni-  
tudo.  
Longani-  
mitas.

In tristi-  
tia agi de-  
bent grã

Similitudo

acteris portionem, tanq id dicat, in eadẽ sumus omnes ecclesie sorte, sed partibus di-  
uersis potimur, hic vero nos / & sortis eiusdem / & portionis dignos effecit, sorte autem  
vbiq; appellat, vt ondat quemadmodum fors nulla obueniat humana solerti, sed casu  
quodam / & fortuna potius terminetur, ita & nos nullo nro vel officio / vel virtute cele-  
sti dignamur imperio, sed dei munere quodcunq; e boni / ad nos defertur, Propterea  
dñs inquit Dicite quonia iutiles serui sumus, fecimus / quod facere debebamus.

¶ IN Lamine. ¶ Pnti scilicet / & futuro, hoc e sciẽtia, Nã reuelatis nobis mysteriis / &  
lumẽ viuẽtib; p̄buit, vt futuro in seculo fulgẽtiorem lucem elargiretur.

¶ QVI Eripuit nos de potestate tenebrarum. ¶ Neq; enim solum magni id est fa-  
ciendum, quod celesti nos donauit imperio, sed etiam quia i tenebris antea diuersan-  
tibus claritatẽ igessit, Nõ eni equu id beneficium fuerit, quod idifferenter in idignos  
pariter & dignos cofertur, vt idem ad Romanos in epistola differit inquit, Vix e-  
nim pro iusto quis mortem subiret, itaq; qui sub tenebrarum sunt potestate, hoc e qui  
diaboli circumuentionibus / & tyrannide subiiciuntur, nec tenebras simpliciter dixit,  
sed tenebrarum sub potestate, qui ppe cum demon vobis dominaretur, & sui iuris se-  
cisset, Est enim graue existimadum illi subesse nedum eius potestati addici: quod sa-  
ne grauius e, nec preterea eduxit / intulit, sed eripuit, ostendens seruorum i morem, in-  
erumnis nos antea / & calamitate fuisse.

¶ ET Trãstulit in regnũ filii dilectionis suæ. ¶ Prestans sane id fuit, quod nos ex-  
mit e tenebris, Illud tamen p̄stãtius quod in regnum iduxit, nec frustra iuexit, sed vt  
cũ filio suæ dilectiois, hoc e cum filio suo dilecto, celesti iperio potiremur, qui sibi an-  
tea essemus isens: & in tenebris versabamur, quod item & alibi dicit, si substatem? / &  
simul regnabim?, nec transposuit inquit, sed transtulit: vt nõ id omne transferri ascri-  
bat, sed arguat nos etiam aliquid ad eam rem cõtulisse, Ostendit preterea cum transtu-  
lit inquis diuine potetia ad omne opus facilitatem, que ita nos trãsserat: quẽadmodũ  
solent milites suos perfecti, de loco ad locum ductare.

¶ IN Quo habemus redẽptionem / & remissionem p̄ccõrum. ¶ Si enim nec redẽ-  
pti essemus, nec remissa nobis praua fuissent facinora, haudquaq; trãlati ad celeste i-  
perium fuisset, Christus ergo preuius fuit, vt tanto hoc munere a patre nos dona-  
remur, nec quidem solutionẽ dixit, sed redẽptionẽ, hoc e p̄fecte nos ipse redemit, ita vt  
nec relapsuri amplius simus, nec mortẽ tanq delicto obnoxii subituri, Cum itaq; vos  
filius ipse redemerit: & ad patrem deduxerit, cur angelosi p̄os astruitis id mueris fun-  
gi: non autem cum in quo dicit, de filio dicere.

¶ QVI Est imago dei inuisibilis. ¶ Et naturã ipsius reuerẽtiam / & dignitatis que  
filiu iust, magnitudinẽ exponit hoc loco imago inquit dei est, si dei imago / ergo a pa-  
tre nil immutat? e filius, vel imagine ipsa alienus affectus, neq; eni paternã habes p-  
ceritatis mensuram, vt afferre queas quanto sit interuallo filius patre minor effectus,  
Nã si esset dei imago huanã mẽsurã quã p corporũ angustia / vel aplitudine ipa me-  
timur, liceret forsità tibi dicere, formatã / effectãq; imaginẽ ad priorẽ aliquã formã ni-  
hil attingere, sed cum imago hec vt deus sit, & dei vt filius, p̄similis erit ei que i deo est  
& patre erigies, & inuisibilis, id scilicet quia videri non põt, Apud nos autem quia ho-  
minum arte que fallitur: sepe effigãtur imagies, habere nequeunt conformitatẽ: vt p-  
similes sint, in deum vero nihil istiusmodi cadit, eoq; certior e filio / & vera cum patre  
similitudo, quod si nequaq; esset patri p̄similis filius, quid impedit quo minus nec an-  
geli ipi veram dei imaginẽ præferant, Sunt namq; & hi iuisibiles, haud tamen dei  
esse imaginẽ astruuntur, quinetiam sacrarum literarum subtilis / & perspicax con-  
templatio, hominem quidem imaginẽ dei appellat: & filium dicit, angelos vero ne  
quaquã, quia angelicã naturã cellitudo, celerrime ad impietatem auditores impel-

Sors quo

redẽptio  
pl̄q; solu-  
tio.

Homini  
imaginẽ  
dei appel-  
lat.

leret, existimantes cum Deo parem angelum dignitate. In homine vero uilitas ipsa & humilitatis psumpta opinio certiores nos facit, ut nihil huiusmodi suspicemur. Intellege igitur ex his filium Dei esse imaginem & inuisibilem. Cum itaq; constet imaginem esse: ab angelis ipsis secernitur, qui etsi inuisibiles, non tamen imagines esse dicuntur. Quod autem inuisibilis, a mortalibus ipsis se iungitur, qui etsi imagines sunt, non tamen uideri non possunt. Restat ergo ut solus filius imago sit dei & illi per similes. Quod si adhuc sciterint Arriani: asserantq; minus esse imaginem priori formae substantia parem, audiant scripturam dicentem, Seth Adae praefert imaginem, si Adae imago Seth, ergo & illi co substantialis habebitur, perspicuum itaq; est, que hominum artificioso confictae imagines, ab similes esse substantia, que uero natura, omnino esse conformes substantia, & equales.

**PRIMOGENITVS** Omnis creatura. Cum filium dixisset inuisibilis praefere imaginem, mox & omnis creaturae subiecit. Huc prodeunt Arrianorum molitiones. Cum enim inquit: ante q; cetera crearentur: filius dicitur generatus. Primus ergo creatorum omnium filius, non enim qui prior e conditus, sed primogenitus dicitur, nisi forte huic uel germanos attuleris, ut ranas & lapides & huiusmodi alia, feceritq; hunc eadem cum ceteris uel abiectionibus constare substantia. Nam qui primogenitus: equam erat cum his sortitus substantiam, quos genitura precesserit, que blasphemia in uestra uelim recidat capita. Est plane impium istiusmodi aliquid de incomparabili illa creatoris maiestate cogitare, ne dicam asserere, uel aliter. Non enim in sacris literis primogenitus dicitur: qui alios habeat post se generatos, sed simpliciter qui prior est ortus, sic enim & Dei parens Maria uirgo secundum carnem hanc peperit primum, qui nullos haberet post se germanos ex utero uirginali productos, & hunc in modum primogenitus est appellatus. Sic etiam & ex patre primogenitus non aliorum respectu que condita sunt, ut heretici sentiunt, sed absolute secundum supernam illam creationem patris est primogenitus. Quid igitur sibi uult Paulus nimirum ut Colossensium confutet & refellat opinionem, ut non existiment uirginem angelis esse recentius procreatum, Tamen si maiores illi & ueteres patres, per hos ad deum deducerentur, cum in presenti filio sit id officii demandatum, uult autem illud Paulus demonstrare ante q; aliquid crearetur, filium esse, esse autem quia genit, ergo & angelis prior, & ita ut eos creauerit, sit itaq; ut quod antea angelorum fuerat in ueteri testamento ministerium, nunc filii sit. Aduerte Apostoli prudentiam in filium audiens quispiam ante omnia creata constare, existimet eundem carere principio, edocet & patrem habere: & ab eo esse progenitum, quandoquidem cum ipse, tum reliqua constet a deo prodisse, alioqui hunc patefacit a ceteris longe differre, si quidem a patre hic ortum ducat, ut filius, illa uero tanquam creata per eundem similia condita, quod clarius in sequentibus aperit.

**QVONIAM** In ipso condita sunt uniuersa. in celis & in terra. In ipso hoc e per ipsum, ut idem deinceps monstrabit. Atqui quod ambiguum erat: quod celestia scilicet condidisset, plus expressit, Si itaq; angeli per ipsum sunt conditi, quo ergo patres priores hi erunt.

**VISIBILIA** & inuisibilia, siue throni siue dominationes, siue principatus, siue potestates. Omnia accuratiori de uisibilibus disputatione, utpote de quibus nihil sit ambigendum. De uisibilibus ipsis, de quibus dubitatio potest animum plerumq; subire, particulatim nunc differit, neq; enim & alia celorum ornamenta sigillatim exposuit, quando a praestantioribus minora protendat, inuisibilia siquidem dici & angeli ipsi & archangeli possunt & immortales hominum animi, quo fit: ut per angelos & reliquos celi ornatus designet.

Seth Adae praefert imaginem

Primogenitus quod dicitur

Quo Paulus opinio Colossensium refutetur.

**OMNIA** per ipsum & in ipso creata sunt. Ecce quod superius in ipso dixerat nunc dicit per ipsum, quemadmodum & Ioanes euangelista, omnia per ipsum facta sunt dixit, omnia uero tum inquit nequaquam est & spiritum sanctum complexus, neq; enim est ex omnibus vnus, sed absolute vnus est spiritus, sicuti & vnus est deus, & dominus vnus, quocumq; igitur facta sunt per ipsum sunt condita profunde hunc ministerium forte aliqua putes, & in ipsum inquit, hoc est in eum pendet uniuersa, nec solum haec ipse creauit, sed eadem haec continet, & ita ut si ab eius haec p uidentia abducantur, pereant protinus necesse sit.

**ET** ipse est ante omnes & omnia in ipso constant. Eadem sepe uersat & repetit, ut uerborum frequentia tanquam crebris adactis uulneribus, radicitus exitiale dogma illud extirpet. Aduerte ut non ante omnia factus est dixerit, sed est ante omnia, quod deo praecipue conuenit, ubi nam genitum est, Paulus ille Samofateus qui asserit a Maria Christum duxisse principium, & in se tam e ipso, & tanquam in aliquo fundamento consistere, esseq; hoc pacto creatis ceteris primo genitum, cum Apostolus nequaquam primo genitum hunc consubstantialem creatis esse affirmet, sed uniuersa in eo deferri, uersariq;.

**ET** ipse est caput corporis ecclesie. Cum dei filii dignitate dixisset, de eius benignitate & caritate nunc meminit, quandoquidem a deo cunctis praestaret qui creauit & condidit uniuersa, terrenis tamen se & humilibus hisce coniunxit, neq; ecclesie complementum dixit, sed corpus ut summam eius quam nobiscum habeat coniunctionem demonstrat, utq; & carnem eiusdem qua & nostra constat, substantie ceperit, non e celo ecclesiam autem pro uniuerso fidelium conuentu hic capit, perinde ac si dicat, uel in ipso secundum carnem ortu, ante omnes, tanquam caput est genitus.

**QVI** est principium primo genitus est mortuus. Principium inquit resurrectionis est ille, quia primus omnium resurrexit, & quia dolores mortis dissoluit, merito primo genitus dicitur, habet namq; quia primitias praefert, qui se subquantur, est enim necesse eum qui primitias praeferat, nonnullorum habere primatum utq; p vno manipulo aliquo pro primitiis debito, messi uel relique benedicatur sic ipsi per eum ad vnum omnes, sanctitatem sumus adepti, & corpore vno domini resurgente, natura omnis humana ut a mortuis excitaretur dignata est.

**UT** sit in omnibus ipse primatum tenens. In omnibus que circa eum nos contemplantur, nam ante omnia a patre est genitus & primus est omnium, ut ecclesie caput, surrexitq; quam ceteri prior, quia tanquam his qui primitie sint immortalitate donauit, nam etsi nonnullos dixeris ante hunc a mortuis excitatos quos implemet excitabat, iterato tamen mortui sunt, hic uero ita ab inferis resurrexit, ut nil ultra sit mortem perpeffus, attende autem quemadmodum hoc loco dictus est primogenitus, tanquam mortuorum primitie fuerit, nam regeneratio eadem est, ibi namq; non praefert creationis primitias, etsi primogenitus sit non enim est essentie modus, is quippe genitus est, illa uero creata.

**QVIA** in ipso complacuit omnem plenitudinem inhabitaret. Plenitudinem diuinitatis uidelicet quam filius scilicet praeferebat & uerbum placuit ibi inhabitare, non operatione & actu, sed substantia, nec ullam habet aliam quam afferat rei huius operationem & causam, preter dei beneplacitum & uoluntatem.

**ET** per eum reconciliari omnia in ipso. Per eum, hoc est ipse suapte opera haec nobis peperit salutem, uerum ne forte existimes ministri hunc cepisse conditionem in ipso inquit, hoc est ipsemet homines sibi conciliauit, & alibi id ipsum commemorat deo conciliauit, erunt ergo hoc pacto que patris sunt communia filio, neq; conciliari dixit, sed reconciliari, hoc est debitum reddere quod antea debebatur, uel quia a deo

Verba Ioannis euangeliste

Paulus Samofateus.

Christus ante omnia genitus.

esset eiusmodi absoluta reconciliatio, ut nulle esset in posterum humano generi inimicitie, nec quidem solum reconciliatio est perfecta, quin & reconciliatio est modus est redditus, hoc est ad id filii occisio maxime valuit.

**PACIFICANS** per sanguinem crucis eius. Per reconciliationem quidem inimicitias prefert, per pacem autem bellum, nos enim deo & hostes eramus & prelium aduersum se per nos gerebatur, magna quidem reconciliationis est vis, manus tamen per ipsum & eius sanguinem per crucem insuper fide mortis cum patre gratiam homines reddisse neque enim oratorum more in nobis conciliandis verbis est vis, quin ipsum se tradidit, neque crucem dumtaxat dixit, sed eius adiecit, ne patibulum quoduis existimes aliquid per se virium nactum, non enim id salutem parauit, sed eius patibulum, id est mors, in quo ipse pependerit.

**SIVE** que in terris, siue que in celis sunt. Que in terris sunt merito possunt dici conciliata, quando quidem singuli secum ipsi homines dissentirent, & alios impugnant, & vite ipsi angelice aduersarentur, celestia vero quo pacto erat nimirum ingens inter terram & celum, diffidium, & angeli aduersus homines depugnabant, quippe qui eorum dominum spectasset iniuriis, & contumeliis affectum & morte demum eo quod ad inferendos hominibus cruciatus dimittentur ut Sodomitis constat hoc contulisse, & Dauid in geminis valle Iudeis, filius itaque homine in celo sublato, qui se ut hostis antea oppugnasset, angelo iussit in terris apparere, fidelibus singulis incipientes, ut se sequerentur, videtur autem & Paulum in celum eo fuisse arreptum, ut perspicuum esset & homines in celo versari, quo & filius fuerat assumptus, bisarie itaque sunt res iste terre pacate, & quia cum celestibus pace vtantur, & quia lectum ipse in gratiam redire, in celis vero simplex quedam est pacatio facta, angelis recta suadentibus pro tantorum hominum comparata salute, mira iocunditate affectis, quo ergo pacto asseritis per angelos ad patrem traduci mortales qui tantum ab hoc officio abluere, ut nobis sint aduersari, & ni oppugnari, & ni Iesus nos sibi conciliasset, nil pace hac fruere mur.

**ET** vos cum essetis aliquando alienati, & inimici sensu in operibus malis. Dixerat supra sub tenebrarum nos potestate fuisse, nunc vero sensu asserit inimicos, non tamen id ut itidem exprimat sed ne putes necesse sic fore, ut qui in tenebris versabamur, vel deo esse in senos, & sensu adiunxit, ut arguat plane et si immeritos, reconciliatio tamen nos hac fuisse dignato, qui enim non vltro malis afficitur misericordiam promeretur, qui vero sponte in mediis se malis ingesserit, odio erit & maiore leuolentia dignus, nos itaque inquit, nequaquam ille inuitos aut compulsos, sed voluntarios & vltro ab se abeuntes habet, arguens inimicitiam huiusmodi omnem, non a celestibus sed a nobis ipsis sumplisse incitium, erat namque vel vobis nolentibus ad id quidem proditior dei & angelorum voluntas, propterea non in senos simpliciter dixit sed alienatos, hoc est neque ad penitentiam reditum operientes, quippe qui hostes sensu, hoc est voluntate eratis, neque huc vsque prouectum est malum, quin & in operibus malis, id est re ipsa & factis inimicitias exercebatis. Ex his itaque omnibus arguit, nec angelos quidem quiuisse que recta sunt nobis persuadere, neque a diaboli eximere potestate, tum quia & hostes eramus & qui nos comprehensos tenebat nondum esset reuinctus, sed Christus preualidum aduersarium illum constrinxit & ab eo ut deficeremus enixius persuasit.

**IN** VNC autem reconciliavit in corpore carnis eius per mortem. Rursum reconciliationis modum inducit, que eius in corpore sit effecta, quomodo enim quia flagellatus dumtaxat sit aut manu & alapa faciem ictus minime, sed quia morte affectus turpissima sit. Exhibere vos sanctos & humilatos & irreprehensibiles co-

Que conciliata dicantur,

Paulus in celum arreptus.

ram se. Aliud rursum beneficii genus exponit, cuius & superius meminit, cum dixit qui sufficientes vos fecit, id ipsum nunc repetit inquit, non enim vos solum a peccatis exemit quin & sanctitate donauit nec mediocri, sed que altare coram se possit, effectusque ut sine labe sitis, & culpa vacetis, & ita, ut quod gerit iam per vos queat nihil sic reliquum.

**SI** tamen permanetis in fide. Cum omne quod filii est officium explicasset, ut pote qui per mortem hec omnia concessisset ne forte sic inquit, ergo nihil nobis erit elaborandum, quin immo inquit necesse est ut in fide sitis constantiores, ne vel redda mini segniores & priora facinora relabamini.

**FUNDATI** & stabiles & immobiles aspe euangelii. Quoniam potest & in fide persisti labando tamen plerumque, nec moderati quicquam nec per se haberi fundati adiecit, & stabiles, hoc est haudquaquam nutantes, ne id modo, quin & immobiles, nihil ait quod graue sit a vobis depono, nisi ut nemo vos a Christo seiangat, in eo namque spes omnis euangelii sita est, & cunctis erit in ipso sperandum, qui euangelium excerpere, ut qui vniuersa pacauerit, quo sit ut qui angelis ipsis conciliationem hanc forte adscripserit, a Christo dimotus sit necesse est, enim uero fieri non potest, quin a virtute vel paululum deciscatur, in fide autem potest aliquis non immutari, itaque neque quod graue toleratu sit exigit.

**QVOD** audistis, quod predicatum est in vniuersa creatura que sub celo est. Hos ipsos in testes producit, deinceps orbem terrarum vniuersum, neque quod predicatur dixit, sed quod predicatum est, hoc est quod creditum est & acceptum, ignomina itaque cum & vos ipsos tum & alios homines mox affecteritis si aliter quam predicatum sit creditis.

**CVIVS** factus sum ego Paulus minister. Vel id plurimum confert ut digna euangelio fides adhibeatur cuius preconium suscepit Paulus, erat namque eius ad eum nomem quoque diffusum & celebre ut fama orbem peruaderet, ministrum autem cum se euangelii vocat, magis eos ut pareant cogit, neque enim que mea sunt predico inquit, sed alteri subministro, deo scilicet, quo circa & vos dictis meis fidem prebete.

**IN** VNC gaudeo in passionibus meis pro vobis. Videtur id dictum minus superioribus respondere, cum maxime congruat cum enim dixisset euangelii se ministrum effectum a quo ne illi exciderent precaretur. Offendit verax adeo illud esse & certius, ut pro eo pati se fateatur, sic inquit non solum patior sed etiam letor perpeccando quem autem patior vestri etiam causa tolero, ut per tolerantiam, vobis huiusmodi, queam prodesse.

**ET** adimpleo ea que desunt passionum Christi in carne mea. Insolentis videntur & desperandis hec dicta, alioqui ingenti sunt in Christum caritate referta vult enim Collofensibus persuadere, adhuc pro ipsis filium pati, tanquam id inquit, non enim per nos ipsos Apostolos, sed per filium ad deum vos deducemini, tamen si nostro videatur fieri hoc interuentu, quo circa quod nam facinus per vos atrox admittitur ut ab eo deficiatis, qui vel eius post obitum diem vestri ob gratiam patiamur, quod autem dicit tale est, si enim esset pro vobis Christus penas luere obligatus abiretque non debitum redditurus, ipse ego id omne persoluerem, nec secus se hic habet Apostolus, que faceret miles quispiam prefecti loco refectus, longius & peregre proficiscens, qui in stantibus inimicis, vicem absentis gerens, creditam sibi phalangem pugnando acius, & tuendo, & principis locum seruet, & vulnera principis debita, ipse vltro excipiat, ideo autem que desunt dixit, ut arguat tantam Christi fuisse in nos caritatem, ut nec debitum omne persoluisse se credat, & tanquam nec satis sint que antea tulerit, sed post mortem etiam nostri gratia patiat, & in meo corpore hoc

Christus solus reconciliator hominum

Paulus euangelii minister

Christus nos charitas

est in mei corporis passione, neque enim morte dumtaxat sua contentus, quin & in  
nititur modis ut facere satis nobis pro eius desiderio queat nequaquam igitur hec  
se ut efferat Paulus dicit, sed Christum ut arguat adhuc Colossensibus ipsi pro  
cere, & ceteris simul, qui eius fidem exceperint.

**PRO** corpore eius quod est ecclesia. ✽ Cum diceret & si ipse patior, Christi ta-  
men huiusmodi non mee sunt passiones, suis dicitis auget fidem, atque pro corpore  
eius hec fiunt, non itaque iactatis esse sermonem hunc ducite, sed eius qui nihil adfice-  
re sibi & copulare ecclesiam dedignetur, credite igitur adhuc illum in mea hac carne  
pro ecclesia pati, quod si Christi corpus ecclesia presertim, & illi est proculdubio sum-  
pta, cur angelos in medium ipsi producit, & unitatem huiusmodi intercedit.

**CVIVS** sum factus ego minister. ✽ Ostendit hic se & si homo ministerio iungi-  
tur, nil tamen ex se confecisse, quod si ipse inquit minister sum, cur angelos inducit

**SECUNDVM** dispensationem dei que data est mihi in vobis ut impleam ver-  
bum dei. ✽ Dispensationem dei vel ideo dicit quia post eius assumptionem nos ad  
euangelium predicandum reliquit, ne vos abs se derelicti in desperationem aliquam  
veniretis, vel illud infert videlicet, propterea ille omnium maxime ut ecclesiam ante  
hac infectaret permisit ut postmodum fides predicanti mihi maior adhiberetur, vel  
qua non opera ipse aut virtutes quesivit, sed fidem dumtaxat & baptismum, quod  
sane summa quedam est dispensatio, nam quis unquam fuisset salutem adeptus, si ope-  
ra ipsa deposcerentur, vel dei dispensationem simpliciter que in eos fuerit sibi coepta  
qui ex gentibus essent, gratiam dei & sufficientiam, quibus donasset se deus, ut gen-  
tes illuminaret, nam ob tenebratis vel insensatis vel perniciosibus ipsis, suadere ut ve-  
rum dogma admitterent, haud sane Pauli viri erat sed dispensationis diuine, quem  
admodum enim in se passiones Christi esse ostendit, sic dei affirmat officium esse,  
ut in his impleat quod per se predicatur, cum vero implere dicit, arguit aliquid illis de-  
esse, intelliges autem hoc loco per dei dispensationem, ministerium ipsum significa-  
ri, cuius scilicet inquit capaces estis effecti, deus namque cum vniuersa, dispensatione  
quadam efficiat vel id precipue per dispensationem effecit, ut in presenti potius mi-  
nisterium panderetur, cum futurum esset ut illud exciperent homines, nugaces itaque  
hi deprehenduntur & vani, qui ideo videntur offendi, quia in postremis temporibus  
Christus filius afferatur nos oblaturus.

**MYSTERIVM** quod absconditum fuit a seculis & generationibus. ✽ Diffe-  
rens quibus sumus ipsi bonis dignati, aliud quiddam maius ostendit, quod neque ex  
priori seculo quisquam qui nos etate multa precedat hec ipsa dicerit, & mysterium di-  
cit quod nulli esset nisi deo precognitum, nec simpliciter occultatum sed absconditum  
dixit, ut quod in dei arcanis recederetur, a seculis autem hoc est ab huius initio.

**CVNC** autem manifestum est sanctis eius. ✽ Hec sane diuina est dispensatio  
quia recens sit illud manifestum, neque factum est dixit, sed manifestum, alioqui neque  
in presentia cunctis est palam id factum, sed eius sanctis, quo fit ut illud adhuc aliis  
predicetur, cauendum itaque ne vos illi seducant, qui mysterii huius sunt & dispensa-  
tionis ignari.

**QVIBVS** voluit deus notas facere diuitias glorie sacramenti huius in gentibus  
✽ Ne forsitan id roges, cur solis hoc sanctis nec ceteris patefactum mysterium sit, quibus  
voluit statim subiecit, illius autem velle nec temere sit nec ratione caret, poterat ta-  
men dignis non sanctis dicere, quod eo fecit, ut cum gratie se obnoxios scirent huius-  
modi potius presentem quam si merito id se affectuos viderent, glorie ducerent ut mag-  
gis rei ipsius exprimat magnitudinem, nequaquam simpliciter dixit mysterii gloria  
significasse glorie opulentiam quod mysterium precipue gentibus cognitum est

Per dei  
dispensa-  
tionem mi-  
nisterium  
dei signi-  
ficari.

sicuti & alibi dicit, gentes autem in misericordia, videtur autem & iustus deus extolli  
sed in his maxime, qui lapides insensibilitate excedunt, cum lapides ipsos adorant  
& reptantia colunt, quos utique pro sua clementia ad fidem vocauit, nec secus eum ge-  
tibus agit, quam faceret quisquam, qui cane arrepto, rabie efferato, scabieque & plagis  
pene immobili, eundem mox hominem reddat & in humanam traducat effigiem,  
statuatque in regio throno, plus sane esset ea ex re glorie vendicaturus, quam si in ho-  
mine modicis facultatibus, & non penitus erummos mirum id facinus ederet, recte  
autem huius mysterii dixit, sunt namque & mysteria alia plerumque, hoc tamen & precipue  
pium & verius est, quod nulli est cognitum, & propter hominum opinionem videtur,  
ut gentes scilicet ad se Christus asciverit.

**QVOD** est Christus vobis spes glorie. ✽ Interpretando quod illud mysterium  
sit, Christum dicit hoc esse, vel Christi cognitio, que vobis in est, quod sane cum ho-  
rum vel laude explicat, ut magis eos alliciat, perinde ac si dicat, si Christus inesse vo-  
bis iam constat, cur ipsi angelos beneficos dicitis: est autem & glorie spes, quia per ip-  
sum speramus gloriam consequi sempiternam, vel quia spes nostralis Christus qui  
gloria prestans sit, & cuius nil pudere nos possit.

**QVEM** nos annuntiamus. ✽ Nos inquit non angeli hunc predicamus, quo et  
go pacto vos angelos habetis ministros

**CORRIPIENTES** omnem hominem & docentes in omni sapientia. ✽ Non  
enim ipsi aut iubendo aut cogendo quemque instruimus, id namque diuine est boni-  
tatis & rectitudinis, ne quem inuitum & violenter ad fidem ducamus, sed monitis &  
doctrina. Aduerte quemadmodum castigare & commonefacere factis sit & operi-  
bus alios admonere, docere vero diuinis dumtaxat decretis eniti.

**IN** omni sapientia. ✽ Quis enim valeat alios tanta hec edocere, quanta opus est  
sapientia, est autem sapientia quedam que in sacris literis constat, quedam que medi-  
tando etiam comparatur, quedam que vel a gentibus ipsis petatur, quemadmodum  
apud Athenienses Apostolus de ara incognito deo dicata disseruit.

**UT** exhibeamus omnem hominem perfectum in CHRISTO IESU. ✽ Quid  
illud hominem omnem? ita quidem id nitor vniuersos mortales reddere perfectio-  
res quod si minus succedat nil mihi officeris, perfectum autem non in lege dicit seu  
in angelis sed in CHRISTO IESU, hoc est in Christi cognitione, non enim lex ip-  
sa perfecta est.

**IN** quo & laboro certando. ✽ Laboro dixisse aut contentus & certando ad iun-  
xit, ut & vigilantiam preferat & absentiam quandam acerrimam & reliqua se ser-  
uasse ostendat, quibus solent certaturi studere, si itaque ipse ut bona vobis contingant,  
operam & laborem impendo, quanto magis & ipse tantum debetis & laboris in-  
sumere, ut certando victoriam referatis.

**SECUNDVM** operationem eius quam operatur in me in virtute. ✽ Cum la-  
borem cepisse se diceret, arguit utique hunc ipsum esse diuinum, nam illi inquit qui id  
laboris, ad tolerandum mihi sufficit vires, sic placitum est, quemadmodum & in prin-  
cipio dixit per voluntatem dei, ostendit preterea multis se impugnari, nunc namque  
dei virtus patebit cum plurimi fuerint qui mihi obstant.

**VOLO** enim vos scire qualem sollicitudinem habeam pro vobis, & pro his, & qui  
sunt laodicee, & qui cumque non viderunt faciem meam in carne. ✽ Cum sit de dogma-  
te iam diserturus, plurimam eius in Colossenses aperit benevolentiam, ut apud hos  
gratiam ineat, & acceptior sit, nam eo inquit decerto, ut & vos tuear, & ne eos obtur-  
bet perinde ac ut imbecilli & aliena indigeant ope, & laodices adiecit & alios qui  
eius non viderint faciem, in carne arguens illos frequenter in spiritu sese spectasse di-

Magnū  
& precipu-  
um my-  
sterium.

Commō  
nefacere  
& Doce-  
re quo-  
modo.

Arā del-  
ignoti.

unitus, quem in carne, hoc est corporaliter nunquam vidissent.

**CVT** consolentur corda ipsorum instructi in caritate. \* Iam tandem dogma ag-  
greditur, & ita ut neque illud profusius cuset, neque omnino calumnia liberet, eo namque  
inquit decerto ut corda vestra admodum consolentur & in caritate conveniant, hoc  
ut vnam ad fidem concordetis sitis & iuncti, & vnum oes ut sentiat, non necessitate  
vi, sed caritate & vltro. Id vero heresum gratia protulit que dissidia parant.

Hereses  
dissidia  
pariunt.

**CVT** in omnes diuitias plenitudinis intellectus. \* Hoc est ut nulla in re vestra  
litent corda & ut in omnibus intellectus, hoc est mysterii ipsius cognitio abunde er-  
tior sit, neque enim ad diuitias simpliciter dixit sed ad omnes, nec me inquit id latep-  
ceptum esse per vos sensu & mente mysterium, sed illud dumtaxat nunc quero vide-  
haec vestra cognitione & sensu vbertim certior fiam, vel quia sapienter velim mysterii  
um id teneatis non insensate & temere.

**CIN** agnitione mysterii dei & patris Christi Iesu. \* Quod illud est dei mysterii  
nimirum ut filii ductu non angelorum patrem nos adeamus.

**CIN** quo sunt omnes thesauri sapientia & scientie absconditi. \* Hic solus certam  
habet rerum omnium cognitionem, si itaque solus hic sapiens, quia omnium gnarus,  
ergo ad sapientiam debet illi adscribi, quia postremis non primis temporibus vene-  
rit, cum autem thesauros dicit, sapientie magnitudinem exprimit, cum vero omnis,  
nil afferit illi esse incognitum, absconditi demum cum intulit, eundem pretendit &  
solum cunctorum habere cognitionem est itaque inquit ab eo sapientia & scientia de-  
flagitanda.

**CVT** autem dico ut nemo vos decipiat in sublimitate sermonis. \* Idcirco enim  
id dixerim, quia vniuersa soli Christo & notiora sunt & aperta ut nemo vos verborum  
lenocinio, & sublimitate, ornatu scilicet & comitate & elegatia quadam dicendi quid-  
enim si afferat quispiam que ad persuadendum plurimum valeant, ipse vero sit om-  
nium profusus id est veritatis ignarus, id sane nihil est aliud nisi captiuiculis, quibus-  
dam & sophismatibus niti.

**CIN** am et si corpore ables sum, sed spiritu vobiscum sum. \* Ut autem orationis  
contextum hic sectaretur dicendum itaque fuisset, & si carne abssum vel corpore, spiritu  
tamen deceptores hosce conspicio, sed in laudem diuertit sermonem sic inquit.

**CGA**VDENS & videns ordinem vestrum & firmamentum eius, que in Christo  
est, fidei vestre. \* Hoc est optimam fore institutionem hanc vestram nihil diffido  
quippe qui non modo ab instituto suscepto nil excidistis, sed nec vestrum quispiam  
ordinem hunc perturbauit aut confudit, fidei vestre firmamentum hoc est obfirmata  
vestram & immobilem fidem tanquam instructa acies aliqua sit qui ab his seruetur,  
ordo & institutio, caritate mutua omnia obfirmante, nec vlla inter hos essent dissidia  
quinetiam fides ipsa per se velut firmamentum aliquod est, que prauos prohibeat co-  
gitatus subire, qui dissentiones pariant nutabundis & variis.

**CSICVT** ergo accepistis IESVM CHRISTVM dominum nostrum. \* N-  
hil inquit alienum ingerimus, quodcumque enim accepistis, illud exigimus, Christum  
scilicet Iesum & dominum, non angelos quos non predicauimus.

**CIN** ipso ambulate. \* Ipse namque est via que ducat ad patrem, nolite angelorum  
occeptum id iter incedere, hoc enim non eo traducit.

**CRADICATI**. \* Hoc est constanti gradu persistetis, neque enim nunc Christo sue-  
rit nunc, angelis in herendum, nam quod semel validis & altioribus fundatum fue-  
rit radicibus, transferri non poterit.

**CVT** superedificati in ipso. \* Ostendit eos quidem fuisse Collapsos, eoque fore su-  
per Christi fundamento instaurandos.

**CVT** confirmati in fide. \* Hoc est firmiter deum per fide complexi, non captionibus  
vel sualibili vlla oratione, edificium namque & structura, & si sint fundamentis impo-  
sita que oneri sustinendo minus sint firma, fallunt quidem & collabuntur.

**CSICVT** & didicistis, abundantes in illo in gratiarum actione. \* Iterato hoc si-  
cut apponit, ut & si aliud nihil effecerit pudere tamen hos cogat ut vel suimet saltem  
verecundia teneat, qui & didicissent quod sequi deberent, cum autem sicut & didici-  
stis inquit tanquam pro fundamento disciplinam subiecit, abundantes vero pro inie-  
cta fundamentis & mole, non itaque eorum transcendendus est dogmatum limes, quorum  
ipsi acceperitis formam, sed proficiendum in his potius erit & gloriandum, affatim  
preterea & gratias esse fidelibus nobis deo agendas ostendit, quod tante nos gratie  
dignos effecerit, nec nostro id esse profectui adscribendum, quod ea sumus dignati.

**CVI**DETE ne quis vos decipiat per Philosophiam & inanem fallaciam. \* Hoc  
est caute per Philosophie nomen vos quispiam fallat, quod quia celebre est & vulga-  
tius, & apud homines huius summa sit auctoritas facile decipit, tanquam id dicat, hi enim  
qui vos circumueniunt Philosophia nituntur, que cum honestatis plurimum pre se  
ferre videtur, & inanem fallaciam adiecit, est preterea aliud quodam decipiendi ge-  
nus rectius tamen, nec fraudulenti, de quo Isaias meminit, decepti sunt me domine & deceptus  
sum, cuiusmodi etiam vel illud fuit, cum visus & Iacob Isaac deceptisse, que deceptio  
nequaquam dicenda erit fallacia sed dispensatio quedam.

Philosofia  
fallax.

**CVI**DETE ne quis vos decipiat per Philosophiam & inanem fallaciam. \* Hoc  
est caute per Philosophie nomen vos quispiam fallat, quod quia celebre est & vulga-  
tius, & apud homines huius summa sit auctoritas facile decipit, tanquam id dicat, hi enim  
qui vos circumueniunt Philosophia nituntur, que cum honestatis plurimum pre se  
ferre videtur, & inanem fallaciam adiecit, est preterea aliud quodam decipiendi ge-  
nus rectius tamen, nec fraudulenti, de quo Isaias meminit, decepti sunt me domine & deceptus  
sum, cuiusmodi etiam vel illud fuit, cum visus & Iacob Isaac deceptisse, que deceptio  
nequaquam dicenda erit fallacia sed dispensatio quedam.

Hereses  
que.

**CVI**DETE ne quis vos decipiat per Philosophiam & inanem fallaciam. \* Hoc  
est caute per Philosophie nomen vos quispiam fallat, quod quia celebre est & vulga-  
tius, & apud homines huius summa sit auctoritas facile decipit, tanquam id dicat, hi enim  
qui vos circumueniunt Philosophia nituntur, que cum honestatis plurimum pre se  
ferre videtur, & inanem fallaciam adiecit, est preterea aliud quodam decipiendi ge-  
nus rectius tamen, nec fraudulenti, de quo Isaias meminit, decepti sunt me domine & deceptus  
sum, cuiusmodi etiam vel illud fuit, cum visus & Iacob Isaac deceptisse, que deceptio  
nequaquam dicenda erit fallacia sed dispensatio quedam.

**CVI**DETE ne quis vos decipiat per Philosophiam & inanem fallaciam. \* Hoc  
est caute per Philosophie nomen vos quispiam fallat, quod quia celebre est & vulga-  
tius, & apud homines huius summa sit auctoritas facile decipit, tanquam id dicat, hi enim  
qui vos circumueniunt Philosophia nituntur, que cum honestatis plurimum pre se  
ferre videtur, & inanem fallaciam adiecit, est preterea aliud quodam decipiendi ge-  
nus rectius tamen, nec fraudulenti, de quo Isaias meminit, decepti sunt me domine & deceptus  
sum, cuiusmodi etiam vel illud fuit, cum visus & Iacob Isaac deceptisse, que deceptio  
nequaquam dicenda erit fallacia sed dispensatio quedam.

Deus a  
carne al-  
sumpta  
nunquam  
separat.

¶ **ET** sitis in illo cōpleti. ¶ Nil inquit minus vos estis adepti, quā ille habere, quā  
& diuinitate vos estis oppleti, in illo hoc est per eius carnem assumptam, nam cum  
esset nostra natura deo coniuncta, & nos sumus diuine illius effecti participes, ubi  
Paulus nititur Christo nos facere propinquiores, sicuti & alibi congregauit nos in  
quit & in cōfessum recepit, in celis in Christo & alias itē, si substinebimus inquit & si  
mul sumus regnaturi, coheredes preterea & aliis in locis appellat.

¶ **QVI** est caput omnis principatus & potestatis. ¶ Haud quaquā perinde cōsib  
stantialem hunc ponit sed tanq̄ superiorem & causantem, cur ergo inquit hoc in  
omisso ad angelos confugistis tanquā ad patrem ad eundem duces: quom̄ iste lica  
put, his namq̄ Apostolus dictis interfecat, dissoluit quā ceperant Collocenses de  
angelis opinionem.

Circūci/  
sio p̄ sp̄m  
factū sc̄a

¶ **IN** quo circūcisi estis circūcisione nō manu facta. ¶ Bñficiū sane admira  
dum inducit, cū estis inquit in Christo vos circūcisi, neq̄ enim mortali manu sed sp̄  
ritu sancto talis sit circūcisio, nec parte aliquā, sed vniuersum hominem circūcidit.

Qui ba/  
ptizatur,  
x̄p̄o cōtu  
mulatur,

¶ **IN** expoliatione corporis peccatorum carnis, in circūcisione Christi, ubi quis  
dem pudendum illud virile circūcisione retegitur, carneo illo velamine dempto,  
hic vero corpus hoc nostrum omne expoliatur nudaturq̄, quia peccata demuntur,  
que per carnem committimus, circūcisionem itaq̄ istiusmodi non lex ipsa preter  
dit sed Christus, cum nos in baptismo veteris vite & peccato obnoxio, & carni peni  
tus dedite denudet & spoliēt.

¶ **CONSEPVLT** ei in baptismo. ¶ Quod circūcisionem hic dixerat id nūc  
sepulchrum appellat tanquā maius longe quam circūcisio sit asserturus, neq̄ enim  
illud abiiciebatur, iam circūcisum, sed corruptum deperdebatur, qui igitur bap  
tismo abluitur, Christo contumulatur, quia tertio mergitur, quod vtiq̄ & dñm predi  
cat triduo sepultum fuisse, emoliturq̄, quo ad veterē hominem & peccatorem.

¶ **IN** quo & resurrexistis per fidem operationis dei, qui suscitauit illum a mortuis  
¶ Non solum inquit Christi sepulchrum, qui & resurrectione ipsa per baptismum pre  
tenditur, quo modo per fidem nimirum, nam cum fide certiori tenebimus suscitari  
di deum habere hanc facultatem, nobisq̄ eam ad rem argumento fuerit, quod Chris  
tum a mortuis excitari, p̄fecto bis iam iam resurreximus tum quia resurrectio  
nem speramus quam spe videmus & si futura sit illa quam hanc ipsam adepti, tum  
quia procul a nobis per spiritum mortem eicimus, que ex peccati operibus immine  
bat, quod clarius in sequentibus explicabit.

Basilius,

¶ **ET** vos cum mortui essetis in delictis & preputio carnis vestre, viuificauit cum il  
lo. ¶ Christus si quidem inquit cum corporalem mortem subiisset a patre vitam re  
cepit, non quia mortem hanc ipse sibi suppediādi facultate careret, sed quia ad patre  
omnia referuntur, quod autem se ipsum suscitasse perspiciuum sit, in triduum predi  
xit templum hoc suscitabo, & alibi, iterum inquit prebuit se viuum post passionem su  
am, vos vero qui scelerum mortem subistis, & in preputio estis, hoc est magnum in  
modum que carnis sunt sapitis quod sanē vobis attulit mortem, ad vitam estis cum  
Christo redacti. Nam vt ille surrexit, sic ipsi qui spiritu estis a morte iam excitati, &  
corpore resurgetis. Basilius autem mortem hanc ita interpretatur, ob praua enim in  
quit facinora morti estis & condemnationi adiudicati.

¶ **DONANS** vobis omnia delicta. ¶ Que scilicet mortem efferebant, tanquā id i  
quiat, aduertite quibus vos malis Christus exemerit, que vobis merito debebantur.

¶ **DELENS** quod aduersus nos erat chirographum decreti quod erat cōtrarium  
nobis. ¶ Cum illum dixisset nobis peccata donasse, ne forsitan existimes illa & per  
manere, & patere adhuc permisisse, non ita inquit se habet, sed hoc delictorum chiro  
graphum

rographum ille obliterauit, chirographum vero vel confessionem ipsam intelligam  
vel eiusmodi aliquid, qua ille illud fuit, quod apud Moysen conscripserat populus,  
asserens se quecumq̄ deus mandasset, facturum, futurumq̄ dicto audientem, vel pa  
ctum dicit, quod Deus cum Adam hunc in modum pepigerat, quacūq̄ die ex eo co  
mederis, morte morieris, hanc quidem diabolus pactionem chirographi loco obser  
uabat, que adeo nobis est aduersata, vt respirare nil siuerit, id itaq̄ Christus decreto  
abralit, id est fide, Neq̄ enim id omne operibus vllis, sed fidei dogmate sublatum  
est.

X̄ps chis  
rogra/  
phū p̄cti  
sua mor/  
te deleuit

¶ **ET** Ipsum tulit de medio affigens illud cruci. ¶ Nec solum inquit: deleuit, sed e  
medio substulit, hoc ē: ne vsq̄ iam apparet chirographum illud effecit: nec nobis cō  
tulit, sed illud cruci affigens dilacerauit, quod proculdubio est libenti animo dimittē  
tis inditium, Omnes namq̄ eramus peccato, & penis obnoxii, cum ipse, qui nil com  
mississet: tormentis, & cruciatibus pro nobis affectus in cruce nostra peccata dissoluit,  
& penas, in eaq̄ chirographum scidit.

Natura  
p̄ctis ob/  
noxia.

¶ **EXPOLIANS** Principatus & potestates. ¶ Potestates demonicas inquit, vel  
quia his esset humana natura circumuallata, vel quia Christus ipse homo effectus, hu  
manitatem hanc tanquam occasionem habebat, qua posset comprehendi, hac occasio  
ne vbi se spoliavit: incomprehensibilibus hisce inuētus est potestatibus. Nam etsi na  
turam acceperat peccatis obnoxiam, hanc tamē sine peccato seruauit, Ceterum id om  
ne sic potes perdiscere, enim uero diabolus ex duob⁹ hisce, voluptate scilicet & tristitia,  
humanam naturam suā ditioni subegerat, vnde & dominus eandem hanc naturam  
suscepit: vt pro nobis ipse aduersus principatus huiusmodi, & potestates obluētaretur  
Omitto quemadmodum initio statim post eius sanctissimam carnem assumptam,  
illas contriuerit, quando quidem & sine voluptate conceptus sit, & sine mestitia geni  
tus, At vbi & natus est, & ad virilem euasit etatem, voluptatis illecebris pertentatus,  
& in monte a gulæ vitio, mox & diuitiarum appetentia, & gloriæ cupiditate cum de  
mon hunc prephens suadendo morbo tentatus, cum ille artibus studeret tentator ille eun  
dem inducere, vt proximo quoq̄ aduersaretur, cum illi per scribas & Phariseos insi  
diaretur, vel per hosipos, quos beneficii, affecisset, quod quidem exequi cum nequis  
set, cruci tādē maiores artes molitus afficit, Christus vero nil adeo ad ea deflexit ani  
mum, que aduersarius cuperet, vt etiam pro se patibulo suffigentibus, sit patrem p̄ca  
tus, Sic igitur in cruce demum & principatus abs se procul abegit: & potestates, vnde  
nos in libertatem, qui ab his eramus aduersariis circumuēnti, tanquam naturæ eius  
dem participantēs deniq̄ vendicauit.

¶ **TRADVXIT** Confidenter. ¶ Hoc est demonem ip̄m cōfudit, Neq̄ enim adeo  
vnquam ille confusus est, quippe cum Christum habere i sua potestate operiretur, vel  
alios quos habebat, amisit confidenter, & publice, hoc ē: spectantibus vniuersis. Eni  
vero totis viribus si liceret, conaretur diabolus Christum hominibus suadere, mortē  
non cōiisse, id enim maxime hunc ipsum peruicit, ac perdidit, quod homo, qui inno  
cens esset, & nil deliquisset, vltro subiisset & mortem, eoq̄ & hereses innumeras, sectas  
q̄ hominum & rectoribus decretis prauē sentientium i posterū excitauit, qui Chri  
stum per imaginationem, & p̄stigia quedam asseuerarent vita hac excessisse, cui tam  
prauæ opinionī vt occurreret dominus, per peti mortem propalā voluit, resurgere ve  
ro nullis visentibus, quia resurrectioni testimonium esset tempus posterum allaturū  
mortem vero testari, nisi presentes, deinceps poterat nemo.

X̄ps non  
ab repa/  
lā mori  
voluit: oc  
c̄te vero  
resurgei,

¶ **TRIVMPHANS** Illos in seip̄o. ¶ Hoc est i cruce demones deuictos ostendit,  
triumphus nāq̄ ei decernitur, qui deuictis hostibus cum victoria remeans pompam



publice ducit, ostentans catenis constrictos quos vicerit. In cruce itaq; tropheum tuens dominus, tanq; in publico aliquo theatro, quo maximus sit cum Romanorum gentium & iudeorum concursus, de demonibus triumphauit. Si igitur non angeli p nobis, sed Christus ipse mortuus e, quo pacto illud astruitis, p angelos vos ipsos ad patrem deducit.

**NEMO** Ergo vos iudicet in cibo & potu, aut i parte diei festi, aut neomonia, aut sabbatorum. Ad hunc vsq; locum subobscurus & in enigmatis modum id dicitur, mo vos furtim seducat, nunc vero aptius, quadoquidem & beneficia explicauit, quod si huiusmodi iam estis beneficia nacti, cur vos minoribus, & tam paruis obstringitis nolite ergo hoc ferre, vt quisquam in vos sententiam ferat, tanquam iudicis obseruationis preuaricatores in cibus & potibus. Vel ex eo quidem hos laudat, quia iudicis illas & superuacaneas cautiones dissoluerint. in parte autem diei festi dixit, quia non omnia obseruare hi audent. Nam etsi sabbata custodiebant, negligentius tamen, vt pote, qui Christianos ritus pncipue sectarentur. Ostendit autem & inanem fore obseruationem; que non integre custoditur, ex eoq; & obseruationis ipius summam distulit. Nam si factu id optimum videretur, pfecte omnia seruarentur.

**QVE** Sunt umbra futurorum. Noui testameti dicit futura, erant enim quo ad vetus illud & tunc temporis instans, futura, cuius veteris & tps adisset.

**CORPVS** Autem Christi, nemo vos seducat. Nonnulli corpus hoc autem Christi dicunt, in eoq; & contextum terminant orationis, p inde sic Paulus sentiat, vetera quidem omnia p umbra sunt, corpus autem Christi, Christi veritas est, quid ergo erit necesse? vmbra corpore ipso p sente tenere. Alii vero in vnum contextum hanc neclunt, vt ita intelligamus. Corpus autem Christi, hoc est, nos, qui Christi corpus sumus, Nemo seducat, hoc est, palma emerita fraudet, quod Greci Cataura uenudicunt: cum penes alium victoria fuerit, alius tamen surripiat brauium. Vos itaq; inquit, diabolum deuicistis, & illi estis superiores effecti, cur ergo rursus vos ipi peccato subicitis? legem obseruando que iustificare vos nequeat, & alioquin que comprahensos vos teneat. cum Christus ipse (non lex) victoriam tulerit, apud eumq; & palma sit necesse est, qui victor euasit, & apud vos, qui Christi corpus pferitis. Cur igitur hanc palmam Christo, & vobis iam debitam, legi desertis? Liqueat enim si iudicos ritus seruamus, & legem i dominam nos habituros, p eamq; & saluos fore du camos necesse erit, sed cum ea que legis sunt, p vmbra habentur, que vero Christi, p corpore capiuntur (erat quidem prius vmbra infuscendum) iure ergo postremis temporibus carnem ille assumpsit, vt nos ad patrem traduceret.

**VOLENS IN HUMILITATE** & religione angelorum, que non vidit in ambulans. Cum Collossensium animos perculisset, vt qui & fraudari hos & tentari dixisset, mox illud infert hereticum dogma, iquitq; Volunt quidem vmbra tili quaedam & apparenti humilitate vos & fraudando, & tentando aggredi, seductores enim huiusmodi indignum esse dicebant vni geniti maiestate: vt eius vos ductu ad patrem concederetis, & maius quiddam id esse: quam humana paruitas ferat. Vnde & inquit, Rationi magis est consentaneum, angelos dicere hoc deducendi ministerio fungi, sic & angelorum haud dubie & cultum inducebant: & religionem p fitebantur, suadebantq; minus peritis, vt illis intenderent: & ad patrem adeundum ducti vterentur, qui nobis attulissent salutem, cumq; & angelos ignorarent, & quousq; illorum progredere officium, haud secus certiora de his astruebant: ac illorum habuissent cognitionem.

**FRVSTRA** Inflatu sensu carnis suae. Frustra quisq; i dogmate & carnali magis quam spiritali mete effertur: quo enim pacto non carnosius cuiusda; & crassi fuerit

Indaici ritus non obseruandi.

Dogma hereticum, quo implerentur Colloss.

ingenti Christi dicta enixe adeo improbare vt illud, Sic enim deus mundum dilexit, vt filium suum traderet p hominibus, & rursum, & p eis ego meipsum deuoueo, & animam meam pono p ouibus meis, & alias oues habeo, & illas oportet me adducere & alia huiusmodi multa, in apparatu autem supius dixit humilitate, quia vt dogmatum auctores supbiunt hi occurrentes, & pertinaces, nec vera ediscere patiuntur. Ceterum firmant p terea iporum decreta, non humilitate, qua carent, sed quia esse supra hominem iactant, fuisse vni genitum nri gra mortem ppeffum.

**ET** Non tenens caput, ex quo totum corpus per nexus & coniunctiones subministratum crescit in argumentum dei. Nequaquam inquit, qui decernit huiusmodi, continet caput, hoc e filium. Ipe namq; angelorum est caput, vt qui cuncta condiderit. Est p terea vel totius ecclesie caput, & si ratione eadem, tum precipue, quia illius corpus nos sumus, & ille nostrorum membrorum factus e particeps, tum etiam quia ex eo corpus vniuersum ecclesie constat, & simpliciter esse hoc habet, & bene esse, & si ab eo exciderit quispiam, perit illico. Vt enim vitalis spiritus a cerebro i reliquum corpus p neruos diffunditur, & a capite ipso sensibilitas omnis, & motus deriuat, sic & ecclesie corpus a Christo subministratur, hoc est, ab eo & vitam accipit: & spiritus incrementum, quod vitiq; omne, tunc haud dubie ecclesia hec adipiscitur, cum spiritus illi nexus est, & impactus. Is namq; p nexum quendam, & iuncturas, incrementa suppe ditat. Itaq; si non vinciretur corpus cum capite, nec illi quidem congruere, hoc e, cor respondere valebit, nec spiritus ipse suppediabitur, nec dei incrementum, hoc e, optima vite profectus vllus accedat.

**SI** Mortui estis cum Christo, ab elementis huius mundi, quid adhuc tanquam viuentes in mundo discernitis? Per baptismum inquit Christo commorientes vite omni superiori demortui estis, ita vt nil amplius vobis sit elementis (quorum oli ditio nem subieratis) inseruendum. Cur ergo hoc tempore haud secus, q; priorem vitam degentes, his estis subiecti? quippe qui satis sitis edocti, que pspa, que ve sinistra sit dies, & huiusmodi reliqua que vtiq; a gentibus & cauetur, & obseruatur. Aduerte autem quam eos stultitia arguat, vituperetq; cum discernitis inquit, p inde ac si dicat, nec secus ac pueri p lusum solent, dicaciores vos agitis, qui pridie nati, & nup instructi sint. In concessum enim venistis, vt sententias de dogmate pferatis, lanciatiq; quid factu sit necessarium.

**NE** Tetigeritis, neq; gustaueritis, nec cotrectaueritis que sunt oia i teritu ipso vsu. Vel alia quadam istorum pducit superuacaneam obseruationem, qd ab eis nonnullis iudeorū more abstineat, & caueat gentium ritu, dies, ac tpa. Verū vt quorūda; deprimat insolentia, qui noua quedā decernūt decreta, sic iquit, neq; enim magni hec fieri debet, que ad corruptionem vtentibus rediguntur, come sanaq; & in alio corrupta, p secessū deluūt, & dilabuntur, quo fit: vt neq; p sint hec luapte natura, neq; officiant.

**SECUNDVM** Precepta & doctrinas hoim. Nequaquam hec diuina sunt instituta, sed hominum iussa, Quid ergo nonne & dei doctrina e lex? fuit quidem, sed olim quo ad tempus est nacta, nunc vero minime, vt pote que nullum vltra habeat tempus: vel quia ab lege seniores illi apud iudeos ab utebantur, cum pter legem multa iniungerent, quemadmodum in euangelio meminit dominus, vel hominum doctrinam, gentium disciplinam interpretatur.

**QVE** Sunt rationem quidem habentia sapientie in suppositione & humilitate, & non ad parcendum corpori, non in honore aliquo ad faturationem carnis. Ratione sunt hi sapientie consecuti, nil tamen vel virium habent, vel veritatis. Videtur autem decreti huius inductor, pietatem quandam pre se, & moderantiam ferre, & corpus cum ab eis abstineat, paruifacere, tamen si Deus honorem & corpori detulit, & cibos con-

Xps ecclesie caput

Per baptismum christo commorimur,

cessit & alimenta: vt his caro exsatiata p̄staret: & volens vitis imparer. Hi vero hanc  
quaquam honorifice corpore ip̄o vtuntur, quippe quod potestate priuant: & arbitri-  
um demūt: nec sinunt, vt sponte sui ipsius imperium teneat.

**¶ SI** Cōsurrexistis cū Christo: que sursum sunt querite: vbi Christus ē in dextera dei  
sedens/non que sup̄ terram. ¶ Cum p̄ baptismum dixisset Christo estis commortui,  
tacite dedit intelligi/ quia & simul essent cū Christo resurrecturi, Baptismus namq̄  
quē ad modū mergendo mortem denūciat, sic emersione ipsa resurrectionem figurat  
nunc vero illud complectitur, si cōsurrexistis cum Christo: necesse ē, vt in celo & vos  
vbi ille affidet patri ad dexteram, diuerserimini, quo in celo nulla ē v̄l dierū v̄l temporū  
obseruatio, Sunt pretere a vobis & celestia sapienda, non terrestria, hec carum namq̄  
& temporum cautiones, terrenis constant preceptis. Nec satis habuit Paulus que in ce-  
lo sunt dicere: & vbi Christus consisteret, sed in dextera dei sedet adiecit, vt magis ac  
magis animum nobis a terrenis hisce distungat.

**¶ MORTVI** Enim estis: vita vestra abscondita est cum Christo in deo. ¶ Vt inq̄  
hos vrget p̄ vitam scilicet & mortem, & preparat ne conquirant presentia, Eris enim  
mortui inquit inferioribus hisce rebus, eoq̄ nec terrena vobis hec sunt deponenda, cō-  
tra vero, & vobis (subdit) in supernis est vita, itaq̄ & celestia sapite, Contendit enim  
id patefacere, vt qui celestibus in bonis confideat, aliam quandam degere vitam oporteat,  
quæ & in deo sit sita, & nusquam appareat, vtq̄ nec Christus ipse nunc vultur,  
sic nec vestra inquit, vita patebit, cur ergo quæ sub aspectum veniunt, queritis? His  
autem Paulus sic confirmatis prelude, vt de moralitate mox diserturus. Conuenit  
namq̄ cum ad ortus alia sit, alia transilire, quemadmodum & ad Corinthios, cum de  
preuenientibus in cenis & comestationibus haberet sermonem, simul & in mysteriū  
traditionem incidit.

**¶ CVM** Aut Christus apparuerit vita vestra: tunc & vos apparebitis cum ip̄o gloria.  
¶ In secundo aduentu appariturus est Christus, & vniuersis offeret se deus, cū  
gloria & angelorum comitatu aduentans, tunc demum & ipsi patebitis, nec quidem  
simpliciter, sed eadem in gloria, illum igitur querite non presentem hunc diem in eo  
inquā assequi vitam omni studio adnitamini, tunc enim vestra que vera est vita, pa-  
lam fiet. Presens namq̄ mors est, quia effluxus, refluxusq̄ constat corruptione, nolite  
te hoc in seculo vel gloriam/ vel honores efflagitare, cum in celo nostra omnis futura sit  
gloria, latet enim & margarita quæ diu codea occultatur, illa refracta propriū virtutis  
emittit fulgorem, & nos item quæ diu corruptibili hoc corpore est immorandum, debe-  
mus vt latitantes nil gloriæ querere, At vbi corruptibile hoc dissoluatur, tūc & gloria  
ipsa, si p̄ rebus gestis digni hac fuerimus, consequetur.

**¶ MORTIFICATE ERGO** Membra v̄ra que sūt super terram. ¶ Non enim  
reficite dixit, vt nusq̄ resurrectione, sed mortificate membra/ que sup̄ terram sūt, forte  
vel eo/ & corporis membra hec dicit, quæ dum minus que celo digna sunt factitēt, ne-  
quaquā vltra in terris cōstare asseuerentur, videlicet cū animo non iniquo que mundi sūt  
intuemur, nec & turpia audim⁹, non ampli⁹ esse in terra tūc dicimur, & quæ corpo-  
re his membris gerūt in terris, flagitia sunt, quæ terræ insidunt, & hic consumuntur.  
Nam & corporis membra/ et si a terra sint oriunda, hāud tamen in ea sunt permansura  
vt corrumpantur, sed in corrupta futura sunt/ cum resurgēt. Verum quo pacto cum  
perius diceret cōsepulti cū Christo estis, exuistis p̄torum carnis/ & corpus, nūc rursū  
membra inquit mortificate: quia prior illa mortificatio baptismi beneficium erat, quæ  
peccato attulisset perniciem, quod nobis antea esset admissum, hec autem/ que in pre-  
senti nobis suggeritur mortificatio nostra sit voluntate, que & post baptismum delet  
peccata, quin poti⁹ nec geminare hec sinit: vel reuiuiscere, quia carnis enecet sapientia,

baptism⁹  
mergēdo  
mortē de-  
nūciat, et  
merito e-  
surrectio-  
nem figu-  
rat.

Pris vita  
est mors.

nec secus agit, quæ faceret quispiam, qui statuā apud quempiam nactus rubiginosam/ &  
situ oblitam, retractas tergit/ expolitasq̄: coruscāq̄/ & conspicuam reddit, Dein ceptis  
eam habenti demandet curandam, iniungatq̄ vt rubiginem nec prorsus absterfam non  
solum demat, sed vel in heluram abradat in posterum.

**¶ FORNICATIONEM.** ¶ Ecce interpretatur que illa sunt membra, & fornicationis eo-  
prius commeminit, quia passim id vitium & maxime dominetur.

**¶ IMMUNDITIAM** Libidinem. ¶ Omittit pprie explicare que dicit honeste  
nō poterat: sed p̄ immunditiam quidem/ & libidinem, omnem fedī concubīt⁹ speciem  
preferet, est enim turpis libido rabies corporis quedam, nec secus se habet, quæ vulnus in  
corpore/ aut febris, vel alius quiuis istiusmodi morbus.

**¶ CON**cupiscētiam malam. ¶ Rursum generaliter rem omnem expressit, Cupi-  
ditas nāq̄ semp̄ ē mala, preter eam qua concupiscitur deus, & que dei sunt exoptan-  
tur, cuiusmodi cupiditatis & Daniel desideriorum vir erat.

**¶ ET** Auariciam, que ē simulacrorum seruitus. ¶ Primogenitus prauæ cōcupiscē-  
tiæ filius habendi cupiditas est, quam auariciam nuncupauit, quæ aurum/ argētum  
ve colat, cum sola hec concupiscit,

**¶ PROPTER** Que venit ira dei sup̄ filios incredulitatis. ¶ Et futuri iudicii ira, &  
presentis seculi indignatio, istiusmodi homines prehēsat: qui se argento/ & auro addi-  
xerunt. Incredulitatis autem filios dicit, quos & venia priuet, arguatq̄ nō ignorantia  
vitiis esse immerfos, sed peruatia quadam/ atq̄ p̄fidia, quam ita exercere: vt ab incre-  
dultate ipsa adoptari in filios promeriti sint, ex eaq̄ & formam acceperint, & signū,  
ita vt dignosci facile possint.

**¶ IN** Quibus & vos ambulastis aliquando cum viueretis in illis. Forum in laudem  
verba hec facit, vt qui haudquaquā in his vitam nunc ducant, sed olim duxissent, quip̄-  
pe qui gentiles fuissent.

**¶ NVNC** Autem deponite vos omnia. ¶ Quo pacto cum superius dixerit, cum vi-  
ueretis: ostēditq̄ non amplius eos in presenti his viuere, rursum deponite, infert, om-  
nia, quo enim modo sunt, quibus iam carent disposituri? Dicendū itaq̄ quod dixit  
cum viueretis: ad presentia dicta hec plurimum facere, perinde ac si dicat, vobis olim  
dominabatur peccatum, vitāq̄ vestram nondum baptismo ablutam, constrinxerat, &  
violentius detinebat, vnde difficilis erat a vitiis abdicatio, nūc vero quod insiderat vo-  
bis peccatum, per baptismum morte cōfectum est: quo fit, vt facile possint vestis imo-  
dum, vitia ipsa deponi, nec vltra id excusabitis, subvitiōrum tyrāide vitam vos duce-  
re, estis nāq̄ & his ipsi demortui.

**¶ IRAM**/ Indignationem/ maliciam. ¶ Indignationem odium dicit, quam pleriq̄  
q̄ animi dixere amaritudinem, cum quis apud se, et si iram asseruat/ frenatq̄, secū ta-  
men furit indignabundus, vt hanc in posterum euomat.

**¶ BLASPHEMIAM.** ¶ Contentiones/ & conuitia blasphemiam dicit.

**¶ TVRPEM** Sermōnem de ore vestro. ¶ Aperte vestro ex ore dixit, id est, quod ex  
dominici corporis communicatione sanctificatum est, absurdum itaq̄ vt os illud ser-  
monis feditate coinquinetur, quod Christum suscipit.

**¶ NOLITE** Metri inuicem. ¶ Quippe qui dicentem indueritis Christum, ego  
sum veritas, cur ergo aliqua quadam metiendo forma estis obducti? Liqueat ergo vos  
pristinum illum characterem exuisse, qui vobis veritatem impresserat.

**¶ APOL**iantes vos veterem hominem cum operibus suis. ¶ Cur Paulus corruptū  
viuendi modū, membra/ & corp⁹/ & hominem nūcupat, nec sec⁹ & quod cum virtute  
viuitur, hisdem nominibus exprimit: nimirū vt voluntatem ostēdat, substantia potio-  
rem, & ab ea nos poti⁹ denominationem esse, quæ a substantia ipsa/ & corpore affectos,

Daniel  
vir desir-  
deriorū.

Vet⁹ hō?

quinetiam & sacra ista equos & canes & vulpes eos appellant, qui animo sunt animi  
tium horum per similes, & nos item siue in gehennam / siue in regnum celeste volun-  
tas hec nostra, & animus, non corruptior substantia ista inducit. Per veterem itaq; ho-  
minem corruptam voluntatem expressit, eoq; & cum operibus, hoc est factis, & velle  
adiicit, & veterem dixit, vt voluntatis huiusce turpitudinem / deformitatemq; & im-  
potetiam patefaceret. Aduerte autem quemadmodum veteris hominis membra co-  
memorauerit, per medaciū nāq; mentem expressit, cor autem per furorem, & per me-  
daciū rursus os designauit: p blasphemiam oculos, p fornicationem membra recon-  
dita, & pudenda, manus p auariciam, iecur p turpem concupiscentiam.

**¶** ET induentes nouum hominem, qui renouatur in agnitione. ¶ Nouus homo se-  
cundum deum voluntas ē que nihil inueterascit; sed semp recentior ad dei cognitio-  
nem floret, & augetur, continueq; magis / ac magis iunior esse arguitur, & quo cogni-  
tionis huiusce plus ceperit, maioribusq; dignatur, eo potentior est.

**¶** SECVNDVM Imaginem eius, qui creauit eum. ¶ Hoc est Christi, neq; enim  
is ad senectutem vsq; prouectus est, quin decore a deo, & pulchritudine excelleret, vt  
verbis nequeat explicari, decorus quippe vt inquit, supra filios hominum, nullum es-  
nim commiserat scelus, quod sane putredinem prefert, & vetustatem, nos vero qui ab  
eo conditi sumus, abstergere a nobis debemus, omnem que a peccatis inheret, vel cor-  
ruptionem, vel senectutem. Creauit autem ille nos per baptismum, & melioris vite  
actiones.

**¶** VBI Non ē gētilis, & iudeus. ¶ Hoc ē p̄selita, & iudeus a maioribus, (oriundus).  
**¶** CIRCVCNCISIO, & p̄putium barbarus, & scytha, seruus, & liber, sed oia & i oia  
bus Christus. ¶ Ecce vel alia quedam secundum Christum noui hominis laus, cui nul-  
la in eo nec gentis, nec dignitatis, nec p̄genitorum conspicī differentia possit, sed Chri-  
stum dūtaxat huius & formam esse, quippe cum omnibus qui ad optimam sunt viā  
formati, omnia Christus sit, hoc ē, & genus sit illis Christus, & dignitas, vel aliter, hoc  
est vos omnes Christus vnus efficiat, cuius estis & corpus.

**¶** INDVITE Vos ergo sicut electi dei sancti, & dilecti. Advirtutem semper ostendit  
facilem aditum, quam haud secus ac amiculum aliquod accipere, & iduere possu-  
mus, Est tamen necesse vt p̄petuo virtutem hanc apud nos habeam, vt amurq; ad or-  
namentum, & decoris insigne, quo fit, vt qui ea caruerit, deformis appareat, & minus  
ornatus, necesse sit, maximis preterea cum laudibus hos ipsos commonefacit, qui est  
essent iam sancti effecti, nondum tamen erant electi: vel dei charitate dignati, vos igitur,  
inquit, estis hec omnia assecuti.

**¶** VISCERA Misericordiae. ¶ Non enim misericordiam dixit induite, sed miseri-  
cordiae viscera, cum ne eos videatur contemnere, qui sunt misericordia digni, nam vt  
ostendat ex animi affectione esse his indulgendū, nec fratru more, sed vt parentes so-  
lent in filios esse p̄p̄siores, neq; hūc, illumve dixeris scelera commississe, eoq; nec de-  
linquenti parcendum; cum misericordiae viscera id ipsum efflagitent.

**¶** BENIGNITATEM, humilitatem, modestiam. ¶ Qui secum misericordie vt  
scera tulerit, necessario & hec cōsequitur, quis enim pater non se ad liberos prestat be-  
nigniores, nō humilem / nō indulgentem: nihil his obliſtendo non cūcta permittat  
indulgeatq; quis inquam parens non ferat hos toleratius: Vide quam hec ex ordine  
posuit, benignitas namq; humilitatem parit, qui enim benignior fuerit, & optimis mor-  
tibus instructus, & humilis sit; necessario sequitur ab humilitate habet: & modestia or-  
ditur. Nam cōtra qui supbus, & insolens fuerit, & iracundus sit, erit necesse: a modestia  
oritur patientia, hoc est animi magnitudo.

**¶** SVPPORTANTES inuicem, & donantes vobis metipsis, si quis aduersus qui

Christus  
& oia in  
oibus, &  
oēs vnū  
sum⁹ in  
ipso.

Debem⁹  
his q di-  
gni sunt:  
more pa-  
retū idul-  
gere.

habet querelā. ¶ Hoc ē mutua vos patientia tolerate, tu illum tuleris, ille te ferat, ea le-  
ge, vt non acerbis vīa inuicem inquirantur commissa, quin p̄ paruis hec ducite, nec  
magni illa, que in vos admittuntur existimetis. Aduerte quemadmodum hec ip̄a &  
Paulus paruifaceret, vt pote, que sub querelā nomine ita expresserit.

**¶** SICVT & dominus donauit vobis ita & vos. ¶ Quod semper agit Christi ex-  
plo illos hortatur, eūdem argumentum inducens: supius tamen que in se iuicem iidē  
delinquerent, vt parua viderentur effecit, cum hec sub questionis nomine expressisset  
Cum vero Christum producit, suadet, & si graua sint: que in nos admittuntur, vel in  
eos ipsi benefici simus, qui nobis officiant: si demum vero ipsi excellimus: & prestan-  
tiori fortuna sumus, tenues vero sint illi, & forte inferiores, ferendos tamen hos esse, &  
missa omnia facienda, neq; id modo agendum, sed mors etiā pro his obeunda, quin  
vel post mortem erit si liceat, de his ipsi benemerendum, quemadmodum & post obi-  
tam, de vobis ē benemeritus dominus.

**¶** SVPER Omnia autē hec, charitatem habete. ¶ Cū fieri possit, vt munera quis lar-  
giatur, nec tamen id ex vero officio agat, sed sub pretextu quodam beneuolētiae, & si  
mulatione quid tribuat. Viam Paulus patefacit, qua vera possimus munera largiri,  
potest interea quispiam benignus videri, & humilis, cum nihil habeat in se charitatis,  
idcirco ait, Sup̄ omnia hec charitatem habete.

**¶** QVOD Est vinculum perfectionis. ¶ Caritas, inquit, cum aderit hec omnia cō-  
tinebit, si vero deerit, dissoluuntur, argueturq; & commentitia extitisse, & nulli⁹ mo-  
menti, quacunq; in p̄ximum intulerimus, quemadmodum & in domo constructa si  
compages desint, & nexus, qui eam contineant, ocyus collabatur, itemq; & in corpo-  
re si iuncturæ aberint, & nerui, pareat necesse est, & dissoluatur, sic charitas cum vni-  
uersa, vel sola constringat que pariunt perfectionem, si fuerit sublata, nil profus sunt  
bñfacta cetera profutura, que charitate qui careat, nunq̄ ē ad p̄fectionem aliquam eua-  
surus, vel si ad eam nil sibi videatur deesse, imperfectior tamen hic deprehendetur.

**¶** ET Pax Christi exulet in cordibus vestris. ¶ Nos quidem plerumq; contume-  
liis per aliquem vnū affectos vario certamine, mox subeunt cogitatus, Quorum  
alii ad vindictam nos concitant, ad tolerantiam alii, si dei pax nobis tunc aderit, per  
inde ac equissimus iudex aliquis & certaminis p̄ses, victoriæ palmam his deferen-  
dam censebimus, qui statim suaserint equo vt animo iniurias toleremus, his ipsi & cō-  
cessuræ sunt postmodum quæ ante aduersabantur cogitationes, & animi motus, &  
illatas iniurias vna tolerabunt, Pax itaq; istiusmodi iudicis i nobis fungatur officio  
non ira, vel altercatio, vel humana pax aliqua, que obstando, & vindicando perficitur  
cum dei, & Christi firmior sit: & insolubilis, quam nullum mortale bonum efficiat,  
Sicuti & Dei nobiscum conciliatio re alia nulla fuerit inita, nisi quia ille sola eius cle-  
mentia, & charitate inimicitias soluit, quas olim in nos exercuerat. Queret aliquis  
cur Paulus cum charitatis faceret mentionem, rursus de pace differit, Superuacane-  
um enim videtur de pace commonefacere, quam charitas ipsa, cuius & meminit, cō-  
plectatur. Idcirco sic infert, cum sepe, & inter amicos oriatur contentio, & ex summa  
quadam plerunque beneuolētia altercationes, iniuriæ, & discidia excitantur, id so-  
lum velim, vt amore inuicem, vel studio quodam, & concertatione vosmet prolequa-  
mini, nec minus & illud exegerim, vt ad vestram hanc mutuam animi coniunctionē  
Christi pax ip̄sa accedat, que vestra omnia & disponat, & iudicet.

**¶** IN QVA & vocati estis in vno corpore. ¶ Hoc ē ad pacem euocans Christus, vos  
vnum corp⁹ effecit, cuius & ipse sit caput effectus, Cur autem cum vno & corpore ip̄i  
cōstemus multi, vnum corpus efficiamur: quia cum membra simus, ad inuicem hanc  
x. iiii.

Benefici-  
ciēdū his  
qui nos  
oderūt, &  
hoc cari-  
tate.

Quod  
iūcture  
& nerui  
i corpore  
hoc chari-  
tati bo-  
no opere

Pax hu-  
mana vel  
obstado,  
vel videt  
cādo iu-  
rias ple-  
rūq; p̄si-  
citur xp̄i  
vero pax  
nō nisi  
tolerādo

pacem seruamus nihil dissentientes: vel quia estis ad pacem vocati, hoc est, innumerabilibus estis iam bonis per pacem dignati, Nam haudquaquam aliter nobis cum deo in gratiam reditus patuisset, nec nos ille vel in eius seruitutem vocasset, vel suorum fecisset participes.

**¶ ET** Grati estote. Id namque gratitudinem profert, cum haud secus ipsi nos gerimus erga conseruos, ac deus se erga nos habet. Nam qui deo gratias proficitur, quia ab eo situeniam consecutus, nequaquam in eum vleiscitur, qui se affecit iniuria, tanquam si de eo, qui iniuriam intulit, penas suscepit, nequaquam postmodum videatur dei in se beneficia meminisse, eius morem, cui cum essent mille talia dimissa: ipse tamen nec mille nummos conseruo dimiserit. Agendae itaque per nos gratiae erunt: cum pro malis que ipsi perpetimur, tum etiam cum iniuriam a quouis illatam, nos toleramus, sic enim vel martyrii assequemur coronam.

**¶ VERBUM** Christi habet in vobis abundanter. Viam nobis ostendit, quae ad gratitudinem preferre possimus, Si enim inquit, Dei in vobis verbum inhabitat, hoc est, doctrina, vel diuina decreta, & monita, quibus nos ille instruxit, presentem hanc vitam habere contemptui, & terrena bona hec paruifacere, nullis profecto, vel gratioribus rebus succubuerimus, sed omnia fortiter tolerando, gratias Deo sumus occupantibus malis acturi, neque enim simpliciter in vobis sit dei verbum, sed inhabitet dixit, & affluenter. Nam si sacrarum litterarum abundabimus cognitione, facile & erumnas, & calamitates, & quoduis mali genus tulerimus, nec secus quam vir quispian opulentus iacturam aliquam tenuem pateretur, & nihil duceret.

**¶ IN** Omnia sapientia. Hoc est, in omni virtute, quam sapientiam nuncupat, quem admodum Dauid peccatum insipientiam dicit, ut illud, Dixit insipiens in corde suo, & Putruerunt cicatrices meae a facie insipientiae meae.

**¶ DOCENTES**, & commonentes vosmetipsos in psalmis, hymnis, & canticis spiritualibus. Cum habeat scripturarum lectio laboris non parum, nequaquam hos ad perlegendas sacras historias cohortatur, sed ad psalmos decantandos impellit, ut simul inquit, & animum canens oblectes, & laborem canendo fallas, Post psalmos autem & hymnos posuit, tanquam rem aliquam perfectiorem, Psallere namque hominum est, hymnis vero deum efferre, angelorum.

**¶ IN** Gratia cantantes. Hoc est, cum gratia & spiritali quadam animi iocunditate. Nam quemadmodum & hominum cantiones, gratiam aliquam, etsi nullam habeant, videntur preferre, sic cantus diuini, spiritalem afferunt voluptatem, vel quia ex gratia decantandi id muneris assecuti.

**¶ IN** Cordibus vestris deo. Non, inquit, solum ore est decantandum, sed & cordibus, hoc est, cum attentione, & diligentia, id enim proprium est Deo canere, Alias vero hominum voces dumtaxat in aerem fundere, vel aliter, In cordibus, id est non ad iactantiam, & ostentationem. Nam si vel in foro versaberis, poteris tecum ipse tacitus audiente nemine domino decantare.

**¶ OMNIA** Quaecumque facitis in verbo, aut in opere, omnia in nomine domini nostri Iesu Christi. Si cibum, inquit, vel potum desumis, si peregre aliquo proficisceris, cum in dei nomine facito, hoc est, illum ut adsit, iuocet, & opem ferat, & prius illum precatus, mox opus quodcumque aggredere. Nam dei nomen demones abigit, facitque, ut facile tibi cuncta, & ad votum succedat, vel illud Apostolus hoc loco commonefacit, ut angelis omissis, quos esse ad patrem crederent duces, Iesum inuocent.

**¶ GRATIAS** Agentes deo, & patri. Si filium inuocas, per eum inuocabis & patrem, si filio gratias egeris, per ipsum & patri gratias dices, vel quia quemadmodum nos ipsos filius ad patrem traduxit, sic & quas ipsi agimus gratias, patri is offert, qui per

Sacrarium  
litterarum  
diuini ad  
quid dicitur  
le.

hoies de  
um psalmis  
effe-  
runt: ange-  
li hymnis

pe cuius intercessu bona nobis vniuersa contingant.

**¶ MULIERES** subdite estote viris ut oportet in domino. Cur Paulus in aliis nisi epistolis, nisi in hac dumtaxat, & ea qua ad Ephesios scribit, & alia quam ad Timotheum transmissit, & Titum, huiusmodi imperat, quia his in urbibus nonnulla erant, diffidia, viros inter uxores, vel quia obfirmata iam in his erat ecclesia, & recte erant in ea omnia instituta, id preter, quod castigandum supererat, in domino autem hoc est propter dominum vos ipsas subiicite, non enim naturalem modo subiectionem illam exegerim, id namque pretendit, cum ut oportet, inquit, sed dei maxime gratia, ut vos iure obsequentiores prestetis.

**¶ VIRI** diligite uxores vestras & nolite amari esse ad illas. Vide quemadmodum que horum cuiusque competunt consulat, feminis quidem subiectionem, viris in uxores beneuolentiam, neque enim ad eos subditorum requiritur in principes amor, ut principium in subditos caritas poscitur, mulier namque cum ad amatur & ipsa recipiam referat amoris vicissitudinem, obsequio viri mansuescit & benignum se prebet. Et quia plerumque euenit ut exasperetur qui sit, vel amore affectus, cum consistet vel inter summa caritate conuictos, bella & diffidia oboriri acerbius, propterea inquit nolite amari esse, sit enim cum ingenti quadam animi amaritudine ut cum eius membro quifquam diffideat.

**¶ FILII** obedite parentibus per omnia, hoc enim placitum est in domino. Rursum in domino dicit, neque enim nature dumtaxat ratione, vult id ut agamus, sed quia sic deo sit placitum, ut & mercedem promereamur, ut qui dei id gratia facimus, fidelium liberis intulit ut parentibus cunctis in rebus obsequerentur, nam infidelibus & impiis genitoribus nequaquam erit omnibus in rebus obtemperandum, neque enim audienti sunt illi, cum ad impietatem filios & falsas regiones compulerint.

**¶ PATRES** nolite ad iracundiam prouocare filios vestros ut non pusillo animo fiant. Hoc est nequaquam sunt sigillatim & acriter inquirenda, que per eos geruntur quin potius nonnulla sunt horum facta pretereunda, ne contentiosi & rebelles reddantur, & in desperationem aliquam inducantur. Aduerte quam prudenter parentum in liberos iram hic fregerit, flexit namque illorum viscera cum dixit, ne animo fiant pusillo, hoc est ne desperent, nituntur enim precipue genitores ne animo concidant liberi.

**¶ SERVI** obedite per omnia dominis carnalibus. Ut seruitutis admonuit, parandi mox pretulit equitatem, Verum ne suam mancipia doleant sortem, carnalibus additi, anima namque cuius de salute nunc agitur, potior est & liberior sane effecta, & quia temporaria est & ad breue hec seruitus permansura, animam ait subde, ut volens ac libens deseruias, & dominis ipsis obsequere, & a deo mercedem habeas obsequendo.

**¶ NON** ad oculum seruientes, quasi hominibus placentes. Facito inquit ut que lege obuenerit seruitus Christi timore exhibeatur cum enim herus haudquaquam ad uerterit si quemadmodum oportet operam tuam aliquid agendo minus prestiteris perspicuum erit, ob dei te oculum inspectantem id agere, at si astante domino & iubente, ea feceris que ut fiant necesse est, & absente non item peregeris, tunc hominibus ipsis non deo gesseris morem, quod si talem te ipse obtuleris, tibi officias necesse est, deus namque omnia hominum dissipat qui hominibus placent.

**¶ SED** in simplicitate cordis timetes deum. Hoc sane profert quod timeas deum cum nemine inspectante nil prauum commiseris, illud vero cordis simplicitatem, cum hominum respectu nil egeris, est ergo qui ad gratiam seruitutem impendit ut plane impurius ita & deo nil grauis.

Obsequium  
mulieris  
et  
ga virum  
quale.

Parentibus  
qui  
non  
obediunt.

Seruitutem  
que  
legi  
obuenit  
Christi  
timore  
liber  
exhibere  
liberi  
hoies  
est  
potius  
serui.

**¶ QVOD CVM QVE** facitis ex animo operemini, sicut domino & non hominibus. **¶** Non solum hos quauis simulatione vacare vult Paulus, sed cuiusq; etiam negli gentie expertes esse, qui etiam liberos ex seruis hos reddidit, cum nihil indigent dominorum imperio ad rem peragendam, sed mira cum caritate, non serui illi necessitate, & libero ac volenti animo que facturi sunt, faciant.

**¶ SCIENTES** quod a domino recipietis mercedem hereditatis. **¶** Raro domini seruos relinquunt vel si ab his optime sit inseruitum, sed celestis dominus ille vobis de terrenis his dominis benemerentibus, mercedis loco celorum hereditatem daturus est.

**¶ DOMINO** Christo seruitote. **¶** Qui scilicet rerum seriem, & seruitutem dñi posuit, quod autem Christo sitis operam prestaturi, liquet ex eo quia ipse sit vobis de pensurus mercedem.

acceptio  
plonarū  
nulla apd  
deū quō

**¶ QVI** enim iniuriam facit, recepit id quod inique gessit, & non est personarum acceptio apud deum. **¶** Seruus enim qui dominum vel negligentius seruando vel herili vendicando fraudauerit bona mercedem a deo reciperet, non enim is cuiusquā personam discernit, vt seruum commiseratus, tanq̄ imbecillio rem corporis partem missum faciat & inultū relinquat, qui lege canit nullā esse in iudicio habendam pariter rationem. Vel aliter, Christianus aliquis qui sit seruituti obnoxius, si gentili domino cuius sub ditione sit, iniuriam fecerit, nequaquā existimet iudicium & damnationem se euasurum, neq; enim vllius habet persone respectum Christus, vt ei qui sui se ctator sit parcat, quod in gentilem herum deliquerit. Hec autem que de personarum acceptatione sunt dicta, erunt sane eisi ad seruos sunt habita, vel per dominos admittenda, tanquam & ipsis congruere posse videantur.

**¶ DOMINI** quod iustum est & equum seruis prestare. **¶** Que nam illa est equitas laborum scilicet vt seruis remuneratio tribuatur, & his abunde omnia ad necessitatem suppeditentur nec premittatur vt aliena ope indigeant, neq; enim & si adeo sunt habituri mercedem, debetis erant propterea fraudandi officii.

**¶ SCIENTES** quoniam & vos dominum habetis in celo. **¶** Quemadmodū vos illi in terris in dominos habent, ita & vos deum habetis cuius est imperio obsequendum, quo fit vt eadem mensura qua fueritis seruis emensi, a domino sit vobis remunerandum, vel quia & vos post mortales hos heros, celestem dominum sortiti iam estis, itaq; vt conferuis operam & ipsi prestare, quandoquidem estis his similes, qui ppe qui sub vnus sitis imperio celestis scilicet domini constituti, fecit namq; is communem esse hanc omnibus seruitutem.

Diabolus  
nos ab  
oratione  
conatur  
abducere

**¶ ORATIONI** in state vigilantes in ea i gratiarū actione. **¶** Callet vtiq; demon quantū in se habeant boni orationes, eoq; & ab his desistere suggerit, cuius rei Paulus non ignarus orationi inquit in state cūq; & qui perseverantiam orando prestiterit in negligentiam sepe resoluitur & languescit, vigilantes dixit, hoc est ex perfecti & ex ceteri, recentiores vos semper ad orationis id opus prebete, sed in gratiarum actione, hoc est gratias ago deum precemini, hec namq; vere sunt preces, quas gratie suble quantur, deo pro omnibus dicte, quorum nobis vel conscii sumus vel nescii, proq; acceptis, per nos beneficiis, vel malis etiam tolleratis, ac pro his demum que in vnuer sum hominum genus collata sunt bonis.

**¶ ORANTES** simul & pro nobis. **¶** Attende humilitatem, num Paulus horum egebat precibus.

**¶ VT** dominus aperiat nobis hostium sermonis ad loquendum mysterium Christi, propterea quod & vinculus sum vt manifestem illud ita vt oportet me loqui. **¶** Hoc est vt fidentio rem me faciat, non vt vinculis eximar, sed vt Christi sic myster

rium eloquar, vt me loqui oportet, non remisse & timide, sed summa cum audientia & fide verum cur in vincula coniectus Apostolus, alios orat deposcitq; vt ab his liberetur, quibus erat constrictus compedibus; id sane non modo humilitatis gratia deprecatur, sed vt & vim patefaceret orationis, que cum caritate & attentione a fratribus funderetur, opus enim habebat celestis ope, quam sibi vbertim erat fratrum oratio comparatura, simul etiam vt eos ad orandum induceret, nam si essent pro Paulo precaturi, quanto magis pro se ipsis deberent precibus & votis insistere.

**¶ IN** sapientia ambulate ad eos qui foris sunt. **¶** Id ipsum & dominus dixit, ecce mitto vos vt oues in medio luporum, estote ergo prudentes sicut serpentes & simplices sicut columbe quod & Paulus hoc loco repetit, cautiores dicens estote & sapienter vos gerite, vt nullam occasione in his detis vt vel officere possint vel offendantur qui foris sunt, id est vel nobis minus familiares, vel qui extra nostre fidei aulam dinagantur & infideles sunt, hi namq; & si in eodem hoc mundo versantur, quia ab eclesia & celesti imperio longius absunt, foris esse dicuntur, propterea & sapienter erit cum his diuersandum sapientiam autem prudentiam dicit hoc loco, nec tamē sic erit ab his qui nobiscum vixere cauendum, consolatur autem hos cum gentiles forentes & exteriores appellat.

**¶ TEMPVS** redimentes. **¶** Non enim quia varios vos & versutos esse aut oportuitas velim hec dixerim, sed vt arguam vestrum esse quodcumq; est temporis, quod vtiq; estis optime redempturi, si prudenter inceditis, si nullas superuacaneas susceperitis contentiones, si debitum decentemq; his honorem impartieritis, citra tamen animi vestre iacturam, ac demum reliqua officia obieritis, que sanctos decent, audi & hunc ipsum ad agrippam dicentem, beatum me ipsum exilimo pro te resposurum sic & qui feris sunt de his & qui intus sunt effecerimus cum per benignitatem hos & mansuetudinem ad predicationem inducimus.

**¶ SERMO** vester semper in gratia sale sit conditus. **¶** Habeat inquit velim sermo vester leporem, sit sale conditus, hoc est vt dei sunt eloquatur, & sapienter vel letior sit & iocundior, vt oblectet, & audientibus conferat plurimum, sic tamen vt non in scurrilitatem vel lasciuam recidat, sed dignitatem etiam seruet, vel id quidem pre tendit cum inquit sit sale conditus, id est vt non supra modum in letitiam sit & locū effusior nec prorsus seuerus & asper, quemadmodum esca, si sale careat isuauior erit nimis salita a gustu repudiatur ita sit vt his vtriusq; vel ei nequeant homines, nonne aduertis quemadmodum Daniel hominem impium mulceat & soletur, nonne & pueros illos tres cōspicaris, nil graue aut molestum fuisse loquutos, sed veritate pre se & confidentiam tulerint cum in foueam detruduntur, efferrī itaq; & ultra quam deceat audere, nequaquā fiducia est, sed insolentie argumentum.

**¶ VT** sciatis quomodo vos oporteat vniciq; respondere. **¶** Aliter namq; opulento est respondendum, aliter inopi, nam diuiti est pre animi imbecillitate indulgendum, inops vero quia firmiori sit mente, substatetq; si acrius te illi ingesseris, magis vrgendus est quod si nulla cogat necessitas nequaquā gentilem fetidum dixeris & inquinatum, nec illi conuicaberis, quin potius si principē ipse edieris, decetes illi honores deserto, si fueris de alienis institutis rogatus, inquinatiora hec impia dixeris, qui ppe que a vero longius absunt neq; enim est tolerandum vt impium quis dogma inducat, apud Athenienses & Paulus vel eorum cum laude, multa disseruit elyman vero conuiciatus est, erat namq; conuicio dignus.

**¶ QVE** circa me sunt omnia vobis nota faciet tythicus. **¶** Vel id est prudentie ad scribendum, cum non omnia Epistole demandantur nisi necessaria quedam, & que vrgere magis videntur, quod eo sit ne si longiores Epistole fuerint plurima cōplectā

Ex his p  
penditur  
quātum  
valleat de  
precatio  
iusti assi  
dua & ea  
precipue  
quesitū  
grārum  
actioe.

Sermo  
sale cōdi  
tū nō scur  
rilis.

Aliter  
huic ali  
ter illi res  
pōdēdū.

de fastidium pariant, & ut aliquid abeunti reliquum sit quod possit presens referre & ei auctoritatem parent. Vel his dictis suam Paulus in thyricum benevolentiam patefacit, cum plerumque illi crediderit, que epistole minime credenda duxisset, & erant nonnulla que literis explicari non poterant.

**CARISSIMVS** frater & fidelis minister & conseruus in domino. **S**i Paulus carus, omnia nouit, si fidelis, nihil mentitur, si conseruus & tentationum factus est particeps.

**QVEM** misi ad vos ad hoc ipsum ut cognoscat, que circa vos sunt, & consolentur corda vestra. **H**oc loco ad suam erga illos aperit caritatem, siquidem hunc eadem causa mittat ut quem admodum cum illis agatur intelligat, neque ut sua eis remittat, sed ut soletur unde hos arguit tunc temporis tentationibus afflicti, quia consolatione indigeant.

**ONESI** mus seruus philimonis. **CVM** Onesimo carissimo & fideli fratri qui ex vobis est. **E**rat Onesimus Philemonis seruus, vah quam est ille ex seruitute ad dignitatem prouectus ut Paulus efficeretur & frater, nec Paulum serui pudeat, esse germanum, id vero omne in Collossensium ciuitatis laudem cedit cum qui ex vobis est inquit, vel ut huius prouectum sibi ornamento ducant, commonefacit.

**QVI** omnia que hic aguntur nota faciet vobis. **H**oc est & vincula mea, & mala reliqua que me detinent, si enim ista abessent ad vos me proculdubio contulisset.

**SALVAT** vos Aristarchus concaptiuus meus. **I**s sane ex Hierosolymis secum romam concesserat, maius quiddam videtur hoc loco (quam prophete ipsi) Apostolus protulisse, illi namque aduenas se & peregrinos dicebant, is vero captiuus se nominat, & iure quidem, nam & captiuus in more alio atque alio distrahebatur, quin potius vel longe serui conditione huius scers erat inferior, nam seruos domini haud secus quam certa aliqua & propinquam possessione procurant, hunc vero vniversi ut hostem agerent & tranlucetarent, videtur itaque ex his dictis Collossenses adferendas tentationes hortari, cum preceptor ipse tot malis afflicteretur.

**ET** Marcus consobrinus barnabe. **E**t hunc quidem qui sanguine Marcum contingeret, laudat, presabat enim & barnabas fidei magnitudine.

**DE** quo accepistis mandata, si venerit ad vos suscipite illum. **A** barnaba fratrem hunc beneuolendi precepta acceperant, unde & eos hortatur ut & hunc ad se alio quando venturum cum honore suscipiant.

**ET** Iesus qui dicitur iustus. **C**orinthius forte hic erat genere.

**QVI** sunt ex circumcissione hi sunt adiutores mei in regno dei. **C**um proprias cuiusque laudes explicasset, communes nunc narrat, videbatur enim per magnum, ut cui ex iudeis fuissent, speram in fide vulganda nauarent. Sed quoniam fecerat & captiuus uitalis iam mentionem, ne terrorem in cutat auditoribus, sed subleuet potius & consoletur, hi inquit quie circumcissione sunt fideles effecti, hoc est ex iudeis reddunt Christiani, in his me iuuant que ad celeste ducunt imperium, ita fiet ut qui huiusmodi cum sunt seruitutis participes, & regni celorum partem sint habituri.

**QVI** mihi fuerunt solatio. **A**rguit hoc loco & se plurimum afflicti & hos ipse eo excellere, quia sibi attulissent solamen. **A**duerte autem quemadmodum & ceteros qui malis vexentur solatus, participes secum regni celestis futuros predicet id ipsumque sibi hoc vindicare qui mala pro Christo perpetiantur.

**SALVAT** vos in paschas, qui ex vobis est seruus Christi. **E**t in principio epistole virum hunc & hoc loco commendat hortaturque Collossenses ut huius amorem dependant vicissitudinem, audiantque per iocunde docentem, confert enim discipulis plurimum auctoritas preceptoris, ut cui & facile pareant & fidem prestent, summa

autem huius est laus cum Christi dicitur seruus, & Collossensibus cedit ad gloriam cum tanti sit qui ex eis sit oriundus.

**SEMPER** sollicitus pro vobis in orationibus. **N**on solum inquit pro vobis is orat, sed vestri gratia & anxius est & trepidat, neque solum hoc tempore sed continue curis is angitur.

**VT** stetis perfecti. **T**acite illos mordet & imperfectionis perinde arguit, qui adhuc in eo de angelis quod diximus dogmate, claudicarent. Et quia concedi potest, ut & si perfectionem sit quisquam assecutus, perficere tamen in ea diutius nequeat, sicuti cum quis omnium teneat rerum cognitionem, nec tamen firmus & stabilis maneat, idcirco ut stetis inquit perfecti, in dogmate scilicet & vita.

**ET** pleni in omni voluntate dei. **H**oc est ut dei dumtaxat non hominum exequamini voluntatem id namque pretendit cum perfecti inquit estote & pleni, arguit itaque Collossenses partim hisce in rebus abundare, partim egere.

**TESTIMONIUM** enim illi perhibeo quod habet multum laborem pro vobis & pro his qui sunt laodicea & qui hierapoli. **R**em vtrinque amplificat, & cum Epafre exprimit desiderii magnitudinem, & laodicensibus & hieropolitanis commendatorem hunc facit, erant enim, perfecta epistola omnia cognituri, que de Epafra illo scripsisset Apostolus.

**SALVAT** vos lucas medicus carissimus. **L**ucas hic ille, ut arbitror est qui grece euangelium scripsit, & magnam quidem ex eo vendicat laudem quod a Paulus in numero sit amicorum & carissimus nuncupetur, non enim etsi postremo de hoc faciat mentionem eius imminuit laudem, sed eo id egit, ut Epafra apud conciuues suos extollat, vel forte erat & alius quisquam id ipsum nomen sortitus.

**ET** demas. **D**emas hic nondum ut apparet reliquerat preceptorem.

**SALVATE** fratres qui sunt laodice. **A**duerte quemadmodum hos fraterno hoc nomine caritate connectat.

**ET** Nympham, & que in domo eius est ecclesia. **E**gregius sane vir iste erat, qui & domesticos omnes fideles haberet, & ita ut ecclesia, eius domus appellaretur, & ideo Paulus huic precipue salutem impartit, gratificaturque, cum eius familiam ecclesiam nuncupat, quod eo facit ut & alios ad hunc imitandum inducat, perinde & si ipsi honoris sint cupidi, nympham hunc imitentur.

**CVM** lecta fuerit apud vos Epistola hec facite ut & in laodicensium ecclesia legatur, & ea que laodicensium est vobis legatur. **V**idere videor fuisse nonnulla Collossensibus a Paulo scripta, que ut laodicensibus innotescerent necessarium erat, & contra, Collossensibus ipsis paterent, que laodicee ciuibus fuissent per literas significata, vtrinque namque Apostoli scriptis castigabantur, in quibus eo plurimum inerat utilitatis quia horum singuli propria erant viria recognituri. **Q**ueret aliquis que nam illa fuit ad laodicensium epistola? ea nimirum que ad Timotheum prior conscripta est, hanc namque ex laodicea transmisit Apostolus, tametsi dicant nonnulli ad Paulum priores scripsisse epistolam, vtrum vero res ita se habeat, aut secus, mihi nil constat qui enim poterat fieri ut propriis literis laodicensium proficerent.

**ET** dicite archippo. **C**ur enim huic nullas dederat literas, sed per nuntios mandata significabat? forte quia minus erat huic literis opus qui vel paucis & exilibus munitis indigebat.

**V**IDE mysterium quod accepisti in domino ut illud impleas. **V**bique cum videt inquit Apostolus terrorem in cutite quendam, ut alibi, videte ne quis vos seducat, & sepe alias in eandem hoc verbo sententiam vitur, sic & hoc loco videt inquit ut opus impleas quod in domino accepisti, hoc est per dominum, ille namque id tibi negotii

Vide & videte apud paulum quo

demandaui, non ergo. Verum quodnam illud erat mysterium? vt Collofensibus  
ipsis prospiceret, duo autem quedam hoc loco molitur cum dicit in domino, nam &  
Archippum facit solertiozem ad opus domini exequendum, & Collofenses reddidit  
illis iniungit vt precepti Archippo denuncient, vt cum ab Archippo fuerint acce-  
be increpati, ne illum queant acrimonie huius infimulare, cum minus ignorent Pau-  
li inssu se castigari, & ipsimet Pauli mandata detulerint.

Archip-  
pus.

**SALVTATIO** mea, manu Pauli. ✽ Vt impartitam salutes faciat firmiorem,  
& vt eius mandata corroboret, propria manus scripsisse hec se confitetur.

**MEMORES** estote vinculorum meorum. ✽ Hoc est mei sit apud vos recorda-  
tio, qui & vinculis hisce astringor & condemnatus sum, in gens sane illis cum afflicta  
tur est consolatio Pauli reminisci, vincti & condemnati.

**GRATIA** domini Iesu vobiscum Amen. ✽ Si vobis inquit preste hec gratia  
fuerit, siue pressure afflicent, siue prepediant compedes & carcer coarceat, nil poter-  
runt hec vobis obesse, nam & vobis per gratiam concessa sunt vincula, reuerentiam  
enim inquit a concilio gaudentes discipuli, quonia digni habiti sunt pro Christi no-  
mine iniuriam pati. Vides quemadmodum i gratiam concedat iniuria, ita quide,  
in dignitatem hec potius transfertur & gratiam. Vellem equidem & nobis quavis  
indignis eiusmodi gratiam posse contingere, & tunc maxime cum aduersis affligi-  
mur, vt per eam nostra fragilitate firmata, que minus prospera offeruntur, cum inge-  
tem delictorum nostrorum mole calcauerint, ad commodum cedant. Quae ex re  
pater ipse qua filius qua spiritus sanctus perpetuam gloriam assequantur. AMEN.

Iniuria  
cedit in  
gratiam.

Argumentum in Epistolam ad Thessalonicenses.

Thessalonicenses sunt Macedones, qui accepto verbo veritatis perstiterunt in fide,  
etiam in persecucione ciuium suorum. Preterea nec receperunt falsos Apostolos  
nec ea que a falsis Apostolis dicebantur. Hos collaudat Apostolus scribens eis ab  
Athenis per Tythicum diaconem & Onesimum Acolytum.

In Epistola m ad Thessalonicenses Athanasii prologus.

Thessalonica Macedonia ciuitas est & eius regiois metropolis, equa  
& Thessalonisenses sunt dicti, huius igitur vbi Christi fide exacerati ea  
stabiles permanebat, & ita, vt nec vllis pressuris, nec pseudo Aposto-  
loru suasu a Christiana religioe & verioribus possent, decretis auerti,  
tamen esset iter hos & curiosiores qda & ociosi, qui de resurrectione  
haud satis essent instructi, & de caroru amissione nimio dolore afficer-  
tur nonnulli preterea & fornicationibus dediti, hos itaque castigat Apostolus perfectiores vero  
comonefacit, ne cedant aduersis, & falsis Apostolis nil fidei prestent, & alios corrigat



Aulus & Syllanus & Timotheus. ✽ Ad Thessalonicenses scri-  
bens Apostolus, Timotheum sibi & parem facit & comitem parat  
secus tamen cum ad Ephesios scribit, tamen hiis erat Timotheus  
notior, mihi vero videtur quia propediem erat Timotheum ad hos  
dimissurus, eo & superuacaneum visum, vt & illum diceret secum  
vna epistole auctorem qui ad hos esset Paulopost concessurus hic  
vero aliter agit, nam & nuper ad se ex Thessalonica ille redierat vnde & merito hunc

Archip-  
pus.

sibi inscribenda epistola & socium proficitur, quia Thessalonisensibus plurimum  
profuisset apud quos auctoritate valeat non mediocri, proponit autem Timotheo  
huic Syllanum, vel id forsitan Timotheo hoc flagitante, vt qui preceptoris vestigia  
sequeretur qui & sibi pares discipulos faciat, nec preterea hoc loco vel se pro eius con-  
suetudine Apostolum proficitur vel Christi seruum quia recens erant Thessalonis-  
censes ad fidem instructi, necdum fuerant Apostolum satis periclitati, vnde super-  
uacuum erat vt sue dignitatis faceret mentionem.

**ECCLIESIE** Thessalonicensium. ✽ Et si perpauci erant ex his qui fidem ex-  
ceperant, in ea nondum admodum obfirmari, alioquin & hos ecclesiam dicit, vt fals-  
tem hoc nomine consoletur.

**IN** deo patre nostro & domino IESU CHRISTO. ✽ Cum enim essent & lu-  
deorum & gentium ecclesie, vt hac a Iudaicis se gregaret in deo patre dixit, esse namq  
in deo summa est dignitas, quicumq enim peccati est seruus, in deo non permanet.

**GRATIA** vobis & pax. ✽ Gratiam his comprecatur & pacem, vt diuinis in de-  
nis magis ac magis proficiant, pacemq assequantur nil inuicem superbientes.

**GRATIAS** agimus deo semper pro omnibus vobis. ✽ Ab eorum mox lau-  
de principium sumit, cum enim deo pro his gratias agit, ostendit abs se ea iam esse  
peracta, quibus & deo possint gratie agi, & laudibus idem ille efferri, cuius munere  
hi rectiora peregerint, simul & ad humilitatem hos instruit, cum arguat cuncta deo  
esse non nobis mortalibus ascribenda.

**MEMORIAM** vestri facientes in orationibus nostris. ✽ Gratie deo ex bonis  
operibus referuntur, inter precandū namq cuiuspiā reminisci, caritatis est argumētū.

**SINE** intermissione memores vestri sumus. ✽ Non modo inquit cum preces ad  
deum fundimus repetimus vos vestri memoriam sed & alias semper, quod utiq de-  
monstrat summam in hos Apostoli benevolentiam.

**OPERIS** fidei vestre. ✽ Hoc est constantie vestre in fide suscepta, illud namq  
verius est fidei, opus, cum stabiles in fide perstamus, non verbis dumtaxat fide iacta-  
re vel glorie ducere.

**ET** laboris & caritatis. ✽ Quid enim habet in se amor laboris, qui lentior est &  
frigidior, nihil, at qui verus & ardens, haud dubie plurimum, nam cum eius quam  
colimus gratia, omnia tolleramus, quo pacto non sumus erit hic labor. Thessaloni-  
censes vero q multa sunt pre eorum in Paulum caritate perpeffi, sicuti ex Apostolo-  
rum gestis poteris certior fieri.

**ET** sustinentie spei domini nostri IESU CHRISTI. ✽ Diuinitus inquit ae  
multum tentationibus afflicti, toleranter omnia pertulistis, quod est eo effectum,  
quia certior vobis de futuris & premiis asseruatis, spes erat, vos vero deus initio tem-  
ptari permisit ne quisquam assereret a adulationibus & verborum lenociniis euan-  
gelii predicationem constare, & perspicuum fiat non humanis persuasionibus vllis  
sed diuina virtute animas esse ad fidem & salutem traductas.

**ANTE** deum & patrem nostrum. ✽ Duplici potest id sensu comprehendī, vel  
quia perinde ac frinquit, in dei conspectu & patris, nostri vos ipsi comemoramus,  
vel quia operum fidei reminiscimur, que deo coram sunt, astituta, tanq id dicat, no-  
lite existimare frustra & sine vlla mercede vos hec factitare, qui potius omnia sunt  
diuine maiestatis illius exposita oculis, que & vobis pro hac tolerantia & vestris opti-  
mis actionibus mercedem dependet.

**SCIENTES** iratres dilecti, a deo electionem vestram. ✽ Eo inquit vestri me-  
moriam facimus, quia certoscimus a deo vos esse electos, estis namq supra multos  
ad fidem se positi, verum vnde id liquet si dixeris, audi que subsequuntur.

Cur se  
apostoli  
no pfi-  
teatur  
Paulus ad  
thessalo-  
nicenses  
scribens.

No per-  
suasione  
bus sed  
diuina  
virtute  
ad fidem  
traducis-  
mur.

Vt signa  
& inspira-  
tio confir-  
mant fi-  
deles, sic  
qui p̄di-  
cantibus  
inferunt  
tur ango-  
res, fide  
afruant

**Q**UIA euangelium nostrum non fuit ad vos in sermone tantum. Ex eo vos inquit perspicuum est fuisse electos, quia deus meam ad vos predicationem est, vel gloria profectus. non enim simpliciter euangelium predicauimus, sed & signa sunt & miracula edita, cum deo esset id optime placidum ut fidem ipsi exciperetis tanquam electi ab eo & ad fidem predestinati.

**S**ED & in virtute. Hoc est in signis que ad grati animi sunt beneficium facta, & ad ingrati tormenta.

**E**T in spiritu sancto. Vel quia in spiritali, non exteriori & humana sapientia, vel quia spiritus sanctus fuerat credentibus datus.

**E**T in plenitudine multa. Hoc est que per malorum & pressurarum tolerantia affertur, nam quemadmodum signa, & spiritus sancti subministratio, ad fidem animos confirmandos fiebant, sic & predicantibus qui inferuntur angores, predicationis afferende certiora sunt argumenta.

**S**ICVT scitis quales fuerimus in vobis propter vos. Vos inquit ea in re testes depono, que admodum me erga vos gesserim, ut quod multa animi promptitudine predicandi simus defuncti hoc munere, vel id sane & vestri est gratia factum, nam cum electos vos esse sciremus, eo in vobis ad fidem formandis, studium omne contulimus, quis enim pro his qui dei sunt caritate dignati, non labores subierit & tormenta. Hic preterea vel suas laudes & si adumbrate, attingit, cum hos tamen velit prius laudando efferre.

**E**T vos imitatores nostri facti estis & domini. Hos quidem & laudando & monendo corroborat, inquit eos nequaquam sibi esse pericula subeundo inferiores, vobis qualis illa & quanta est laus, confestim imitatores esse preceptoris effectos, nec huius modo, qui & domini Iesu, at quoniam pacto hi sunt dei iam redditi sectatores, quia & ille mala plurima tolerans gaudebat, & his ultro se offerebat, & enixe adeo, ut huiusmodi patrem alloqueretur, glorifica me pater.

**E**XCIPIENTES verbum in tribulatione, multa, cum gaudio spiritus sancti. Non enim solum cum pressura & malorum tolerantia hi verbum exceperant, sed cum molestiarum diuexationibus etiam magnitudine, hoc est cum summo discrimine, quod utique poteris vel ex ipsis Apostolorum actis ediscere, has vero pressuras siue pericula leti excipiebant. Interpretatur preterea quid sit in tribulationibus & angustis ipsis letari & gaudere, aitque cum spiritus sancti iocunditate, neque enim spiritus dolere vos sinit, nam & si corpora dolor excruciet per spiritum tamen animo gaudium & suauitas indebatur. Nam quemadmodum constat per spiritum in mediis flammis tres pueros illos rore fuisse afflatos & intactos ab igne mansisse, sic spiritus idem, in vite discrimine, cum caro excrucietur, letiores nos reddit & gaudium explet, cum bona illa vobis in mercede futura, visenda proponit. Aduerte autem tunc fieri quepiam dominum sectatorem, cum discrimina & mala tolerat, cum spiritus & animi hilaritate.

Qui cum  
hilaritate  
animi  
mala tolerat,  
dominum se-  
ctatur.

**I**TA ut facti sitis forma omnibus creditibus, in Macedonia & in Achaia. At qui postremos ad hos Paulus venit inquit itaque adeo vos claruistis ex virtute, ut eos qui me preuenerunt vos instruxeritis, Paulum vero in hoc illi sunt imitati, quia cum ceteris posterior fuisset Apostolis, hos tamen longo intervallo excessit. Vide ut non formam dixerit credituris hos fieri, sed credentibus iam formam exhibuisse, quemadmodum scilicet credendum sit, & quia cum animi quodam ardore, & periculo ad eunda summa cum promptitudine. Achaia autem greciam dicit.

**Q**UIA vobis enim diffamatus est sermo domini. Hoc est de vestra virtute fama perlata effectus, ut euangelii predicatio esset omnibus audita celebris, ut vos ipsi tanquam ceterorum eruditores argueremini, dissonuit autem, ad tube metaphoram dixit, que suorum clangorum eliserit & longe exaudium.

NON

**N**ON Solum in Macedonia & Achaia, sed & in omni loco fides vestra, que ad deum profecta est. Macedonia quidem (inquit) & gratia, sermone per vos, & doctrina a vii exemplo repleta est, & quod miraculi est loco habendum, tam breui per omnia loca tantum fidei diffeminastis. Nec secus de horum profectu & fide disseruit, quod de animata re aliqua disseruisset, cum eam astruit & perfectam fuisse, peragrassetque, & esse iam diuagatam.

**C**ITA Ut non sit nobis necesse quicquam loqui. Adeo, inquit, & vehemens est & tam celeberrima fidei vestre iam fama, ut nec me laudes vestras predicaturum fideles expectent, quin quotiescumque dicere de vobis aliquid ceperim, ut & illos vos laudando ad dei ardorem traducam, me ipsi perueniant, & vestras virtutes priores enarrent.

**I**PSI Enim de vobis annunciant, qualem introitum habuerimus ad vos. Cum mea ad vos profectio mortis vobis vel infinitas comminaretur, nil tamen ob id vos estis offensi, quin potius cum nostri gratia in vite discrimen consideretis, nec nos sic quidem auerli, sed ita estis tutati, ut ob vestrum id in me studium, innumeris sitis bonis celestibus fruituri. Secundo namque ad hos diuertit Apostolus: cum in hiberiam profectus, repulsusque thessalonicam iterato venisset, & a thessalonicensibus ita susceptus, ut sui gratia, eorum vitam morti obtulerint.

**E**T Quomodo conuersi estis ad deum a simulacris seruire deo vitro & vero. Hoc est facilis admodum & vehemens hec vestra fuit ad Christum defectio, monitis deiceps & minus molestis eos commonefacit, a quibus & ad quem ipsi descuerint, & demigrarint, & vitam ut ducant hortatur, que deo sit digna.

**E**T Expectare filium eius de celis, quem suscitauit ex mortuis Iesum, qui eripuit nos ab iraventura. Vel id quidem eadem breuitate exequitur, edocet namque sub specie quadam narratois, ut dei filium opperiat, id namque vel eos maxime consolatur, qui opprimuntur. Erripuit autem nos ab ira vetera, hoc est, a cruciatu, & penis, ut qui illi pro fide more gesserim, & optimis vite labe carentis, actioibus, nec illis quidem hic daturus, est veniam, quod nos oppressere. Et quoniam mala in manibus sunt, bona vero seposita maximam illis fidei testimonio testificatur, si quidem tolerando pro certis sperant, & indubitatis futura.

Magnam  
fidei stabilitatem  
que ab infidelibus  
inferuntur,  
mala non  
timere.

**N**AM & ipsi scitis fratres introitum nostrum ad vos quia non inanis fuit. Et nostra inquit magna sunt, tametsi nos nec verbis simus humanis vli, nec nos introitus suauacaneus fuerit, hoc est, non expers discriminis, nec molestiarum imunis, aut non multum habens firmitatis. Nam ut sepe dictum est supra, edita pericula sunt, que fidem obfirmant, his enim sublati inanis illa, & supuacanea conuinceretur.

**S**ED Ante passus multa & contumeliosus affectus, sicut scitis in Philippis fiduciam habuimus in deo nostro loqui ad vos euangelium dei in multa sollicitudine. Et si pericula, inquit, in Philippis euasimus, aliis rursum nos ipsos obiecimus. Vides ut semper gestorum omnium deo summam ascribat. Fiduciam enim inquit habentes in deo hoc est ab eo & vires & robur accepimus.

**E**Xhortatio enim nostra non de errore. Hoc est nostra doctrina non a fallendi arte aliqua proficiscitur, qui enim fallacis alios circueuient, plane constat nunquam se periculis obtulisse, sed in delitiis versari, & luxu, ipse vero in discrimen me contuli, quo sit ut clare pateat, neminem me docedo circumuenisse, nec pro rebus hisce humanis, sed pro celestibus illis, & certioribus periclitari voluisse.

**N**EQVE De immunditia. Hoc est, nihil edoceo quod sit impurum, ut magis faciant, & venefici.

**N**EQVE In dolo. Neque rerum innotatione, & sectis, uti hi qui circa Dathan sunt.

**S**ED Sicut probati sumus a Deo, ut crederetur nobis euangelium, ita loquimur. Neque y. i.



enim nos elegisset deus: nisi & dignos nouisset, tales igitur & in ea probatione per-

flamus, qua & sumus ab eo ad tam ingens preconium segregati. ¶ **NON** quasi hominibus placent: sed deo/ qui probat corda nra. ¶ Hoc est no-  
bis placendi, hec gra facimus, sed vt deo morem geramus, quia scrutatur recondita dis-

quiriq; id naq; pcedit, cum pbat inquit, vel quia cordiu sensa ille admittit, coronatq;  
quo fit: vt nemo qui dolis nitatur, & impurius sit, huic possit gratificari.

¶ **NEQVE** Enim aliquando fuimus in sermone adulationis scitis. ¶ Cum boni  
& laudes anticipasset, ne illas reddat suspectiores, peride assentandi gratia has inpe-

¶ **NEQVE** In occasione auariciae, Deus testis est. ¶ Neq; pecuniarum cupiditate  
apud vos predicandi hoc munere sumus defuncti, quod autem nihil nos ptauerimus

¶ **NEC** Querentes ab hominibus gloriam/ neq; a vobis/ neq; ab aliis. ¶ Neq; enim  
quiesumus ignominia dixit affecti, vel honoribus min<sup>9</sup> nos freti, ne exprobrare hoc

¶ **CVM** Possemus vobis oneri esse: vt Christi Apostoli. ¶ Vel quia & nobis licet  
apud vos gloriam adipisci, vel quia a vobis accipere possumus alimenta, & graues el-

¶ **SED** Facti sumus paruuli in medio vestrum . ¶ Id est benigni, nil graues, vel  
paruuli, id est, immunes nequitia, nec gloriae cupidii, qui enim tantula sunt etate, ni-

¶ **TANQVAM** Si nutrix foueat filios suos. ¶ Eius nunc exprimit in hos bene-  
uolentiae magnitudinem, inquiens, Num nutrix aliqua pueris minutioribus eoblan-

¶ **ITA** Desiderates vos cupide, nos volebamus tradere vobis non solum euangeli-  
um dei, sed etiam nras aias. ¶ Desiderates dixit, quod grece rectius Omyromeni ha-

¶ **QVONIAM** Charissimi nobis facti estis . ¶ Ne videatur hec omnia eo exi-  
gere, quia pro his suscepisset labores, appareretq; tanquam debitos sibi honores reppo-

¶ **MEMORES** Eni facti estis fratres laboris nri & fatigationis nocte, & die opera-  
tes, ne quem vim grauaremus, predicauimus in vobis euangelium dei. ¶ Non enim

reminiscimini dixit beneficiorum, que vobis cotulerim, sed laborum memores estis

Sol<sup>9</sup> de  
iterna di  
iudicat.

Greci sat  
iterpres.

effecti neq; horum duxat, quin & defatigationes & lassitudines recordemini, qui-  
bus non interdum solum, sed & noctu insudado affectus sum. O quantu inerat Pau-  
lone quem offenderet sollicitudo. Arguit preterea thessalonicenses non multum bo-  
nis externis his abundasse, cum inquit, ne quem vestrum grauaremus.

¶ **VOS** Testes estis/ & Deus. ¶ Et si fides Deo est ad hibenda, tamen cum nequa-  
quam hominibus pateat, vtrum hec Dei testimonio comprobentur, & ipsos ad quos

¶ **QVAM** Sancte . ¶ Hoc est, omnia factu necessaria, seruatis modo erga De-  
um pietate/ & cultu, adimplentes.

¶ **ET** Iuste . ¶ Hoc est, nemini pecunias flagitando, inferentes iniuriam.

¶ **ET** Sine querela . ¶ Absq; cuiusquam offensione.

¶ **VOBIS**/ Qui credidistis fuimus . ¶ Ab infidelibus Paulus/ & irreligiosus ap-  
pellabatur, & impius, & iners quidam delirametorum proleminator, & tanquam qui

¶ **SICVT** Scitis . ¶ Rursum hos in testes producit, quod sane est humilitatis indi-  
cium, & nil eum per insolentiam loqui.

¶ **QUALITER** Vnumquemq; vestrum/ sicut pater filios suos deprecantes vos.  
¶ O quanti res erat neminem consolationis expertem preterire, sed singulos accom-  
modatius appellare, hortariq; & precari, Deprecantes vero/ vt viriliter omnia tolera-

¶ **VT** Ambuletis digne deo/ qui vocauit vos in suu regnu/ & gl'am. ¶ Attende  
quemadmodum sub specie quadam narratiois edocet/ simul & consolatur, sic inquiens

¶ **IDEO** & nos gratias agim<sup>9</sup> deo sine intermissione, quoniam cu accepissetis a no-  
bis verbu auditis dei, accepistis illud non vt verbum hoim, sed sicut est vere, verbu dei.

¶ **QVI** Operatur in vobis/ qui credidistis. ¶ Queret aliquis vnde id liquet, hos ho-  
minis verbu excepisse, vt dei opatur inquit in vobis, hoc est, ex ipsis opib<sup>9</sup> patet, Nam

¶ **VOS** Enim imitatores facti estis fratres ecclesiarum dei, quae sunt i Iudea i Chris-  
to Iesu . ¶ Vt ne quis ecclesias haec iudeorum existimet synagogas, & in Christo

¶ **QVIA** Eadem passi estis/ & vos a cotribulibus vestris, sicut & ipi a iudeis. ¶ Plu-  
rimum sane ad hos consolandum hoc facit, si enim iudei/ qui tantopere paternaru tra-

ditionum zelo detinerentur, quia semel crediderit, sunt tanta perpeffi, quanto & vos  
magis omnia ferre pro Christo, suscepta iam fide/ debetis: Proinde nec quidem exile  
y. ii.

Magna  
doctoris  
comenda-  
tio, q put  
cuiq; op<sup>9</sup>  
est ad ser-  
monem ac  
comodat

Ecclesia.  
Synago-  
ga.

id est, vel tenuē argumētū, vera a vobis predicari, nō falsa, eum & iudei p̄dicatiōis hanc iulce grā, quā antea impugnassent, tot malis affecti, equo tamen animo oīa tolerant. ¶ **¶ QVI** & dominum occiderunt Iesum. ¶ Quid ergo mirum debet videri, si eos q̄ fecum vna essent ex tribu hī afflixere, cum & Iesum dominum morte affecerint? ¶ **¶** de q̄ ingens sit cōsolatio Christo passionum fieri participes, & ideo Paulus vel in oīs bus suis tentationibus Christi profert exemplum.

Judei nō  
q̄si igno  
rātes, sed  
vesania  
moti se  
uierūt in  
dñm.

¶ **¶** Proprios prophetas. ¶ Dixerit forte nōnulli, ideo illos Christum dominum occidisse, quia hunc ignorassent, nōne & suos norant prophetas: quorum ipsi vel sc̄pta producūt, cur ergo & hos necaueret? est itaq; plane perspicuum nihil hos facere veritatis ardore, sed tanq̄ rabidi in veritatem hanc deferri precipites.

¶ **¶** nos persecuti sunt. ¶ Nos scilicet, qui Apostolatus hoc munere fungimur, & vos ad fidem instruimus, quorum exemplo & vos discipulos decet intentos ferre comnia patienter.

¶ **¶** Deo non placent. Nam quo pacto deo sunt morem gesturi, cuius & filii more mulctarint, & prophetas occiderint longe priusquam in terris hic aduenissent.

¶ **¶** Omnibus hominibus aduersatur, prohibentes nos gentibus loqui, ut saluari possint. ¶ Si terrarum omniū sunt salutaria queq; nuncianda, & hi quo minus hec faciantis pedunt, cunctis ergo hominibus obistere, & communes omnium hostes coarguuntur. ¶ Si namq; summa quedam peruersitas communem interpellare salutem,

¶ **¶** Impleant peccata sua semper. ¶ Ea nunc dicit peccata: que olim in prophetas & in Christum deinceps, & in nos demum hī commiserunt, tanquā id inquit, ostendunt se maximum in modum deliquisse, attigisseq; iam refertam nequitiam mentis, & scelerum apicem.

¶ **¶** PERVINIT Ira dei in illos vsq; in finem. ¶ Non datur, inquit, vt quondam ex captiuitate reditus, & ad terram promissionis peruentus, sed in finem vsq; dei in hos ira peruenit, id est, semper in hos permanens est dei ira. Ostendit preterea cum vsq; in finem, inquit. diuinam hanc iram a principio fuisse his debitam, & prophetarum vaticinio comminationibus intentatam, Ceterum solatus antea Thessalonicenses cū diceret, tentationum se multos habere participes, & nunc consolatur, cum eos arguit qui in presenti hos vergerent, penas duros.

Sicut ira  
dei fuit a  
principio  
iudeis p̄  
pharū va  
ticinis i  
tata: ita  
nec inē  
sit hitura  
necesse ē,

¶ **¶** NOS Autem fratres desolati a vobis ad tempus hore. ¶ De charitate hoc differit loco, Supius enim patris more, & nutricis cuiuspiam filios appellauit, nūc vero desolatos affirmat, & orbos, quod sane liberorū ē conquerentium genitorem. vnde perdiscere licet, quanto illos desiderio psequeretur Apostolus, & merorem in quo esset preterendit, quē ex illorum seiunctiōe cepisset, neq; sat illud habebat, vt diceret, se ab his desolatos, sed ad horā tempus subiecerit, hoc est, breui admodum tēpore, & quod vni us possit hora, vel momenti potius spacio computari.

¶ **¶** Aspectu non corde. ¶ Prefertim cū haudquaq; sumus corde seiuncti, sed aspectu dumtaxat & persona, ita & si cordi vos semper habentes, angimur tamē, quia nequaquam liceat nobis vestra presentia frui, Notādū autē ad charitatis exemplum ardore accedat necesse ē, & rei cōcupitæ aspectus, ex quo & amor magis incenditur.

¶ **¶** ABUNDANTIVS Festinam faciem vram videre cū multo desiderio. ¶ Abundantius scilicet sumus celeritate vsi, quam eos decet: qui ad horam sint rei optare conspectu freti. Attende quam vehemens sit Pauli charitas, nullam enim ob rem aliam inquit, adire vos cupio, nisi visendi gratia.

¶ **¶** Quoniam voluim⁹ venire ad vos, ego quidem Paulus & semel & iterum, sed ipse perdidit nos Sathanas. ¶ Quis ais, num sathan te interceptit? ita sane, neq; enim id dei opa effectū ē. Nam & alibi ad Romanos sic scribit, deus prohibuit, & Lucas inquit, Spiritus

vetuit eos, & ad Corinthios, spiritus dixit esse id opus, Hoc autem loco, sathane esse hanc operam dicit, & tentationes quasdam ex insperato & dei permisso allatas. Vide q̄ huiusmodi charitate oblectetur Apostolus, ostendit namq; suam in hos benevolentiam se ceteris pretulisse, cum inquit, Ego Paulus, id est, etsi pleriq; alii qui mecum sunt ad vos iter accelerarent, ipse tamen illud aggressus sum.

¶ **¶** QVE Est enim nostra spes, aut gaudium, aut corona gloriæ. ¶ Nonne igitur eiusmodi verba matrum sunt, viscerum immenso quodam ardore, & amoris flagrantia, pueros minutiores lepide appellantium? Nonne satis fuisse, vt eius ardentissimā cupiditatem exprimeret, coronam dixisse, nisi & gloriā adiecisset, in vobis inquit, spes mea sita est omnis, plurimum enim apud deum confidentiā, vestri gratia habiturus, eoq; & leticia efferor, quia coronæ mihi futuri estis, & gloriæ, hoc est excellenti, & clare, tamen si presenti hanc mihi gloriā peperistis, & in futurum sitis mox parituri.

¶ **¶** NONNE Vos ante dominum nostrum IESVM CHRISTVM in aduentu eius. ¶ Dicit aliquis, Num spes tua omnis o Paule ex profectu thessalonicensium nititur? nequaquā inquit, neq; enim his solum fidendum, quod plane ostendit cum dicit, & vos, sed alios esse q̄ multos, de quibus sit ipsi q̄ optime sperandum.

¶ **¶** VOS Enim estis gloria nostra, & gaudium. ¶ Quātā enim illud est gloriæ, tam amplam Deo obtulisse ecclesiam, & tam probatam, & placitam.

¶ **¶** PROPTER Quod non sustinētes amplius, placuit nobis remanere athenis solis. ¶ Hoc est fatius duximus, & iudicauimus.

¶ **¶** Misimus Timotheum fratrem nostrum, & ministrum dei in euāgelio Christi. ¶ Tanta enim huic sanctissimo viro inerat cura discipulorum, vt cum esset ipse angustis nōnullis, etiam grauib⁹, interceptus, alios dimitteret discipulis profecturos, quod sane tunc egit, cum ad hos Timotheum transmisit, cuius in laudem pleriq; deserit, nō adeo vt eum collaudet, sed vt illos potius honoribus prosequatur, cum hominē sibi tam maxime necessarium, & operam in predicando euāgelio nauantem, istorum gratia a suscepi operis ministerio interpellauerit.

¶ **¶** AD Confirmandos vos, & exhortandos pro fide vestra. ¶ Cum enim ob preceptoris diuexationes, labarent nonnunquam tamen, & confirmandi erant, & exhortandi ne a fide exciderent, Non enim parum obturbantur discipuli, & quasi diffidunt, preceptore erumnis, & malis tantopere afflictata, vt milites solent, cum ducem spectant affectum vulneribus.

¶ **¶** VT NEMO Moueatur in tribulationibus istis. ¶ Explicat nunc quid illis sit profutura Timothei exhortatio, id scilicet, vt nemo moueatur, hoc est, perturbatione nulla horum quispiam offendatur, cum ipse afflictor, neq; pacto deflaccat vel a fide deficiat, diabolus namq; cum in ipsis angustiis tempus est aliquod nactus, blāditur infirmioribus, qui etem, ociumq; suggerendo, vt a rebus tristitiam inferentibus profusus abscedant, Nonnulli vero senecte promoueri positum dixere, a canum metaphora, qui caudam mouet cum alludunt, & blandiuntur.

¶ **¶** IPSI Enim scitis q̄ in hoc positi sumus. ¶ Audiamus ergo quemadmodum qui Christi fidem exceperint, tentationibus esse oporteat, & pressuris expositos, neq; enim de Apostolis hec solum sunt dicta, si itaq; ad id sumus nos instituti, quid mirum si p̄mimur? quo fit, vt non modo preteritis malis, sed ne futuris quidem, & imminenti⁹ bus obturbari nos deceat, id enim nobis maxime congruit.

¶ **¶** NAM & cū apud vos essemus, p̄dicabamus vobis nos passuros, sicut & factum ē & scitis. ¶ Magnopere discipulos consolatur, cum a p̄ceptore longe mala futura denunciatur, nequaquā igitur hos obturbari par ē, tāq; ex rebus ex insperato occurrantib⁹, eoq; Christus discipulos ita alloquitur, dixi vobis anteq̄ fiāt, vt cū facta fuerit credatis,

Qui in  
xpo viue  
re volūt,  
p̄secutio  
nē patiū  
tur.

Vis amoris etiam que certa sunt & firma, suspecta redit & dubia.

nec solum hoc Paulus illis pdixit, sed alia pleraq; vti pnunciauerat: & finem scti hacta PROPTEREA & ego ampli9 no sustinens nisi. Si futura illis o Paule mala psciueras, monuerasq; nil necessarium fore in pressuris eiusmodi tolerandis hos comoneri, quia vltro ad eos alios destinare monituros vt cōsolentur: Licet nāq; ex hoc aperte admodum cōspicari, te minus illis confidere. Ex charitatis id inquit confidētia facio. Solēt nāq; qui plurimum amant vel certa & firma, habere suspectiora & dubia. Occurrebant preterea tentationes multae & variæ, ita vt malorum me magnitudinē & moles perterrificarent. Propterea neq; illud intulit, quia cum de vobis iam desperasset, ad vos Titum transmisit, sed quia moram ferre amplius nequeo, quod erat ingentis beneuolentiæ agumentum.

AD Cognoscendam fidem vram. Hoc loco querunt nonnulli, quo pacto Paulum qui ad tertium vsq; conscenderat celum, audissetq; verba, que dici haudquaquam esset, thessalonicensium facta latebant, sed Timotheum dimittit, vt illorum fidem resciscat. Dicendum igitur, nequaquam omnes, qui sanctitate pollerent, siue Christi precessecesserit tempora, siue post Christum sint subsecuti, istiusmodi esse rerū incognitarum tunc adeptos. Elyseus namq; quem admodum cum sunamite ageretur, minus intelligebat & Elias solum se relictum arbitrabatur, tametsi septem milia supersisset, & Samuel admonetur, ne Dauid fratris qui esset natu prior, vultum intueretur. Haud secus & Apostoli ipsi multarum rerum tenebantur inscitia, quod sane eo effectum est ne vel hi supbirent, vel de his ceteri magnam psumerent opinionem, neue & illud excusare possimus, supra q̄ humana conditio patiatur, fuisse hos gratia donatos, vt tantū possent de se virtutis promittere, & sic nobis in diligentia quedam desperantibus, & torpedo oboritur, sed compertum nobis id poti9 sit, neq; illos statim fuisse ope diuina fretos, sed suo labore vitæ rectitudinem peperisse.

NE Forte tentauerit vos is qui tentat. Nec me quidem suspitio subest, motos vos esse, sed tentatos dumtaxat extitisse. Aduerte autem cum malis vrgemur animo obturbari, demonicum esse, & præsertim cum nonnulli adeo offenduntur, vt & alios ledant, quemadmodum contra Iob illum segeffit diabolus, qui huius vxorem ita tentauit, vt Iob etiam offenderetur, tentat p̄ terea diabolus, nesci9 tamen vtrum victor sit euasur9, neque. Alioqui cum impudentissimus sit, confestim aggreditur, si imbecillus sit nactus, insit, vrgetq; si validum, & constantem, definit insultare.

ET Inanis fiat labor vester. Veli si a fide descuerint thessalonicenses o Paule dixerit quis piam, quid tua id interest? habet namq; quod impendisti laboris, iam satis apud deum mercedis. Veli ita inquit, futurum crediderim, ex mea tamen maxima in hos charitate, inanes duxerim meos labores, & nullius momenti.

INUNC Autem viuente Timotheo ad nos a vobis, & annunciate nobis fidem & charitatem vestram. Verebar equidem (inquit) superuacaneos fore labores meos, sed contrarium habuit res ipsa euentum. Vides quantum pre seferat leticiæ Paulus, Non enim annunciate dixit, sed euangelizate, vt & illorum fidei & charitatis exprimat magnitudinem, in qua obfirmati iam essent, & stabiliti, grece quidem euangelizante habetur non annunciate.

ET Quia memoriā nr̄i habetis bonam, semp desiderates nos videre, sicut & nos quoq; vos. Hoc ē, q̄ mei reminiscimini, laudibus me prosequentes, & benedictis. Audite discipuli, & preceptorum memoriam discite aio semp iocundiori repetere, estis enim hoc pacto vobis, nō illis maxime profuturi, qui etiam thessalonicensibus ipsi ingenti illud est gaudio, & hos precipue consolatur, q̄ certiores nunciunt, Pauli esse non nescium, ab se & colī non mediocriter, & obseruari, quo fit: vt ex opinione huiusmodi, istorum magis ac magis in Paulum charitas augetur.

IDEO consolati sumus fratres in vobis in omni necessitate & tribulatione nostra. Tanq̄ gratias istis agebat, quod a fide nihil secesserant, neq; enim inquit videtur tristitia quoq; pacto sentire, & mala in quibus versamur, sed consolati nos sum9 & respuimus nō vn̄s ex malis, sed ex omni pressura. Nam tantū id gaudiū quod v̄a ex fide hac cepi, & charitate, vt cūctis pponderet necessitatibus meis, & malis.

PER Fidem vestram. Vos, inquit, me confirmastis, cum longe aliter se res haberet. Nam ipse cum tentationibus nihil succumberet, illos potius corroborabat alioqui suam in hos laudem confert, perinde ac si inquit, per fidem hanc vestram haudquaquam siuistis vt tentationes sentirem.

QVONIAM Nunc viuimus, si vos statis in domino. Neq; enim nobis consolationi fuere hec, dixit, sed vitæ, arguens illorum offensionem pro morte se ducere, & profectum, pro vita, & consistere eos existimare, qui in Christo sint roborati.

QVAM Enim gratiarum actionem possumus Deo retribuere pro vobis omni gaudio, quo gaudemus propter vos ante deum nostrum. Tanta me, inquit, v̄i de causa incessit leticia, vt neq; gratias Deo pro merito agere liceat, existimamus namq; q̄ has vestras virtutes a munere quodam dei, & singulari profectas, Non enim vel humana solertiæ, vel animi mortalis hominis esse id tantum sapientiæ duxerim. Cum itaq; ob id vobis collatum sapientiæ donum gratias Deo plurimas debeamus, nequaquam tamen suppetunt nobis: que illi possint pro beneficii dignitate haberi.

NOCTE AC die abundantius orantes, vt videamur faciem vestram. Orabat horum vt liceret conspectu frui, nec sane minori cupiditate, quam solet agricola qui piam cum audit, quem optime coluerit agrum fructus vberimos protulisse, & reuisere eundem, & oculis perlustrare mox cupiat.

ET Compleamus ea que defunt fidei vestra. Cum esset superius illis & statum & fidei robur testificatus, cur fidei nunc infert que defunt se completurum? quia nondum omnem exceperant disciplinam, deerat namq; illis de resurrectione traditio, v̄ istiusmodi alia. Vel quia erant plerique, qui falsa docerent, propterea que defunt dixit. Nam cum ne a fide descicerent vereretur, ad confirmandos, inquit, vos misit, nūc vero vt compleamus que defunt, & que ad doctrinam attinent; potius quam ad fidē, compleri enim illud dicimus: cui vt absolutum sit parum aliquid deest.

IPSE Autem Deus & pater noster, & dominus IESVS CHRISTVS, dirigat viam nostram ad vos. Ostendit quemadmodum hos visere cupiebat, & in epistola hanc suam expressit cupiditatem, simul etiam excusat, non ex negligentia se ab his abfuisse tandiū, tanquam id dicat, Deus ipse tentationes precipiat, que nos trahunt diuersos, vt recta ad vos profisciscamur.

VOS Autem dñs multiplicet, & abundare faciat charitatem vram in inuicem, & in omnes. Vides effrenatas amoris furias, cum illos & abundare, & affluere cupiat preceturq; charitate, nec ea dumtaxat que inter hos mutua sit, & in omnes diffusa. Id enim amoris & p̄prium, qui deum p̄fiteatur, vt omnes circumplectatur, & capiat. nā si hūc fuerit complex9, illum vero minime, haud sane huiusmodi erit secundum deū beneuolentiæ: sed humana potius quedam, que se non eque in omnes effundat.

Quemadmodū & nos in vobis. Quod nostra, inquit, interfuit, iam ipsi pegim9 quod v̄a, vt fiat oramus, nos enim in charitatis mensuram habetis, & exemplum.

AD Confirmanda corda v̄a sine querela, in sanctitate ante deū, & p̄rem nostrum in aduētū dñi nostri Iesu Christi, cum omnib9 sanctis ei9. Arguit quemadmodum sibi sit charitas nō his p̄futura, quos fuerit charitate cōplexi, abundare enī vos iquit, facit deus in charitate, vt corda v̄a stabiliantur. Dominum autem spiritum sanctū itelige, sicuti & magn9 Basili9 sentit. Quis enim alius fuerit preter hunc ipsum spiritū, y. iiii.

Similitudo ab agricola.

Que secundū deum eb̄n̄ uolentiā n̄ hūc vel illum, sed oēs cōplectitur ita vt i oēs eque se effundat.

in dei conspectu & Christi aduentu sine querela, hoc est, immaculatos & puros  
firmaturus. Neque enim ad confirmandum vos dixit: sed corda v̄ra, ex corde namque  
prodeunt cogitationes prauae. Concedi enim potest, vel eum qui sit prauorum facti-  
norum expers, & nequa esse, & impurum, fallacem insuper, & dolos nequentem, odio-  
sum, maleuolum, & decreta astruentem pueris. Sine querela itaque, & labe, tunc quiescit  
am erit, cum cor repurgauerit, & sic sanctitatem adipiscetur, sanctitas namque, & conti-  
nentia dicitur, quemadmodum immundicia, fornicatio appellatur, & adulterium,  
quorum vnūquodque sordidum est, & immundum, & omnis denique virtus sanctitas  
nuncupabitur, sine querela autem eos vult esse, deo coram, & patre, & in presenti, virtu-  
tis enim integritas omnis in Dei conspectu patebit, non hominum. Fallitur namque  
mortale iudicium, & in domini inquit aduentu, quippe in quo sumus, & in patris con-  
spectu nos iudicandi, Optauerim igitur & sordibus vos carere, & tales reddi quales  
sunt sancti.

DE Cetero ergo fratres rogamus vos, & obsecramus in domino Iesu, ut quemad-  
modum accepistis a nobis quomodo oporteat vos ambulare, & placere Deo, ita & am-  
buletis ut abūdetis magis. Cū itaque inquit de his que vos decent iā differuerit, Au-  
dite iam que audiri necessario debent, De cetero vero cum inquit, illud pretendit, id est  
assidue, & perpetuo, & in reliquum tempus. Attende humilitatem, non enim neque  
hortando, aut precando dignum se dicit; cui fides possit prestari, sed Christum sibi  
pro deprecatore assumi, tanquam id inquit, Christus ipse nostro vos interuentu pro-  
catur, Quod autem accepistis non verbis modo, sed rebus constat, operando namque  
Apostolus agendoque, alios edocebat. Quid ergo vos ipsi precamur, certe ut abunde-  
tis magis, hoc est, ut superare etiam mea precepta bonis actionibus studeatis. Vt itaque  
quam vobis iniunxerim eniti. Nam quemadmodum terra non modo que huic de-  
mandantur, producit sic & anima ipsa nequaquam esse debet preceptis fecisse iam la-  
tis contenta, nisi & factis illa excesserit.

SCITIS Enim que precepta dederim vobis per dominum Iesum. Precipiun-  
tur sane que sint euitanda; & que si fiant, inferant penas, si minus, nil laudis sint alla-  
tura, sunt etiam nonnulla que precipienda non sunt, hoc est, comminationibus frenan-  
da, sed auditorum iudicio permittenda, & voluntati, quemadmodum est pecuniam  
asperrari, & permanere in celibatu, & huiusmodi alia. Inquit enim, qui potest capere  
capiat, est enim non ab re, Paulum cum hos acrius nonnullorum facinorum arguisset  
noluisse ea ex nomine explicare, sed iterato eos commonefacit, rursumque & Christum  
producit in medium, neque enim inquit, hec mea sunt iussa, sed Christi pre se ferunt  
imperium, hec itaque vel seruanda per vos erunt, vel improbanda.

HEC Est autem voluntas Dei sanctificatio vestra. Hoc est continentia, hanc enim  
vbique & meminit, & tutandam iniungit, cum ad Timotheum scribit; & ad Corinthi-  
os, hebreosque. Est quippe violentum incontinentiae vitium; eoque & curandum enixus  
us, medellis quibusdam, & frequentioribus quidem, & variis.

VT Abstineatis vos ab ei fornicatione. Quae multae fornicationis sunt species, &  
perplexae; quas tamen haudquaquam exprimere tulit, sed ab omni dixit cauendum.

VT Sciat vnusquisque vestrum vas suum possidere in sanctificatione, & honore.  
Vas corpus hoc dicit mortale, continentes enim cum sumus; corpusque nostrum hoc  
& terius, & modum seruamus, in sanctificatione dicimur possidere. In vero immu-  
dum, & sordidatum, a peccato id ipsum comprehenditur, quod vero fuerit a peccato  
comprehensum in peccati seruitutem deducitur, tunc vero id corpus in honore habet-  
betur, cum continens se, & purum presterit. Notandum autem cum sciat inquit, conti-  
nentiam huiusmodi per exercitationem, & consuetudinem comparari posse praedicti.

Immuni-  
ditia qd.

Similitudo  
a terra fer-  
tili.

Contine-  
tia que fa-  
cit vnum  
quod vas  
suum in sci-  
ficatione  
possideri  
exercita-  
tione & co-  
suetudine  
comparatur.

NON in passione desiderii. Hoc est, non in cupiditate, que vitii sit obnoxia,  
est namque & desiderium aliquod siue concupiscentia quod vitio careat, cuiusmodi est  
rerum diuinarum affectatio. Vel forte cuncta per desiderium exprimit, que passio-  
ni concupiscentie ascribitur, oportet itaque si vita nobis per continentiam erit degen-  
da, ut nullum huiusmodi vitiorum desiderium id incendium admittamus.

SICVT & gentes que ignorant deum. Qui enim nullam habent dei cognitio-  
nem, neque retributionem bonorum prauorum, ve facinorum sperent, necesse est, vnde  
voluptati se totos addicunt, & illi vniuersa ascribunt.

ET ne quis super grediatur, neque circūueniat in negotio fratrem suum. Super-  
rius quidem de omni fornicatione dixerat, nunc vero de adulterio dicit, quod & aua-  
riciam & transgressionem appellat, decenter enim suam cuique uxorem distribuit de-  
us, & nature limites presiniuit, ut cum vna esset muliere congressus, sit itaque ut circū-  
uentio quedam sit in negotio, hoc est in ipso concubitu, praesertim cum in fratrem de-  
linquitur. Vel simpliciter circūueniri fratrem & falli his prohibet.

QUONIAM vindex est dominus de his omnibus sicut praediximus vobis &  
testificati sumus. Nec me solum inquit existimes ne in fratres id facinus admitta-  
tur, interdixisse, sed ne in ceterorum quidem uxores esse peccandum, nec solute mo-  
do preterea ipse vel viris orbate, vel communes & prostitute, per luxum sunt & intem-  
perantiam abutende, pro his namque sumit supplicium deus, & istiusmodi vindicat,  
non enim impune sumus hec commissuri, quin longe maiores pro his sceleribus pe-  
nas subibimus, quam recens fuerit accepta voluptas. Vide ut prius precibus egerit,  
mox quod id sit negotii detestatus, tum dixit secundum gentes, demum & rei absurdi-  
tatem aperuit, cum circumuentionem esse hanc dixit, & hunc in modum a tanto sce-  
lere Thessalonicensis deterret, commonefacit preterea hos id ipsum se predicante vel  
alias sepe audisse.

NON enim vocauit nos deus in immundiciam, sed in sanctificationem. Itaque qui  
hec spernit, non hominem spernit, sed deum, qui etiam dedit spiritum suum sanctum  
in nobis. Cum dixisset superius fratri inferri iniuriam, cuius rei & deum subiecerit  
vindicem affuturum, amplificat nunc id ipsum dilatatque arguens, vel si id mali infide-  
lis quispiam patiatur, daturum haud dubie penas, qui mala igesserit. Neque enim te in-  
quit cruciati afficiet deus, ut eum qui male perpeffus sit vlsciscatur, sed se ipsum ut  
vindicta, nam cum ad mundiciam te & puritatem vocasset, cum inquinatior fueris,  
illate in se argueris iniurie, qui spiritum sanctum tibi contulerit, quo sit ut siue ancil-  
lam, siue reginam corruperis eque peccatum sit, quandoquidem deo hec infertur in-  
iuria, nec secus si fornicando deliqueris, deus erit huius flagicii ultor, cuius & spiri-  
tum inquinasti. Vel aliter, cum enim prospiciat deus se nobis contemptui esse, contem-  
ptus huius de causa potius quam hominis affecti iniuria, ipsum se vlsciscatur. Verum  
quo sumus proeecti dementie, ut cum hominum defugiamus conspectum quos ipsi offen-  
dimus, deum qui omnia conspicietur & videat, tantopere contemnamus.

DE caritate autem fraternitatis non necesse habuimus scribere vobis. Nihil in-  
terea de caritate edisserit que sit in omnes seruanda, sed ea dumtaxat que sit in fra-  
tres habenda. Et mox illos commonefacit, duo preparans quedam, nam primum ait  
rem ita esse in promptu, ut neque instructione indigeat, nam que magnitudine pre-  
stant uti caritas est, patent quidem & clara sunt, deinde pudere hos facit, cum vrget  
& excitat, ut ita se gerant ne eius presumpta opinione conuincatur inferiores, tamen si  
hos reddisse iam arbitretur in viam.

ET INIM illud facitis in omnes fratres in vniuersa macedonia. Quod autem  
inquit a deo vos acceperitis disciplinam, ex his mihi perspicuum est, que per vos in-

Deus  
vna vni-  
eē vxore  
constituit.

Cū solu-  
tavel etiā  
pstituta  
velle con-  
gredi dā-  
nabile.

Momen-  
taneū est  
qd dele-  
ctat eter-  
nū quod  
cruciat.

De ob-  
sui cōtes-  
ptū poti-  
us q̄ vt  
eū q̄ mā-  
le ppeff-  
ē vlsciscat-  
tur, pe-  
nas irro-  
gat.

fratres geruntur, macedonie autem ideo meminit quia metropolis esset macedonie Thessalonica.

ROGAMVS autem vos fratres vt abundetis magis, & operam detis vt quieti sitis, & vt vestrum negocium agatis, & operemini manibus vestris sicut precipimus vobis. Et si nequaquam scimus ait per vos in fratrem caritatem seruari, rogant tamen vt abundetis magis, hoc est vestram erga fratres augeatis magis ac magis benevolentiam, ad eamque & omni studio enitami. Potest & ita intelligi, vt statim illud sequatur, date operam vt vos quietius habeatis, & vestrum quisque propria negotia agat. Ex his autem eos arguit qui ocio vocant, & quieti se totos addicunt, curiosiusque aliena disquirunt, omnia perturbare, qui in vero manibus, inquit, propriis operamini, illos vituperat, qui corporis tollunt exercitationem & spiritalia tantum deponunt, sed spiritu, vnde intelligi datur non de spiritali exercitatione hoc loco dixisse Apostolum, sed de corporali, est namque spiritus sancti officium, ex manuum operamini aliis impartiri, spiritus inquam id certius quoddam est opus, nam ea tempestate Christiani, cum Christi ob fidem susceptam, infidelibus prede essent, re omni familiaris, & fortune bonis exhausti, in summa rerum penuria vitam degebant, eoque vt operentur edocet, quatinus quarent, cum sibi, tum aliis presidio esse. Si itaque his iniungit Apostolus, operamini manuum insudare, nil tamen eos excludit, quibus adhaerens integra maneat.

ET vt honeste ambuletis ad eos qui foris sunt, & nullius aliquid desideretis. Hoc est nequid impudentius apud illos agatis, qui extra fidei aulam diuagantur, stipem efflagitando, quod tamen modestius dixit ne illos offenderet, perinde ac si dicat, si fideles ipsi cum fidelem quempiam conspiciant optima corporis valitudine, mendicantem, maxime offenduntur & istiusmodi hominem sub Christi pretextu mercimoniam factitare incusant, quanto magis sunt infideles ipsi id mendicandi genus obrectaturi.

NOLUMVS autem vos ignorare fratres de dormientibus. Hoc loco de resurrectione iam meminit. Nam de hac & si antea ad eos differuisset, nunc tamen huiusmodi mysterium quoddam reuelaturus est, qui etiam ea que ad resurrectionem attinet non ignorarent, dolebant tamen deesse aliquid sibi ad veram cognitionem, dolorem itaque hunc lenit Apostolus inquis, & si plerumque cum vobis incognita sint meliora afferunt, cognita vero hanc tollunt, propterea ait, nolumus vos ignorare de dormientibus, id est mortuis, expressit itaque futuram resurrectionem cum dormire dicitur vitam functos, qui enim dormit & excitetur necesse est.

VT non contristemini sicut & ceteri qui spem non habent. Cuius rei spem dicit, resurrectionis videlicet, his namque qui se minime sperant resurrecturos procul dubio lugendum erit. Arrigende itaque his dictis aures sunt & contremiscendum, quid igitur aliquis inquiet, num eo vult non hos ignorare, ne afficiantur merore, non enim inquis subeant cruciatus, sed ne contristentur, ita quidem, nam eiusmodi tristitia & penas est allatura.

SI enim credimus quod Iesus mortuus est, & resurrexit, ita & deus eos qui dormierunt per Iesum adducet cum eo. Quemadmodum inquit filium suscitauit mortuum corporis obeuntem, sic & nos suscitabit. Aduerte vt Iesum fidentius eo mortuum dixit, quia facta iam & subsecuta sit resurrectio, nos vero quia suscitandi sumus, dormientes hic dixerit, futurum arguens, vt ab eiusmodi dormitione & somno excitemur nos aliquando, non enim qui nihil dormierit excitabitur, dormientes vero per Iesum deducet, duplici potest modo intelligi, vel quia per Iesum deducitur nos

Exercitatio corporis vtilis & operatio manuum.

Apostolus vita functos eo quod aliquando suscitandi sint dormientibus.

id est filius erit resurrectionis huiusce mediator, qui & prius fuit, & in patris conspectu asituet, vel dormientes per Iesum, hoc est fideles vt qui Christum in se habentes, per Iesum dormiunt. De precipua autem resurrectione nunc dixerit, hoc est de gloriosa illa fidelium a mortuis excitatione, que futura cum domino est, deducet enim secum, hoc est & in nubes vnde quaque nos ille corripiet tolletque. Erant quidem Thessalonenses de vniuersali illa futura resurrectione certiores iam redditi, sed quam essent in se gloriam habituri nil his satis constabat, eoque & angustiam aliquam videbantur, vnde eisdem nunc consulatur apostolus cum gloriosam hanc dicit futuram & honorabilem, ne si fortasse aliter idem sentirent ex alia quis presumpta opinione, mere afficerentur, quippe cum sint omnes resurrecturi non tamen in gloria, nisi soli fideles id est qui rectiora sunt instituta cum bonis operibus assecuti. Aduerte & que subsequuntur.

HOC enim vobis dicimus in verbo domini. Mirandum aliquid erat dicturus, eoque ex domini verbo rei huius & fide facit, tanquam inquit, nihil profecti a meipso, sed a Christo edoctus protulerim, nam illud, dare quidem longe est fatius quam accipere, ex preceptoris hoc est Christi verbis, acceperat, & huiusmodi reliquam ex spiritu loquebatur.

QVIA Nos qui viuimus, qui residui sumus, in aduentu domini non preueniemus eos qui dormierunt. Quod ad Corinthios dixit in momento & oculi ictu, nunc repetit, & quoniam difficultatis plurimum habere videtur, putrefacta iam & tantum corpora, a mortuis excitare. Idcirco qui viuimus inquit, non vt de seipso nunc dicat, neque enim erat ad resurrectionem usque victurus, sed fideles dicit. Vnde & qui residui sumus adiecit in aduentu domini sub eius namque persona eius complectitur qui in huiusmodi tempore egerint, vel eos viuere dicit qui in Christo assequuntur salutem.

QVONIAM ipse dominus in iussu & in voce archangeli & in tuba dei descendet de celo. Nil his inquit diffidas que sumus dicturi, nam domini hec futura sunt iussu, verum quomodo hec ille est iniuncturus, in archangeli voce ceteris angelis presidentis, & identidem in clamantis, prompti paratique estote omnes adest enim iam iudex. Vt enim pater in syna arabie monte tubis est vltus, & angelis ministrantibus sic & filius tamquam imperator his ipsis vtetur. Vel quia dei terra hec iussu cogetur, que exceperat corpora restituere, ad incorruptionem mox transformata, quod autem vnum in locum vndique sint conuentura, voce archangelus operabitur, vnus tamen aliorum ministerio angelorum.

ET mortui qui in Christo sunt resurgent primi. In Christo mortui hoc est fideles, vt qui in nubes sint subleuandi, vt priores resurrecturi ceteri vero postremi, id est damnandi quippe qui neque attollendi sint nec Christo in aera obuia processuri.

DEINDE nos qui viuimus, qui relinquamur, similis rapiemur cum illis in nubibus obuiam Christo in aera, & sic semper cum domino erimus. Et si mortui inquit sunt priores resurrecturi, nihilominus & nos qui in hac vita erimus rapiemur, digni videlicet vt subuehamur in nubes, sicuti & dominum nubes suscepit. Cur vero cum sit descensurus, fideles ille arripiet. Id vti que honoris gratia facturusest, nam quemadmodum imperatori cuiquam urbem aliquam in iuro, honoribus queque & dignitate prestantes, obuiam prodeunt, noxii vero & capitibus dampnati in carcerem interiorum coniecti iudicem hunc ipsum opperiantur, sic eo iudicii tempore, peccatores quidem & prauis facinoribus obstricti, in terris iudicaturum illum expectant vel si Christianum sortiti sint nomen. Iusti vero in sublime tollentur, sic demum & Christo eodem sunt fruituri qui est bonorum omnium caput, & perpetuo sunt apud hunc mansuri.

Oim qd de futuro resurrectione sed fidelium tantum etiam honorabilis & gloriosa.

Soli fideles in iudicio sunt in aera subleuandi, & ita priores resurrecturi.

¶ ITAQUE consolamini inuicem in verbis istis. ¶ Hoc est nullus vos tenet in

Non est nostrum in monere ipsorum. Apostolorum resurrectio nis tempus cognoscere.

Ex his palam est quantum cuique conducit sui finis ignorantio.

Parturientis similitudo.

ror, ut ceteros, qui se nil sperant resurrecturos. ¶ DE temporibus autem & momentis fratres non indigetis ut scribamus vobis. ¶ Est enim inquit superuacaneum, & plane inutile resurrectionis huiusce & reuer-

¶ IPSI enim diligenter scitis, quia dies domini sicut fur ita veniet. ¶ Domini diei & communem omnibus finem & priuatum cuiusque intellige, hic namque incertum incum- bit singulis, cuius finis & ignoratio pluribus modis nobis conducit, nam si presce- ret homo vltimum vite diem, omni studio adniteretur, reliquis diebus quibus se, nil dubitaret super futurum commissa omnia & peccata, penitendo ut aboleret deino- de cum se morti propinquiore spectaret, baptismi lauacro, postremo se tandem per- lueret, ut huius virtute delicta abolerentur, nec minus & multi qui nec moderati quod- quam nec pensi haberent, si certo scirent ut ita dixerim in crastinum se mortuos, ma- ximis quos haberent infensos tormentis afficerent, ut animum odio plenum exple- rent, tanquam cui nil esset ad se vltimum spei reliquum, quod tamen exequi ino- terea herent, cum hinc mortis formido coherceat, hinc vite suauitudo Angere pre- terea eorum animum assiduus ille mortis metus, qui longioris vite tenentur cupidi- tate, si mortis terminus innotesceret: nec tantum iusti mercedis assequerentur, pos- sent enim videri tanquam vite huius affecti tedio, si prescriptas sibi ad mortem lon- giores metas multo ante prospicerent, lucem spreuisse eoque & intrepidi adisse disci- mina quasi desperantes, non quia cum Christo versari percuperent. Nunc vero cum cuique minus compertum sit, ob vite finem incertiorum, vtrum superare queat quibus offertur discrimina perspicua utique erit singulorum, quota sit virtus: Cuiusmodi & tres illi pueri fuere, qui eo magis sunt ceteris admirationi, quia cum nihil essent vni- uincere flammis & incendia quirent certiores effecti, idola tamen adoratos se constan- ter respuerint. Cum itaque illud minus vos lateat domini diem, hoc est iudicii tem- pus, in furis morem & clam subituro, intendite his animum, & vobis cauetis, nesci- tis enim qua hora fur ille venturus sit.

¶ CVM enim dixerint pax & securitas tunc repentinus eis superueniet interitus, si- cut dolor in vtero habentis, & non effugient. ¶ Cum essent qui hos diuexabant pas- sionibus vacui & prospere agerent, fideles hunc in modum solatur nequaquam exci- stimante euasuros hos aliquando quos propediem inuasura est repentina & insperas- ta pernicies, que varias his amaritudines est allatura, nec secus excruciantur, quod solent intestini dolores parturientem vexare. Aduerte autem quemadmodum ad id pluri- mum faciat parturientis similitudo, nouit enim & mulier sese parituram omnino pariendi vero tempus ignorat, quo fit, ut plerumque septimo mense preternature insti- tutum & via media, nil prescie pertus ediderint, ut quod & he per lusum plerumque & io- cum, de repente ineffabilibus simul doloribus cruciantur. Sic & illorum anime, qui presenti hoc seculo per delicias ducunt & luxum hanc vitam, cum dies ille adueniat nequaquam mortem sunt & interitum euasura.

¶ VOS autem fratres non estis in tenebris, ut vos dies ille tanquam fur comprehen- dat. ¶ Hoc est non tenebrosam & impuram ducitis, vitam Dicit aliquis e quid er- go nonne & hos & si nulla sint labe affecti vel incertus inuasurus est finis? inuadet qui- dem sed nullo eos obducat merore vigilantibus namque & in luce versantibus, si pre- do aliquis aditum nactus de improviso incumbat, nil poterit quod horum sit deua- stare, at si teneris dormitantes deprehendat relatis spoliis abscedet impunis.

¶ OMNES enim vos filii lucis estis & filii diei. ¶ Quemadmodum gehenne filii afferuntur, qui gehenna condigna patrarint & diffidentie filii, qui Apostolorum di- ctis diffidunt, sic & filii diei hi erunt qui ea que lucis sunt fecerint.

¶ NON estis noctis neque tenebrarum. ¶ Hoc est peccati.

¶ Igitur non dormiamus sicut & ceteri sed vigilemus & sobrii simus. ¶ Hoc est nequaquam in bonis operibus negligentiores nos ipsos prestemus sed sobrii si- mus auget namque vigiliam sobrietas ipsa & abstinentia, perinde ac si dicat, per es- tinentiam que bona sunt diligenter & caute peragamus.

¶ QUI enim dormiunt nocte dormiunt & qui ebrii sunt nocte ebrii sunt, nos au- tem qui diei sumus, sobrii simus. ¶ Dormientes eos hic dicit qui somno quodam nequitie capiuntur, tanquam ad virtutes inertes & torpidi, & semper aliquid quasi per somnum imaginantes, talis est enim presens hec vita a sopore nil aliena Ebrieta- tem autem dicit, non modo inaticam illam & a bacho progenitam, sed que a quibus- uis viciis oritur temulentia, tanquam que ipsius nature limites & metas excedat & mentem ipsam obtenebret Haud quaquam itaque ait istiusmodi vos ipsi prestetis, non enim constatis ex nocte & tenebris sed ex die a luce, baptismi & diuinarum tradi- tionum gratia orti.

¶ INDVTI loriceam fidei & charitatis. ¶ Neque enim sat habet, ut vigilantiam & sobrietatem seruemus, nisi & armis circuducamur, nam si vigilantior quisquam & excitus fuerit armis autem careat quibus tutari se queat, celerrime a predonibus & ca- pietur & trucidabitur. Fidei vero & caritatis cum inquit loriceam, rectora que uis de- creta, & optimas vite actiones pretendit, sic enim vere homines abstinebunt, cum bo- nis operibus abundabunt, Hec quidem sunt non modo seruanda sed pro thorace habenda, hunc namque nil facile vel prehendere poterit vel transilire, sed pectus ipsum haud secus ac paries inherens tutabitur, & a deo ut nulla nobis succensa diaboli ia- cula vel obesse possint vel capere.

¶ ET galeam spem salutis. ¶ Quemadmodum enim quod principale est nobis e- caput galea ipsa obtegens securius reddit & tutum, sic & spes ipsa mentem conseruat & salutaris illi esse arguitur, cum nihil externum in hanc sinat delabi Aduerte au- tem quod & alibi dixit fidem spem caritatem, tria hec, vel in presenti ex his ut com- parentur iniungit.

¶ QVONIAM non posuit nos deus in iram sed in acquisitionem salutis, per do- minum nostrum IESVM CHRISTVM qui mortuus est pro nobis, ut siue vi- gilemus siue dormiamus, simul cum illo uiuamus. ¶ Propterea inquit hec arma sunt comparanda, quia non posuit, hoc est non segregauit nos deus, ut eius iram experia- mur, sed ut vendicet sibi & saluos reddat, tradito ut morte afficeretur nostri gratia unigenito. Nobis ergo vel in discrimine constitutis separanda sunt bona & maxima queque a domino expectanda, nam si crederemus hunc ipsum nec filio pepercisse ut sal- uos nos faceret, spes esset vel certior fore ut ex periculis & mediis malis nos ille eripe- ret, & rei experimento ita futurum mox spectaremus deumque ipsum caritate prose- queremur & proximos, nam ea inquit de causa mortem obiit Christus ut siue vigila- mus, id est, uiuimus siue dormimus, hoc est morimur, cum illo ut vitam ducamus, quando quidem celestis illa dormitio, a terrena hac longe est aliena, Ait igitur, nolite corporum & vite huius discrimina siue mortes reformidare, si enim vel morimur vi- cturi sumus, nam & is qui tantopere est in nos caritate affectus ut nostri ob gratiam mortem subiret uiuit quidem & perpetuo uiuet.

¶ PROPTER quod consolamini inuicem & edificate alterutrum, sicut & facitis ¶ Vides quid demum excusat, perinde ac si dicat non sum ipse preceptor sed vos ipsos

sobrietas & vigilia ad beatitudinem conducunt quod sed his dicitur, qui bonorum operum thorace se muniant.

Quod capiti est galea, hoc spes menti.

Celestis dormitio

in uicem uel im edificeis quando haudquaqua sunt satis, qui instruendi sunt  
hoc munere ut queam uniuersos commonefacere.

**PROGAMVS** autem vos fratres ut noueritis eos qui laborant inter vos. **Cum** dixisset uosipfos alterutrum edificate ne forsitan arbitrentur sese his uerbis ut preceptores institui, eoq; in suos instructores superbiant sic inquit & si mutuum uobis edificationem permiserim, obsecro tamen ut qui uos edocent atq; in facinoroso uobis nore habeatis, coguntur enim grauiam multa subire doctores que delatus his honore tolleratu faciunt leuioia.

**ET** presunt uobis in domino, & monent uos. **Si enim** honorem his detuleritis qui per hominem uobis preficiuntur quanto magis qui a deo prefecti sunt, debetis & gratias agere, & honorare, id enim designat cum in domino dicit, id est humanis huiusce in rebus & temporariis uobis homines president, in his uero que domini sunt qui fuerit prefectus, pro uobis non solum orabit sed curabit attentius ut per baptis mi lauacrum iterato nascamini, castigabitq; & medebitur & si nocte hunc in tempore, sta uos exciueritis, presto mox erit, uides qualis sit in domino prefectura.

qui Christi dilexerit, eum qui sibi proficitur & honore & beneuolentia profatur necesse est.

**UT** habeatis illos habundantius in caritate, propter opus illorum. **Non enim** simplici quadam hos uelim beneuolentia prosequamini sed abundantia, ut & liberi in parentes afficiuntur, nam qui Christum dilexerit & eius ministerium, ut cuius se gesserit diligat necesse est, quia per eum sit ueneranda mysteria consecutus. Si uocati duxeris decore prestantem, nonne & his honorem uel maximum impartieris, qui ad te illam traduxerint, celorum regnum cepisti, & eum contempnes, qui illud subministrarit, honorandi sunt itaq; per uos preceptores, quorum ductu & ministerio bona ineffabilia assequemini.

**PACEM** habete cum eis. **Hoc est** cum preceptoribus, nouerat enim odia esse in hos quedam oborta, parii quippe ueritas, odium, & odio sepe habentur qui alios arguunt, & malefacta nil probant. **Habete igitur** inquit cum his pacem, hoc est pacifice cum istis uos gerite.

Si delinquente acerbiori quodam modo castigaueris, pertinaetorem efficies.

**PROGAMVS** autem uos fratres corripite inquietos. **Hoc loco** ad preceptores diuertit sermonem neq; enim inquit per licentiam & arrogantiam alios inceditis sed leniter castigate, nam qui peruersis imbutus est moribus pertinacior fiet in malo si acerbius forte corripitur nam eos contra bene compositos dicimus, qui dei statuta & mandata obseruat. **Is namq;** singulis rebus ordinem presiniuit, & limites quos qui trascenderit incompositus esse & dissolutus arguetur, cuiusmodi sunt tentationes, auari, & istiusmodi ceteri, qui delinquendo constitutas a deo mentas excedunt.

**CONSOLAMINI** pusillanimes. **Pusillo hi** animo sunt, qui ferre nil queunt temptationes, isti sunt enim qui profeminati, in lapides conciderunt, qui tamen omnino sunt subleuandi, & consolandi.

**SVSCIPITE** infirmos. **Hoc est** validiores reddite qui fuerint in fide infirmiores, ut & alibi dicit, fide infirmos suscipite.

**PATIENTES** estote ad omnes. **Hoc est** dissolutos pusillanimes & infirmos sustinete id namq; maximum in modum congruit preceptoribus, ut uel effera uisum mos tolerando ad bonum conuertant.

**UIDETE** ne quis malum pro malo alicui reddat. **Si mala** nequaquam malis sunt compensanda quantum minus pro accepto beneficio, non sunt mala reddenda, uel malo afficere qui nihil effecerint.

**SED** semper quod bonum est sectamini in uicem & in omnes. **Nec enim** sat est nil mali pro malis illatis rependere quin & bonis erit qui mala ingesserit atq;

ciendus id enim sentit cum inquit sectemini quod bonum est hoc est enixe nitamini omnibus benefacere & in uicem hoc est erga fideles, & in omnes id est erga infideles estote benefici.

**SEMPER** gaudete. **Semper** hoc est uel in mediis, & uirgibus malis gaudio afficiamini tanqua id dicat, equo animo pro Christo omnia tolerate. **Aduerte autem** quemadmodum postquam malum minus esse pro malo reddendum dixisset, mox & gaudendum his esse iniunxerit, qui enim edoctus nullas uicis iniurias sed confere rendis beneficiis potius insueuit, & his benefacere qui mala intulerint, unde hic poterit eculos meroris excipere.

**SINE** intermissione orate in omnibus gratias agite. **Viam nunc** aperit ad perpetem quandam iocunditatem, ut assiduo scilicet & orandum sit, & gratie deo agende, nam qui uersari cum deo diutius consueuit, eidemq; pro oblati sue prosperis siue aduersis eo gratias agit, perspicuum est perpetuam quandam animi suauitatem hunc esse adeptum & continens gaudium.

**HEC** est enim uoluntas dei, in **CHRISTO IESU** in omnibus uobis. **Qui enim** poterit semper parte gratie dici, nimirum si noueris deum sic uelle, ut illi te non ingratum pro acceptis exhibeas beneficiis. **In Christo Iesu** hoc est Christi domini, adiuuamento & ope, nam ille nobis uel in gratiis huiusce agendis opitulatur, sicuti ut id ipsam agamus & multis in locis in euangelio edocet.

**SPIRITVM** nolite extinguere prophetias nolite spernere. **Cum** nobis loco sit hec uita habenda & facem nobis detulit deus Spiritum sanctum, quam sane splendidiorem reddidere pleriq; quemadmodum sancti, nonnulli uero extingui sunt passi quemadmodum uirgines ille que lucernam oleo carere permiserant, ne secus & qui Corinthii fornicaretur eandem hanc facem luto offudit, dicit itaq; spiritum nolite restinguere hoc est spiritus gratiam, obstruite ergo fenestras siue sensus hos corporales, ne nequitie spiritus ille inuadat & sic fax illa extingui non poterit non puluerem inspergas uel curas terrenas sic enim inextinguibilis permanebit. **Vel ita** erant apud hos & uere pphete & fallaces quidam & subdoli, & quia minus compertum his erat utri nam horum ex deo essent ueridici, simul omnes aduersabantur, & improbabant. **Subdit igitur** spiritum nolite extinguere, hoc est spiritus donum, quod ueris inest prophetis, cum hos nec secus defugitis quam alios qui se mentiuntur prophetas. **Nec** prophetias contempnite, que ex sancto spiritu prodeunt.

Magna merces illi manet qui nullas uicis iniurias sed beneuolentia potius exhibere seletur.

Spiritus non extinguendus.

**OMNIA** autem probate quod bonum est tenete. **Quid ergo** excepturi nesumus qui falso se prophetas astruxerint, nequaqua inquit sed omnia probate, hoc est, & uera, & falsa periditando, discernite, deinceps quod bonum est tenete, hoc est quas rectas esse compertum habebitis admittite prophetias, prophetias uenerationi habetote & cure.

**AB** omni specie mala abstinete. **Nec enim** hoc illoue abstinendum indicit. **Sed omni** re prorsus, siue propheta quo uis falso & commentitio siue prauis quibus uis facinoribus.

**IPSE** autem deus pacis sanctificet uos per omnia. **Post** monita & uota inducit, ut utrinq; sint tutiores per omnia uero, ut corpore & animo sanctitatem adipiscantur sicut ex subsequentibus ipsis perdisces.

**ET** integer spiritus uester & anima & corpus sine querela in aduentu domini nostri **IESU CHRISTI** seruetur. **Spiritus** id est donum quod per baptismum iam accepistis, nam si huius colluente in facem seruabimus, nec restingui hanc patiemur & nuptias ipsas adibimus, tunc sane corpus & anima querela uacabunt hoc est coargui criminis nequaquam poterunt, quid ni, si in nobis illuxerit spiritus. **Gregorius**

Hois na-  
tura ex  
Grego-  
rio Nyl-  
seo.

autem Nyfseus sic inquit, cum enim homo ex omni sit animarum specie admittens ea scilicet que plantis inest, mox sensibili & intellectiua cum spiritu dicit. Apolo-  
lus profecto intellectiua expressit, cum animam, sensibilitatem ipsam, cum corpus  
vitam in se nobis ostendit que & in plantis esse comperitur. Precatur itaq; & optat  
hos omnes per omnia sine querela seruari, & in cunctis deo vt obsequantur.

**FIDELIS** est qui vocauit vos qui & faciet. **Vide** Apostoli ingentem humilitatem, cum enim esset hec omnia his comprecatus nolite inquit existimare me vestris precibus vos saluos fore, sed dei qui vos pro sua vocauit benignitate, nam si ad saluos vos ille exciuit fidelis est sane id est verax, & ita est pro eius voluntate facturus vt & saluos vos reddat.

**FRATRES** orate pro vobis. **Aduerte** quam humilem se & abiectum prebet cum dicat se horum precibus indigere.

**SALVTATE** fratres omnes in osculo sancto. **Cum enim** absens ipse remiseret salutem ore & presens his impartiri, per alios saluere hos iubet, & quoniam in-  
est nonnunquam in osculo dolus, quale illud Iude Christum prodentis fuit, in osculo sancto subiicit.

**ADIVRO** vos per dominum vt legatur epistola hec omnibus sanctis fratribus. **Nec enim** adeo perlegi epistolam hanc doctrine gratia cupiebat, quam vt illos etiam per epistolam alloqueretur, quod plane ardentis est desiderii argumentum, ad iurat autem eos vt si se id paruifacerent postulantes obtestatione saltem eiusmodi, quod eis iniungitur exequantur, tanti erat & tam formidolosa apud Christianos veteres obtestatio.

Obtesta-  
tio apud  
veteres  
Christia-  
nos for-  
midolo-  
sa.

**GRATIA** domini nostri IESV CHRISTI vobiscum amen. **Cunctis nos** ille inquit bonis donauit, incumbite ergo vt ampliozem gratiam, pro tatorum bono-  
rum ac numerum dignitate, & vitam agendo ea mox vendicetis que vel diuina ead-  
dem nobis sunt gratia comparata, caueteq; iter quodcumq; prauum ac deuium, vt vi-  
tam hanc ipsam, ad patris & filii & sancti spiritus gloriam transigatis, quem omnis  
gloria & honor decet in seculorum secula. Amen.

Scripta fuit ex Athenis.

In secundam Ad Thessalonicenses Epistolam argumentum.

AD Thessalonicenses secundam scribit Epistolam Apostolus, & notum facit eis de temporibus nouissimis, & de aduersarii detectione. Scribit hanc Epistolam ab Athenis per Titum diaconum, & Onesimum Acolytum.

In Epistolam ad Thessalonicenses secundam, Anastasii Prologus.



Ecundo ad Thessalonicenses idcirco Paulus scribit, quia his iam ante per literas significasset, sese vt eos reuiferit summo studio adnissurum, & quoniam minus esset voti compos effectus, ferreque diutius has moras nequiret, Timotheum misisse affirmat, qui eius desiderium Thessalonicam remigradi aperiret/ac nunciaret, cumq; haudquaquam ad id temporis vllam esset ad hos proficiscendi nactus adhuc facultatem, vt que illis ad fidei summam deessent, absolueret, secundam hanc primam adiecit Epistolam, & per literas supplet, quod eius profectioe facere libuisset, Quod autem sese ad eos nondum contulerit, liquet ex eo, Nam in priori epistola cum domini aduentum nil presimisset, p inde ac scitu id minime necessarium foret, in secunda hac de domini aduentu prescribit, de quo nil sane in presenti scripsisset, si ad eos sciret se profectum, Per literas itaq; de aduentu huiusmodi, cuius esset apud hos orta iam questio: meminit, presertim cum essent nonnulli fidei vastatores, asserentes aduenisse iam dominum, quodq; & grauius erat, vel dicta quedam ex composito, tanquam a Paulo pdicta producebant: proferebantq; & epistolis vt ab eodem conscriptas, que omnia commentus est demon, vt Christianos disiungeret, cum vnum illud Christi cultores precipue consolaretur, fore vt aliquando resurgerent, sperantes virtutis mercedem se recepturos, & qui se oppressissent daturus penas. Submisit itaque eius ministros diaholi, qui palam docerent adesse iudicium, & Christum secundo iam aduentasse, vt illud maxime suaderet, nec vlla esse virtuti merita, nec fore vt quispiam iudicetur, nec malos pro eorum commissis luituros supplicia. Que omnia ideo suggerebat hic demon, vt sanctorum spem omnem intringeret: & euangelio aduersantibus audaciam angeret, arguatq; & Christum mendacem, qui sui aduentus signa quedam predixerit, que minus sint visa, cum adesse tam resurrectionis finem falso assererent, vnde apte dominus vt mendax arguebatur. Quocirca epistolam hanc scribit Apostolus, edisseritque de Christi aduentu, cui cum nullum interea presimiat tempus, antichristum tamen futurum indicio patefacit. Thessalonicenses preterea malis magnum in modum iam maceratos, enixius consolatur, Demum & signa quedam illis demonstrat: quibus proprietas eius internoscant epistolas.

Ad thes-  
salonicen-  
ses cur ite-  
rum Paulus?

Resurre-  
ctio futu-  
ra.

**PAVLVS** & Sylluanus, & Timotheus ecclesie Thessalonicensium in Deo patre nostro & domino Iesu Christo. **Et in priori** item epistola ita exorsus est, quo fit: vt eadem in hoc primordio sit eque in illius principio sequenda interpretatio.

**GRATIA** vobis & pax a Deo patre nostro & domino Iesu Christo. **Cum enim** sua Deo cuius gratiam impartitur, nil erit quod moleste hic ferat: quoniam quod est facile dissoluitur, que illi obiciuntur aduersa. Paulus itaq; nihil ignarus quod dei gratia cunctis prestaret, vel hanc ipsam his copatur, que vtiq; vt primu his aderit, nullas sentirent que inferuntur tentationes sed pace simul diuina accepta, in tranquillo agent, & immobiles permanebunt. Com-  
monscit pterea eos diuina gratia, vt cum primum pressuram inuaserint, huiusce gratia recordati, qua salui sunt facti, maxime consolentur, & ex preteritis & maioribus beneficiis certiozem spem nacti, nihil in minoribus malis desperent.

**GRATIAS** Agere debemus semper Deo pro vobis fratres, ita vt dignum est. **Tria** hec docet: primu, vt si quid per nos optime geritur, gratias Deo agamus: nec nostra virtuti id ascribamus, & illi accenseamus rerum omnium summam, nec quo pacto ob rem bene gestam insolecamus. Secundo quemadmodum nequaquam sint luctu & lachrymis digna, que ipsi propteruntur, sed eiusmodi, vt agi Deo pro his gratia possint. Quocirca debere eos gaudio affici non merore conficere animum, vel penitus despe-



rare. Tertio q̄ alienis virtutibus nequaq̄ sit inuidendum, sed congratulandum peti-  
us, & pro fratrum profectu Deo dicendæ sint gratiæ, quò sit: vt qui ex aliorum vir-  
tute dolore afficiuntur, Deo proculdubio maledicant. Ita vt dignum est; eo intulit, ne  
cum gratias agimus, tanquam nouum aliquid nos inducamus, & ceteris inuictum,  
superbiamus, Facimus namq̄ quod fieri merito debet, vnde & rem ipsam debiti ap-  
pellauit, cum dignum est dixit, vel quia & verbis sunt, & operibus gratiæ ipsæ agen-  
dæ, sic pro meritis agi iudicabuntur.

**¶ QVONIAM** Supercreuit fides vestra. ¶ Cum enim vos intulerit tērationi  
diluuium, nec aliquo vos intercluserit, nec illis succumbitis, nil certe aliud preferunt, q̄  
vestra maxima incrementa, & fidei vestræ sublimitatem. Supercreuit autem dixit ex  
quadam veteris cataclismi illius similitudine, qui nequaquam facile summa queque  
fastigia intercludit, & si illa operuit, vt primum cepit decrefcere, hec emerfere. Arguit  
etiã istorum fidei magnitudinem, cum supercreuit intulit.

**¶ ET** Abundat charitas vniuscuiusq̄ vestrum in inuicem. ¶ Aduerte qualem se hec  
habeat charitas, neque enim hunc complexa, alium respuit, sed eque in omnes diffun-  
ditur, Id enim designat cum inquit vniuscuiusque vestrum, & in inuicem, nam si cete-  
ris reiectis in vnum aliquem charitatem omnem hanc contulerimus, haudquaquam  
charitas, sed diffidium diceretur, nam si Dei ob gratiam vniuersi sunt benevolentia  
prosequendi, omnes pariter obserua, & cole, si vero priuatim aliquem ipse fueris chari-  
tate complexus, humana profecto erit, nō diuina hec charitas. Aduerte autem animo  
rum coniunctionem, & mutum benevolentia nexum ad propulsandas tentationes  
valere plurimum.

**¶ CITA** Vt & nos ipsi in vobis gloriemur in ecclesiis dei. ¶ In priori epistola dixerat  
ita omnes callere, que apud vos ipsos gerantur, vt nequaq̄ necesse sit de vobis aliquid lo-  
qui: Cur ergo nūc dicit, pro hiis se in ecclesiis gloriari? Id sane ex electis ipsis liquide  
patet, Non enim dixit illos de vobis loquendo instruimus, sed gloriemur in vobis, &  
vestrum profectum gloria ducimus. Si nos itaq̄ Deo pro vobis gratias agimus, &  
apud homines tantopere gloriemur, longe magis vos oportebit aduersis in rebus idē  
tudem factitare, & tentationibus nihil succumbere.

**¶ PRO** Patientia v̄ra, & fide, & in omnibus persecutionibus vestris, & tribulationi-  
bus quas sustinetis. ¶ Ostendit hos quicem diu, ac multum fuisse tentationibus affli-  
ctatos, neque enim biduo, triduove patientia demonstratur: sed diuturna malorū  
tolerantia, illis etiã inesse patientia ista videtur, qui cum bona illa, & promissa cele-  
stia nondum acceperint, sustinent tamen opperendo, & patiuntur. Nunc vero maiorē  
rem illam designat, que in persecutionibus, & pressuris arguitur, & his quippe qui-  
bus cum hostibus res erat, implacabilibus necessaria erat firmior tolerantia, & in istis  
precipue predicationis primordiis. Pudeat ergo calamitosos hos homines eorum in-  
constantia, qui hominum iussu, & persuasionibus, ad decreta quedam obliqua, & p̄-  
uersa se transferunt.

**¶ IN** Exemplū iusti iudicii Dei, vt digni habeamini in regno dei. ¶ Vel ex hiis que  
dicta superius sunt, consolatus est eos, & ex eo precipue quod dixit gratias agimus, &  
gloriamur in vobis, Nunc vero id infert, quod dolens quisque, & merore affectus con-  
quirat, vt pressuras scilicet, & ipse euadat, & illorum deposcat, qui se oppresserint pe-  
nas. Quod autem inquit, tale est? Equo animo tolerate, qui vobis inferuntur an-  
gones, vt postmodum Dei iudicium pateat, quod sane vos ob vestram hanc toleran-  
tiam celesti imperio dignos efficiet. Vos enim, qui oppressi estis, & conculcati, corona  
na donabit, & cruciabit, qui vos oppresserint, aut vim inferunt, sic Deus, suam pre se ius-  
ticiam ferat. Hos itaq̄ admodū consolatur, cū dicit non per grām eos coronam hanc

qui vnū  
reiectis  
ceteris a-  
more, p̄se  
qtur spre-  
ta chari-  
tate diffi-  
diū secta-  
tur  
Nō p̄ba-  
tur modū  
copatien-  
tia, sed  
diutur-  
na malo-  
rū tolerā-  
tia.

Corona  
ex pressu-  
ris.

promereri, sed iure, quia viriliter tentationibus ipsis obfistit, accepturosq̄ in laborum  
& sudoris mercedem, celeste imperium.

**¶ PRO** Quo & patimini. ¶ Neq̄ enim inquit, qui vos angunt, eō & dominantur:  
quia vobis p̄ualeant, sed quia p̄ tolerantiam Dei regnum paratur, & necesse sit, vt hūc  
in modum istiusmodi commutatio fiat, per multas enim dominus inquit, regnū ce-  
lorum aditur angustias, & arta est via, que ducit ad celum.

**¶ SI** Tamen iustum ē apud Deum retribuere retributionem his, qui vos tribulant,  
& vobis qui tribulamini, requiem. ¶ Si tamen conditionalis particula hec nil affert, a-  
biguum, sed roborat potius, & affirmat, hoc est, quia iustum sit ap̄ Deum. Nam si ap̄  
mortales aut parum valet iusticia, longe magis apud Deum ē valitura, qui vt seruare  
tur instituit. Est autem hic dicendi modus in sacris literis sepius vsurpatus, vt illd. Si  
odit Deus p̄ceptores, si curat Deus mūdana, quod p̄fide est dicere, odit Deus qui pec-  
cant: & curæ non habet terrena, nec secus debet, & hoc loco intelligi, si tamen iustum  
est apud deum, cōsentaneum est, vt iustum esse, & equū id asseratur, Neq̄ enim vt tē-  
poraria hec, & breuia, que hic vobis ingerunt mala, sic illis contra, ab breue qui infer-  
tur a Deo, futuri sunt cruciatus, quin potius nec sine carebunt, & vobis erit quies p̄-  
petua.

**¶ NOBISCVM** IN Reuelatione domini Iesu de celo cum angelis virtutis eius.  
¶ Ecce & alio quodam modo horum animos lenit, siquidem tantarum sint hi pal-  
marum futuri participes, quas Paulus tanta virtute, & rebus optime gestis promer-  
tus sit. Reuelationem autem de eius dicit aduentu; per hunc item eos consolans, per  
inde ac si inquit, Et si interea aduentus iste vos lateat, nil tamen propterea vobis verē  
dum quin ventur⁹ sit aliquando, Reuelabitur enim dominus Iesus de celo: hoc est, ex  
Dei sede, & angelis comitantibus virtutis eius, id est potentibus quidem, & validis.  
Cur ergo debetis diuexantibus vos ipsi succumbere, cum talem dominum habeamus  
cuius ministri, virtutis sint, & potentia angeli, & a quibus daturi sunt qui vos oppri-  
munt, penas nec vsquam sunt euasuri.

**¶ IN FLAMMA** Ignis dantis vindictam his qui non nouerunt Deum, & qui non  
obediunt euangelio domini nostri IESV CHRISTI. ¶ Superius dixit vos op-  
primentibus, nunc vero cunctis communiter, qui Deum ignorant, prudenter illud  
affirmans futurum omnino, vt hos vindicet Deus, Nam et si id nostri de causa faceret,  
sui tamen ipsius ob gratiam, sumpturus de hostibus supplicium est. Primum autem  
illud eo dixit, vt certiores hos faceret istiusmodi omnes: quos toleranter adeo ferrent,  
penis esse, & tormentis afficiendos. Quod vero subsequitur, qui euangelio min⁹ o-  
bediunt, idcirco subiecit, vt hi maxime gaudeant, quia in eorum honore supplicia his  
allaturus sit Deus, qui se oppresserint. Nam si eos, qui euangelio nil obsequuntur pu-  
nit, & cruciat, longe magis qui alios interpellant, ne euangelio pareant, quales hi sunt  
qui vos in presentiarum diuexant, vel in flamma ignis vno contextu erit cum dantis  
vindictam, id est, in gehenna contumaces excruciantis, vel reuelationi quod dixit  
Christi subsequitur, vt ea sit reuelatio, id est, aduentus in flamma ignis futura, quem  
admodum & Dauid sic p̄fetur, ignis autem eū precedet, & inflammabit in circuitu  
inimicos eius, & Daniel fluuius ignis trahebatur, in flamma autem ignis non illumi-  
nantis, sed v̄rtis. Nam peccatoribus v̄rdinem est allaturus, nō splendorem hic ignis  
iustis vero fulgorem, & lucem non ardorem, aut incendium.

**¶ QVI** PENAS DABVNT In interitu eternas. ¶ Vbinam gentium Orige-  
niste nunc sunt qui istiusmodi cruciatibus, & sinem fore fabulantur, & fingunt, quos  
Paulus perpetuos asserit, Cur ergo ad tempus futuros cruciatus huiusmodi deliran-  
do iactatis,

Si condi-  
tionalis i-  
terdū as-  
sermat.

Optimā  
cōsolatio

Cruciat⁹  
ifernales  
eternos  
fore licet,  
Origeni-  
stæ oppo-  
sitū sese-  
rint.

CA Facie domini / & a gloria virtutis eius. Hoc loco q̄ Deo facile sit cruciatus inferre exponit, neq; enim illi aliqua erit in inferendis his difficultas, quippe cui⁹ vel solo aspectu rebelles / & contumaces cruciabuntur, q̄nquidē cū diuina p̄sentia, his quidem splendorem ē allatura, illis supplicia, non enim simpliciter ille, sed cum gloria / & virtute est aduētus, ita vt neq; huius gloria potentia careat, nec potentia sit gl̄iæ expers, sed tamē q̄ potentissimus impator aliquis veniet.

CVM Venerit gl̄ificari in sanctis suis. Cam enim qui dum in humanis agere nihil se deo morigeros p̄stitere, sed tumidi extitere / & elati, eos cōspicabuntur, quos ita gri safflixerant, infinita gloria iam esse potitos, id sane in Dei gloriam cedit, quippe cū communis sit his cū Deo futura hec gloria, quocirca cum sanctos ille honorib⁹ auget, seipm extollit. Nam vt fideles hic pro diuitiis habet, sic illud in eius gl̄iam est cōcessurum; cum extent qui suis bonis sint fruituri.

LET Admirabilis fieri i omnib⁹ / qui crediderūt. Hoc est, pomnes credentes. Nā cum miseros quosq; / & diuexatos, & ab omnibus affectos iuriis, tāta claritate / & splendore dignabitur Deus, tunc sane eius vis omnis diuina patebit. Vel aliter, Cum enim in mediū hi p̄ducuntur / & malis afficiuntur innūeris, vt a fide desciscant, nec tamen vel ex cruciati desciscūt, tūc p̄culdubio cū dei, tum vel horū gloria innotescit.

QVIA Creditū est testimoniū nrm sup vos in die illo. Magnificet enim deus illo die, hoc est, ei⁹ aduentus, qd̄ testimoniū nrm, hoc est, sermo / & predicatio nostra, su p vos creditū sit, id est, qd̄ vos credidistis / & bonis illis dignos vos effeceritis, que tunc fidelib⁹ donabuntur. Recte aut̄ dixit in illo die, tūc enim patebunt, qui veram fuerint Christi fidem adepti, Nam iterea hanc fidem quam minime tenet; dissimulant mētē. Vnde & illud optime dictū, dicitq; bt̄us ante obitū nemo / supremaq; funera potest.

IN Quo etiam oram⁹ semp p vobis, vt dignetur vos vocatione sua de⁹. Quis quid ergo aliquis dicet, nōne & hi erāt vocati? ita quidē, haud tñ de hac vocatione nūc differit. Secundū hanc eim sūt multi acciti, qui etiam & qui sordidiori erat veste obteft⁹ / & nuptiis nil congruente, vocat⁹ est, & virgines quinq; nec tamen admisse sūt. Vocationem autem hoc loco dicit, que sit operib⁹ confirmata, que ve haud dubie vocatione est, sicuti & vera dicitur fides / que re / & actiōib⁹ nititur.

ET Impleat oēm volūtatem bonitatis suae. Eam, inquit, dico vocationem, vt oīs Dei volūtas, hoc est, qd̄cūq; illi placitū est, impleatur in vobis, & omne bonū p̄ficiatis, & vos ipsi pro dei volūtate p̄stetis, ita vt nil quidpiam desit. His p̄terea dictis & illos rum frenat, si quam forte in his reledisset supbiām, ne plurimū collaudari efferantur, arguit namq; nondum perfectionem hos attigisse.

ET Op⁹ fidei in virtute. Persecutionū inquit tolerantia p̄fectiorem in vobis efficiet fidem, quo pacto? in virtute quidem, hoc est, fortiores vos reddens, & in fide cōstantiores. Patientia namq; op⁹ est fidei, quo sit, vt qui patientia careat, neq; fidei op⁹ aliquod pre se ferat.

VT Clarificetur nomē dñi nri Iesu Christi i vobis; & vos in illo. Si hec inquit que dixim⁹ p vos pagentur, vel in hac vita, dñi nomē in vobis gl̄iam assequetur. Cū enim vos p̄pexerint homines pro v̄ra in dominum charitate, tentationes equo animo ferre quo pacto, nō deo sūt id ad gl̄iam ascripturis / qui adeo bonitate / & mansuetudine p̄stet, vt sui gratia vel serui oppetant mortem, Et tantæ virtutis sit, vt vos ad patientiam roboret, & vos in ipso litis videlicet validiores, quandoquidem tantopere et his in testib⁹ deles inuenti, vt omnia constanter tuleritis, Cedit namq; id seruis ad laudem, cum domino fidem seruarint, vel aliter, Glorix futurū est nobis / cū pro Christo maxime angimur; & malis plurimis afflictamur, Hec namq; nos faciunt clariore, qui cū quotiē die mortī offerimur; mortem tamen superasse arguimur.

Sola illa venit fides dicitur da que re & actiōib⁹ nititur

Non esse apd̄ illū op⁹ fidei, qui patientia careat

SECVDVM. Gratiam dei nostri, & domini IESV CHRISTI. Vel ipm Deo inquit debet, non nobis ascribi, & illius gratia sit, cum ipse, vel gloriam in nobis assequitur, quippe qui ei nil anteponimus cum omnium sit ille dulcissimus, & nos in illo laudem vendicemus, a quo virtutem ad omnia toleranda accipimus.

ROGAMVS Autem vos fratres per aduentum domini nostri IESV CHRISTI, & nostræ congregationis in ipsum, vt non cito moueamini a vestro sensu.

Quo tempore futura sit resurrectio: nil explicat, edocet tamen nequaquam hanc in presenti constare. Erant enim deceptores nonnulli, qui plane assererēt, instare iam rerum omnium finem, adesseq; & Christi aduentum, vnde nec mediocriter hos consolatur, cum inquit, ad ipm conuenturos esse fideles, futurosq; cum eodem perpetuo sicuti & in priore Epistola dixerat. Simul namq; vt resurrexerint, ad dominum subleuabuntur, qui digni sunt. Quid ergo vos ipsi rogamus? id scilicet vt stabiles sitis, & in fide constantes, nihilq; a sensu dimoti / quo ad id temporis rectori vos statu & tempore vno seruastis.

NEQVE Terreamini, neq; per spiritum. Hoc est, per prophetiam / & vaticinium, Nonnulli namq; prophetas se mentientes, populum illudedant, cum dominum adesse assererent.

NEQVE Per sermonem. Hoc est, per doctrinam viua voce depromptam.

NEQVE Per epistolam tanq̄ per nos missam. Per epistolam videlicet falso compositam: quam a Paulo dicerent destinatam, eorum dicta hi astruebant.

QVASI Instet dies domini. Hoc est, Christi aduentus.

NEQVIS Vos seducat villo modo. Neque sub propheta: pretextu, neq; sub disciplina: & instructionis occasione, neque meis vllis commentitiis literis vos circūueniat quispiam.

QVONIAM Nisi venerit discessio primum, & reuelatus fuerit homo peccati, si lius perditionis. Haudquaquam, inquit, adueniet dominus, nisi & discessio prodēat, hoc est, Antichristus, quem eo discessionem appellat, quia re ipsa ita futurum sit, vt multos faciat a Christo desciscere, vel electos ipsos si fieri potest. Insuper & peccati hominem eundem hunc dicit, perinde ac futurus sit, scelerum omnium patator, seducturusq; / & alios ad peccandum. Et perditionis filium nuncupat, vt qui & per dendus sit tandem. Quis igitur iste? num sathan erit? minime, sed homo aliquis ab eo vim omnem ad mala peragenda desumens.

QVI Adueratur / & extollitur supra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur. Neq; enim idolatriam inducturus est ille, quin potius Deos ipos, eorum cultus sublaturus est omnes, & idola euerfurus, asserturusq; Deum se solum esse.

ITA Vt in templo Dei sedeat. Non in hierosolymorum dumtaxat templo, sed in omnibus passim ecclesiis / & Dei templis confessurus est ille.

OSTENDENS Se tanq̄ sit Deus. Non enim dicens se Deum dixit, sed ostendens, hoc est, sed tentatarum sese deum asserere. Nam & opera ille ingentia / & signa edet, vt omnes fallat.

NON Retinetis, quod cum adhuc essem apud vos, hec dicebam vobis. Hinc sane perspicuum est, magna quedam his Paulum verbis dūtaxat ptulisse mysteria. Aduerte autem quemadmodū necessarium erat, vt sepius eadem illa repeterentur, & quasi verbis ipis exhauriri, vt eorum animis inhererent. Ecce enim et si toties ab A / postolo audissent, confirmandi tamen adhuc / & stabilendi erant. Nihil enim, inquit assero peregrinum, vel nouum, sed quod semper predixeram Modestius tamen hos ipsos aratur: & quasi ad pudorem inducit, cum inquit, Nonne retinetis, perinde ac si dicat, Tam breui vobis memoria, que paulo ante predixeram, excidere.

Deceptores dicentes finem rerū istarū re,

Antixpm ipm & discessionē & pcti hominē / tiliūq; pdictis ap̄te nuncupari.

Antixps idola euerteret.

II. AD THESSALO.

¶ ET Nunc quid detineat, scitis reueletur in suo tempore. ¶ Quod detineat, hoc est, quod prohibeat, & impedimento sit. Quid autem illud fuerit, nonnulli spiritus gratiam dicunt, que prohiberet, nonnulli Romanum imperium, Cui sententia beatus Iohannes Chrysostomus assentitur. Nam nisi Romanum illud imperium eueretur, nullam Antichristus habiturus est viam, vt queat pro eius cupiditate que vellet facere, Eoq; & Paulus rem hanc adumbrate dixit, nec palam expressit. Non enim temere volebat Romanorum sibi inimicitias vendicare, vel sese periculis frustra obicere. Nam si dixisset paulo post sublatum iri Romanum imperium, mox eum vt suae ree publicae interitum ninantem viuum suffodissent in terram, perdidissentq; & alios qui se sectarentur fideles, vt quibus tantum dominatus euerfio leticiam peperisset. Quod autem nullam hoc loco de spiritus sancti gratia differuisset apertius cuncta, nil clam & opertum dixisset. Deinde si spiritus dona vidisset his defuisse, ita vt res ipsa videretur exigere, vt sese ad illos conferret. Oportuit utiq; vt ante id tempus ad eos se contulisset, vt quibus spiritus dona hec defuisset. Aduerte autem quemadmodum nequaquam dicit id breui futurum, sed suo vt tempore reuelatur, & tempus rursus incertius, & inexplicatum reliquit.

¶ NAM Mysterium iam operatur iniquitatis. ¶ Per iniquitatis mysterium Neronem designat, qui antichristi figuram preferret, quandoquidem & impiorum esset, & Deus dicitur & haberi querebat. Recte autem mysterium dixit, non enim antichristus hic (inquit) Neronem ea in re imitabitur, sed omnem Deum apte, & imprudenter impugnaturus est. Quod autem dicit tale est, antequam antichristi tempus illud immineat; inuentus e alter haud sane multo malignitate illo inferior, Quod ergo mirum; si iam prodit antichristus, cum vero si antichristum videtur exprimere, occulte tamen Neronem carpit, nec quia hunc reformidat; sed nos vt erudiat, vt nimia odia re fugiamus, nisi fidei ratio vrgeat.

¶ TANTVM Vt qui tenet nunc teneat, donec de medio fiat, & tunc reuelabitur ille iniquus. ¶ Hoc est, cum Romanum imperium toletur e medio, tunc affuturus est ille, qd diu vero huius formido tenuerit homines, nemo se facile alteri cuiquam subigabit. At vbi illud fuerit euerfium inuafurus hic alterum dominatum, & tanquam potius humana simul/ac diuina peruertet. Quemadmodum enim ante Romanorum summam omnium monarchiam, fuere aliena sublata imperia, sicuti Medorum constat a Babylonis, Babyloniorum a Persis, Persarum a Macedonibus, Macedonum a Romanis fuisse deleta, Sic & Romanum hoc regnum ab antichristo tolletur, & id qui dem ita futurum Daniel ipse testificatur. Nonnulli illud qui tenet id idolatriam scilicet teneat intellexere, perinde ac si dicat, Cum enim error omnis qui nunc tenet, & dominatur, est desiturus, & deorum cultus fuerit extinctus, tunc fides antichristi habitur, quemadmodum & dominus dicit. Predicabitur euangelium in testimonium illis, & tunc sane mundi futura est consummatio. Alii vero ita interpretati sunt; qui tenet scilicet antichristi aduentum, Dicunt enim presinitum tempus instabit, tunc reuelabitur; & palam fiet. Dicitum est autem supra fuisse nonnullos, eum qui teneat sanctum scilicet spiritum interpretatos in hanc perinde ac sententiam, Cum enim spiritus iste ob nequitiam hominum toletur e medio, abcesseritq; tunc iniquior ille succedet, & habiturus est locum, se visendum vt prebeat. imperium autem eo dicunt accepisse iniquitatis mysterium, quia Simon ille, & Nicolaus heresum principes, antichristi opera factitarent, & ceteri omnes hos subsequuti, vt Marchion ille monachus, qui se & paraclytum appellauit, & Magnes ille, & istiusmodi reliqui. Tu vero cum beato Iohanne, vt diximus, sentias velim; qui veriora sectatus est.

no debet  
qs se picu  
lis fru/  
stra obli/  
cere.

Cedendu  
ei furori  
nisi fides  
vrgeat.

Monar/  
chiaru vi  
cissitudo

Nicolaus  
heresiar/  
cha.

I. AD TESSALO.

¶ QVEM Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, & destruet illustratione aduentus sui. ¶ Tanquam id dicat, in proximo e vestra consolatio, deleturus e enim hic dominus. Nam quemadmodum ignis suo fragore parua quedam, & minuta animata torpere cogit, & contrahi, consumitq; vel antequam ea ptingat, sic & Christus vel solo iussu, & eius afflatu, spiritus sancti virtute oppleto, perditurus e illum, vel sola p sentia, & solo eius conspectu sedabit errorem.

¶ EVM Cuius est aduentus secundum operationem sathanæ. ¶ Quis ille sit nos edocet, ait namq; hominem esse hunc quendam, qui in se sathanam habeat; cuius misterio mala hec operetur.

¶ IN Omni virtute, & signis & prodigiis mendacibus. ¶ Hoc est, omnibus ille viribus adnifurus est, nil tamen quod verum sit operabitur, sed ad deceptionem omnia molietur. Prodigiis autem mendacibus, hoc e falsis, vel ad medacia inducentibus qui illis intenderint animum, hec autem Paulus longe ante predixit, ne fallantur qui tunc temporis sunt futuri.

¶ ET In omni seductione iniquitatis his qui pereunt. ¶ Erit hic sane vnde quaque per licentiam simul & crudelitatem horribilis, contendetq; omnibus viribus, vt homines fallat, & iniuriam inferat, cunctorum salutem demessurus. Sed ne quis ambigat iniquens, Cur ergo hunc Deus aduentare permittit, cum tantum ex eius sint homines nocenti accepturi aduentur? Respondet itaq; dicens, Nullus timor incessat, habet namq; ille in perditos potestatem, qui vel si nec esset ille venturus, essent tamen in eorum peruicacia permanfuri.

¶ EO Quod charitatem veritatis non receperunt, vt salui fierent. ¶ Charitatem veritatis Christum appellat, quippe qui vtrūq; pre se tulit, & venit in mundum, tum quia homines charitate psequeretur, tum vt veritatem mortalibus aperiret. Offendit autem quemadmodum apud Iudeos sit maxime inualiturus hic error, hi namq; Christum nec receperunt, neq; fidem illi adhibuere. Vnde & ipse apud hos ita edisserit, Ego veni in nomine patris mei, nec me receperitis. Si alius venerit in proprio nomine, illum recipietis.

¶ IDEO Mittet illis Deus opationem erroris, vt credant mendacio. ¶ Mittet, i. sinet hic aduentare. Aduerte autem quemadmodum iudeos, quia primū veritatē repudiasset deseruit Deus, ita mox illis subsequutū ipauit mendaciū. Opationem autem erroris opa asserit antichristi, que moliturus est; vt alios circumueniat, & seipm tandem vt fallat, his enim verbis expressit, quod per sathanam agitur; vt multos seducat.

¶ VT Iudicentur omnes, qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati. ¶ Non enim dicit ne crucietur, Nam si vel nunquam esset hic antichristus in mediū pditurus, daturū tñ sunt penas; qui euangelio minus obtempant. Sed vt iudicentur, iquit vt excusari nō possint. Quid eni essent causae allaturis? nū illd dicit, qd eo Christo nil credidimus, quia deū hūc esse discipuli pdicabant; nos vero accepimus deum vnicū esse a quo cuncta sunt condita. Cur ergo fidem antichristo exhibuistis, qui & Deum se fecerit? Atqui Christus patri cūcta remittit, ille vero longe contra, vniuersa sibi ascribit. Dicituri sunt forsitan quia & signa perspeximus; quin etiam a Christo multa, & miranda sunt gesta. Christus preterea saluator est prophetarum vaticinio pdicatus, is vero iniquitatis filius, & perditionis est dictus. Eo igitur condemnabuntur, quia vt veritatem omitterent consensere, & vltro nequitiae adheferunt hoc est, deolatorū, qui omnem congerat in hominum animas iniquitatem, & innatam habeat in se nequitiam.

¶ NOS AVTEM Debemus gratias agere Deo semper pro vobis fratres dilecti a Deo. ¶ Cum horribilia quedam explicasset; & que possent auditoris animum confirmare, nūc horum lenit & corda, ita commonefaciens. Sint quidem aliis ista horroni

Simile.

charitatē  
veritatis  
Xpm (vt  
q vtrūq;  
pre se tu/  
lerit) nō  
iūria di/  
ci.

his inquam qui pditi sunt, in quos & plurimum habent demones ditiōis, nobis vero grā sunt Deo pro vobis agenda, qñquidem vos ipse elegerit, & charitate complexus sit. Si vero ipi pro vobis Deo habemus grās, longe magis idipm factitare debetis, & in proprium commodum Deo grates referre.

**Q**UOD Elegerit nos Deus primitias in salutem, in sanctificatiōe spiritus & in fide veritatis. Propterea inquit grās agimus: quia nos Deus elegerit: & ad salutem predestinavit, quippe quos dignos p̄sciret. Verum quo pacto fieri hoc potest dixerit aliquis? Fit quidem & in spiritu sancto, hoc est, saluos nos fecit per spiritum sanctificando. Deinde ne quis forte id dicat, Quid ergo, num & ipsi nil quidpiam ad nostram salutem contulimus? eo, in fide veritatis adiecit, hoc est rerum quas veras esse cōstitit, neq; enim commenticiis quibusdam, & falsis: sed veritati credidimus. Quibus etiam & secundariā cuiusdam meminit fidei, quippe que nobis sit sanctitatem adeptus plurimum necessaria, ne seducamur.

**I**N QUAM & vocavit vos per Euangelium nostrum in acquisitione glorie domini nostri IESU CHRISTI. Ne forte fidei cum mentio sit, efferantur, vixit quā & ipi vt iducerent ad modum insudarunt, nequaquā dictum id simpliciter simit, sed diuinum esse id asserit munus, quippe qui nos ad id euocauerit, hoc est, vt salutem per sanctificationem assequeremur, & fidem: quos fit, vt illi sit dono effectum: qui & ad sciuerit, vt eius per nos fides admitteretur. Nam nisi & vos predicantes vocasset, quo pacto vobis illi & parere, & obsequi licuisset. Non itaq; Christus pro parua gloria dicit vos saluos fuisse effectos. Cedit namq; ei, qui bonitate p̄cellit in laudem, cum plurimi fuerint: qui salutem sint consecuti. Quis ergo non dominum colat, quis inquam illius non gloriam, vel sui ipsius salutem concupiscat.

**I**TAQVE Fratres state & tenete traditiōes, quas didicistis siue per sermonem siue per epistolam nostram. Hinc sane perspicuum est, plerq; Paulum sine scriptis sermone dumtaxat, hoc est, viua voce, non epistolis solum his tradidisse. Non enim secus illa atq; hec fide sunt digna. Itaq; & ecclesiae traditione dignam existimemus, cui p̄standa sit fides, vt si quid ab ea sit traditum nihil vltra p̄quiras. Ostendit p̄terea ex his dictis p̄multos esse inter eos, qui in fide labarent.

**I**PSE Autem dominus noster IESVS CHRISTVS, & Deus & pater noster qui dilexit nos, & dedit consolationem eternam, & spem bonam in gratia exhortatur corda vestra, & confirmet in omni opere, & sermone bono. Postquam hos cōmōnescit, & bona (vt affolet) comprecatur, id namq; est vera, ac certiora subsidia prestare, perinde ac si dicat, ipse equidem verba feci, quod reliquum est, in dei situm est p̄testate. Sed vbinam sunt qui filium patri dicunt eo inferiorem, quia in sacrosanctis baptismi dictis, post patrem filius nominetur. Ecce contra in hoc orationis contextu, patri filius antepōnitur, qui & dedit inquit, & consolationem perpetuam, quam illam si queras, futurorum certe spem dicit. Hec namq; est, que corda vestra sustentat, si forsan illa tentationibus succubere. Spem enim hanc nobis gratis contulit Deus, nullo nostro labore partam. Hec autem eo intulit, vt horum frenet animi tumorem: si quis forsan illis inesset. Aduerte autem quemadmodum sub specie quadam precandi, illorum excitet mentem, Dei certiori quidem prouidentia, & cura in arguementum, & pignoris loco productis. Ait namq; vel vobis nil laborantibus pro sola fide daturus est ille eterna bona. Vnde & spem optimam habeatis necesse est. Inquit preterea, Exhortetur velim corda vestra Deus, & confirmet in omni opere, & sermone bono, hoc est, per omne opus, & verbi rectitudinem. Id enim maxime Christianū hominem consolatur, vt & bona peragat, & deo gratificetur. Vel forsan id videlicet tenet vt vos in rectoribus decretis confirmet, & vitæ optimis actionibus, ita vt in his quæ

Fides est donū dei

Que sūt nobis ecclesie traditiōe, seu viua voce tradita: non secus atq; illa que scripsit apostolus sūt fide digna

Spes futurorum

vobis obtigerint, siue prospera fuerint, siue aduersa, neq; modum excedatis, neq; animo sitis abiectiori. Id enim pretendit cum exhortetur inquit, & confirmet. Nā qui optime fuerit a deo corroboratus feret sane mira animi magnitudine, que toleranda sunt, & firmior erit & stabilis. Ex recta autem dogmatis obseruatione eorum bonorum firmiorem spem quisq; assequitur, que in premium nobis sunt obuentura. Ex vite vero laudatissimis moribus, animi quadam suauitate afficitur, & cum offeruntur aduersa, non vt maleficus mali aliquid patitur, sed tāquam dei minister & seruus.

**D**ECETERO fratres orate pro nobis, vt sermo dei currat & clarificetur sicut & apud vos. Cum pro his vt stabilirentur orasset, obsecrat tandem, vt deum pro se & ipsi precetur, non vt periculis eximatur, in quibus iam versaretur, sed vt predicatio ipsa decurrat fluatq; & gloriam assequatur. Nec illorum quidem laude vacat istiusmodi postulatio, cum inquit, sicut & apud vos, hoc est, vt omnes se mihi morigeros p̄beant, sicuti & vos faciles ad obtemperandum fuistis. Nil itaq; hoc modo quod ad se attineret orabat apostolus, sed omnia que dei essent, deprecabatur.

**E**t vt liberemur ab importunis & malis hominibus, non enim omnium est fides. De contradicentibus predicationi nunc differit, & vera dogmata impugnātibus qualis Alexander ille Calceus fuit. Id namq; designat cum dicit, non omnium est fides, hoc est non omnes credunt, sed qui vt crederent, digni sunt, vt si quis diceret, non omnibus est in regnis expeditionibus militandi potestas, sed his dūtaxat, qui ad eā rem idonei sunt & accommodi. Collaudat autem Thessalonicenses, cum tātum sint apud deum fiducia consecuti, vt preceptorī possint predicationem conciliare, eaq; vt in melius prouehatur, efficere. Tacite etiam ostendit, omne sibi ab his discrimen inferri, qui predicationi obisterent. Id preterea illis satis esse ad consolationem videtur cum & Paulus ipse qui tanti sit, cū periculis & aduersantibus malis colluctetur.

**F**IDELIS autem dominus est, qui confirmabit vos, & custodiet a malo. Dixit superius, elegit vos in salutem deus, nunc vero fidelis est ille, hoc est non mendax, & perfecturus omnino est quecūq; accepit Vos insuper vt optamus, ita confirmaturus vt amplius, nec moueri a quouis nec seduci possitis, Custodiat autem, hoc est tute tur & seruet, vt nullam habeat deinceps sathan in vos potestatem.

**C**ONFIDIMVS autem de vobis fratres in domino, quoniam quæ precepimus & facitis & facietis. Cum esset hec omnia comprecatus dixissetq; deum fidelem esse, foreq; vt omnia exequatur, quibus dedisset initium, ne forte existiment illi hec oīa a deo suppeditari, & frustra esse quos ipsi labores impenderent, essetq; haud mediocriter verendum ne in segnitiam hi & ignauiam relaberentur. Idcirco & nunc ab his & operibus se iuuent deposcit. Tanquam id dicat, deus quidem fidelis est, & que ad se spectent, peracturus est omnia. At si vestra vos aliquid industria profeceritis, confidimus & in deo quidem, hoc est, in illius clementia, q̄ vires sit vobis & robur ad profectum & tolerantiam prebiturus, vt illis ostendat cuncta esse a deo haurienda. Nec in deo dumtaxat dixit confidimus, sed in vobis, quia & in presentia scilicet estis & in futurum, quam multa operaturi. Quod eo dixit ne forte hi a deo prorsus fiducia quadam & multa pendentes, segniōres ad bona exequenda reddantur. Omnia iquit sunt in deum reiicienda, sed a vobis etiam aliquid factitandum. Nec satis habuit facere eos dixisse, sed facturos adiecit, arguens ad vltimum vsq; spiritum necessariam his fore virtutem.

**D**OMINVS autem dirigat corda vestra in caritate dei & patientia Christi. Rursum his bene precatur, vt suam preferat quam de his ceperit curā. Et quoniam futurum est, vt ex his nonnullos reprehendat, eorundem prius animos lenit, vt videatur pre magnitudine caritatis arguere. Ait igitur Dominus dirigat corda vestra,

Nō oīm est fides, sed eorū dūtaxat qui vt crederet digni sunt.

Licet oīa sit a deo haurienda non tñ ideo frustra sunt labores quos im pedim⁹.

hoc est ad veri intelligentiam peruenire vos faciat, neque in deum declinare. Sunt enim plurima que a recto itinere quod ducit ad caritatem, nos retrahunt, pecunie scilicet inanis gloria, pressura insuper & tentationes. Hec itaque & alia istiusmodi plerumque, nequam nos sinunt recta ad dei caritatem contendere. Nec illum ut decenti amore prosequamur, permittit. In Christi autem patientia dicit, vel ut omnia toleremus sceleris, ut ille tulit, vel ut patiendo Christi aduentum opperiamur. Nec solum speremus, sed fide etiam certior credamus, eundem que pollicitus sit, completurum, Patientiam autem inquiens, diuexationes & pressuras demonstrat, que credentes inuasent, hanc ipsam dei caritati annectit. Nam illud nos arguit deum in caritate colere, cuius gratia sine ulla animi perturbatione toleranter omnia sustinemus. Dominum autem gratum ipsum intellige, sicuti & Basilus ille vir sumus interpretatus est.

Pecunia  
rum & in  
anis glori  
desideri  
um a cha  
ritatis tra  
mite nos  
retrahit.

**DE** NVNTIAMVS autem vobis fratres in nomine domini nostri IESU CHRISTI. **SEPE** alias diximus denuntiationem, austeram quandam pretere doctrinam. Nunc igitur tremendam magis hanc faciens inquit non enim nos ipsum in iungimus, sed Christus ipse, hic namque profatur, que ipse vos alloquitur. Neque enim ociose & segniter viuendum ille precepit.

**CV**T subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate. **HOC** est sceleris a quo uis hominum qui inordinate, id est per ignauiam & segnitiam vitam degenerante opulentus siue inops, siue sanctus sit ille. In ordinatum hunc dixerim, quo pacto. Certe vel ex ipsa inertia, nam & ab optimis facinoribus abstinebit, & ad sales, vel deliramenta quedam & nugas se conferet. Istiusmodi autem eorum sunt qui vitæ modum nil teneant, vel quia iniunctum preteribit hic ordinem, quem ei preceptor aliquis prefiniuit. Vnde & ita subsequitur.

Cauenda  
sumope  
segnicies  
& inertia  
p q et a  
scbo fece  
dedu sit.

**ET** non secundum traditionem quam acceperunt a nobis. **EAM** videlicet quam ipse vobis opere & factis tradiderim, forma vobis beneuiuendi effectus, hec utique vera est institutio.

**IPSI** enim scitis quemadmodum oporteat imitari nos, quoniam non inquieti fuimus inter vos neque gratis panem manducauimus ab aliquo. **Nihil** vobis fuimus inquieti, hoc est nequaquam fuimus vobis molesti, sed his manibus laboraui ut alibi dicit, ut mihi & aliis victum & necessaria suppeditem, nec gratis panem manducauimus, hoc est non ociose & pigri a vobis escam accepimus, est enim sua mercede mercenarius dignus.

**SED** in labore & fatigatione nocte ac die operantes. **VIDE** quantum opere sibi iniuxerit Paulus ut inter diu ac noctu a laboribus nunquam cessaret, instruendo & castigando. Nos vero si deo placet, nisi per hos quos aliquando aliquid vel tenuis edocemus, laudibus ad astra feramur, iniquissimo animo toleramus, & ducimus profusam iniuriam.

**NEQVEM** vestrum grauaremus. **PROPRIE** quidem grauare est ab iniunctis aliquid capere. Nequem autem vestrum grauaremus eo dixit, quia inopia tunc laborarent fideles.

**NON** quasi non habuerimus potestatem, sed ut nosmetipsos formam daremus vobis ad imitandum nos. **Habebat** enim hic aliorum laborum vocationem, ut qui ingenti operi esset & predicationi intentus, & a discipulis alimenta sumere nequaquam prohibebatur, ex eius tamen liberalitate propriis manibus operabatur, seque & suos alebat, ut discipulos, id est Christi fideles identidem facere erudiret.

**NAM** cum essemus apud vos, hoc denuntiabamus vobis, quoniam si quis non vult operari, nec manducet. **In** priore quidem epistola mitius de hisce differuit rebus nunc vero acrius. Nam si hic diebus & noctibus operabatur, quanto magis id

facere & alios decisset.

**CAVDI** VM enim inter vos quosdam ambulantes inquiete, & nihil operantes, sed curiose agentes. **CVM** enim nostra hec mens in motu sit semper, necesse est sane, ut cum nihil quod vtile sit operatur, ut superuacanea & inutilia tractet, ut dictum est supra, disquiratque, & aliorum vitam, deinde ad detractiones & verba inania & scurrilia quedam preceps feratur. Operandum est itaque, & manibus semper aliquid fabricandum, neque ei parcendum, qui cum viribus valeat, negociis vacet, & in ocio sit.

Dicit aliquis at qui orationi intendo & ieiuniis, bene habet, hec tamen non manu labore conficiuntur, Potest namque post ieiunia & orationes, manibus aliquid operari. **Cum** vero id facere respueris pro segni proculdubio & ocio multo torpente, conuictus damnabere. **Quid** ergo inquiet aliquis nonne & qui alios instruit ad opus huiusmodi cogendus erit. Nequaquam, quia maius aliud opus pertractat, & plus habens difficultatis, quod & hunc impedit in laborem manibus exequatur. Tibi vero seorsum & in ocio agenti nihil huiusmodi erit impedimento. **Quo** circa laboret hi qui apud vos negligenter viuunt & ociose, & manibus opus aliquod exerceant velim.

Nota.

**His** autem qui huiusmodi sunt denuntiamus & obsecramus in dormitio nostro IESU CHRISTO. **Formidulosa** simul hec obsecratio & quasi terrorem inferens, & dignior fide, quandoquidem in Christo domino sit.

**CV**T cum silentio operantes suum panem manducant. **Vtriusque** deposcit ut qui escant & sileant qui inordinati fuerint vel inquieti, & pigri & inertes, ut operentur, & suo non alieno pane vescantur, neque oporteat ut ab aliorum hi manibus pendeant & victum sperent.

**VOS** autem fratres nolite deficere benefacientes. **Vide** ut confestim diffracta paterna sint viscera, nam statim illos commiseratus est. p inde ac si dicat, concesserim equidem fore ab his discedendum, haud tamen ita ut permittatis fame hos & inedia deperire, **Quid** ergo si confusus aliquis se a me alii, & indies necessaria habiturum, in sua semper inertia manserit, delectus & piger nil operans profusus. Satis equidem tibi fore existimes, si ab eo distractus & seorsum victitans, nullam illi te ad eundem feceris potestatem. Nam si illi te simulaueris succensere, in viam forsan redibit, & aliquid operabitur, nolite igitur inquit desinere his benefacere.

**Q**uod si quis non obedit verbo nostro per epistolam, huc notate. **Quod** si quis videlicet verbis nostris minus paruerit qui per epistolam loquimur, hunc ipsum notate, habetoteque a vestro commertio segregatum, Basilus vero vestro legendum ducit, & ita intelligendum, videlicet si quis aliquid indicantibus vobis que per hanc meam epistolam facienda perdidicistis se minus morigerum & obsequentem prestiterit huius consortium statim defugite.

Basilus.

**ET** non commisceamini cum illo ut confundatur. **Vides** que ex illius reiectione sequatur utilitas, ut confundatur tandem necesse sit. Nam si per se vel simplex mendicatio pudenda est, & ignominiam affert, quanto magis si ab aliorum cetu sepositus aliquis, & abgregatus, capere aliquid ab sese refugientibus cogitur, erubescat necesse est. **Acerrimum** sane olim supplicium videbatur, ab hominum conuersatione se iungi. Si enim erat ab eo qui per inertiam & segnitiam vitam duceret abscedendum quanto magis ab aliis procul est abeundum, qui maioribus fuerunt delictis obnoxii.

**ET** nolite quasi inimicum existimare, sed corripite ut fratrem. **Quemadmodum** superius cum dixisset, qui non operatur non manducet, veritus ne fame interirent istiusmodi homines, illud adiecit. Nil tamen vos defeceritis his benefacere. Sic etiam nunc cum diceret nolite cum his versari, timens ne ob id aliquis a fraternitate desperans, precideretur, & nolite addidit, quasi inimicum existimare, quin potius

ut fratrem, hoc est beneuola & fraterna caritate corripite & castigat. Sed ita tamen interea castigandum iniungit, ut illi necessaria impartiantur, non ut inertia cum inuicio exprobetur. Id querens precipue ut qui fratrem commonefaciendo castigat, in huius cum animam, tum corpus beneficus sit, non contumeliis hunc & acerbitatibus verbis incessat, sed seorsum & benigne admoneat. Dicit aliquis, at qui dolemus non quia occidantur, sed quia dei legem transgreditur, ac tanquam super eorum te lugemus. Sed audiant qui non solum nihil indigentibus largiuntur, sed lapidibus ab actos acriter insectantur, & feriunt, rem sane Christiano indignam. Tu enim ob gratiam mendicant hi & inopia macerantur, ut ex tua qua fueris in commo- mentia, & tuis vulneribus mederi queas. Tu vero qui te propter, & tuum in commo- dum subiere inopiam, laceffis & reicis, proch quante illud dementie iudicabitur.

Nonnul-  
los idcir-  
co pmit-  
tunt inopia ut  
ea que fuerit  
in eis  
vbi clemē-  
tia, nris  
vulneris  
b<sup>9</sup> media  
tur.  
Nil pace  
desidera-  
bilis.

¶ IPSE autem deus pacis det vobis pacem sempiternam in omni loco. Vbi clemē-  
tia, nris  
vulneris  
b<sup>9</sup> media  
tur.  
Nil pace  
desidera-  
bilis.

monescit & coprecatur ut assolet tanquam signacula quedam & iditia comparatis thesauris & preces superinducit. Hic autem cum res ipsa exigeret, ut contentiones & dissidia istiusmodi de causis orirentur, cum hi qui a fratrum essent consortio oblega- ti, acrius exacerbarentur, & qui bonis potirentur fortune, haud ultra huiusmodi libenti animo condonaret, merito pacem illis precatur, non ad breue, sed perpetuam. Id enim precipue concupitur, ut pace hac perpetuo & quouis in loco fruamur, hoc est ut nulla ex parte offeratur altercationis occasio ita ut nec verbo quidem nec factis dissentiant. Sic enim meliores illos & emendatiores reddetis, nam nihil adeo ad rem aliquam pro voluntate conficiendam conducit quam pace hac frui, & animi perturbatione vacare, nec increpare quempiam videri pre odio.

¶ DOMINVS cum omnibus vobis. Id ipsum & dominus pollicebatur cum diceret, ecce ipse vobiscum sum omnibus diebus. Sic itaque vobiscum hunc in modum futurus est ille hoc est & qui in ocio diuersantur, & qui operi intendunt, bonis impartiet, nam & pigros & inertes sanabit, & operantibus firmitatem & robur daturus est.

¶ Salutatio mea manu pauli. Salutem appellat preces & vota arguens vel cum salu- lus ipsa alicui impartitur non solum amicitiam ipsam pretendere, sed cum lucro spiri- rituali quodam hanc ipsam & commodo impartiri.

¶ QVOD est signum in omni epistola ita scribo. Perinde ac si dicat, ne forsitan a nonnullis falsariis mee immutetur epistola. Id namque ut principio diximus facta bant plerique, has ipse mea manu ob signo. In omni epistola quam scilicet ad vos in pos- terum sum transmissurus, vel ad quoscumque alios fuerit olim transmissa.

¶ GRATIA domini nostri Iesu Christi cum omnibus vobis amen. Et a gratia in initium sumpserat & in gratia concludit epistolam. Vtrinque tanquam quibusdam parietum mobilibus eius dicta communiens, & velut iactis firmiteribus fundamen- tis finem tutiorem imponit. Nam si vobis adierit gratia, que vel a principio salutem peperit, vel nostras omnes infirmitates haud sane magni factura est id enim est gratie proprium infessura preterea est, & si nihil ipsi hanc insectemini placidioribus ani- mis, qui & simplicitatem in se quandam sint nacti, & in fratres beneuolentiam, velim itaque & nos esse sic animatos, ut & in fratres caritate seruata, & hisdem fratrum in morem iam castigatis, & pacifice ad bonum reductis, & dominum nostrum Iesum Chri- stum pie colamus, qui nos & si delinquentes excepit, & patri in spiritu sancto admo- uit, quem omnis cum gloria decet, tum honor. Amen.

Missa fuit ex Athenis.

Argumentum in Epistola ad Timotheum.

Timotheum instruit & docet de ordinatione Episcopatus, & Diaconii, & omnis Ecclesiasticae disciplinae, scribens ei a Laodicea per Tychicum Diaconem.

In primam Ad Timotheum Epistolam Athanasii prologus.



RAT Timotheus hic ex Pauli discipulis vnus probitate tam pre- stans, & apostolo vnanimis adeo & coniuuctissimus, ut ab eo per dispelationem circūcidi maluerit, tam & si Paulus idem circūcisi- nem hanc predicans abrogaret, & Petro ipsi de hac longe aliter senti- tienti obstitere, huic viro Apostolus virtutis plurimum tribuit, & testificatur. Scribit autem illi de rebus multis & necessariis quas in- ter uti instituire Episcopum & Diaconum debeat, & de ecclesiastica differit discipli- na. Queret aliquis cur Paulus nec Sylle nec Clemēti ipsi, nec Luce, nec eorum alteri cui- quam, qui apud se versarentur, quos sane constat fuisse multos, epistolam scripsit nisi Timotheo dumtaxat & Tito. Potest hunc in modum ad hec responderi, quod illos secū circūduceret Paulus, timotheo vero & Tito curandas demandasset ecclesias, vnde & necessarium erat, ut per literas denunciaret ac sepe que agi per hos oporteret. Verum si queras cur istos non prius, in omni diuina sapiētia perfectiores effecerat, quos post ea bene imbutos ad alios instruendos dimitteret, sed post commissam his ad fidem instituendi prouintiam & traditam potestatem rursum per literas commonefacit. Expolit, & demum absoluit quod deesse his forsitan videbatur. Atqui primum illud terminus pretereat, qui hec a me queris, perfectionem ipsam adhuc neminem at- tigiisse, vel & si ad alios instruendos constitutus sit quispiam, erit profecto necesse ut vel hic ab huius deducatur excolaturque, qui perfectiores in fide & profecisse plurimum videbuntur. Ceterum cum recens esset ecclesia instituta haudquaquam facile erat, ut so- lus paulus omnia de cure haberet & ad fidem formaret. Denique vniuersam scrutatus epistolam aduerte hunc non eundem in modum timotheum commonefacere, quo & discipulos reliquos, sed ita instruere ut eos decet, qui docendi munere non audiendi funguntur officio.

¶ Paulus Apostolus IESV Christi secundum imperium dei Saluatoris nostri. Cum legem sit timotheo daturus se ipsum apostolum nuncupat ut eius dictis fa- ciat fidem perinde ac si dicat, neque enim que mea sunt loquor, sed eius prosequor dic- ta qui me ut apostolus sim destinauit. Cauendum itaque ne mea hec iussa pretereas. Et quoniam maxima erat apostolatus hec dignitas, ne videatur ex ea efferri, secun- dum imperium saluatoris adiecit, neque enim hanc ipse mihi arripui dignitatem, sed domini inquit defugere mandata nil queo quo minus hec exequar, qui sane apertus hec mihi iniunxit quae vocari. Atqui nec pater ipse & deus, sed Christus & vni- genitus hec paulo imperasse arguitur qui est ita profatus ad gentes longinquas te ipse transmittam, & rursum, oportet ut te cesari offeras, & spiritus quidem ipse, segrega- tem mihi Paulum. Alioquin que filii sunt spiritus esse & patris affirmat. Audi iam que subsequuntur.

¶ ET Christi Iesu spei nostre. Aduerte ut commune sit trinitati ipsi imperium utque Dauid de patre huiusmodi differat. Spes omnium finium terre, & Paulus idē Sperauimus inquit in deo viuo, nunc vero filius spes nostra dicitur, tam cuncta sunt filio & patri communia. Oportune autem saluatorem dixit & spem, quia docenti & predicanti, quandoquidem multis difficultatibus & periculis colluctatur, ut i quem omne bellum infertur, speranda est salus, & quo cadente, & simul qui sub se militant facilius cadant necesse sit ut illud percutiam pastorem & dispergentur oues, non ita que cadendum est, quando saluatorem habemus non hominem quendam simpliciter sed deum ipsum & patrem qui nos celerrime a quouis discrimine eximet. quod si a peri- culis haudquaquam mox eruamur nobis tamen speranda sunt potiora, quippe quorum

Maxia  
dignitas  
Apostolatus.

spes Christus, cuius pudere nil possumus. His itaq; duabus de causis, discrimine con-  
neferendu est, vel quia celerrime sumus p Christu saluadi vel quia spe bona fouendi  
¶ **TIMOTHEO** dilecto filio in fide. ¶ Vt quem per fidem genuerat, vt & abbi  
dicit, per euangelium. Ego vos genui, vt autem Timotheu collaudet, non solum  
lium sed dilectum appellat. Quod eo facit, tum quia Timotheus parem in te carita-  
tis vicissitudinem supra omnes seruaret, cum quia & hunc ipse ex animo coleret, vnde  
denter vero in fide dixit, vt ad hanc tutanda acrius illum pelliciat. Et quia Pauli  
us sit & dilectus pronuntiatus, longe magis sit in fide armandus ne labi idem hic pot  
sit aut turbari, hoc enim fidei est precipu argumentum, cum de futuris fuerit spe  
certior.

¶ **GRATIA** & misericordia & pax. ¶ Nusquam alibi in ipsis epistole primordia  
misericordiam est comprecat nisi hoc loco, quod sane ex charitatis vehementia qua-  
dam cum tito filio bona q plurima vt eueniant concupiscit effecit, quippe quonia for-  
mido cepisset que solet parentes inuadere dum nequid filio aduersi contingit vere  
tur quemadmodum fecit, cum illi consulerat vt stomachi prospiceret valitudinis simul  
etiam vt ostendat, qui alios instruunt clementiores vt sint oportere.

¶ **CA** Deo patre & Christo IESV domino nostro. ¶ Rursum hoc loco hunc conlo-  
latur sic inquit si enim Deus pater hic noster, nos haud secus ac liberos curat, non  
ne & tui hic miserebitur, & gratia largiatur necesse est, vt & omnium erga te cordis  
charitatem, & vel cu hostibus ipsis pace vtaris.

¶ **SICVT** rogauit te, vt remaneres Ephezi cum irem in Macedonia. ¶ Vide qua  
ta sit huius benignitas, Non enim magistri, sed serui vtitur voce, neq; enim id tribu  
iunxi inquit, sed rogauit, & precibus depoposci. Tales & ipsi nos gerere erga obse-  
quentes discipulos debemus, & longe aliter in eos qui corruptis sunt moribus & cor-  
rumaces, nec nobis accepti, orat autem hunc vt Ephesi maneat, neq; enim profectio  
aliquid epistola videbatur, quam ad eos misisset. Solent enim plerumq; homines ab-  
sentium literas paruifacere. Queritur autem vtrum ephesi Timotheu Paulus deli-  
nasset vt ibidem maneret ita quidem, quod vtiq; ex frequentibus patet.

¶ **VT** denunciaret quibusdam ne aliter docerent. ¶ Neq; enim dixit vt horteris vt  
obsecres sed vt denunciaret, quod sane austerius est. Neq; nomine illos expressit, quib;  
bus denunciaretur, ne obiurgado peruiacatores efficeret, docere autem aliter est, ali-  
as quasdam disciplinas inducere & decreta a veris aliena. Erant naq; ex iudeis pleriq;  
q; qui cum se apostolos mentirentur, & glorie cupiditate dici se preceptores optarent  
ad legis veteris obseruationem inducebant discipulos.

¶ **Neq;** intenderent fabulis. ¶ Fabulas non legem dicit, sed obseruationes non nul-  
las & commentitia dogmata.

¶ **ET** genealogiis interminatis. ¶ Auos naq; & proavos comemorabant, vt glo-  
riam ex historia vendicarent, Interminatis autem dixit genealogiis, vel quia altius  
illi genealogias repeterent, vel quia nullam demum attulissent vtilitatem, nec vtilem  
aliquem & compendiosum essent euetum fortiti, sed ea afferent que & difficulter re-  
peti memoria possent, & admodum essent perplexa. Potest etia his dictis vel genes  
ipsas pretendere, quippe quorum & fabule sunt, & generationes retexunt, cum eoru  
deos commemorant.

¶ **QVE** questiones prestant magis qua edificacione dei que est in fide. ¶ Hoc est  
Deus quidem vt per fidem acciperentur, hoc dispensauit, hi vero questionibus non  
nullis inductis, dei dispensationem dissoluunt. Vel quia cum maximis vellet nos de  
us bonis donare, ineffabilem quandam erga nos dispensationem ostendit. Hanc  
igitur sue benignitatis dispensationem per fidem accepimus non genealogiis & ma

Beni-  
gnos  
oportet  
esse pre-  
ceptores  
erga di-  
scipulos  
obsequen-  
tes contra  
&c.

Intermi-  
natis ge-  
nealogiis  
non esse  
insistendu

iorum recordatione, questiones enim hi induxere cum admiratione inuestigantes,  
dicentesq; quod fieri id pacto potest, vel quomodo credituri nos sumus futura: hec sa-  
ne questio abrogat fidem. Cur preterea dicit aliquis dominus dixit, querite & inue-  
nietis, & rursum scrutamini scripturas, querite quidem cum inquit, quod questum  
inuestigatumq; sit presert, & maxime concupitum, scrutamini vero id est vt veritatem  
perdiscatis, & sacrorum scriptorum rationem adepti, conquirere istiusmodi & ambi-  
gere designatis.

¶ **FINIS** autem precepti est caritas ex corde puro. ¶ Si iniunxeris inquit nequaquam  
debere doctrinam a nostra diuersam afferri, caritatem eiusmodi assequeris, quam si  
plantaueris, & dogma quodcumq; tortuosum & prauum substuleris. Superioribus  
naq; temporibus cum caritas ipsa abesset, inuasit inuidia e qua dominandi incessit  
libido vnde & alios instruendi cupido animum subiit & dici magistris deinceps &  
hereses sunt subsecute & hominum inter se dissidentium pertinacissime voluntatis  
In fide vero longe secus habetur. In ea namq; & caritatem deposcit, que sit integerrima,  
nec verbis constet, sed ex corde proficiscatur, & cor ipsum vt purius sit & ita affe-  
ctum & bene compositum, vt aliorum a recto errantium doleat vicem, non simulatio  
ne aliqua adumbratum.

¶ **ET** conscientia bona & fide non ficta. ¶ Qd predo aliquis predonis beneuolen-  
tia vinciat, haud quaquam amor huiusmodi ex recta conscientia videtur constare sed  
praua, neq; ex fide non simulata. na qui integro animo in deum crediderit, nequaquam  
tulerit a vera caritate disungi que omnes consuevit eundem in modum complecti, p-  
do vero pretereuntibus vniuersis indifferenter & sine delectu perniciem affert, vnde  
intelligi datur eum qui caritatis sit expers, & fide carere.

¶ **CA** quibus quidem aberrantes conuersi sunt in vaniloquium. ¶ A schochisantes  
quod aberrantes dixit latinus interpret, illi dicuntur qui minus ex arte sagittas ad-  
destinatam intenderint. Erat autem inquit hoc loco vel arte opus & sagittandi peris-  
tia, neq; de signo prefixo quidpiam demigrandum, nonnulli itaq; cum a caritate ab-  
errassent, & fide, ad vaniloquia se contulere. Quid autem sit vaniloquium ex subse-  
quentibus patebit apertius.

¶ **VOLENTE** esse legis doctores. ¶ Perinde dominationi cupidi & principas-  
tus & inanis glorie appetentes, legis doctrinam sibi met arrogabant, nec sane sese ta-  
les prestarent, si caritatem iam essent & fidem adepti.

¶ **NON** intelligentes neq; que loquuntur, neq; de quibus affirmant. ¶ Hoc loco  
hos sane arguit tanquam ignaros quid ipsa lex sentiat, nec temporu interualla itellig-  
gant, nec quando iu lex ipsa imperio sit potita. Dicit aliquis, si ergo, per ignorantiam  
hi deliquerunt condemnadi non sunt, nequaquam id equidem asseuerauerim, cu con-  
stet ex imperandi cupiditate & caritatis carentia, ignorantiam hanc emanasse, nam  
cum vellent inquit de lege disserendi sibi munus asciscere, ad ignorantiam reciderunt  
eocq; & ipsius incitiae causam prebuere. Neq; de quibus affirmant, hoc est de purga-  
tionibus & obseruationibus differentes & aliis, quibusq; ad corpus hoc pertinentibus  
nihil intelligunt.

¶ **SCIMVS** autem quia bona est lex si quis ea legitime vtatur. ¶ Hoc est si no mo-  
do hanc quispiam verbis interpretetur, sed & factis adimpleat, nam qui ea que legis  
sunt edocet, opere tamen nil exequatur, legis expers, & illegitimus, vela lege ipsa de-  
cernitur. Vel aliter legitime ille vtitur lege q per legem ad Christu deducitur lex na-  
q; que iustificandi careat potestate ad Christum remittit, idq; lex ipsa exigat, vt quis  
se vtatur legitime, hoc est quemadmodum ipsa lex iubet, que sibi Christu preponit.

¶ **Sciens** hoc quia lex iusto non est posita. ¶ Id scilicet quia nequaquam p eu fiat q

Finis pre-  
cepti cari-  
tatis.

Integer-  
rima cari-  
tatis que

Iustior sit quo minus perdat que sunt peragenda, est enim rei huiusce non ignarus eorum nec penas veretur. Iustum autem hoc loco intellige qui virtutem est assecutus qui nulla legis formidine, sed ex officio nequitiam odit, & virtutem complectitur & in eo superat legem quia haudquaquam dignatur, pro instructrice hanc ipsam habere que & flagra sibi intendant, si labitur, & supplicia comminetur, sed magno animo perstat ut qui in virum euaserit, & que viri sunt sapiat, & iam ex ephelis excesserit. Sicut & medicus vulneribus affecto & egrotanti, ad medellam paratus est, non ei, qui pro spera vitur corporis valitudine. Et frena eque lasciuienti & effrenato non ductu facili imponuntur.

Simile.

SCCELERATIS autem & contaminatis patricidis & matricidis, homicidis fornicariis, masculorum concubitoribus, plagariis, mendacibus & periuris. Per species peccata edisserit ut eos qui legi obtemperant pudere cogat legis huiusmodi prefecture. Hec autem cuncta scelerum genera iudeis erant iam notiora, quippe qui & idola frequentius adorarent, & liberos persepe immolarent demonibus, & Moysem ipsum fuerint lapidibus insectari, & quorum manus sanguinum plene, nomine & patricidas hos esse & ceteris pessimis facinoribus obstrictos conuiceris, si de his conem percurras historiam, Eo igitur his lex tradita est, ut eiusmodi eorum flagitia conereret, quod & alibi dicit, lex preuaricationum gratia tradita est, iustificatis vero & sanctis nihil erit hec lex necessaria, ut qui nequaquam ad preuaricationem ullam inclinent.

ET si quid aliud sane doctrine aduersatur. Et si satis esse que dicta sunt videbantur, nihilominus ut summam cuncta resumeret, & si quid aliud tanquam vniuersale adiecit, ut perspicuum faciat a corruptis quibusdam dogmatibus huiusmodi vicia sumpsisse initium, hec namque sane doctrine obfistunt.

SECUNDVM euangelium glorie beati Dei. Hunc orationis contextum ita construio. Sane doctrine que secundum euangelium constat, glorie autem eorum gratia dicit, quos & persecutionum & Christi Crucis pueret. Ostendens in gloriam eorum de re quecumque perpassus est Christus, & nos item cum acius afflictamur, tum maxime laudem promereri. Vel quia ex ipsis tentationibus gloria comparatur, perinde accidat, & si hec mala presentia ignominiosa & turpia videantur, bona tamen futura gloriam habent. Et hanc quidem ipsam denuntiat euangelium, quippe quod de iustis non de presentibus bonis edisserat, vel gloriam dei cultum dicit quem nobis explicat euangelium.

QVOD creditum est mihi. Mihi inquit non Apostolis hisce fallacibus, & commentitiis quorum euangelium ignominiam affert non gloriam.

ET gratias ago ei qui me confortauit in Christo IESU domino nostro. Cum creditum sibi euangelium fuisse dixisset, ne gloriari propterea videatur, ideo id omne ascribi, sic inquit, ei quidem habende sunt gratie qui & vires sufficit, ut suscipere tantum oneris possem. Cum enim quotidie esset, Apostolus morti expositus, haud sane id humanarum virium erat, ut cum tanto discrimine euangelium predicaret. Ex his preterea certam prefert humilitatem, non nostram hanc que simulata dici potest quam vera.

Cur de paulo & non iuda puxit.

QVIA fidelem me existimauit ponens in ministerio. Ne quis dixerit infidelium, si rerum omnium summa deo ascribitur, & nihil a nobis ipsis confertur, cur Paulum tanti effecit, non iudam prouexit. Hanc itaque nunc tollit obiectionem cum ait nequaquam temere mihi vires ille suppeditauit, sed quia sum fidelis inuentus, quod tamen pressius dixit, quia fidelem existimauit. Rursumque ut eius occultet virtutem, non enim inquit dixerim me fidelem, sed talem me ille duxit. Verum vnde id liquet, ex eo certe quia ministerium mihi iniunxit. Quo enim pacto id mihi dominus demandasset nisi idoneum

nisi idoneum me ad eam rem prouidisset. Sic & in patris familias domo dispensatores domino gratias agunt, quod plerumque sibi credideit dispensanda, quam rem argumento ducunt eorum fidem pre ceteris magnificari. Atqui & dominus inquit, vas mihi electionis est, ut portet nomen meum in gentibus. Hic vero etiam id nomen erat ad deportandum accommodus, vires tamen adeo accepit, ut demandatum opus exequeretur. Deferre namque Christi maximum nomen, & hominum animis illud ingerere predicando, ingenti erat vis opus, & facultate, quod nomen vere hic defert, qui digne mundana omnia dictis, factisque contempserit, quo fit, ut qui istiusmodi se non exhibuerit, asportare id Christi nequeat nomen, perinde qui nil prorsus in se sit Christum adeptus. Erat itaque Paulus & si in aliis fidior, in eo tamen fidissimus, cum nihil sibi ascriberet, que domini forent, quin potius vel sua illi ascriberet bona, que modum & alibi inquit, Laboraui ceteris abundantius non mea virtute, sed dei gratia, & huiusmodi multa.

QUI Prius blasphemus fui, & persecutor, & contumeliosus. Aduerte quod Dei extolam misericordiam, cum pristinam eius vitam enarrat, At ubi de iudeis hic disputat damnatione quauis dignissimis, nihil huiusmodi obicit, in se vero has omnes calumnias congerit. Non enim solum inquit Christum antea detestabar, vel hanc in me ipso nequiciam terminabam, sed eos etiam persequebar, qui pietatem colerent, neque id modo, sed contumeliosius insultando, & re ipsa abutebar, & modo.

SED Misericordiam Dei consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate.

Arguit se supplicio dignum, tamen si horum precipue dominus miseretur, qui per ignorantiam deliquerunt. Queret aliquis, cur ergo non sunt & iudei ceteri omnes veniam consecuti, quia non nescii, sed scientes, & ultro commiserunt. Atqui ex pharisais credere plerique, haud tamen se credere fatebantur, quippe qui hominum gloriam potius quam Dei, longe plurimum adamarent, vnde & Christus sic ait, Quo enim modo credere potestis, qui ab hominibus gloriam accipitis, quin & iudei ipsi dicebant, Videte quia nihil proficitis, ecce mundus post eum pergit, hos namque ubique principatus cupiditas obturbabat, & alibi rursus sic inquit, Nemo potest peccata dimittere, nisi solus Deus, edidit post modum Christus, que se deum esse arguerent si

gna, cur tamen mira factitanti non crediderit. Costat ergo non per ignorantiam hos deliquisse. Dicit aliquis, vbi nam gentium Paulus erat, dum hec agerentur. Nimirum ad Gamalielis pedes astabat, neque enim turbis admiscebatur. Gamaliel vero vir erat, qui suis non alienis rebus vacaret. Verum quo pacto in posterum Paulus, qui Christi nomen profiterentur, in carcerem iniiciebat, qui a videbat iam Christi preconium propagatum iam, & auctum esse, cum legis zelo ipse arderet, iudei vero non legis, sed primatum gratia vdicandi, & assequendae glorie Christo renitebantur. Cur igitur cum optime Paulus legem calleret, Christum nesciuit, Atqui eo se ipsum condemnat, quia ignorantiae morbo antea laborasset quod incredulitas ipsa pepererat, eoque se fuisse misericordiam consecutum affirmat.

SVPERABVNDAVIT Autem gratia domini nostri cum fide, in dilectione, que est in CHRISTO IESU. Cum multa & preclara de dei misericordia differuisset, utque eius pristina pertinacia vltima queque esset tormenta pro merito, Dei tamen in se sit vltima dementia, nunc vero ita subiungit, Non modo mei ille est commiseratus, quin & germanum, & filium amicum, & coheredem effecit, adeo illius effuse accreuit clementiae gratia, Verum tamen ne quis id inquit, cum constat tantopere abundare hanc gratiam, tollitur ergo nostra omnis voluntas, & studium, quod ipsi ad bonum impendimus, pinde nihil sint ad profectum hec necessaria, Adiecit cum fide, & dilectione fide inquit, ipse hanc contuli, credens posse me Christum saluum reddere, & dilectionem,

& i.

Deo operatur in nobis & vel legem possit non fugitur digne predicatoris munere nisi quod mundana contempserit.

Nemo potest peccata dimittere nisi deus.



I. AD TIMOTHEVM!

Obserua  
tio man/  
datoru p  
dit ex ca  
ritate.

quam scilicet in CHRISTO IESV adeptus sum, is enim mihi, non lex, qua ego  
deu afficio; charitatem suppeditauit. Arguit preterea quemadmodum cum fide  
& dilectio inferenda, prodit namq; ex charitate obseruatio madatorum, vti & domi  
nus dixit Si me colitis, & mandata mea seruate. :

CFIDELIS Sermo & omni acceptione dignus, quia Christus Iesus venit in hunc  
mundu pctoris saluos facere. Cum dixisset, quia mei qui ecclesiam sum periculis  
comiserunt e Deo, nulla nuc, inquit, te subeat admiratio, quia sim munere hoc affectu  
nec, quoq; pacto diffidas & alios posse pari dono dignari, ob id namq; ille in mundum  
concessit, vt pctoribus vniuersis salutem donaret. Est itaq; istiusmodi sermo credi  
bilis, & fidelis, & dignus; qui ab omnibus admittitur. Neq; enim quia ingentia sunt,  
que dono nobis sunt tradita, eo minus credenda, sed quia infinita est largientis beni  
gnitas, & credi hec merito debent, & excipi. Id etiam vel iudeis, qui adhuc legi inten  
deret differit, vt illis apiat, nequaquam posse salutem sine fide parari. :

QVORVM Primus ego sum. Quo pacto cum alibi dicat secundu iustifica  
tionem, que in lege e factus sine querela, nunc inter pctoris primum se statuit, quia  
quo ad Christi iustificationem legis iustificatio, p delicto habetur, vt que nullum in  
presentiarum habeat tepus, qd iu eni lex temp id habuit, eius certior erat & vera iustifi  
ficatio. Nam quemadmodum noctu lucernae lux omnis a lunae fulgore obtenebratur  
si fuerit sub diuo exposita, sic legis iustificatio a Christi occultatur iusticia, & plane tol  
litur, cu enim Christus apparuit, solis instar tenebris legem offudit, peccat itaq; & in  
sapiens est, qui lucernae lumine vtitur micante sole.

Simile.

SED Ideo miam cosecutus sum, vt in me primum ostenderet Christus Iesus oem  
patientiam ad iformationem eoru, qui credituri sunt, illi in vitam eternam. At uide  
humilitate, ppterea, inquit sum miam cosecutus, vt eoru nemo desperet, qui prauis sunt  
facinoribus inquinati, sed spes certior sit cum Paulu videant, qui peccando cuctos ex  
cessit saluu iam redditu. Arguit pterea ex his nec dignu se extitisse, qui a Deo uenia  
promereatur, sed ad aliorum salutem esse iam dei clemetia potitu. Neq; enim dixit vt  
in me patefieret diuina patientia, sed oem, quasi id inquit, cum plurimum deliqui  
sem, omni, hoc est, tota dei mia, & commiseratione, non parte aliqua indigebam, vti  
qui pauca commiserunt. Ad iformationem autem dicit, hoc est, ad consolationem &  
eorum exhortationem, qui credere uellent.

Sol de  
essentia/  
liter sapi  
ens: hovi  
angel p  
ticipatio  
ne.

REGI Autem seculorum immortalis, inuisibili soli deo honor & gloria in secula se  
culorum Amen. Quia de filio magna quedam pdixerat: q; vel his esset salutem da  
tur: qui nihil speret se saluos fore, ne patrem filio videatur fecisse inferiorem, illi & glori  
am defert, que utiq; filio est cum patre communis, qui ppe qui cum seculorum habeat  
regnū, quo pacto & immortalis non erit, & inuisibilis diuinitate, & sapiens solus ipe  
namq; pris est sapientia. Dicit hec eadem & de spiritu possunt: soli autem sapienti di  
xit, non quia pater a filio sit, & spiritu separatus, absit, sed cum constet & angelos sapi  
entiae, reliqua vero qui sapientiam vendicant, condita sunt, & creata, & participatione  
quadam hanc assequuntur. Honor autem & gloria non que verbis solum, sed & ope  
ribus constet. Ille enim gratos vos arguit, hec vero regis imitatores, qd sane presantia  
us est, At qui gloriam, que verbis exprimitur: a nobis deposcit, vt se non solum pie co  
lamus, sed animum ipm penitus intendamus, geramulq; illi morem, vt ex hoc & ipi  
proficiamus, nec secus ac solent, qui solis splendorem cum spectant, & demerantur, no  
fulgore delectati sibi profuerunt, & eodem illo cum aliquid his est operandum, fruun  
tur, vt contra, qui solaris sunt nesciu claritatis, sibi officiu maxime, quia nullo in ope  
re uti hac possint.

I. AD TIMO!

HOC Preceptum commedo tibi fili Timothee. Cum enim pceptum dixisset  
idq; imperantis sit potius, Fili Timothee adiecit, pinde ac si dicat, neq; enim hec do  
minus tibi edixerim: sed vt pater commonefatio. Commendo autem eo dixit, vt oste  
dat diligentissime id esse seruandum, arguatq; haudquaquam nostra esse que possi  
demus, sed Dei, quo item & fieri; vt que ille contulerit, omnino sint per nos obseruan  
da.

SECVDVM Precedentes in te pphetias. Preceptoris & sacerdoti cu ma  
gnas dignitas, dei iudicio confirmanda hec fuerit; vt qui dignior sit id munus susci  
piat, eoq; apud veteres pphetarum vaticinio, & iussu sacerdotes, hoc est, per spiritum  
sanctum mox creabantur. Est enim & pphetiae pprimum, vel presentia dicere, sic itaq;  
est & Timotheus in sacerdotem electus, de quo & editas pphetias fuisse testatur. Vel  
tum forte cum fuit ad sacerdotium ille assumptus, & circucifus, & ad sacros ordies de  
mum profectus, perinde dignitatem omnem huiusmodi ex prophetia, & spiritus re  
uelatione adeptus. Subdit igitur Consulo tibi, & moneo, vt secundum precedentes i  
te prophetias incedas, hoc est, vt has contemplatus, & quasi ab illis edoctus, quid tibi  
agendum sit, pergas pro illarum dignitate omnia facere, vt nequaquam his pbro  
& ignominia sis.

no debet  
ad platu  
ra puehi  
nisi di  
gni.

VT Milites in illis bonam miliciam. Quid inquit, tibi demando? Nempe vt  
in illis iam milites, id est, ne illarum legem, & normam excedas, sed quemadmodum  
illa te elegerunt, & his in rebus, quibus te adduxerunt optimam militiam milites, est  
namq; & prauum quiddam miliciae genus, cum membra exhibet quispian ad im  
mudiciam, & turpitudinem, & armis vtitur ad iniuria inferendam. Miliciae aut memi  
nit, vt arguat, & si acre omnibus bellu infertur, ei tn inferri acerrimu, qui alios instruat  
ad recte viuendu, eoq; esse huic & magis inuigilandu, neq; vt se languidiorem pset  
neceffe est, sed excitum, & vigilantem.

HABENS Fidem & bona conscientiam. Haudquaquam inquit existimes, sat tibi  
fore, quod p spiritum fueris & pphetiam ad sacerdotale id munus puectus, nisi & fi  
des p te indubitata psetur; vt verba pmere recte queas, & conscientiam bonam, hoc e  
vitam irrephensibilem habeas, a qua oritur rectior hec conscientia, ita vt & aliis pesse  
queas. Nam quemadmodum qui ductare exercitum velit, vt optimum militem an  
tea egerit est neceffe, sic & pceptorem oportet his esset virtutibus pditum; quas post  
modum sit a discipulis exacturus. Inde namq; ediscimus; et si docendi officio fungi  
mur, quemadmodum instruere alios debeamus.

Heci do  
cete neces  
saria; vita  
irrephens  
sibilis, &  
sana do  
ctrina.

QVAM Quidam repellentes circa fidem, naufragauerunt. Quam bona con  
scientiam scilicet, neq; iniuria. Nam cum fuerit vita impurius, ex ea & dogmata que  
dam puerfa emergunt, siquidem qui immundam & sordidam duxerint vitam, ne in  
futurum formidine crucientur, temere sibi hoc suadent, falsa omnia credi, que a no  
bis traduntur. Quo fit; vt qui fidem abegerit, opinationibus cuncta inuoluerit, cir  
ca fidem naufragio pereat neceffe est. Fides namq; portus est patentissimus, qui ani  
mum ad tranquillitatem traducit, que siunculæ vero, & hesitationes, tanq; pcellæ me  
tem vtrinque exagitatam in miserum corripunt naufragium, affliguntq; icopulis, vel  
in pfundum demergunt.

EX Quibus est hymeneus & Alexader. Vides ne & olim extitisse qui veram do  
ctrinam puaricati, a fide abscederent, sectareturq; opinationes nonnullas, & ambigua  
quedam. Cauendum itaq; & vobis, inquit, ne quid ex vro pristino instituto intermitatis  
cum tales hoc tpe conspicimini; qui erroribus detrahuntur, quin instandum poti  
us est istiusmodi homines impugnando vos superetis.

QVOS Tradidi sathanæ, vt discant non blasphemare. Dicit aliqs Si alios sa  
& ii.

Nemini nocet sa- than: nisi deo pmit- tente.

than castigat: cur non seipm emendat: Non enim vt castiget dixit, sed castigandus quippe qui nemini potest, nisi dei pmissu, obesse: sicuti & carnifices ipsi / est nequissimi sint, morte tamen damnatos conficiunt, & multis vt recte viuant, causam pbent, cur p se Paulus non hos tormentis affecit: vt Variarum illam affecerat, vt Ananiam & Petrus: Ne supplicii magnitudine illorum augeatur blasphemia, quin etiam vt ostendat se posse sathanæ imperare, ex eoq; & formidolosus sit magis, & terrorem incutiat contumacibus, presertim cum ab se & Petro vel hi erucientur, qui fide careant, vt intelligant se minus posse latere. Erat enim & ille Ananias fidei expertus, qui adeo minus consideret, eos itaq; qui hec Pauli / Petriq; iam gesta rescissent, & alio deiceps sunt deuoluti, sathanæ demandabant Apostoli, vt illis pspicuum facerent sathanam non propria illa virtute, sed Apostolorum potentia eos sanare, qui his demandentur. Vel quia quos corrigere vellent, non ipsi per se Apostoli penis afficerent, Contravero qui emendari non poterant: per se afflictabant. Verum quomodo aliquis dicet, sathanæ tradebantur? Qui enim contumax esset, & minus obediens, extra ecclesiam emittetur: eliciebaturque a cetero grege, & nudus mox, & desertus, lupis dedebatur in predam, Nam quemadmodum olim nubes tabernaculum obducebat, sic Christi ecclesia spiritus, Quicumq; ergo ex ecclesia fuerit eiectus, & spiritu sancto priuatus, erit hic miser, perfacilis in capturam, tanti est ab aliorum consortio, & communione repellitur, censura, istiusmodi namq; mox Deus & peccatis obnoxios, castigandi gratia, & morbis afficit, & malis vrgebit. Inquit enim cum iudicamus a Deo, & castigamur, vides itaq; quemadmodum velle curiose admodum diuina scrutari, in blasphemiam cedat. Est enim Deo inferre iniuriam: cum nitimur que eius nutu, & dispensatione geruntur, animo, & cogitatione comprehendere.

Curiosa scrutio demoniorum.

Sacerdos oibus p̄r.

Osonis fructus.

OBSECRO IGITVR Primum omnium fieri obsecrationes, postulationes, orationes, gratiarum actiones, pro omnibus hominibus, pro regibus, & omnibus qui in sublimitate sunt. Omnium primum, hoc est, iure diuina quotidie peragenda. Sacerdotes namq; tanquam communis orbis terrarum pater, sancto altari allat omnibus prospexiturus, & dei ad instar, cui est dedicatus. Aduerte gratia magnitudinem, Neq; enim istiusmodi sunt Iudeorum preces, neq; statim pro regibus orandum dixit, ne videatur principum cuiquam adulari, sed cum prius pro omnibus dixisset hominibus, tunc regibus adiecit, & si infideles sunt inquam reges, est tamen pro his deprecandum, erant enim fidei Christianæ expertes tunc temporis imperii & regnorum moderatores. Duo autem cum pro vniuersis a nobis oratur, quæ optima sunt, consequimur. Nam & odia siqua nobis in alios sunt: dissoluuntur, cum nemo queat in eum pro quo deprecatur iniquo animo esse, & reges precibus immutata in probitatem nequitia, meliores redduntur, nec vltra in nos efferati deserviunt. Nam quæ illud debet mirum videri, persecutores, & carnifices audire ab his deposcentes p se crare, quos afflicterent suppliciiis. Orationes autem / postulationes, & obsecrationes eundem preferunt sensum. Nam istiusmodi dictionum repetitio, exigentis est fieri omnino oportere, quæ mandet, tamen nonnulli hanc his esse differentiam aduertunt, vt obsecrationes dicerent supplicationes esse quasdam: quibus vrgentibus malis, & tristitiam inferentibus, liberari deposcimus. Orationes vero cum bona nonnulla precando efflagitamus. Postulationes deniq; cum eos petimus, in viam vt redeant, q nos vel criminantur, vel iniuriam inferunt. Aduerte quemadmodum vel pro bonis in alios quoscunq; collatis iubemur Deo gr̄as dicere, videlicet quia solem tam bonis quam malis fruendū exhibeat, quia vniuersos suos oppleat bonis, vel blasphemos ipsos, & infideles his ipsis afficiat, vnde & fraterna charitate coniungimur, & vnum diuersi effici-

amur. Nam qui propterea gr̄as agit, quia proximum videt bonis expleri, sequitur certe vt eundem benevolentia plequatur, quo fit: vt cum & ipsi bonis afficiamur, maiorem longe erga Deum pferre gratitudinem debeamus.

VT Quietam, & tranquillam vitam agam. Quonia non absurdū videtur Christiani animum obturbari, cum ei indicitur rem diuinam agere, & sacro sancta mysteria ptractanti, vt pro infidelibus, & regibus deprecetur, pponit & lucrum: vt vel eo illecti, id factitemus, ait namq; istiusmodi hoim salutem in quietem nobis concessuram, & ocium. Sūt enim & hi in posterum militaturi, vt nos quiescamus. Quo igitur pacto non debet iniquū videri, vt hi ex inspatio pro nra salute picula obeāt, nos vero nec salutem labelli motum p his deprecando toleremus.

IN Omni pietate, & castitate. Id quidem eo adiecit, quia pleriq; belli, & tentationum vacatio, ad luxum, & iniuriam aliis inferendam pbent occasionem, vnde & praua dogmata quedam oboriuntur. Idcirco subdit, non per delicias, vel aliorū iniurias vitam ducamus, sed in omni pietate, omni scilicet, non modo que dogmatibus inest, sed vitæ. Est namq; & vitæ quedam impietas, quemadmodum cum inquit, Deū pro fitentur se scire, operibus autem negant, vel omni puritate, que sit ab heresibus ipsis se nota, nec minus & in omni castitate, hoc est virtute, perinde ac si dicat, Non solum est ab impietate cauendum, sed cum omni virtute vita ducenda est. Oportet igitur & si exteriori hac pace potimur, vt & quiete fruamur, vitamq; ipsam omni eum pietate, & virtute nos transigamus sic proculdubio vitam erimus quietiorem, & quauis perturbatione vacuam consecuti. Tria sunt apud nos belli genera. Primum cum barbaros impugnamus. Secundum quod ex priuata quadam inimicitia nobis inferitur. Tertium quod intestinum est, & a vitiis aduersum: nos excitatur, Barbaricum illud impetatorum industria sedat. Quibus bellantibus vel a nobis votis, ac precibus prestanda opera est. Sed duæ reliqua per nos erunt, & nostris viribus sedanda, & studio, qd facile fiet, si mala que in nos per maleuolos irrogantur, benigne, & animo equiori toleremus, pensabimus que in gestis pressuribus precando, Inquit enim Cum his qui oderant pacem eram pacificus, & detrahebant mihi, ego autem orabam. Quod denique in nobis ipsis inerit bellum, iusticia armis facile prorsus tolemus.

HOC Enim bonum est, & acceptum coram saluatore nostro Deo. Quod illud pro omnibus scilicet deprecari, tam pro gentilibus ipsis q̄ pro hereticis, id ipsumq; & natura bonum, & rectum videtur. Quippe cum eiusdem naturæ omnes participes sumus, identidēq; & Deo pergratum est.

QVI Omnes homines vult saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Si Deo id libet, vt vniuersum hominum genus assequatur salutem: imitare hunc ipse, cui si voluntate par esse volueris, erit profecto tibi pro ceteris deprecandum. Dicit aliquis, si illud diuinæ est voluntatis, vt salui fiant cuncti mortales, quid meis opus est precibus. Atqui pmagni Deus has facit: vultq; valere ad eam rem plurimum, quippe que nos (vt diximus) miro animi cōiungat affectu, nec gentiles sinunt, vt nos efferrantur. Est p̄terea simile veri: vt te deprecante ad fidem hi deducantur, salutem vero intellige, que per fidem paratur, & ad veritatis cognitionem, hoc est, ad fidem, que Deo prestatur, Hec namq; dici sola veritas potest.

VNVS ENIM Deus, vnus & mediator Dei, & hominū, homo CHRISTVS IESVS. Cum velle deum dixisset cunctorum salutem, id ipsum confirmando ita prosequitur, Propterea Deus filium suum ad nos mediatorem legauit, vt se hominibus conciliaret. Dicit aliquis, Cur ergo non omnes salutem sunt assecuti? Quia haudquaquam conciliationem hanc admiserunt. Cum vero vnus est Deus inquit, non eo intulit, vt filium argueret a Deo differre, sed ab idolis alienum esse hunc

Belli, tēta- tionūq; vacatio pleriq; i malū cedunt.

Tria belli genera

Oēs p̄ci- b̄ iuuare & nature cōsonū, & Deo gratissimum.

Mediator dei & hominum Christus

demonstraret, Quod autē Deus sit filius, liquet ex eo, quia & conciliator sit, & mediator effectus, qui enim est mediator duorum: se medium interponit ad inuicem diffidentium, & alterutris debet communem se exhibere. Cum itaq; Dei filius & hominum mediator, vtriusq; est particeps, diuinitatis videlicet, & humanitatis deus existens, & homo. Vtriusq; ergo id idem naturam complectitur, humanam, & diuinam. Nequaquam igitur purus est Deus, neq; enim homines hunc excepissent, qui erat intercessor futurus, nec simplex homo, quippe qui Deum esset allocutus. Nil autem dare de diuinitate differuit, ne & id se existiment q̄ multos deos inducere. Neque enim cum Dei singularitate est differendum: plurali numero, vel duali est singularitas hec exprimenda, sed singulari vtendum est, tam diligens est, & causa de diuinitate in sacris literis disputatio. Vnde nec spiritus hoc loco Apostolus meminit, ne multorum esse Deorum cultor appareat.

Christus voluntarie moritur, non necessitate.

¶ QVI De diti redemptionem semetipsum pro omnibus. Hoc est, & pro gentibus ipsis, ille igitur p̄ cunctis mortem subiuit, tu vero p̄ vniuersis orare nil toleras. Accende id dictum contra arrianos plurimū facere, qui filium afferunt vel inuicem suis se morte affectum, idcirco itaq; nos ille redemit, quia cum esset nra hec humana natura peccato obnoxia, p̄ illa se ipsum obtulit vltro, ne perderetur.

¶ CVIUS Testimonium. Hoc est, vt id testaretur fili⁹ ē in nri redemptione oblatus. Vel idē idē interpretado redeptionē testimonium dicit, id est ei⁹ passionem, venit enim vsq; ad mortem vt veritati afferret testimonium, is namq; & patrē manifestauit, & verū dogma explicuit, ad verāq; & euangelicam vitam preuius fuit.

¶ TEMPORIBVS Suis confirmatum est. Hoc ē, congruis & decentibus.

¶ IN Quo positus sum p̄ dicator, & Apostolus. Ad qd̄ testimoniu sum ipse positus p̄ dicator, vt illud p̄ dicado vulgarem, hoc est, Christi crucem, & mortem, nec solū vt prece, & vt aliquo vno in loco p̄ dicandi fungar hoc munere, quin & Apostol⁹ sum institutus, vt quacūq; velim diuager. Et p̄ terea haud mediocris Apostolatus hec dignitas eoq; & hanc sibi vindicat Paulus.

¶ VERITATEM Dico, nō mentior, doctor gentium. Suis dictis facit hic idem cum enim ceteri Apostoli essent ea in re legniores, parti quia gētes detestarentur, & ab horrent, parti quia nec eas essent ad se admissuri, ipse inquit sum vt gentes istuerē destinatus. Si itaq; Dei filius p̄ gentibus hisce p̄cessus ē mortem, & earūdem ipse sū doctor, nihil ipse negligas velim pro his deprecari.

Aplatus dignitas

¶ IN Fide, & veritate. Aduerte vt in fide dicat, non syllogismis vllis, aut argumentationibus captiosis, sed in fide, deiceps ne fallacias inesse rei existimes, i veritate adiecit, p̄ inde ac si dicat, nihil est sane fallax, vel commentitium: quod ex fide instruitur, vt demandatur, sed in veritate traditum.

¶ VOLO Ergo in omni loco orare viros. Queret aliquis, num Christus phibet quā quouis in loco orandum sit, cum in p̄patulo, & plateis interdicit p̄dicationem, & in abditum secedendum cū oratur iniungat. Neq; Christus quo minus vbiq; orandi officium exequi possit, phibuit, sed cū alios admoneret, ne ad ostentationem id agerent, cubiculi meminit, & loci abditioris. Haud secus & alibi dicit, nil nouerit similitra tua quid faciat dextera, neq; eni de manib⁹ differit, sed qua sit excellēs demonstrat, elee molynam sine iactantia ipartiri, eoq; & Paulus viros deposcit, omni in loco orare, p̄ inde ac si nihil ipsum a Christo sit vetitum, quod sane deo intulit, vt iudeorum orandi ritū a nro seiungeret, illi namq; statuto quodam ad id loco, hoc est templo, quod hierosolymis est, orandum censent, nos vero quibus nullus ē predicandi prescriptus locus, lege aliter illud exequimur. Nam vt nobis mos est: qui Christianum sumus nomen sortiti, p̄ vniuersis orare, sic & vbiq; fundimus preces.

¶ LEVANTES Puras manus. Neq; enim locus ad orationem, sed modus diligenter inquirendus: religiofas enim deposcit manus orō, hoc est, a quouis auaritia genere abstinentes, & puras videlicet, que nec rapaces sint: nec homicidio inquinatae, nec quēq; diuerberent, sed ad eleemosynam impartendam effusiores.

¶ SINE Ira, & discrepanone. Hec est, sine ocio, & prauo aliquo animi affectu in fratres. Disceptationem vero hesitationem, & ambiguitatem dicit, hoc est, ne subdubius, & hesitans ad orandum accedas, sed si de certiori imbutus, & nihil ambigēs vtrū quod postulas sis nec ne accepturus, Verum qui fieri id poterit dicit quispiam: Ita qd̄ dem si nihil deposcis quod dei voluntatem oppugnet, vel Deo ipso indignū, si omnia in quā petieris que spiritus sint, si mundis manibus, & ira omni sublata.

¶ SIMITER & mulieres. Velim scilicet has nihil irasci, nec hesitare, puriores asseruare & manus, non rapaces, aut alieni appetētes, cum enim vxor virum compulerit, vt mundum sibi muliebrem, gemmas, & margaritas, & aurea ornamenta suppeditet, & vir illi vt faciat satis auidius rapiet, erit quidem hec furto obnoxia.

¶ IN Habitu ornato cū verecūdia, & sobrietate ornantes se. Maius aliquid a mulieribus exigit, vt vestibus se obducant ornatis, non exquisitis, id enim dicit pro inde coro, & inuenusto. Habitu significantius greci catastolem dicunt, id est, stolam quādam, & amictum, que vnde quaq; hominem contegat, Vult itaq; velato corpore mulieres precari, nec vllas corporis partes impudenter reterege, vnde cum verecūdia inquit, & sobrietate orantes.

¶ NON In totis criminibus, & auro, aut margaritis, vel veste p̄ciosa. Orandi eni gratia accedat, non tripudiandi. Cur ergo caput hec sibi curat, & crines comit, margaritis hos interplectens. cum alias e vertice suspendit, alias toto corpore circumponit, alias pedibus demittit, quod sane probro credit, & ignominia potius quam ornamento, presertim cum tanti res precii per pauperum sint, & viduarum, & orphanorum lachrymas comparate. Nam viduam, & egentem viliori veste priuabis, vt ipsa margaritas, & gemmas conculces. Est enim summa simplicitatis, ne dicam vesania, & animi nil pensū habentis, ad orandum te concessisse, peccatis veniam petituram perinde tāquam ad nuptias prodituram, te comptam esse, & ornatam. Optima sane hec erit animi oberrata compunctio, quantocitius exauditurus ē Deus sic deprecantem, que inopum lachrymis circumduceris iactabunda, & tumens. Si ea itaq; que ad opulentiam spectant, interdicit Apostolus, longe magis que cura quadam superuacanea, & studio ad inanem oratum componuntur: vt genarum, & oris ynquentationes, & oculis adiecta quedam ad pulchritudinem liniamenta, vt voce, m effractam, vt oculos in lasciuam resolutos, vt huiusmodi reliqua.

¶ SED Quod decet mulieres promittentes pietatem per opera bona. Quin necesse ē inquit, vt se rectis operibus ornent, id namq; vt faciant feminas decet que Christum profitentur, & deum verum pie colunt, vel aliter, Cum enim liceat vel verbis dei cultum promittere, per opera subdidit.

¶ Mulier cum silentio discat cū omni subiectione. Non solum inquit gestu, & habitu ornata sit mulier, verum & voce, nō enim velim loquatur, neq; de spiritualibus ipsis edisserat, sed id modo vt discat, id namq; expedit magis vt silens quiescat.

¶ DOCERE Aut mulieri nō p̄mitto, neq; dñari in virū, sed esse in silentio. Oem feminis adimit loquendi occasionem, cum enim tacurnitatem his indixisset, ne causam forte iustiorē aliquā ad loquendum fuerit mulier nacta, ne doceat inquit, id nāq; est habere in virum ipm impium, quā potius subiectam esse hāc viro iniunxit. Inq̄ enim ad virū sit cōuersio tua, Fit itaq; vt illi silendum sit, Cum enim silentius presert subiectionem. Intelligas aut nō vbiq; Apostolum mulieri iniūxisse silentiū, vel alios

Mulierū ornatus q̄ eē debeat.

Nō licet mulieri ēt de spiritualibus in ecclia qcq; differere.

instruendi quouis in loco facultatem interdixisse, sed in ecclesia dumtaxat, quippe que  
 seorsum habeat docendi alios potestatem, siquidem & Priscilla Apollo illum instruxit, & fidelis mulier virum commonefacit.

**¶ ADAM.** Enim primus formatus est, deide Eva. Cum enim iquit, virile genus primatum sit in ea creatione adeptus, & Eva post Adam cōdita sit; iure debent post viros secundum locum feminæ obtinere, & illis subdī, qđ enim cōstat in Adam, & Eva tūc temporis cōtigisse, & inde posteros seruare credendum est.

**¶ ET** Adam nō seductus, mulier autem seducta in p̄uaricatione fuit. Quo pacto iquit aliquis Non Adam deceptus? Quia nec ex sacris literis id satis constat, sed mulierem respōdisse sic fertur, serpens decepit me, Adam vero nō mulier circumuenit me inquit, sed pomum obtulit, & comedi. Haud igitur eque se habent ei fidem adhibuisse que ex se cōdita sit, & adiutrix sit dicta, & beluæ credidisse, que horum esset potestati supposita. Quos it; vt si serpētis suggestio cum mulieris oblatione hac cōteratur, p̄ fallacia arguatur necesse sit, neq; enim deceptum se p̄fitetur, quippe qui igno- ret id lignū in esum suaue, sed mulier que esset eius rei iam cōscia, est circumuenta. Proinde sic illa obtulit viro, vt ip̄a plane arguatur p̄uaricatrix, hic vero vxori fidem adhibuisse. Ait igitur quia semel mulier virum edocuit, & cūcta puertit. Idcirco nequaquam hec habeat velim docēdi de cetero potestatem, est nāq; mulier natura leuior, & facile fallitur. Aduerte autem quemadmodum nō Euam dixerit deceptam esse, sed mulierem tāquam de ip̄o muliebri genere differuisse. Nam quemadmodum natura oīs humana in Adam p̄dita ē, sic & p̄ Euam in omne femineum genus dilapsa est leuitas, qua & p̄uaricatio ip̄a tamen primum Euam inuasit.

**¶ SALVABITVR** Autem per filiorum generationem. Quis inquit saluabitur: Non Eva; nequaquam, sed mulier, id est muliebris natura. Nolite ergo concidere mulieres, Cōtulit enim & vobis salutis causam filiorum p̄creationem, hoc est liberos vobis educādos, & optimis morib; imbuēdos commisit, quos parido ederetis. Non enim filios parere vos solum oportet, sed erudire, & ad rectiora instruere, id nāq; vere profert filios genuisse, alioquin haudquaquam esset hec liberorum genitura, sed gestatio potius quedam appellanda. Queret aliquis, quid ergo cum virginitate agatur? quid cum sterilibus, perdentur ne hæ; quia liberos nullos pepererint absint. nō enim has inquit, propria saluas fore virtute, sed filios procreasse, mulieribus salutis esse ferre occasionem. Est enim illud perspicuum, vt quæ virtute sit p̄dita mulier ad virtutē sit, & liberos educatura. Hæc igitur virtutem cum traditam virgo habeat a genitrice, & ipsa est haud dubie salutem habitura. Videre autem videor, cum feminæ alios instruendi potestatem ademerit, perinde has ipsas consolaturus demeruisse, quos doceat; perinde ac si dicat, si tibi alios erudiendi libido incesserit, liberos tuos erudi.

**¶ SI PERMANSERINT** In fide. Si filii videlicet religiose Christi fidem seruabunt & dogmata.

**¶ IN** Dilectione. Hoc est, recto viuendi modo, Non enim satis est fides nisi & charitas adsit, que vitæ totius est summa.

**¶ ET** In sanctificatione cum sobrietate. Sanctificatione corporis dicit puritatem & quoniam non omnes feminæ virgines sunt; cum sobrietate adiunxit, hoc est continentia que nō nūquam ab illis seruāda est, que matrimonio copulatur, vel forte sobrietatem dicit simpliciter honestatem ip̄am. Quid igitur si mater nequior fuerit, & impudica, filios tamē recte educet; terti id sane nequit, verum si fiat & ipsa mercedem acceptura est. Quid aut cum pbis sit ip̄a moribus imbuta, negligat tamen filios erudire, & pro eius nimia indulgentia patiatul illos precipites in vitia agi. Contra verosif

Cōtinentia coniu-  
 gib; nō  
 nūq; ser-  
 uanda.

totis viribus adnitatur, & studio omni incumbat, nequeat tñ hos reddere meliores; quod raro euenit, & hec nimirum laborum habitura est premium. Siquidem & dei filius cum factis tum dictis ad maxime ad veritatem homines traducere conaretur, per paucos habuit qui sibi obtemperarent.

**¶ FIDELIS** sermo. Cum in ambiguo haberetur vtrum matres frui filiorū virtute quirent, sic inquit, fidelis sermo, hoc est quem ipsi protulimus haudquam falso prolatus est, idcirco nil ambigas.

**¶ SI QVIS** Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. Que ad Timotheum de Episcopatu edisserit, vniuersis edicit, si quis inquit cupit presse nihil impeditio, opus namq; bonum desiderat, hoc est negocium habere cupit, nolim tamen vt dominandi quispiam cupiditate ducatur, nam & Moyses operadi magis quam presidendi voluptate demandatam sibi iudecs moderandi suscepit prouintiam. Episcopatus enim ab episcopis dicitur hoc est providere & prospicere vniuersis quos sub eius cura & tutela suscepit.

**¶ OPORTET** enim episcopū irreprehensibilem esse, hoc est vt omnem sit virtutem adeptus, & ita vt nequeat criminis accusari vel vitii, nec ipse sibi sit mali conscius. Si quis itaq; obstrictum prauis se facinoribus nouerit, nequaquam eam rem concupiscat, qua se ipsum mala operando priuarit, oportet namq; qui preest vt tanquam lumē aliqd se & spectandum exponat, a quo & ceteri cum in se intenderint oculos lucem accipiant.

**¶ VNIVS** vxoris virum. Si is qui vxorem duxerit que mundi sunt meditatur, episcopum vero nil deceat mundanis rebus esse intentum, quo pacto hunc dicit vni vxoris virū esse oportere; nōnulli asserunt a muliere abesse episcopum in iunxisse quod fieri si nequeat, habere hunc vnicam sic precepisse, perinde ac si nullam haberet. Hoc est nihil illi addictū esse ob venereas voluptates, cum aliter Apostolus sciat, nec necessariū ducat vt vxori copuletur episcopus. Quo enim pacto hoc indixisset, qui ita inquit, volo autem omnes esse atq; ego sum. Sed quia illud tempus huiusmodi rem exigebat, propterea si duxerit inquit vxorem episcopus, vnus sit non multarum maritus. Vel vnus vxoris virum dici, vt qui ad eam episcopatus proehādus sit dignitatem, non multas habuerit vxores, sed vnam. Qđ eo dicit ne iudeos ea in re sectarentur, quibus vt plurimos filios procrearent, vt & plures haberent vxores permittebatur. Pleriq; etiam inconsideratius tamen affirmant, de ecclesia hec dixisse Apostolum tanquam enixe prohibeat ab ecclesia esse ad ecclesiam transeūdū quod esse adulterium dicitant.

**¶ SOBRIVM.** Hoc est perspicacem & meditabundum nullis huius seculi curis vel merore offusum.

**¶ PVDICVM.** Hoc est abstinentem & moderatum.

**¶ ORNATVM.** Hoc est grauem & honestum.

**¶ HOSPITALEM.** Si enim se suis ciuib; dūtaxat probū prestiterit, & hospitalem generis affectionem sequetur, oportet itaq; vt in alienos etiā liberalem se p̄beat, quod sane maius est fraterne caritatis indicium.

**¶ DOCTOREM.** Que dicta superius sunt, vel a subditis exiguntur, hoc autem docendi officium omnium precipue, vt inquit, episcopis necesse est.

**¶ NON** vinolentum. Non enim dicit hoc loco qui meromadeat, sed centumliolum, & temerarium.

**¶ NON** percussorum. Non qui manibus quenquā affligat, sed qui intempestiue incessat, & fratrum percellat animos dicit.

**¶ SED** modestum non litigiosum, non cupidum. Docet hoc loco quemadmodum queat & temulentiam quis euitare, & ne percussor dicatur, effugere, si benignū & .v.

Qui vt  
 plit poti  
 us q̄ plit  
 ep̄atū de  
 siderat  
 bonū op̄  
 desiderat

Ep̄s ea  
 virtute  
 spl̄ deat  
 vt nec li  
 bi sit ma  
 li conscius  
 nec cris  
 accusari  
 valeat.

seipsum videlicet exhibeat, & minus contemptiosum. Et quoniam dixerat superbia hospitalitatis cupientissimum, qui diuitias aspernetur, cum etiam vt instituat, ne quis hospitalitatis exercende occasione tesauos congerat.

SED sue domui bene prepositum. Hoc est qui rei domestice bene prospiciat et familiam diligentius moderetur.

qui vult alienos sibi morigeros redere suos frenet & instruat

FILIOS habentem cum omni castitate. Oportet enim vt eius ex domo ceteris prodatur exempla. Quis enim crediderit hunc posse alienos sibi morigeros redere, qui filios nequeat subiugare. Vel quo pacto alios moderatos effecerit, qui suos viuere intemperantius suerit. In omni autem castitate, idest que verbis & gestu & operibus ipsis presertur, in omnesq; & quouis tempore adhibetur.

SI QVIS autem domui sue preesse nescit quomodo ecclesie dei diligentiam habeat. Nihil sane aliud episcopi dixerim domicilium nisi exiguam ecclesiam aliquam si itaq; rei cuiusdam parue & infime & que facile possit cognitione comprehendere nescierit, quo pacto tot hominum moderabitur voluntates. Tunc queri hoc loco potest, cuius rei gratia Paulus qui a laicis & secularibus viris, magna quedam & istiusmodi exegerat, mortificate inquiens membra vestra, que super terram sunt, & alibi hi autem Christi carnem crucifixerunt, nunc ab Episcopo parua quidem deponit, et tante sublimitatis indigna, videlicet, ne temulentus sit, aut percussor, & huiusmodi, presertim cum Christus ad tollendam crucem iniungat, & bonus inquit pascet animam suam ponat pro ouibus. Erat itaq; ab episcopo exigendum quo ad dignitatis ipsius celsitudinem spectat vt angelum agaret, illiusq; duceret vitam, reddere q; omnibus immunem se vitis. Dixerim equidem per paucos dari posse, qui istiusmodi nacti sint vite perfectionem, Erat autem multis episcopis opus qui singulis vrbibus presiderent, eoq; & mediocrem ab his virtutem exegit, que possit facile comperiri.

NON neophytum. Non enim iuniorem hoc loco dicit, quippe cum & Timotheus esset annos non multos natus, vt in sequentibus perdiscemus, cum Paulus inquit, nemo te ob iuuenilem etatem contemnat. Sed eum neophytum asserit, qui nuper sit ad fidem instructus, & in ea reces plantatus. Nam ipse inquit plantauit, Erunt vero cum ex gentibus pleriq; ad Apostolos ipsos concederent, & baptismo abluerentur, nequaquam ait velim qui nuper baptismum acceperit ad huiusmodi presidendi munus hunc prouehi.

Neophytus.

Ne in superbiam elatus in iudicium incidat diaboli. Si prius inquit qua optimo discipulus sit, preceptoris illi officium demandetur, intumescet hic sane & in diaboli iudicium & damnationem concidet, qualem ille pre mentis elatione subierat.

Vix bn fugitur pceptores officio q discipulo esse no dixerit

OPORTET autem illum & testimonium habere bonum ab his qui foris sunt. Hoc est a gentibus ipsis, ne & hi quidpiam habeant, quo hunc criminantur, sed reuereri potius ob eius queat integritate. Dicit aliquis, quid inquam, si probus forte appareat, & improbus postmodum deprehendatur. Erit id quidem difficile cognitum nam solent hostes, vel eos carpere qui perfectioris sint vite, necesse est vt ad reliquas eius virtutes & aliorum optimum accedatur testimonium. Quid ergo si hunc line causa & immerentem calumniatur nonnulli? Fieri id quidem nequit, nam eum qui ita vixerit vt argui nequeat prauitatis, vel idem ipso venerabuntur gentiles, & decreta quidem, non illius sunt vitam improbatum, quemadmodum & Apostolos, non vt fornicatores & sceleratos calumniabuntur, sed seductores dicebant, qd predicandi officium solum obiciebatur, quod si concedatur, vel eum in modum se rem habere vt per calumniam quis improbetur, nequaquam velim huiusmodi vir constitutur episcopus

scopus, non enim sunt multorum lucem spectantium & improbantium animi ob turbandi. Siquidem luteant inquit opera vestra vt videant homines. Si nobis itaq; testimonium ab inimicis est comparandum, longe magis ab his qui amicitia nobis sunt coniuncti & fide.

VT non in obprobrium incidat. Quippe cum futurum sit, vt ab infidelibus increpetur, q; predicationem interpellaret.

ET laqueum diaboli. Vel quia huiusmodi hominem gentiles illi cofestim de medio tollerent, vel quia in ea flagitia quibus illi essent obnoxii & hic laboreretur. Qd sane quia multos offenderet, merito dici demonum posset illa creatio.

DIACONOS similiter. Cur autem queret aliquis sacerdotes hic preterit, quia que dicta de episcopis sunt, sacerdotibus competunt, his naq; & vt alios instruât & vt ecclesiis presint iniunctum est, & sola sunt illis consecrationis cerimonia inferiores, Ait igitur & diaconos similiter, hoc est, eidem debere dixerim pollere officiis vt hospitalis videlicet benignos, & minus contentiosos, & huiusmodi reliqua, sese prebeant necesse est.

Excepta consecrationis cerimonia, sacerdotes sunt episcopales.

PVDICOS. His quidem vel inter cetera & pudicitia accedat, necesse est. NON bilingues. Hoc est subdolos & dolis instructos, ita vt aliter sentiant, ac loquantur. Vel quorum verba infirma sint & nutantia, nec penli habeant quicquam.

NON multo vino deditos, non turpe lucrum sectantes. Non enim temulentos dicit, hoc loco & mentis nil compotes, id naq; dictu admodum videretur indignum sed bibaces vt essent prohibuit, nam & si minus inebrientur, immoderatio tamen vini potatio, animi imbecillitat neruos reddit languidiores, Prisci vero illi orandi gratia templum ia ingressuri, vino abstinebant, nostri vero si deo placet & vino vtuntur supplicaturi, & turpe lucrum sectantur, & nullum vndequaq; sit repudiât commodum. Hoc tamen loco turpe lucrum sectantem, avarum intellige & pecunie indigentem.

No licebat antiq; gresuristem plu vinu bibere.

HABENTES misterium fidei in conscientia pura. Hoc est, post susceptam dogmatis rectitudinem, & vitam degant que criminis nequeat inculari. Est namq; purior conscientia vita irreprehensibili insita.

ET hi autem probentur primum & sic ministrent nullum crimen habentes. Quoadmodum inquit episcopum depoposci haudquaquam neophytum sic nolim diaconos istos nisi probatos deduci administrandum, quin etiam & temporis processu periclitandos hos dixerim, si noxa vacant & crimine. Quemadmodum nec seruo quisquam qui nuper sit emptus non ante domus gubernationem demandat quam per aliquod tempus periculo facto probus appareat.

No debet reces couer ad mini stradu ad mitti, nisi pcessu tps pb appereat

MULIERES similiter pudicas. Non enim de quibusuis mulieribus differit sed eas nunc profert, que & ministrandi fugantur officio. Ee namq; ecclesie conferunt plurimum, nam nisi faceret de huiusmodi feminis mentionem quid opus fuisset cum de diaconibus & viris tractet, de mulieribus etiam interiecisse sermonem.

NON detrahentes. Idest que neminem detrahendo incusent, vt anicule factitant, que dum per alienos domos vagantur, aliarum deferunt vitia.

SOBRIAS. Idest excitas & vigilantes. Cum enim costet leue esse femineum genus, & captu facile, necesse est vt vigilantiam seruent & sobrietate, & metē valeant.

Sobrietas mulieribus maxime necessaria.

FIDELIS in oibus. Hoc est constantes & stables, tam verbis q; etiam opib; DIACONES sint vnus vxoris viri. Aduerte quemadmodum eandem virtutem ad diaconibus exigat, quam & ab episcopis ipsis exegerat, quippe qui haud secus & casti esse hi debent & irreprehensibiles.

QUI filiis suis bene presint & suis domibus. Cunctis liberorū iniungit hanc curam ne ceteri offendantur si educeantur hi negligentius.

¶ QVI enim bene ministraverint gradum bonum sibi acquirunt, & multam fidem etiam in fide, que est in Christo Iesu. ¶ Gradum idest profectum, nam qui infimis fuerint in rebus solertiores ad summa mox pertingunt fastigia, & ita ut in fide fideie plurimum nanciscantur, hoc est ut maiorem sibi gloriam pariant, nec in mundanis his dignitatibus aut pecuniis, sed in fide, hoc est in cunctis que scdm fidei sunt, oporibus, & sermone, istiusmodi namq; in ecclesia ipsa fulgebunt, qui cum a diaconatus gradu, ad sacerdotium, a sacerdotio deinceps fuerint ad episcopatum prouecti.

¶ HEC tibi scribo fili Timothee sperans me ad te venire cito, si autem tardauerit scias quomodo oporteat te in domo Dei conuersari. ¶ Ne discipulum in merorem inducat, perinde cui ex his dictis offerri suspectio possit, haudquaquam ultra preceptorem se reuisurum sic inquit, non enim eo hec ad te scribo quia non sum ad te conuersurus, sum enim omnino venturus. At si tardior fuerit meus ad te aduentus, habes velim formulam a me interea aliquam, quemadmodum tibi sit in ecclesia dei versandum, Bene autem sperans adiecit, nam cum spiritu hic ageretur, nescius erat, quo tibi esset adhuc abeundum, vnde & merito videtur ambigere vtrum se ad Timotheum possit conferre nec ne.

¶ QVE est ecclesia dei viui. ¶ Neq; enim existimes velim domum hanc hominum esse, ope constructam, sed viuentis dei ecclesiam esse, hoc est tremendi illius moderataris non de mortui & imbecilli, quales sunt gentium dii.

¶ COLVMNA & firmamentum veritatis. ¶ Hoc loco cum iudeorum tempore ecclesiam confert, sic inquit, illud quidem figurat & vmbra quasdam complectebatur, veluti tintinabula & malapunica & cum sacrificiis sacerdotem. Hoc vero veritatis est firmamentum & robur, Cuncta namq; que illi inesse constat & peraguntur certiora sunt & stabilia nihilq; in ea est vel fucatum vel quod vmbra aliquam pretererat cuiusmodi legis sunt omnia, Pro tintinabulis namque clarissimum habet de Christo preconium & pro punicis malis vitam contractiorem & castigatam, & fructuam terius asseruantem, Huius preterea & pontifex presidet, maximus dei filius cuius diuinum corpus, summum est sacrificium.

¶ ET manifeste magnum est pietatis sacramentum. ¶ Sacramentum est sane & mysterium quod nobiscum est dispensatum. Et ingens quidem pietatis est sacramentum, non enim de eo quis ambigit. At quo pacto dici id poterit sacramentum, quod & notius sit & vulgatius. Antehac enim non omnibus erat id cognitum, sed nunc plane innotuit, quod autem deus sit incarnatus neminem preterit, sed incarnationis huiusce modus multos clam habet, vnde & mysterium dicitur, Adverte autem dei erga nos caritatem, quando quidem eius, tam admirabile sacramentum nobis aperuit.

¶ QVOD manifestum est in carne. ¶ Cum enim Paulus que ad sacerdotium faciunt explicaret, nil tamen eorum que de sacerdotibus in Leuitico p̄finita sunt & explicita nobis indixit. Tanq̄ id inquit, neminem subeat admiratio, si ea que minoris momenti sunt preterierim, precellunt namq; magnitudine nostra, neq; huiusmodi aliquid in leuitarum institutione compereris, cum in nostro hoc sacramento siue mysterio deus ipse se patefecerit. Quo pacto in carne scilicet, quippe qui diuinitate sit inuisibilis.

¶ IUSTIFICATVS est, in spiritu. ¶ Aut enim id inquit, cum cuncta ille ad hunc minimum salutem effecerit, & nonnullis qui corde essent & animo obdurato persuadere nequirit, ipse tamen iustificatus est, quia quod sua intererat fecerit. Vel eo dicitur iustificatus quia nihil deliquerat, neq; eius in ore inuentus est dolus, cui qui pro lege iusticiam sunt assecuti, spiritu seruitutis detinerentur. Formidines namq; &

Hec e in ter legē & ecclesiā am diſcrepātia quā illa figurat & vmbra cōplectebatur hec veritatē.

supplicia lex ipsa complectebatur, & eadem hec peccantibus intentabat, quippe que spiritu adoptionis careret, Dominus vero omnem sancto spiritu impleuit iusticiā, iusticie consubstantialis existens, eundemq; habens suapte natura secum manentē, quem & nobis largitur, vt in eo iustificemur. Nam qui sunt per euangelium iustificati, & spiritus participant plurimum, & longohis interuallo precellunt, qui per legē sunt iustificationem hanc assecuti.

¶ APPARUIT angelis. ¶ O mysterium admirandum, nobis cum dei filium & angeli conspexere, quem antea nō vidissent, inquit enim & ecce angeli accesserunt & ministrabant ei, idq; illi ab eius natiuitate quoad vsq; fuit in celum assumptus, ministerium prestitere. Constat enim hunc natum angelos collaudasse, & denunciāsse pastoribus, suisq; & in eius assumptione ministros.

¶ PREDICATVS est gentibus, creditus est mundo. ¶ Gentibus inquam quibus nulla salutis spes inesse sit visa, & cōdemnatis. Nec predicatus est solū quin & a terrarum orbe eius suscepta est fides, Quod utiq; maximum est cum eius qui predicatus sit cum potestatis tum veritatis argumentum non mediocre.

¶ ASSUMPTVS est in gloria. ¶ Hoc est supra nubes est angelis ministrantibus ille sublatus, nec tamen in helie modum ad celum subuectus, sed in gloria.

¶ SPIRITVS autem manifeste dicit. ¶ Hoc est non adumbrate & sub figuris tanquā regulis prophetarum astrictus.

¶ QVIA nouissimis temporibus discedent quidam a fide. ¶ Cum enim constet circa idem naufragium fecisse nonnullos nequaquam inquit mireris, si quidam ex hoc tempore Christiani iudeorum ritus tutantur, est namq; vt in deteriora prolabantur, futurum, qui sectari Christum videntur. Hec quidem non de iudeis predicat, quippe qui superioribus fuere temporibus, sed de marchionistis & manicheis, & ceteris heresum sectatoribus.

¶ ATTENDENTES spiritibus erroris & doctrinis demoniorum. ¶ Hōrum namq; suggestionē & opera detrectabant & nuptias. Arguit preterea & reliquas hereses, que omnes per demonum fallacias obrepere & doctrinam. Nec tamen has apertius patefacit, ne illas in animos disseminet hominum, sed eam que iam obrepisset, eam vt diximus, & nuptias detrectantem in presentiarum ostendit.

¶ IN Hypocritis loquentium mendacium. ¶ Hoc est ea in quibus hi deprehenduntur mendaces, non vt veritatis ignari mentiuntur, sed prudentes scientesq; falsa hec esse, pro veris docere dissimulant.

¶ ET cauteriatam habentium suam conscientiam prohibentium nubere. ¶ Hoc ē vite sunt nequioris, & cum sibi sunt hi multarum sordium conscii, eo & illorum conscientia & ineluibiles habet vite iniustiones impuriōis, & matrimonium improbat. Nam si eorum vita purior esset, & conscientia labe careret, nunq̄ que deus bene dicendo probasset vituperarent. Qui tamen haud faciunt secus, ac solent, qui cum laborant ex stomacho eo cibum repudiant, quia noxios intus humores contineant. Quid igitur, num ipsi nuptias prohibemus absit, quin potius eum ad celibatum hortamur quod nuptias fugiat, eoq; & honoratior sit. Haud tamen propterea ignominiose sunt nuptie, sicut neq; ob id contemnetur argentum, quia maioris sit precii aurum. Quod enim honoratius est, honore illud excedit, quod sit honoratum, & melior quispiam quod bonum est superat bonitate, non malum. Qui potest itaq; habeat secum virginitatis hoc aurum, qui minus, nuptiarum argentum excipiat.

¶ ABSTINERE a cibis quos deus creauit, ad percipiendum eum gratiarum actio ne fidelibus. ¶ Id est consulentium fore a cibis abstinentum. Queret aliquis, quid ergo nonne vel infidelibus ipsis in escam creauit hoc deus? ita quidem, hi tamen ab

Apostolus futurā heresū calamitātē denunciat.

In eos inuehitur qui nuptias damnabant.

Bona nūbetū castitas melior virginitas.

his seipfos coercent. Quid preterea, nonie phibetur & luxus admodu, haud tamen moderata cibi desumptio, nam vt modum hec pfert sic luxus modum excedit, qui etiam nec luxus ipse tanquam impurus & fordidus prohibetur, sed quia suo excessu animam perdat.

Damna tur lux? no quia i pur? sed quia ani ma pdat.

¶ **ET** his qui cognouerunt veritatem. ¶ Videntur ergo iudaica illa figuram dixat pretendisse, nunc vero veritatem extare liquet. Arcebat enim in decram immu mera multitudo, a plurimis efcis, non quia essent immude, sed ne delitiis se addicerent continetur. Et vt a multis cibis coerciti oues cum immolarent & boues, non ignorent quales deos sibi fecissent egyptii. Veritatem autem vel in Christo fidem intellege, vel eam simpliciter qua hi cognouissent. Si qualem queras audi que insequitur. ¶ **QVIA** omnis creatura dei bona. ¶ Et erant inquit bona valde que fecerat, sub creaturae autem appellatione, omnia que nobis sunt in esum exposita designant. Vnde & heresim illam extirpat asserentium omnem materiam nullam habuisse originem ex qua hec prodierint quibus nos vescimur.

¶ **ET** nihil reiciendum quod cum gratiarum actione percipitur, sanctificatur enim per verbum dei orationem. ¶ Ergo immundum erit nisi sanctificetur, nequaquam, sed ex permisso id ponit, nam primum asseuerando nihil dicit immundum, deinde concedimus inquit immundum id fieri, habes tamen quam adhibere possis medellam, cruce obfigna, laude Deo & grās redde, sic immunditia omnis & feditas dilabatur, cum enim gratias agimus omnia emundantur qui vero secus se gesserit, & pinde ingratius nec gratias egerit, hic plane couincetur impurius & inquinatus. Licet igitur & idolothyum eundem in modum purgari, ita tamen si idolothyum esse id ignoramus, quo si scientes nos vescimur eadem nos labe coinquinabimur, no quia illud idolothyum sit, sed quia legem ipsi transcendimus, iubentem minus debere nos demonum mensse participes fieri. Quo fit vt tua voluntas infectior sit tanquam preuicacior, non eo quod cibus ille sit inquinatus.

¶ **Hec** proponens fratribus bonus eris minister. **IESV CHRISTI.** ¶ Hec, que ista quod magna, s. magisterii dignitas, quod abstinerere hoc modo a nuptiis & cibariis demonum fiat suggestione, & alia quecunquē predixit eiusmodi. Proponens autem hoc est consulens & persuadens, neque enim imperans dixit, quippe in quos nullum esset imperium

Vt corpora li alimen to quoti dienobis e op? ita & spūali.

No ē cū puerfo & icorrigibili mul tis agendum.

¶ **ENUTRITVS** verbis fidei & bone doctrine, quam assecutus es. ¶ Dixit propone hec fratribus & consule. Nunc vero vel tu ipse inquit enutritus, id est frequenter eadem illa couoluens & quasi eruminans reuoca. Enutritus vero ideo intulit vt inde finentem eius in his attentionem ostenderet, vt quemadmodum semper corporis alimentā percipimus, sic etiam assiduis que ad fidem faciunt, verbis enutriamur.

¶ **INEPTAS** autem & aniles fabulas deuita. ¶ Hoc est fratribus quidem vt dixit id consule. In his vero qui fuerint peruersi, non multum opere suadendo & laboris impende, nam vt nihil his potest vtilitatis afferrī, sic poterit obturbatio aliqua oboriri, qui in videbere potius imbenulus & fragilis qui obfistere illis nequieris, nec illorum corrigere improbitatem. Fabulas autem iudaicas dicit obseruationes, vel quia commentitie sint, vel quia necessarie minus aut opportune, Exempli gratia si homini mihi obtuleris annos natum triginta lactari iam velle quam ille ridiculus deprehendatur, quia preter etatem ac tempus lac sugere more infantium concupiscat, Aniles autem dicit ob vetustatem, iudaicos ritus, tanquam inueteratos, & nullius momenti. Vel quia anicule inanitia quedam & superuacanea fabulantur. Ineptas, siue vt grece prophanas, quia fidei videntur illudere, Nam velle adimum qui has fabulas eumcar, & iudaicas illas ineptias supet, legis formidine coercere, ipurius est & iniquum imperium

¶ **EXERCE** autem te ipsum ad pietatem. ¶ Hoc est ad fidei puritatem & vite optime rectitudinem, id namque pietas ipsa pretendit, est itaque exercitatio hec necessaria, laboribus assiduis opus, qui enim cum vel nullum sit certamen propositum, seipsum certando exercet parere sibi sudores contendit, vt premium assequatur.

¶ **INAM** corporalis exercitatio ad modicum utilis est. ¶ Nonnulli corporis exercitacionem ieiunium dicunt, quod tamen secus se habet, siquidem spiritalis sit, nam & si corpus per inediam maceratur, spiritus tamen est vigilantior. Sed corporalis exercitatio corporis est agitatio quedam, que cum laboris habeat plurimum, parum tamen & ad breue corpori sit profutura.

Corpali exercitatio parū utilis pietas maxime.

¶ **PIETAS** autem ad omnia utilis est, promissionem habes vite que nunc est & future. ¶ Vel in hoc seculo pietas inquit hominem iuuat, nam qui nullius sibi male est solcius, & dum viuūt letatur futurorum bonorum, pro certioribus ducens promissa, & eo in seculo veram victurus est vitam. Equad am itaque presentis & future vite comparatione, pietatis ipsius excellentiam patet facit.

¶ **FIDELIS**, sermo & omni acceptione dignus. ¶ Hoc est verax, & dignus vt a cunctis excipiat, vt qui nequaquam ambiguus sit. Quis sermo iste inquit aliquis. Nimirum qui certo affirmat, cum in hac vita, tum i superna illa prodesse plurimum pietate.

¶ **IN** hoc enim laberamus & maledicimur, quia speramus in deum viuum. ¶ Et cuiusmodi sit pietas ista demonstrat, & qualem Apostoli ipsi pertractent, confirmatque vt i, & vite future, spem ipse sit nactus. Inquitque & in hoc, hoc est propter hoc & laboribus ipsi & probris afficimur. Nam quo pacto & gladios subiremus & mortem, nisi futura illa operiremur, que post obitum nobis daturus est viuens deus. Hic namque & si milites pro imperatore sese periculis obiecerunt, mercedem tamen plerumque amittunt, cum interea e medio tollitur imperator, Rex vero noster ille, perpetuo viuūt, eoque & que perpetua sunt largitur.

De vultus fieri.

¶ **QVI** est saluator omnium hominum, maxime fidelium. ¶ Hoc est, sit illi placitum est: vt cum in presenti hac vita, tum in futura illa, & celesti vniuersi homines assequantur salutem, quippe qui studii plurimum in tutandis fidelibus ipsis impendat. Ni enim hos ille saluos efficeret, qui possent mortalium cum vndique oppugnentur, obfistere. His autem dictis, & Timotheum impellit ad pericula obeunda, perinde ac si dicat, nihil velim in mandato officio elanguescas, cum tam beneficium habeas deum, neque ab aliis opem deposcas, sed tua omnis sit in eo spes sita, viuūt enim ille perpetuo, & saluos reddit in se confidentes.

No ē ad xiliū nisi a dno.

¶ **PRECIPE** hec & doce. ¶ Nonnullis doctrina est opus nonnullis precepta sunt necessaria. Furtum namque non instruendo, sed iubendo prohibetur, hoc est formidine & auctoritate vetatur. Cum vero de re familiari leuanda & egentibus impartienda, deque celibatu & ieiunio est differendum, doctrina est opus. Quod circa vtrumque id in dicit Apostolus, precipe, s. & doce. Vel aliter. Cum nihil ignari sed prudentes & scii in prauum aliquid facinus labimur, precepto egemus, cum vero ignoranter delinquimus, disciplina.

¶ **NEMO** adolescentiam tuam contemnat. ¶ Cum communis quedam sit & presumpta opinio contemptibilem esse adolescentiam, precipe inquit audentius, & ne mo iuuenilem hanc tuam aspernetur etatem, est enim necesse vt non contemnatur qui alios instruit. Dicit aliquis, quo ergo abcessit humilitas, esto inquit cum tibi infertur iniuria humilis, at cum de aliorum salute, certatur austeritate est & acrimonia opus, utque & fidem eius imperet. Vel forte infert, si vitam honeste trāsegeris nequaquam ad clescentia, & si natura sit contemptibilis parum fiet, sed admirationi potius erit Subiungit itaque.

**SED** exemplum esto fidelium. \* Hoc est preuius ipse aliis exhibe viuendibz mam, & regulam te vite melioris prestiteris.

**IN** verbo. \* Ut facile & verba promas & ad loquendum, que dei sunt, promptus sis & paratior.

**IN** conuersatione. \* Vel ciuili vel ecclesiastica.

**IN** caritate. Qua in omnes vtaris.

**IN** spiritu. \* Id est in spiritali confirmatione & statu vel spiritus dono, vt nihil accepto luperbias.

**IN** fide. \* Recta scilicet, & indubitata quam deo quis adhibet vel in his que fieri non possunt.

**IN** castitate. \* Hoc est in puritate, siue virginitatem exerceas siue continentiam.

**DVM** venio attende lectioni. \* Si Timotheo in iungit vt sacris literis acet, quid nobis erit agendum? quinetiam & Paulus ipse ad finem vsq; diuinis scriptis intendat vt alios possit instruere, Consolatur autem & Timotheum cum inquit dum ad te venio, spe quadam illi allata preceptorem se aliquando visurum. Iure enim instructore orbat Paulum requirebat, Verum cur dum venio dixit quia par erat eum in nior esset etate pleraq; hunc ignorare, & pro necessario ducere Pauli ad se aduentum vt quorum esset ignarus ab eo perdisceret. Ait ergo quo ad ipse ad te proficiscaris pturas perlege. E quibus intelliges quemadmodum alios comonefacias ipse vero & reliqua suppeditabo, cum venero.

**EXHORTATIONI.** \* Qua scilicet ad eos vtaris qui merore afficiuntur, vel qui negligenter se gerunt.

**DOCTRINE.** \* Qua omnes, rem omnem edoceas, ad salutem consequenda spectantem.

**NOLI** negligere gratiam que in te est, que data est tibi per prophetiam. \* Doctrine hoc loco gratiam dicit quam ille cum Episcopi munere fungeretur accepit, prophetiam hoc est spiritu sancto iubente, vt dictum est supra.

**CVM** impositione manuum presbyterii. \* Hoc est Episcoporum, aduerte quia lud tremendum sit, & quantum valeant pontificum impolite manus.

**HEC** meditare in his esto. \* Hisdem de rebus hunc sepe comonefacit, vt Episcopum arguat debere omnium maxime, his que superius dixit incumbere.

**VT** profectus tuus manifestus sit omnibus. \* Neq; enim in vita solum recte de genda, sed & verbis que ad aliorum faciant instructionem, & ceteris sint documento. Aduerte autem que admodum hunc maximum in modum proficere volebat Apostolus.

**ATTINDE** tibi & doctrine, insta in illis. \* Hoc est, tibi ipsi vaca, & ceteros in firue diligentius.

**HOC** enim faciens & te ipsum saluum facies, & eos qui te audiunt. \* Qui enim oblectatur docendo, sibi primum conducit, & cum alios comonefacit, corde compungitur, vnde cum sibi, tum illis parat salutem.

**SENIOREM** non increpaueris, sed obsecra vt patrem. \* Neq; enim de eo nate differit, qui in ecclesia dignitate fungatur, sed de alio quouis, qui per etatem ad lenectutem prouectus. Qui inquiet aliquis, si obiurgatione indigeat. Vel hunc vt patrem conueni, precareq; vt a malo desistat.

**IUVENES** vt fratres, anus vt matres. \* Cum enim homines grauiter ferant cum obiurgantur, & eo magis, cum ab his arguuntur, qui annis sunt longe inferiores, hunc rei benignitate videtur, iuuenes inquit vt fratres & anus vt matres, cum deliquit commonefacito.

**IUVENCVLAS** vt sorores. \* Cum enim inquit iunior etas natura petulantia sit, & frenorum

Manuum  
impositio  
pdest plim.

Seniores  
etiam si de  
liquerint  
non sunt  
crepandi.

fit, & frenorum impatiens, ita vt castigationem minus admittat, mitius erit hec ptra/ ctanda, nec corripientem repudiet.

**IN** Omni castitate. \* Cum enim suspicionem iducat, qui cum femella, & adolescula conserunt sermones, necesse est tamen vt has alloquatur epus, castigetq; lenius. Ait igitur, in omni castitate loquere, hoc est, non modo scelus ipsum concubitus omnino defu geris, sed & aliam omnem suspicionis causam euitabis. Hec autem, non Timotheum monendi gra scribit, quippe quem sciret castissimum, sed nri, qui posterius sumus, vt & ipsi suspecta omnia caueamus.

**VIDVAS** Honora, que vere viduae sunt. \* Verum cur nullam hic facit de virginitate mentionem? Forte quia non dum erant ea in vrbe virgines que fideles iam essent. Honore autem viduas, huc psequi iubet, tum quia nec viros habent, qui illas tutentur, tum quia viduitas ipsa & pbro digna videtur, & detestanda, & ideo a presbytero honore quodammodo subleuetur necesse est. Et haec precipue viduae sunt subleuandae, que viduitatis dignitatem asseruant, que autem haec sint: pgregrediendo p discas. Fieri ergo potest vt & viro careat aliqua, nec tamen vidua esse coarguatur. Honora autem, hoc est, commiserere, & necessaria illi suppedita.

**SI** Quae autem vidua filios, aut nepotes habet, discat primum domum suam pie regere. \* Pie regere, matris, vel nutricis dicit senectam alere, est namq; parentum dignitas diuina quedam. Ediscant igitur inquit, tam filii quam nepotes eorum matribus honorem deferre, hisque & alimenta prebere, & benefacere.

**ET** Mutuam vicem reddere parentibus, hoc enim acceptum est coram Deo. \* Parentibus, hoc est, nutrici, & matri. Aduerte ne gratos nos in parentes esse velit Apostolus, cum vicem inquit, reddendam esse parentibus, quia nos educarunt, & ad maiorem p uexere etatem, infertq; id enim est Deo pgratum.

**QUE** Autem vere vidua est desolata speret in Deum. \* Dixit superius viduas honorare, que vere sunt viduae, pinde viduis interiectis que minus sint viduae, quippe quae liberos habeant procurandos. Nunc subdit que vere est vidua, & eam esse hanc asserit que neminem habeat qui sibi pspiciat, non nepotem, non filium, sed eius spes omnis in Deo sit affirmata, que & honore sit prosequenda, & illi que ad vitam spectant subministranda.

**ET** Instet obsecrationibus, & orationibus die ac nocte. \* Merito istiusmodi differes viduas consolatur, vt que deum habeant omnium loco, Nam etsi mulier que filios nutrit mercede assequitur, haudquaquam & his imminuta est dignitas, quia filiis careant.

**NAM** Quae in deliciis viuens, mortua est. Cum enim plerumq; eo malint in viduitate perstare vt liberius peragant, quod animus tulerit. Sic inquit Vidua que per delicias viuunt, & luxum, etsi sensibilem vitam hanc ducere videatur, spiritu tamen demortua est. Si itaq; nequaquam mulieri permittit vt in deliciis agat, cuius forsitan & natura, & etas est imbecillior, quid viris est obiecturus, qui luxu se, & deliciis addixerunt.

**ET** Hec precipe vt irreprehensibiles sint. \* Vides quemadmodum pro lege haberi id velit, neque enim voluntati permittit quo minus delicietur, sed quia pro delicto hoc interdicit, precipe enim cum inquit, illud designat, id est acerrime prohibe, ne istiusmodi committantur.

**SI QVIS** Autem suorum, & maxime domesticorum curam non habet in Christo. \* Ea inquit, que in deliciis diuersatur, ea mortua est, & plane interiit, quia pter seipsam nil aliud curat, cum & domestici omnes, hoc est, fideles curandi sint, & hi precipue que genere nobis proximi sunt, & consanguinitate coniuncti.

**FIDEM**, Negauit. \* Cur fidem inquit negauit, quia eius nequaquam sunt in deum credentis, si enim crederet, illum utiq; audiret dicentem a domesticis, qui tuo ex

A. i.

Cauendum  
non tantum  
malum ipsum  
sum, sed  
& mali  
suspicio!

vidua de  
licis & luxu  
dedi  
ta viuunt  
quod de corpore,  
spiritu  
tamen est mortua,





rem quemadmodum vndiq; cogitur insudare, qui docet. nam vt frumenta dissolue-  
re/ & in grana deinceps cōminuere, non mediocris est labor, sic & qui alios instruit  
cesse est ad angoris/ & penuriæ, & laborum se tolerantiam preparat. Cum vero de  
operario dislerit, ostendit nequaquam hunc oportere delicias/ & quietem conquire-  
re. Operarius namq; sua ē dignus mercede, siue cibo dixeris/ & victu, qui vero nullo pe-  
ratur/ vel his indignus esse arguitur.

Delato-  
res senē  
nō sūt fa-  
cile ad-  
mittēdi.

**ADVERSVS** Presbyterum accusationem noli admittere. ✽ Contra iuniorē  
accusatio/ vel sine teste est admittenda. At si fieri potest, contra neminem admittatur,  
sed in eum precipue/ qui prouentiori sit/ & senili etate, noli delatores admittas, non  
enim dixit Et in hunc noli iudicium ferre, sed ne accusationem inquit admiseris, hi  
namq; per etatem minus delinquent/ qua solent adolescentes, Presbyterum autem  
hoc loco senem dicit.

**NISI** Sub duobus/ vel tribus testibus. ✽ Cum enim ex suspitione/ & coniectura  
pleraq; iudicentur, possūt quidem & testes ex prisca lege haberi, qui delicti coarguat,  
Quid tum inquiet aliquis, si & hi mentiantur? id sane perraro contingit, licet tamen  
vel id iudicio indagatum, comprehendī, mori ē tamen duos in testes produci, qn̄ qui  
dem peccantes seorsum/ & clam praua committunt. Quid preterea si palam aliquis  
crimen profiteatur, & nulli sint testes, si tamen suspectior qui delicta commisit. Hac  
de re fecit superius mentionem cum dixit, Oportet autem vel ab his qui foris sunt bo-  
num habere testimonium.

**PECCANTES** Aut coram omnib; argue, vt & ceteri timorem habeant. ✽ Hoc  
est, eos qui in prauis facinorib; perseverant, & quos inquirendo deliquisse compe-  
ris, pro palam obiurgato, non vt iracūdiæ medearis, sed vt ceteri affecti formidine a  
peccatis abstineant, Oportet itaq; vt aliis terrori episcop; sit, Nam vt sine causa quem-  
piam condemnare, temeritatis est, & imprudentiæ, sic fontes/ & noxios non in cre-  
pare pestiferum. Nam in plures morbus in posterum disseminabitur. Verum cur  
dominus dixit, Vade/ & argue eum, inter te/ & ipsum, si in te deliquerit frater, per-  
mittit tñ vel in propatulo si delinquere perseveret redargni. Quid ergo? nōne acerbi-  
delinquentem percellit, apta hec castigatio? Quin contra poti; illud offendit: si cum  
facinorosus aliquis notior sit, nec tamen a quoq; peccati admonitus fuerat in preceps,  
Propterea Pharaonem/ & Nabuchodonosor Deus/ & alios q̄ multos in medium pro-  
ductos, tormentis affectis, vt hominum vita a vitis comprimetur.

Qui de-  
liquere p-  
seuerat:  
debet i p-  
patulo re-  
dargui.

**TESTIFICOR** Coram Deo/ & dño Iesu Christo/ & electis angelis. ✽ Cū de  
multis differuisset/ & p̄sertim de reb; celestibus, nūc quia de iudicio dixerat, Deum  
ipm/ & horribilem sane i modū i testem pducit, nō vt Timotheo timorē iniiceret, sed  
magis vt cōfirmaret. Nā cū de se ip̄o sic loqueretur ne aliis p̄dicās ip̄e reprobū siam,  
lōge magis Timotheo verebatur, Vocat autē & Iesum filiū in testem tanq; vt in futuro  
possit iudicio excusari: si aliter res q̄ ip̄e iniūxerit forte contingat, Cur autē si querat  
& angelos testificando complectitur, nimirū quia in eo iudicio & angeli sūt affuturi do-  
mini milites. Est p̄terea hūanæ consuetudinis tam prestantiū psonarū q̄ inferiorū ex-  
cipe testimoniū, atqui & Iacob v̄l deū testatur/ & mōtes, & serui demū hoc mō admit-  
tuntur in testes, electis autē angelis dicit, quia & demones angeli sunt, sed reiecti.

**VT** Hec custodias sine p̄iudicio nil agens per aduocationem. ✽ Hoc est, vt equū  
te prebeas litigantibus, ne fiat preiudicium, id est, ne quis anticipando te circumue-  
niat/ & familiarem sibi/ ac propiciū reddat, vt secundum se/ vel ante iudicium sen-  
tentiam ferat, nec quidpiam velim per aduocationem feceris, hoc est/ ad gratiam, vel  
quod ad alteram partem sis voluntate propensior. Perinde ac si dicat, vocat te ex al-  
tercantibus alter, seorsumq; cohortatur, vt se iuues, decernatq; ei; esse causam potiorē.

noli ergo pro illius vocatu/ & exhortatione aliquid exequi

**MANVS** Cito nemini imposueris. ✽ Descendit tandem ad rem admodum ne-  
cessariam, ecclesiasticorum videlicet ordinum collationem, quibus haud dubie eccle-  
sia ip̄a continetur. Inquitq; haudqua; cito, id est temere/ vel cum primum quempiā  
fueris secundove/ aut tertio periclitatus, sed sepe, vt diligenter omnibus inuestigatis,  
manus cuiquam imposueris. Neq; enim exp̄s periculi ea res est, quale autem hoc pe-  
riculum sit ex his que subsequūtur intellige,

**NEQ; VE** Cōmunicaueris p̄ctis alienis. ✽ Es namq; inquit, alienis delictis obno-  
xi; his scilicet que ille in futurū commiserit, cui manus imposuisti, quo fit: vt virtutum  
illi particeps sis futur; si recte vixerit, sic peccatorū non immunis si prauē, eiusdem &  
prauis eo ostringeris facinorib;, quia nulla horū habita ratione tenebras lucem effece-  
ris, nec hūc ip̄m denūciaueris commissa prius deslere/ & corde compungi.

**NOLI** Adhuc aquā bibere: sed vino modico vt te, ppter stomachum tuū/ & fre-  
quētes tuas infirmitates. ✽ Vides quemadmodum hūc/ vel tot affectū laborib; aquā  
potiōe macerabat Apostolus. Perdisce ergo nequa; grauiter ferre: si qui & nos ad cō-  
tinētiā cohortentur, qn̄ quidem Timotheum/ & Paulus aquam tandū potantem/  
vt stomachū morbo infecerit, de abstinentiā commonefacit. Neq; enim simpliciter vi-  
no vt te dixit, sed modico cōfestim adiecit, & ad p̄sperā valitudinē/ non ad luxum fer-  
uet enim suapte natura iuuetus/ & celerime ex abūdanti mero ad luxuriā concita-  
bitur. Queret aliquis cur Paulus/ qui a mortuis alios reuocabat ad vitam, non huius  
aduersa valitudinē aliter medebatur? Id scilicet vt nihil ip̄i hoc tempore offendamur,  
si sanctos/ & innoxios male pati cōspicimus. Quinetiam vt nequa; existimemus su-  
praniam naturam fuisse veteres illos, sed homines & nobis affimiles. Demum ne Ti-  
motheus ip̄e de sua virtute forsitan efferatur/ supbiatq;, Constat preterea cum ob tuas  
frequētes infirmitates dicit valitudinarium Timotheum illum fuisse, nec solum sto-  
machi morbo laborasse, sed aliis membris affectum egrotasse frequentius.

**QVORVNDAM** Hominum peccata manifesta sunt, precedentia ad iudiciū,  
quosdam autem & subsequūtur. ✽ Cum enim de ecclesiasticis ordinibus conferen-  
dis, institueret Timotheum, noli dixit alienis peccatis communicare. Verū tamen po-  
terat & illud non iniuria obieci se, quid si ignarus/ & nescius, ip̄e id egeri/ institueriq;  
ad sacros ordines non merentem. Ad hec tacite respondet Apostol; nonnulli inquis  
palam/ & manifeste delinquit, quorum peccata ad iudiciū his ip̄is precedunt, id cō-  
demnant, & in propatulo que forsitan inuestigando deprehenderis, Subsequētur autē  
cum inquit, huiusmodi sunt, ita vt facile queas hec internoscere, quorūdam vero incer-  
ta sunt/ & obscura delicta aliquid pretendit tanq; id dicatur, Licebit & hos precauere:  
qui prauis facinoribus obstringuntur, cum impartieris, quod si illorum ignores ip̄o  
bitatem quos ip̄e sacraueris: nequaquam eris crimini ip̄e obnoxius, sed culpa vacabis  
& illi quidem pro sacratis habētur, tamen si vita fuit minus probata, non enim sacra il-  
la dona improbitas vlla dissoluit, que omnino illum sequuntur: cui fuerint collata.  
Magnus vero Basilus in alium sensum hec verba traducit, neque ad eos hec retulit:  
qui conlecrandi sunt, sed ita inquit, si forsitan quispiam fornicetur/ fruereturve: hunc  
id solum delicti precedit ad iudiciū trahens. Verum si prauo quis edocet, & pernī-  
ciosioris sapientiæ studium affert/ & disciplinam. Hunc sane peccatum subsequitur,  
quod vt q; non in ip̄o vel extinguitur/ vel finitur, sed restant eiusmodi pestilentis do-  
ctrinæ successores: cuiusmodi sunt Grecorum sapientes: quales & reliqui omnes/ qui  
preter ecclesiasticis dogmatis veritatem multa conscribunt. Daturū autem hi penas  
sunt, non solum quia ip̄smet erroribus sunt inuoluti, sed quia se subsequentibus er-  
roris causam prebuere.

Nō sūt nī  
si quos dī  
ligēti cu-  
ra p̄baue-  
ris: ad sa-  
cros ordi-  
nes p̄mo-  
uendī.

Cur Pau-  
l; q mor-  
tuos susci-  
tabat, Ti-  
mothei  
morbo  
nō mede-  
batur.

**SIMILITER** Autem & facta bona manifesta sunt / & que aliter se habent ab his di non possunt. His dictis eos precipue qui recta gesserint consolatur, affirmans & in presenti hoc seculo patere omnium facta: & in futuro ubi nuda sunt omnia.

**QVICVNQVE** Sub iugo sunt serui, dominos suos honore dignos arbitrentur, ne nomen dei / & doctrina blasphemetur. Commonefacito inquit / & instrue, si vel infideles sint dominos nacti, more illis vt serui iugerat, & omni honore dignos, & verbis existiment, neq; enim quia Christi fidem exceperint credant se liberos fore. Verum libertate vtuntur, cum a prauis sunt facinoribus liberi, corpore vero seruituti obnoxii. Que seruitus pro libertate habetur, cum eam pro Christi nomine quisq; subiret. Nam tum maxime detestarentur infideles, Christi domini hoc sanctissimi dogma, cum illud per fideles ipos oppugnatum iri cospicerent, quippe quod ad tolerantiam / & placabilitatem, sectatores suos instruit, nec contumaces esse permittit quod si benignos se serui prestiterint, & ad parendum faciles erunt, demirabuntur haud dubie domini infideles, & obstupescant Christianae religionis virtutem, que tanti sit, vel eorum etiam mores, qui componi / & castigari haud facile possunt, tam faciles reddat, vt imperanti mox pareant.

conuersio ad fidem corpis seruitute non tollit.

Preceptor medici more nuce exasperat mox leniat.

**QVI** Autem fideles dominos habent, non contemnant quia fratres sunt, sed magis seruiant quia fideles sunt, & dilecti, quia beneficis participes sunt. Neq; enim quia baptismi gratia eum, qui in te dominetur, in te fratrem sis nactus, contempnendum censebis, quin potius quia fidelis sit / & dilectus, hoc est pro domino, fratris loco cum fortitur ob fidem, eo illi magis inferuias, presertim cum in te sit idem beneficium, quippe qui vt te alat / aut vestem suppeditet, & bona reliqua impartiat, curis maximis consecretur. Habet ita plurimum dominus equitatis, vt emptionem preteream quo te seruitute obstringat. Cum vero dilectos inquit, seruis formidinem demit, & charitatem inducit. Nam quos verentur / & timent, eos plerumq; & odio habent, quin potius inquit, eo libentius serui dominis obsequantur, & seruiant, quo & beneficiorum sint effecti participes, domini vero eo fideles sunt & dilecti, quia beneficiis inuati quippe qui seruis vt beneficiantur, curent.

**HEC** Doce / & exhortare. Non itaq; auctoritate solum & dogmate docendi est opus, qd sane cu doce inquit pretendit, sub benignitate / & mansuetudine, quod cum exhortare dicit profertur, fungitur quippe preceptor medici munere, siquidem modo lenit, modo exasperat vlcera.

**SICQVIS** Autem aliter docet: & non acquiescit sanis sermonibus / qui sunt domini nostri IESV CHRISTI, & ei que secundum pietatem est doctrina, superbus est nihil sciens. Vides quemadmodum in desperationem inducat ignorantia ipsa, & insolentiam afferat, utq; & qui sanos sermones non excipit infletur / & intumescat, na istiusmodi tumor animi egrotantis / & morbidus est nimia corporis adustione non aliena. Non enim in superbiam ille prolabitur, qui domini dicta perceperit. Is namq; qui seipsum exinaniuit, & ablutos discipulorum pedes absterfit, sic inquit, discite a me quia mitis sum / & humilis corde, is inquam humiles spiritu beatos dicit, & humilitate iustificatum excepit, qui istec igitur aut repudiauere, aut ignorat, intumescat & efferatur necesse est.

**SED** Languens circa questiones / & pugnas verborum. Est ergo languore / & morbo affici, perquirere, & inuestigare que minus sunt indaganda, ubi enim deerit fides, & morbus inest / & verbis contenditur, quandoquidem qui ad suadendum sit efficacior, aduersantem alterum confutare conabitur. Atqui fides pro luminibus ipsis habetur / & oculis, his qui caruerit, nil profus inueniet, sed tantum erit ad inquirendum intentus.

**EX QVIBVS** Oriuntur inuidia, contentiones, blasphemia, suspensiones mala. Dogmata enim quedam iniqua / & praua ex huiusmodi questionibus ortum ducunt, siquidem tunc & detestamur / & maledicimus, & que minus decent, & suspicamur de Deo, quum ad inquirendum incidimus.

**CONFLICTATIONES.** Hoc est studia quedam superuacanea, diatrinas enim qd grece habetur, diligentiam solemus / & studiu dicere, que rei cuiuspiam impenditur vel secundum latinam translationem consuetudinem dici hominum mente corruptorum. Nam quemadmodum infectae / & morbidae oues, si cum sanis / & integris diuersentur, & illas morbo inficiunt, ita & hi / qui peruersi sunt moribus / vel dogmatibus prauis imbuti, eos corrumpent, quibus cum consuetudinem ceperint.

**HOMINVM** Mente corruptorum, & qui veritate priuati sunt, existimant luum questu esse pietatem. Vides quemadmodum & verba contentiosa vel turpe pariant lucrum, quippe cum homines istiusmodi contendendo / & altercando plures post se trahant discipulos / & opes vendicent arte, & dicacitate ad se alliciant multos.

**DISCEDE** Ab eiusmodi. Non enim dixit, verbis contendito / & hos oppugnata, sed discede, perinde ac si inquit, cum semel / aut bis istos commonefeceris, melius facito, qui enim poteris homines pecuniarum / & lucri gratia, altercantes peruincere / hos itaq; cum corrigi nequeant, declina.

**EST** Autem questus magnus pietas cum sufficientia. Illi inquit longe falluntur, cum questum male existimant pietatem. Inest quidem pietati & lucrum, sed nequaquam cuiusmodi hi oppinantur sed longe prestantius, quandoquidem lucrifacere pietas dicitur, non cu pecuniis affluit, sed cum his caret. Sufficientia enim & qd fat est, ingentium opum / & stabilium ducitur loco. Nequaquam ergo animo concidant qui pietatem sectantur, quod nullis abundant diuitiis, nec pecuniis potiantur.

**NIHIL** Enim intulimus in hunc mundum haud dubium nec auferre quid possumus. Ostendit hoc loco id questus / cui illi incumbunt / & student, nullius esse momenti, quippe quod nostrum post obitum in terris sit remansurum / non nobiscu commigraturum, quid ergo opus est nobis nimia rerum abundantia, si nihil sumus ex his veram in patriam delaturi.

**HABENTES** Aut alimenta / & qb; tegamur his contenti simus. Diffinit tan de quid ista sufficientia sit, aitq; sufficientiam esse tantu rerum potiri, quantum nobis ad victu fat sit, non ad luxum, & talibus operari, quibus tegatur, non ornentur hoc corpus, sitq; in vestem quodcumq; offertur.

**NAM** Qui volut diuites fieri incidunt in tentationem / & laqueum diaboli. Ex rebus presentibus ad bonorum contemptum hortatur, vt futura inquiens omittam, Presentia hec ipsi aduertite, nec diuites dixit effectos, sed volentes diuites fieri, potest namq; diuitias quis possidere, & illaru fieri contemptor, eas optime dispensando, & egentibus pro necessitudine impartiendo, sic enim nequaquam dicitur quis opes appetere. In tentationem autem / & laqueum cadunt, qui a fide aberrant, & pro opibus his comparandis, periculis obuoluuntur, & singulos quosq; verentur / & timent.

**ET** Desideria multa / & insensata / & nociua. Quo enim pacto non insensati / & stolidi hominis est argumentum, picas / & plitacos alere: beluasq; / & pisces magno ambitu intercludere, & equos auro exornare, vel ad domus vsq; fastigium aquas perducere, & pauimenta ipsa sectis tegulis / & phengite lapide sternere, vt magis eluceant? Hec profecto omnia, nec sanae sunt mentis / & efficiunt plurimum, animaeq; thauris obsunt, & sensibiles opes, que manibus attractantur disperdunt, & delent, quinetiam vsq; pleriq; cum tyrannidem affectarent, iacturam sunt demum haud metiocrem perpeffi.

Contentio  
solum cum se  
mel / aut  
bis iere  
pauere  
missos fa  
cito.

Non quia  
diues sit  
quispiam  
dicit in la  
queos di  
aboli, sed  
quia vult  
diues fieri.

**¶ QVE** Merunt homines. ¶ Quandoquidem (vt dictum est) deferre securum in

posunt. **¶ IN** Interitum & perditionem. ¶ Ita vt neq; hoc seculo his bonis fruantur, in futu-

turo plane desperant, & morti adiudicentur. **¶ RADIX** Enim omnium malorum est cupiditas. ¶ Quippe que nec viuens parit, nec mortuis; que vel hos ipsos spoliat, predaturq; & in parentes vt insurgant liberos cogit, & fratres vt fratribus litigent, & humana simul / & diuina iura peruenit. Hanc itaq; si tollas auaritia, nec bellum erit, nec odia, nec quispiam fornicabitur. Nam & feminae argenti cupiditate seipsas prostituunt.

No facile Xpm se-  
ctabitur:  
q pecuni-  
is inhiat.  
Spinæ  
corp<sup>9</sup> la-  
cerat: mē-  
te diuitie

**¶ QVAM** Quidam appetentes errauerunt a fide. ¶ Neq; enim sinit cupiditas hec vt salutis via cernatur, que oculos hoim ad se couertit. Nā quo pacto euāgelio fide p̄stiterit pecuniis inhians, cum paupertatem illud indicat, & hanc vt sectemur suadeat.

**¶ ET** Inseruerunt se doloribus multis. ¶ Quippe qui hac cupiditate tenentur merent dum viuunt, & dolent quod explere auaritia habendi animum nequeant. Bene autem inseruerunt dixit, Sunt namq; sentibus similes curæ diuitiarum, vt testatus est dominus, que vndequaq; vbi ipse attigeris innatis aculeis, manus eruant, infliguntq; vulnera, & doloribus angunt.

**¶ TV** Autem o homo Dei. ¶ Magna profecto hec dignitas, cum enim mortales ceteri dei dicantur, proprie tamen iusti non modo creationis ratione, sed & propinquitatis & coniunctionis sunt dei, noli inquit ea querere, aut sectari: que a Deo auerunt, sed que ad eum reducant.

**¶ HEC** Fuge, sectare vero iusticiam. ¶ Vtrumq; augendo expressit, neq; enim dixit abscede, & veni, sed fuge, & sectare iusticiam, vt non pari corripiaris cupiditate, qua & diuitias expetunt, capiuntur.

**¶ PIETATE.** ¶ Dogmatū scilicet fide / que licet lōge ē a diuitiarū appetētia aliena.

**¶ CHARITATEM.** ¶ Id est, rectum vitæ modum, huius namq; caput est charitas.

**¶ PATIENTIAM,** ¶ Mansuetudinem. ¶ A charitate patientia, & mansuetudo deriuantur, Omnia enim sustinet, ex quadam animi magnitudine charitas.

**¶ CERTA** bonum certamen fidei. ¶ Hoc est, stabilem te erga fidem, & firmum redde, & inuictum, cum & virtutis sermone, tum vitæ puritate, & innocentia.

**¶ Apprehēde** vitam eternam. ¶ Vides vt in mercedē, & palmā vita offertur eterna.

**¶ IN** qua vocatus es, & confessus bonam confessionem corā mltis testib<sup>9</sup>. ¶ Hoc loco Timothei & strenuitatem collaudat, & fiduciam, qd vel in vitæ discrimine p̄fessus sit Christum. Vel cōfessionem dicit, quā alios instruendo aperuit, ea videlicet qua profitemur fore a sathana abcedendū, & vitam cum Christo ducēdam. Aduerte autē quemadmodum non solū confessione sit opus, sed etiam tolerantia, vt semper sit cōfessionis acriori insistendum certamini, & ab ea nil prorsus diuertendum.

**¶ PRECIPIO** tibi coram Deo. ¶ Vt & formidinem augeat, & cautiorem reddat discipulum testem inuocat Deum arguens hauquaq; humana esse sua precepta, vtq; & ille hunc testem animo repetens, vel sola recordatione contremiscat.

**¶ QVI** Viuificat omnia. ¶ His verbis hunc & ad pericula subeūda hortatur, & resurrectionis commune facit subinde diceret, nil prorsus mortem horresce, Dei enim es seruus, qui vitam potest omnib<sup>9</sup> condonare.

**¶ Et** in Christo Iesu, qui testimonium reddidit sub Pontio Pylato bonam confessionem. ¶ Rursum preceptoris exemplo hunc cohortatur, qui etsi testimonium tulit, hoc est mortem sustinuit, debemus & ipsi hunc imitari, regnanti enim Pontio Pylato, & roganti, ita respondit, Ego ad hoc natus sum, & veni vt testimonium perhibeam veritati, & pleraq; alia & testificatus est, & confessus,

**¶ VT** serues mandatum sine macula irreprehensibile. ¶ Hoc est neq; dogmatum nec vite gratia labem tibi aliquam imprimas.

**¶ VSQVE** in aduentum domini nostri IESV CHRISTI. ¶ Hoc est vsq; ad tui ipsius cōsummationem & finem, quo tibi ex hac vita sit excedēdum, tamen id haud palam expressit, id tamen sentit Apostolus. Ad domini autem vsq; aduentum dixit vt magis hunc cexcite cum gloriā illam Christi futuram & iudiciū illud horribilē recordatur.

**¶ QVEM** suis temporibus ostendet. ¶ Hoc est decentibus ac p̄finitis, nil inquit merore conficere, quod nondum ille aduenerit.

**¶ QVI** beatus est & solus potens. ¶ Vel hec sane ad consolandum nunc valent qui bus monetur, ne terrenis hīsce intendat obtutum, que hic beata videntur, sed in eum qui ipsam & veram habet in se beatitudinem, in quo nihil est quod tristitiam afferat, nihil quod sit insuauē, nec hic quidem seculi huius potētatus veretur, nec reges quip̄pe qui solus sit potens. Solus vero quo ad hominum differentiam dixit, & eorum q̄ falso dī sunt appellati, non vt aliorum sanctorum fecernat substantiam.

**¶ REX** regum & domin<sup>9</sup> dñantiū qui solus habet immortalitatē. ¶ Hic solus p̄ priam habet & veram ex eius substantia immortalitatem, angeli vero & si immortales non tamen natura sed gratia sunt immortales effecti, quo sit vt non habeant immortalitatem sed immortalitatis participationem.

**¶ ET** lucem habitat inaccessibilem. ¶ Ergo inquiet aliquis & loco circumscibitur Deus, & aliud lux esse deprehenditur, aliud ipse, is nāq; lux est. Vides quemadmodum cum magnum aliquid proloqui volumus lingua non suppetat.

**¶ QVEM** nullus hominum vidit, nec videre potest. ¶ Secūdu diuinitatem videlicet, nam secundum carnem visus est, & innotuit. Basilius tamen de filio & principaliter de patre dicta fuisse hec omnia intelligit, tamen si & filio competant & spiritui.

**¶ CUI** sit gloria honor & imperium amen. Si itaq; illi perpetuum imperiū est, nil vereare, si in presentiarum id minus patescit, atqui bonos illi & p̄festo est & laus perpetua. Qui etsi nunc afficitur ignominia, nil animo concidas. p̄sertim cum vnum illud nobis facere liceat, vt laudibus hunc libere efferamus. Oportune autem de deo hic dixerit cum eundem vocat in testem, cuius & gloriā explicat, vt ea precepta magis ac magis timotheus nitatur iniuncta perficere.

**¶ DIVITIBVS** huius seculi. ¶ Est nāq; & aliud quoddam diuitum genus, non hoc ipso in seculo, sed in futuro, iustorum videlicet.

**¶ PRECIPE** non sublime sapere. ¶ Nā & diffidentia diuitie pariunt & solētiam

**¶ NEQVE** sperare in incerto diuitiarum. ¶ Sunt quippe opes incerte, nam ab his possessores persepe desituuntur, idcirco nec cupiende sunt nec sectandē.

**¶ SED** in deo viuo & vero, qui prestat nobis omnia abunde ad fruendum. ¶ Id est elementa ipsa quibus constat hec vita, & lucem hanc & annuos cibos, & bona reliqua vbertim suppetat, tamen si cuncta sibi vendicet auaritia & tanq̄ priuata non communia ducat que deus in medium contulit in quo est spes omnis habenda & pro opibus ille ducendus, quandoquidem & viuut in sempiternum, & nunquam corrupitur, vnde arguitur haudquaquam magni is esse momenti, qui eo dolet q̄ pauper sit & diuitiis careat, quem expedit magis rectis actionib<sup>9</sup> abundare.

**¶ BENE** agere, diuites fieri in operibus bonis. ¶ Vniuersis inquit hec manda, vt que recta sunt factitent, quod si & opibus velint affluere, bona operando has parēt,

**¶ FACILE** tribuere. ¶ Id est pecunias egentibus impartiri.

**¶ COMMVNICARE.** ¶ Vel hoc caritatis est, eos vero hoc loco communicare intellige, qui & si diuites sint, non ceteros aspernantur sed humanos se prebent, &

Dñs est  
mortalis  
ex sub  
stātia an-  
geli vero  
nō natu-  
ra sed  
gratia

Diuitie  
diffiden-  
tia pari-  
unt & in-  
solētiam.

I. AD TIMOTHEVM.

benignos & quorum facilis est conuersatio.

**THESAVRISARE** sibi fundamentum bonum in futurum. **Ubi** cūq; bona in cta sunt fundamenta, eodem tuto poterit moles queq; imponi, & in edificari quod ve lis, cūq; & virtutis & futuri seculi bona firmiora sint & stabilia eo & fundamentum commemorat.

**VT** apprehendant veram vitam. **Potest** quippe boni operatio quam & fundamentum vocauit vere illius vite fruitionem spectare.

**OTIMOTHEE** depositum custodi. **Quecumq;** scilicet sunt tibi per me data, tanquam domini precepta seruato, nec horum quicquam imminues.

Prophanas vocū nouitates & inanes doctrinas vitandas esse.

**DEUITANS** prophanas vocum nouitates. **Prophanas** idest impuras & inquinatas, vocum vero nouitates, hoc est verba inania. **Potest** tamen & blateronem cū vana loquatur concedi nequaquam prophanum dici, **Vel** secundum basilium vocum nouitates accipito, pro nouis quibusdam & nuper inuentis instructionibus & doctrinis a vero penitus alienis.

**ET** oppositiones falsi in omnis scientie. **Vbi** enim nulla inerit fides, sed omnia humanis sensibus excogitantur, dici scientia inquit, sed scientie nomen mentitur. **Oppositiones** autem dicit, quia plerūq; opponuntur nonnulla, quibus haudquaquam est respondendum, quin ab his potius aures auertende, neq; prorsus his inherendum.

**QVAM** quidam promittentes, circa fidem exciderunt. **Est** enim necesse, ut qui humanis obsequitur cogitationibus a fide aberret, fides siquidem cogitationes huiusmodi nullas admittit. **Puto** autem hec illorum gratia dixisse Apostoli, qui tunc temporis gnostici dicebantur & erant impuritate quauis oppleti, & identidem illud pretendere cum prophanos dixit, & nouarum vocum nouitates, perinde nouorum essent dicatorum hi inuentores, & in heresim tandem conciderint, cuius princeps Nicolaus fuit, qui ex septem erat diaconis vnus, huius sectatores nicolaite sunt appellati.

**GRATIA** domini tecum amen. **Tanquam** dicatorum omnium conclamatione gratiam illi domini comprecatur quae bona omnia & condonantur & custodiuntur. **Vel** itaq; & nos his bonis fruamur quae a gratia hac vbertim accepimus, nil tamen his imminutis, sed auctis potius & **CHRISTVM IESVM** gratiarum elargitorem summis laudibus efferamus, **Patremq;** simul & **Spiritum**, cui laus sit in eternum & gloria.

Missa fuit ex Laodicea, que est Metropolis Phrigie, Pacaciane Argumentum in sequentem.

Scribit item Timotheo de Exhortatione martyrii, Et omni regula veritatis, Et quid futurum sit temporibus nouissimis, & de sua Passione, scribit ei ab vrbe Roma.

II. AD TIMO!

In secundam Ad Timotheum!  
Epistolam Athanasii prologus!



**Vr** & secundam Ad Timotheum conscribat Epistolam. **Id** cause est dixerat namq; in priori Epistola. **Spero** me celerrime te conuenturum, quod ne vti pollicitus est, & pro voluntate exequeretur eo est interceptum, quia in vinculis a Nerone detinebatur. **Cum** itaq; sibi nequaquam liber pateret, quo maxime cupiebat accessus, eundem per literas consolatur, mestum forsitan, tum quia Pauli & preceptoris priuatus esset presentia, tum etiam quia minus eum ecclesie cura vrgeret, & onus susceptum iam premeret, cui moderande vel viri prestantiores succumberent, eo preteritum tempore, cum procellis vndiq; agerentur fideles & oppugnarētur vnde quaq; acerrime, reuocat itaq; ad se Timotheū Aplos, quia mortis iam erat propinquior.

**PAVLVS** Apostolus IESV CHRISTI per voluntatem Dei secundū promissionem vite que est i Christo Iesu. **Principio** statim Timothei attolit erigitq; animum, subinde inquit, nō enim mihi vite huius discrimina commemorare velim que nobis si tolerentur vitam haud dubie nil parent sempiternam, nam eo Apostolatus hic munere fungimur, vt morte affecti, in eternum viuamus. **Quinetiam** ne pro expectata consolatione, merore, conficeretur Timotheus, si preceptorem in periculo versari periret, vt eum nunc consoletur sic orditur Apostolus, si promissa nobis perpetua illa est vita, noli ergo ex rebus hisce terrenis hanc querere, siquidem i Christo Iesu esse eandem hanc constat, & cum Christo futuram. **Vel** in Christo Iesu esse vitam hanc dicit, vt quam nobis sit ille largitus, & in seipso hanc continet, nam si sensibilis hec lex cibo & potu constat, spiritalis tamen illic continetur in Christo, qui tūc nobis futurus est omnia.

**TIMOTHEO** carissimo filio. **Potest** & quis filius esse nec tamen carus, erat utiq; Paulo pergratus ob eius virtutem Timotheus, **Arguit** igitur cū Timotheum carissimū dicit, haudquaquē ei succeseat, aut aliquid eius improbet facinus, se hunc deserturum, sed ex vi sibi illata, quippe quem paulopost erat Nero obruncaturus, sic faciat sit necesse.

**GRATIA** & misericordia & pax a Deo patre & domino nostro IESV CHRISTO. **Que** antea consueuit, huic & nunc comprecatur & idem hic sentit, quod in priori Epistola, cum eadem hec illi optaret.

**GRATIAS** ago Deo. **Vides** ne benenolentie & caritatis magnitudinem, gratias inquit ago quia cum te plurimum diligam, tui memoriam habeo, est quidē id veri amoris indicium, cum quis glorie duxerit, alterius cuiuspiam amicitiam.

**CVI** seruo a progenitoribus meis in conscientia pura. **Quo** pacto in pura inquit Paulus conscientia, qui Christum a principio ignoraret? **Conscientia** hoc loco pro vita ponit, quam & si iudeus esset & iudaicis ritibus seruaret honestissime transigebat, tamen si ecclesiam persecutus sit, quod sane egit vt paternas tueretur traditiones, non glorie ductus cupiditate, vt solent qui heresim excitant. **Quod** autem dicit tale est, nihil existimes aliter mi sentire ac loquor, inest enim mihi conscientie puritas, nec sane pro mea consuetudine mentior, nec falso protulerim quod sum in presenti dicturus, me scilicet tui semper esse caritate deuinctum, & te perpetuo recordari.

**Quod** sine intermissione habeam tui memoriam in orationibus meis nocte ac die desiderans te videre. **Gratias** inquit ago qd te non solum animo & recordatione, re peto, sed interdū noctuque orando, tui assiduo reminiscor, votis deposcens & precibus, vt meis desideriiis te reuifendi fiat iam satis, **Qui** igitur fieri potest, vt tanta

me voluptate priuarem tuo fruendi conspectu, si esset mihi ad te abeundi facultas cessat. Cur ergo dicit aliquis non aperte causam explicat? eo videlicet ad Timotheum non concessisse, quia esset a Nerone in vinculis detentus. Id sane idcirco egit ne suum timi illi tristitiam afferat, est tamen in Epistole calce eiusmodi causam explicatus. MEMOR lacrimarum tuarum vt gaudio impleat. Hunc contextum ita con- struito, cupiens te visere vt gaudio impleat deinceps id sequitur, memor lacrimarum tuarum, subinde id inquit, et si admodum essem natura ipsa caritatis expers sunt tu- men lacrimae tuae satis, vt fleat, & te animo versem. Erat enim id decus, vt cum a Pa- lo Timotheus seiungeretur, maiori hunc fuisse querimonia & fletu disiunctum qua infans solet, cum ab vberibus matris diuellitur.

RECORDATIONEM accipiens eius fidei que est in te non ficta. Non solum inquit lacrimas tuas memoria repetens videre te cupio, quin & tue fidei reminis- scens, que simulatione profus caret & dolo, id enim me vel plurimum cogit vt iure opti- mo te benevolentie prosequar, & caritate complectar.

QVE & in habitauit primū in nutrice tua loide & in matre tua Euimce. Alia quedam hec Timothei laus, q̄ ab infidelibus ortum non duxerit, sed a fidelibus, & iudeis, tamen si huius patrem constet gentilem fuisse. Aduerte autem ex his quemad- modum lex solui iam ceperat, cum iudei infidelibus hunc in modum admiseretur.

CERTVS sum autem q̄ & in te. Cum itaq; recte se gesserint progenitores, si eorum vestigia persequemur, & tales nos ipsi iam prestiterimus quales illi fuerunt, glo- riam nobis ex illorum gestis haud dubie vendicabimus, si minus maiorum preclara facinora ad ignominiam nobis potius sunt concessura. Idcirco genitorum inquit vt vel fidem tibi inesse certior sum, eandemq; te nil simulatam habere tanquam superne & a Deo ita fundatam vt contaminari non possit.

PROPTER quam causam ammonero te vt resuscites gratiam Dei. Quoniam inquit spectata tua est mihi, & detestator fides, velim equidem te hortari q̄ ma- xime, & excitare, vt spiritus gratiam, quam ad tutandam ecclesiam & signa operan- da, & omnem deniq; Episcopum decentem virtutem acceperis, resuscites & inuictam reddas & floridam, nam quemadmodum ignis ligno vt ardeat indiget, sic spiritus gratia animi exigit promptitudinem studiumq; & vigilantiam polcit, vt perpetuo serueat, quibus si careat extinguitur facile, vt alibi dicit, spiritum nolite extinguere.

QVE est in te per impositionem manuum mearum. Inest quidem tibi istius modi gratia quam simul ac tibi manus imposui, accepisti, cum te scilicet Episcopum constituerem & sacrarem, velim itaq; vt spiritum vehementius excites. Perinde ac si dicat adeptus es sermonem fidentius predicandi, hunc totis viribus & animo maiori prosequere.

NEQVE enim dedit nobis Deus spiritum timoris sed virtutis. Non enim eo inquit spiritum ipsi accepimus, vt formidine contrahamur. Sed vt aduersum ten- tationes simus validiores, audeterq; & libere nos periculis offeramus. Timoris namq; hic spiritus pleriq; est traditus, vt in libris regum proditum est, & cecidit spiritus formidinis super eos, hoc est pauorem illis iniecit deus.

ET dilectionis. Eius videlicet quam erga se ac proximum esset habiturus, nam & quod deum colimus vt patrem, ex spiritu habemus, qui abba pater dicere nos facit. Nil vero a proximi caritate seiungi, gratia est & diuina veritate effectum, vt contra a proximo offendi nec paciēter hunc tolerare, formidolosi est, & pusilli animi & in- constantis, oportet, itaq; vt priores ipsi, que nostra sunt proferamus.

ET sobrietatis. Vt scilicet sobrii simus & continentēs & mente integra ac sta- bili, Vel vt spiritum ipsum nostri habeamus moderatorem, & cum aliqua offertur

Progeni- torū pla- ra faci- nora sūt filiis (si recte se gesserit) gloriam allatura, sin secus, ignomi- niam.

Ignē li- gna nu- triūt, sps grām stu- diū & vīgilan- tia.

Spūs ti- moris. Spūs fcti bñficio deūt pa- trē colī- mus.

tentatio hanc ad castigationem excipiamus, vel alios vt ad continentiam erudiamus. NOLI itaq; erubescere testimonium domini nostri IESV CHRISTI. Sūt sane miseri & calamitosi nonnulli, qui humanis sensibus conquirunt, que supra ho- minem sunt, nec comprehendi a mortalibus possunt, & ignominie ducūt, fuisse. Dei filium cruci affixum, nescii hanc ipsam ob crucem fontem & noxium hominem, in Dei filium fuisse accitum. Tu itaq; Timothee velim nil prorsus testimonium Chri- sti & mortem, quam per crucem subiit, erubescas, sed glorie potius id ducas & predi- ces. Non enim noli timere dixit, sed noli erubescere, vt arguat nihil inesse huic rei di- scriminis, sed pudorem dumtaxat, perinde ac si dicat, si mortem neglexeris, omnia ti- bi in tuto erunt.

NEQVE me vincitum eius. Nec mei inquit te pudeat, qui & si mortuos susci- to, & orbis sum terrarum magister, non enim vt facinorosus his vinculis astringor, sed illius sum vincitum, id est propter illum, quem si nihil patibuli pudit, cur ipse cō- pedes erubescam;

SED collabora euangelio. Hoc est non modo id preteferas, nil scilicet te euan- gelium erubescere, sed re ipsa & opere Christo & mihi tam crucis q̄ compedum par- ticipem reddito. Hec autem & ex superioribus dictis ostendit cum diceret, & contu- lit nobis spiritū virtutis. Quid vero pretendit cum inquit, euangelio collabora? numi euangelium tum laborabat aut periclitabatur? nequaquā sed vel illud inquit & labore mecum propter euangelium infume. Vel euangelium dicit, euangelii ipsius preco- nes, & diuinorū arcanorum participes, sicuti in Epistola ad Corinthios dixerat, col- labora his qui euangelii sunt.

SECUNDVM virtutem Dei. Cum grauior forsitan iniūctus hic labor sit vi- sus ei rei hunc in modum medetur, non tua inquiens sed Christi virtute, euangelio insudabis, quin voluntatem tantisper velim ad id negocii offeras, & animi promptu- dinem.

QVI nos liberauit de peccato, & vocauit vocatione sua sancta. Aperit nūc di- uine virtutis iudicia, liberos enim nos inquit & saluos fecit, vel longe distātes & ad se exiuit, vt sanctos redderet, qui itaq; vel inuitis salutem largitus est, longe magis est volentibus opem laturus.

NON scdm opera nostra, sed scdm propositum suum & gratiam. Cogete ne mine aut cōsolente, sed scdm suum propositum hoc est sponte & sua bonitate ducti.

QVE data est nobis in Christo Iesu ante tempora secularia. Hoc est que presi- gurata sine principio est & ante secula, vt nobis per Christum Iesum concederetur ne q̄ id parui existimandum, q̄ non temere & negligenter, sed ante secula hanc nobis destinauerit deus.

MANIFESTATA est autē per illuminationē saluatoris nostri IESV CHRI- STI. Et si erat istiusmodi gratia predestinata, nunc tamen innotuit, vbi & salua- tor illuxit.

QVI destruxit quidem mortem illuminauit autem vitam & incorruptionem per euangelium. In proprio quidem corpore re ipsa & opere mortem deleuit, cum illud reddidit incorruptum, nos vero per euangelium illuminauit, vt vitam sperem⁹ & immortalitatem quam nobis euangelium confirmauit, qui & si nondum sumus vel immortales effecti vel incorrupti, id tamen fore spes est.

IN quo positus sum ego predicator & Apostolus & magister gentium. Cuius rei gratia gentium se apud Timotheum nuncupat preceptorem, nimirum vt ostenderet & Timotheo cum gentibus diuersandum, eoq; ne animo concidat co- hortatur, sed se potius imitetur, qui ob doctrinam & euangelii predicationem, com-

Ne du- cas igno- minie si inoēs pa- teris, sed glorie.

si hō prō- ptā volū- tatē offer- rat, deus virtutē i- fundit.

strictus vinculis sit.

**COB** quam causam & hec patior. \* Id scilicet, quia gentibus predicatio, non quia verbum aliquod admiserim facinus. Simule tiam & suis dictis vendicat fidem, perinde ac si dicat, si minus crederem mortem esse deuictam, nequaquam hec paterer.

**SED** non confundor. \* Vides quemadmodum re ipsa affirmet quod Timotheum commonefacit, arguitque nil prorsus se erubescere que pateretur.

**SCIO** enim cui credidi & certus sum quia potens est depositum meum seruare illum diem. \* O confidentiam & spem plane indubitatam, scio inquit & certus sum depositum autem aut fidem dicit & euangelii predicationem, tanquam id inquit, Christus qui mihi id negotii demandauit, hoc ipsum seruabit, & omnia tolero, ne mihi thesaurus meus hic subtrahatur. Aut fideles dicit, quos sibi Christus iam demandarat. Vel eos depositum esse affirmat quos ipse domino commendasset, uti & alibi dicit, commendo autem vos domino. Perinde ac si dicat, nihil me carceris pudet, nil equidem vincula erubesco, quippe qui sperem me plurimos domino oblatum iudicanti quos ille tutabitur, & salute donabit, ut eorum gratia & mihi gloriam largiatur & vitam. Nam qui bona dum viuunt exequitur Deo hec ipsa demadatur, ut pro his in tempore coronetur.

**FORMAM** habe sanorum verborum. \* Tanquam pictor descripsi tibi & formam uiuam, quam ipse aduertens animo tuo depingas, & sanorum verborum formam a vero nil aberrantium, exempli habeas loco, ita ut siquid tibi imposterum erit effigandum, ab ea desumas, in ea namque verborum forma omnia reconduuntur.

**QUE** a me audisti. \* Non enim solum meis ex literis, sed meo ex ore hec percipisti. Haudquaquam itaque existimemus Pauli Epistolas mancas esse, perinde non sunt cuncta complexa, quandoquidem & sine scripto verbis ille quam multa disseruit.

**IN** fide & dilectione CHRISTO IESU. \* Mea hec dicta fidem complectuntur & caritatem, hoc est dogmata ipsa per me lata, quemadmodum viuendum sit explicarunt, siquid itaque tibi erit vel decernendum vel differendum, vel pro veritate aliquid peragendum, poteris ex meis illiusmodi verbis formam desumere.

**BONVM** depositum custodi per spiritum sanctum qui habitat in nobis. \* Hoc est precepta que tibi sunt per me de vita fideque tradita. Vel depositum gratiam dicit, quam ille acceperat, ut dixit superius. Verum quo pacto gratiam hanc ipsam tutaberis, certe non humanis viribus ullis, sed per spiritum sanctum qui nobis baptismi in habitat gratia. Si spiritum itaque hunc asseruabimus, neque a nobis hunc prauis facinoribus abegerimus, seruabit & ille nobis que a deo sumus iam consecuti. Stude ergo spiritum hunc custodire, & ille contra depositum tibi tutabitur nam nisi custodierit dominus ciuitatem, in cassum vigilat qui custodit eam.

**SCIO** enim hoc quod a me auersi sunt omnes in Asia, ex quibus est Phigelus & Herogenes. \* Explicat quibus sit malis immerfus, non ut discipulum terreat, quin ut suadeat potius, si in eadem ille incidit, non tanquam insolens aliquid patiat, abhorreat & formidet, sed equo animo ferat, Paulus enim cum esset a Nerone comprehensus a cunctis est mox desistutus qui in Asia erant fidelibus, hoc est qui ex Asia secum Romanam concesserant.

**DET** misericordiam dominus Onesifori domui. \* Vide ut Paulus Philosophatur & paciter omnia tolerat, siquidem nil eos qui a se desciuissent excretur, vel insectatur maledictis sed rem uti gesta est simpliciter narrat. Ei vero qui sui alendi suscepserat curam, bene precatur, nec illi solum sed familie vniuersae & domui, adeo Onesifori domestici omnes virtute prestabant, & ab eo iam optime erant structi.

**QVIA** sepe me refrigerauit. \* Nec secus inquit hic me recreauit, quam si quis alius

Pauli patientia.

Onesiphori commendatio

quem subleuet foueatque, qui squalore sit iam multo oppressus & contendendo defatigatus, nec semel ait hic me refrigerauit, sed sepe. Sic itaque & nobis semper agendum ut aliis opem feramus, qui recti aliquid operantur, hunc enim in modum & illis erimus meritorum participes.

**DET** catenam meam non erubuit. \* Vbi que pudoris non periculi meminit Timotheum hunc cohortando, tanquam huic rei plus ruboris quam discriminis insit, tamen si esse discrimen aliquid videbatur. Nero namque in Paulum seuebat, quia domesticos suos nonnullos & familiares ad fidem instruxerat.

**SED** cum Romam venisset sollicite me quesiuit & inuenit. \* Non modo nil meum ille defugit colloquium, sed conquisitum inuenit, quod sane huius & virilitatem pretendit & fidem.

**DET** illi dominus inuenire misericordiam a domino in die illo. \* Misertus inquit est mei, velim itaque & id admodum concupisco, ut huiusce misericordie retributionem, in die illa horribili, capiat, cum omnes vel qui sanctimonia pollent, misericordia indigent. Si itaque Onesiphorus ille Christi ob gratiam periculis se obiectauit, ex dei commiseratione saluatur, longe magis & nos salutem sumus ex dei clementia habituri. Hoc loco quia Paulus bis dominum ponit, insultant qui marchionis morbo laborant, asseruntque duos dominos esse. Quod sane longe secus se habet. Vnus namque est dominus ut alibi testatur Apostolus. Consueuere tamen litere sacre id domini nomen sepius iterare, ut & alibi pluit dominus a domino, hoc est a seipso, nec secus hoc loco id fuisse constat, quod si patrem & filium significari domini iteratione hoc ceperis, nil erit absurdum, est namque & pater dominus, & filius dominus, quin & spiritus dominus nuncupatur, sed in tribus substantiis vnus dominus demonstratur. Attende autem quemadmodum nequaquam dixerit, det illi dominus aliud misericordiam preterquam sane precipuam existimabat.

**DET** quanta Ephesi mihi trauit mihi, melius tu nosti. \* Est certe ille bonis operibus assuetus, nec semel in me beneficus fuit, quin & ephesi bona mihi suppeditauit & Rome, oportet itaque istiusmodi hominem qui Christum profiteatur talem esse ut continenter & per omnem vitam que recta sunt operetur.

**VT** vero fili mi confortare. \* Aduerte quemadmodum omni affectione hunc monet & consolatur, fili mi inquit, tanquam his verbis animum erga hunc suum aperiat, itaque si filius diceris, patrem imitare.

**IN** gratia que est in CHRISTO IESU. \* Non modo inquit mei exemplo recuperande tibi sunt vires, sed Christi ex gratia, hancque habeas velim tuo hoc in certamine adiutricem, per quam potestatem accepimus conculcare omnes inimici conatus, & nihil ipsis offendi.

**DET** que audisti a me per multos testes. \* Que audisti inquit non que inquisisti, fides namque ex auditu constat, audisti quidem non clam & in angulis, sed in propatulo, & testium multorum presentia, Nonnulli vero multos testes pro lege & prophetis acceperunt, perinde ac inquit sacrorum scriptorum testimonio dicta mea confirmantur.

**HEC** commenda fidelibus hominibus. \* Non enim enarrat dixit, sed commenda tanquam thesaurum alique his comedaret, quodcumque enim alterius fidei demandatur in tuto reponitur. Reddit preterea ex his attentiolem discipulum, fidelibus, id est non conquisitoribus & oppinantibus, his namque nequaquam est credendum depositum.

**QVI** idonei erunt & alios docere. \* Quid enim prodest si quis piam fidelis sit, & omnia nil erogans excipiat, cum nequeat aliis proferre doctrinam, rursumque nec verba hic edat nec alios possit pares sibi docendo efficere. Duo itaque necessaria sunt

duo ne/ cessariap/ ceptori fi/ delē esse/ & alios i/ fruere.

preceptoris & fidelis sit & alios instruat, hec enim Timotheo Apostolus de presbyte-  
ris & Episcopis disserit, non laicis, Id quippe absurdius videretur, cum ipse & gen-  
tibus predicaret, & iudeis. Arbitror autem de rebus etiam mysticis eum hic facere  
mentionem, que sane fidelibus sunt & aliis instruentibus commendanda.

**CVT** itaq; labora sicut bonus miles IESV CHRISTI. \* Vides quemadmo-  
dum militi sit insudandum, & mala perpetianda, non ergo erit officium militis in  
ocio diuersari, nec est quidem animo iniquo ferendū, si laborat & premitur, qui fue-  
rit in militum numero constitutus, Verum quante illud est dignitatis Christi mili-  
tem esse, quandoquidem nonnulli plurimi faciant sub terreno aliquo imperatore mi-  
litiam exercere.

**INEMO** militans deo implicat se negociis secularibus vt ei placeat qui se proba-  
uit. \* Ad vniuersos hec verba habentur episcopus, & preceptores, cum vero impli-  
cet inquit magis rem patefacit, certe enim vite huius negotia, compedum loco sunt  
negocia verocum dicit, varias animi perturbationes molestiasq; designat, ab hisq;  
vt declinemus hortatur. Perinde ac si dicat quid te molestioribus rebus & negociis  
implicas, milicie dumtaxat vaca, hoc pacto Christo gesseris morem qui te ad id mili-  
cie munus elegit.

**INAM** & qui certat in agone nō coronabitur, nisi qui legitime certauerit. \* Ne-  
q; enim si certaminis locum adierit quispiam delibutusq; oleo vt assolent certatores  
conferat manus, fecisse satis videbitur, nisi enim potus & cibi mensuram, athletis &  
decertantibus prefinitam certandiq; leges ipsas seruarit & modum, nequaquam sine  
tur pro voluntate colluctandi grā vel decertandi prodire in mediū, Attende autem q;  
prudenter hec dixit, prius namq; militaris officii meminit, q; ad cedem & mortem  
promptior esse debeas subeundam, qui militat, & certatorem cōmemorauit, vt qui p  
Christo decertat, omnia toleret, assidue exerceatur necesse sit.

**LABORANTEM** agricolam oportet prius de fructibus percipere. \* In-  
ducit & tertium quoddam exemplum, quod precipue doctoribus congruit, nam  
que de milite dixit & certatoribus, vel subditis, competunt & alieni iuris hominibus  
agricola vero nil sibi studet, sed terre excolende intendit, vnde & beneficii vicissitudi-  
nem recipit, non mediocrem, ob fructum copiam, sic & preceptor non in cassum la-  
borat, quin ipse pre ceteris propriis sudoribus perfruatur, ideo vbertim illi vicem red-  
dente, Nemo itaque hanc future mercedis tarditatem grauiter tulerit, iam inquit hanc  
capis, inest namq; vel in ipso labore & retributio quod si vel aliud nihil obuenturam  
esset vtilitatis, animarum tamē ex tua industria & labore profectus, magnum tibi al-  
laturus est lucrum.

**INTELLIGE** que dico. \* Cum in enigmatis modum, omnia siue de milite si-  
ue de certatore & agricola protulisset, intellige inquit, hec enim ideo sic explicauit vt  
te acuam concitemq;. Demum vt proprio filio bene precatur.

**DEET** autem tibi dominus intellectum in omnibus. \* Non in his solū que dixi  
sed in omnibus, in verbis scilicet & actionibus.

**MEMOR** esto dominum IESVM CHRISTVM resurrexisse a mortuis ex  
semine David. \* Hec Paulus hereticorum gratia infert, Erant namq; nonnulli tunc  
temporis qui ignominie ducerent, Dei filium fuisse mortem perpassum, vnde per-  
tasiā & quibusdam prestigiis rem visam fuisse asserbant, pudebat enim & hos, si  
deo placet, diuine humilitatis quam nostri ob gratiam pre se tulerit Deus. Quineti-  
am vt hunc consoletur hec intulit arguens vel Christum ipsum magistrum & domi-  
num patiendo mortem vicisse, hunc inquit tu recordare, ne clegnior eris quodcumq;  
discrimen vel mortem ipsam adire.

Militās  
deo quid  
subire &  
a quibus  
abstinere  
debeat.

Non eē  
ignomi-  
ne ducē-  
dum, sed  
glorie fi-  
lium dei  
fuisse  
morte p-  
passū.

Secundum

**SECVDVM** Euangelium meum. \* Et si sint inquit; qui alia predicent, ne-  
quaquam illorum dicitis, sed euangelio meo est intendendum.

**IN QVO** Laboro vsq; ad vincula mea quasi male operans. \* Rursum ex sui ip-  
sius exemplo discipulum consolatur, cum de fatigari se dicit, & male pati perinde ac si  
aliquid commisisset.

**SED VERBUM** Dei non est alligatum. \* Ne quis forsā id dixerit, quid tua  
in se habent emolumentū hec vincula; vel quid mirum si vincētus es, & coniectus i car-  
cerem; ostende quid ex his lucri emergat, quidve quod sit demirandum. Ait itaq;  
nequaquam alligatum Dei est verbum, neq; enim corporea res aliqua est, & sensibili-  
lis, vt ex corporis vinculis hūc intercipiatur verbum, res sane diuina est, & Dei ser-  
mo, & nobis ligatis solutum est illud, & liberum, percurritq; passim, ecce et si ipsi a stri-  
gimur vinculis, scribendi tamen, & predicandi fungimur munere, Vide ergo mira-  
culum, aduerte quod inde lucrum emanet.

**IDEO** Omnia sustineo propter electos. \* Ecce & alium quendam in modum  
hunc consolatur, neq; enim mei ipsius hec gratia patior, sed pro aliorum salute, neq;  
vt ipse assequar, sed vt hanc sibi ven dicent alii. Qui vero hi sunt; Dei nimirum ele-  
cti, Si hos itaq; Deus elegit, cuncta ergo sunt nobis pro his toleranda.

**VT** & ipsi salutem consequantur: que est in Christo Iesu. \* Vt salutem assequari  
tur & hi quemadmodum & nos, qui pro eis iam patimur, sit itaq; vt beneficii vicissi-  
tudine ea res constet, non gratia. Deinde ne quis forsitan illi obiciat, quid ais Paule,  
tibi in his tuis compedibus finienda est vita, & aliis salutis te causam fore nūc iactas;  
Nō enī de corporali iquit salute nunc dissero, sed de ea, que i Christo cōsistit, que recte  
& vera est & gloriosa, Vacat enim gloria corporis salus, vt ex sequentibus patet.

**CVM** Gloria celesti. \* Non solum inquit, vt salui fiant, sed quod prestantius est  
vt nobiscum perpetuo & gloriam vendicent, Vnde & si ignominiosa videntur hec vi-  
cula, gloriam tamen his, qui electi sūt; subministrant, & eam quidem celestem, & sem-  
piternam. Si itaque ceteris gloriam pariunt, longe magis & mihi, qui illis obducor,  
constringorq;. Nulla ergo te mei cura diuexet, quia malis afflicter.

**FIDELIS** Sermo. \* Cum ambigant de futura vita nonnulli, & gloria, illud sedu-  
lo usurpantes. Cum vitam hanc interea dūco, certe mortibus trador. Cum vero mor-  
tem obiero; tunc plane victurus sum, & huiusmodi. Idcirco id dictum affirmat, aitq;  
fidelis sermo, quia gloriosam videlicet vitam sortientur electi, & sa-  
lutem perpetuam.

**INAM** Si commortui sumus, & conuiuemus. \* Id ipsum & coniecturis affirmat  
tamen si superius rei huiusce, & signa protulerit, & argumenta, Memor esto dominum  
resurrexisse a mortuis, ostendit enim quemadmodum post mortem hic resurrexerat.  
Qualis ergo est illa Pauli asseueratio, certe vt dicat si durioribus & mestis in rebus il-  
li socii sumus, in bonis vero & letis nequaquam. Nec mortalis quidem hoc quispiam egerit,  
quanto magis nec Deus, qui iusticię & bonitatis fons est. Mortem autem eam dicit  
que cum per baptismum, tum per passiones multas, & tentationes subitur.

**SI** Sustinemus, & conregnabimus. \* Neque enim sat est vt semel quis morti  
se offerat, sed semper id agat necesse est. Inquit enim quotidie morior, Est itaque  
inquit, patientia opus, vt queat quis euadere nobiscum; & eo euadere vt regnum ce-  
leste illud adipiscatur.

**SI** Negauerimus; & ipse negabit nos. \* Vel ab his, que minus prospere cedunt  
sermonem confirmat, Non enim in bonis dumtaxat, sed in malis etiam vicissitudo  
reprehenditur, qui enim me inquit, hominum conspectu negauerit, & ipse hunc co-  
ram patre meo negabo. Attende itaque quid eum pati necesse sit, qui a Christo sit  
B. i.

Nō pōt  
corporeis  
vicis ser-  
mo diuis-  
nō iteris  
pi.

Qui fue-  
rit Xpi  
passionū  
socius; erit  
& cōsola-  
tionis.



abnegatus.

¶ SI Enim non credimus; ille fidelis permanet. ¶ Si hunc resurrexisse non credimus nil prorsus ex nostra incredulitate hic leditur, quippe qui nobis latentibus / vel diffi-

¶ NEGARE SE IPSVM Non potest. ¶ Hoc est fieri non potest: vt ille non sit, neque naturam habet / que id ipsum non esse admittat, Semper enim / & si hunc ipse negemus perstat integer, Non itaque in eum vel confitendo / vel abnegando iactura illa peruenit, sed in nos ipsos malum omne redundat

¶ HEC Commune. ¶ Ne quis forte existimet, necessariam esse istiusmodi Timotheo doctrinam, alios inquit ipse commonefacito, instrueq.

¶ TESTIFICANS Coram Deo noli verbis contendere: ad nihil enim vtile est, nisi ad subuersionem audientium. ¶ Cum enim voluptatem habeat in se disceptatio, concupiscatque semper mortalium animus conquirere pleraque, & de multis disserere, ipse inquit, coram Deo hos obtestare, nec verbis contenderis, sed Deum dumtaxat in testem accipito, vt intelligant si te paruifecerint, quemadmodum ille sit eos iudicaturus, Non enim solum nil prorsus proficit contentiosa huiusmodi disputatio, nec vllum allatura est fructum, quin plurimum est obfutura, quippe cum audientium fides scrutando / conquirendoque tandem euertitur, haud secus ac solet turris aliqua ferro / & vectibus dirui.

¶ CVRA te ipsum probabilem exhibere Deo, operarium inconfusibilem, ¶ Explicat quemadmodum effici probatior queat, si operarium scilicet inconfusibilem, hoc est, cuiusvis notæ expertem / & ignominia, videlicet si nihil eum ea facere pudeat, que ad pietatem facere videantur, Sic enim a domino ipso probabitur: si pro eo & subeat cuncta / & peragat. Vbi que Paulus pudorem hunc magnificat, quia a multis ignominia Christi crucis / & patibulum ducebatur: & euangelii ipsius preconium, & Apostolos contemptui esse, tanquam viles / & tenues, vtpote qui vltima quæq; paterentur, horum itaque inquit, nihil te pudeat.

Vbiq; Paulus pudorem magnificat.

¶ RECTE Tractantem verbum veritatis. ¶ Etsi plerique id verbum disceptant / traducuntque alio, tu tamen id ipsum recte pertracta, Vel pertracta inquit, hoc est, dirige / & circumcidito inutilia queque: & deme gladio sermonis / & verbi, que ab euangelii sunt predicatione aliena.

Basiliius.

¶ PROPHANA Autem / & vaniloquia deuota. ¶ Vbiq; Basiliius prophanas vocum nouitates quasdam innouationes intelligit, nonnulli vero per ista pro valde iusta, vt aliorum additiones inanes reddas interpretantur, quod tamen secus se habet.

¶ MVLTVM Enim proficiunt ad impietatem: & sermo eorum vt cancer serpit. ¶ Violentum inquit hoc malum est, quippe cui nec mederi quoquam pacto potest, qui dam enim vniuersa deuasiant, nec corrigi possunt, Cancer squidem morbus est, qui & circumiecta / & propinquiora depascitur.

¶ EX Quibus est Hymeneus / & Philetus, qui a veritate exciderunt dicentes, resurrectionem iam factam / & subuertunt quorundam fidem. Recte superius dixit multum proficiunt ad impietatem Videtur autem id omne malum in falso asserta a quibusdam resurrectione consistere, Nam ex ea quæ multa que probari non possunt; oboriuntur, si enim (vt illi affirmant) facta est resurrectio, & futurum plane iudicium tollitur & retributio, & probi quidem, & sancti doloribus sunt / & malis affecti. Improbi vero per luxum / & delicias penas luerunt, quid ergo opus virtute erit: si istiusmodi sunt remunerationes. Nec omnium quidem dixit fidem, sed quorundam, inquit, natorum videlicet / & nimis inconstantium

¶ SED Firmum firmamentum Dei stat. ¶ Quod inquit tale est, haudquaquam omnes

peruersi sunt, sed infirmi dumtaxat, & inconstantes. Nam si non fuissent huiusmodi, minime concidissent, quemadmodum neque Adam antequam laboraret firmior erat, qui vero bene fundati sunt, stabiles permanent, & immoti. Aduerte autem non secus esse fidei inherendum / quam sit missimo aliquo fundamento.

¶ HABENS Signaculum hoc, cognouit dominus qui sunt eius, & discedat ab iniquitate omnis qui inuocat nomen domini. ¶ Hoc est, habes tanquam in lapide epigramma / & insigne aliquod insculptum, ex ipsis operibus / rebusque gestis illi conueniens. Nouit dominus, hoc est, ab eo longe ante sunt cogniti, qui eius sunt fortis, & hi quidem idcirco sunt preelecti, ne cum putrentibus illis corruant / & inquinatis. Ab iniquitate inquit discedat, hoc est, a dogmatum errore, vel a quauis plane iniustitia. Nam qui iniquior est, nec in fundamento / nec in Deo constiterit. Non enim Dei habet in signo, qui nequior sit / & iniustus. Aduerte autem necesse fore, vt qui Dei sit nomen inuocatur, a re quauis iniusta abscedat: a qua qui non declinauerit, nec dignè fideliter qui iure possit dominum inuocare, nil enim decora est / vel accepta peccantis laus.

Non est speciosa laus in ore peccatoris.

¶ IN MAGNA Autem domo non solum sunt vasa aurea / & argentea: sed & lignea & fictilia. ¶ Quoniam multi quod mali in mundo versetur inique ferunt, idcirco Apostolus reliquis ommissis causis, vnam hanc aperit inquitens. In magna aliqua domo vasa esse diuersa, hanc vero mundum esse / non ecclesiam dicit hoc loco. Nam in ecclesia nihil vult ligneum esse, sed ex auro vniuerso effecta, quippe vbi & Christi corpus inesse constat: & prorsus careat labe.

¶ ET QVEDAM Quidem in honorem, quedam autem in contumeliam. ¶ Aurea quidem, id est, qui virtute sunt predicti in honorem, Lignea vero / siue fictilia, id est improbi, etsi non ad virtutem / ad mundi tamen confirmationem / & statum vtilis sunt: vel ad dispensationem nonnullas maxime conferunt, vt Pharaon / & ceteri pariteri probitate homines.

¶ SI QVIS Ergo emendauerit se ab istis, erit vas in honore sanctificatum. ¶ Vides quemadmodum vel aureum esse, vel fictile, nec naturæ sit, nec materiæ necessitati, vt asserunt Manichei, sed naturæ voluntatis / & animi, quippe cum liceat cuique ex lignea illa sese, vel fictili voluntate purgare, aureamque / & argenteam reddere, Atqui Paulus cum fictilis esset, effectus est aureus, iudas contra qui aureus fuerat est fictilis redditus.

Dicit aliquis si a Deo contemnuntur fictilia, cur alibi sic Paulus inquit, habentes thesaurum hunc in vasis fictilibus: Ibi quidem de corporis natura disseruit, nam quærit admodum fictile vas preter lutum incoctum nil esse aliud constat, sic corpus hoc nunc nil aliud est, quam lutum calore animæ obfirmatum, hic vero facit de voluntate animi mentionem.

¶ ET Vtile domino. ¶ Ligna ergo vtilia erunt, quoad mentem dominantis dei / & nutum, qui omnes vult saluos vos fieri, etsi vt dictum est, videantur alioquin inutilia fore.

¶ IN Omne opus bonum paratum. ¶ Perinde ac si dicat, etsi non dum tempus ad sit aliquid operari, erit tamen id saltem promptum / paratumque ad virginis testimonium.

¶ IUVENILIA Autem desideria fuge. ¶ Iuuenilia desideria non solum fornicandi dicit cupiditates, sed absurdas qualisque concupiscentias, siue dominandi quis trahatur cupidine, siue pecuniarum, Sunt namque istiusmodi affectus infanti / & mentis preferunt validitatem, sic quidem vel senex ad iuuenilem redit etatem, & stultior fit cum talia concupiscit.

Iuuenilia desideria.

¶ SECTARE Vero iusticiam. ¶ Iusticiam pro quouis virtutis genere posuit.

¶ FIDEM. ¶ Id est veram / & stabilem / & in eos quos ames affectum, quali dicat, Noli te perfidum / & mobilem exhibere, mox & ista subiungit.

¶ CHARITATEM / & pacem cum his / qui inuocant dominum in corpore puro. ¶ Hoc est, illis solum confide / qui non simulate, nec dolo dominum inuocant, qui pacifici sunt

& minus contentiosi, cum talibus inquam versare.  
**STVLITAS** Autem & sine disciplinae questionibus deuita. Vide quemadmodum ubiq; hunc ab inquirendo, & disceptando auertat, nec eo quidem q; minus confideret Timotheum alios posse refellere, sed quia prorsus videretur inutile huiusmodi certamen adire, quod preter contentiones, & odia nil in se boni haberet, has itaq; stultas nuncupat questiones, cum alias esse non insulas in sacris literis constet.  
**SERVVM** Autem dei non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes. Mansuetum, id est, benignum, & facilem, Verum quo ergo pacto Apostolus alibi increpat eos inquit, cum omni preceptione, & acriter, & nemo adulescentiam tuam contemnat. Quia vehemens certe est increpatio, & tunc maxime mordet, cum per mansuetudinem, & placabilitatem inferatur, Possumus namq; placidioribus verbis longe facilius quempiam admonendo vrgeri: & vt pudeat male facti traducere, quam iurgio alio, quo audaci, & contumeliosi.  
**DOCIBILEM**. Erga eos qui instrui volunt, & facilem ad docendum, hereticum vero cum semel, aut bis commonefeceris: abigito.  
**Patientem**. Id enim virtutis vel maximae assequi debent fideles, vt prauorum semper expectent conuersionem, habendusq; his continuus, & perpes sermo. Nec statim intercidentia oio est, vt aliis proficiamus docentes. Verum attende quod sequitur.  
**CVM** Modestia corripientem eos, qui resistunt veritati. Per iurgiam namq; & contentiones nil boni perdiscitur, est itaq; precipua quedam erga eum quem doceas seruanda modestia. Dicit aliquis, quo pacto poterit quispiam erga eum, qui temerarius sit, & contumeliosus, humanum se, & mitem prebere? Quo pacto inquis, si eum qui sit heresi aliqua irretitus, Post vnam item itaq; alteram castigationem abegeris, Is namq; corrigi nequit, & insanabilis est. Verum hoc loco de his, qui nondum sunt desperandi, quo minus aliqua refert ad sanitatem redeundi facultas edisserit, quod iam ne ex sequentibus patet.  
**NEQVANDO** Det illis Deus penitentiam ad cognoscendam veritatem fidei. Forsitan inquit, aliqua erit his emendatio, nequando autem illud incertis & dubiis preponitur rebus. Fit itaq; vt sit ab his desistendum, quibus mederi non potest, At hi quorum in ambiguo est emendatio: in viam vt redeant tentandum esse. Aduerte autem quemadmodum ad humilitatem instituens, nil prorsus nequando queas adiecerit, sed ne forte his tribuat Deus respicere, q; si vel aliquid docendo profeceris domini est non tuum id munus, Vnde nec tibi est aliquo modo superbiendum. Itemq; si cui que recta sunt faciat suaserimus, nequaquam nobis id ascribamus, perinde nostra virtute id simus persuadendi munus adepti.  
**RESISTANT** a diaboli laqueis. Hec non solum de ipsis dogmatibus, sed de rectori viuendi modo dicta esse intellige, quippe cum non solum dogmatu ipsorum errore, sed vitia vitia a diabolo irretiuntur mortales, quo fit: vt qui quemadmodu sit ducenda hec vita falluntur, modesti sint, & benigni castigandi. Nam vt passer si vel vna pedis parte compreheditur: sub ei? eptate qui pedicam fixerit, ita & ipsi, etsi minus utroq; pede fidei, illaqueamur, & vita, at solis prauis vitia actionibus, diaboli erimus ditioni subiecti.  
**QVIBVS** Captiui tenentur ad ipsius voluntatem. Erroribus inquit innatant, sed capti a Deo ad ipsius voluntatem, hoc est Dei, forsitan enim ab ipsis procellarum erroribus emerfuri sunt tandem. Est autem Dei voluntas, vt non solum sibi credatur, sed vt recte ducatur hec vita. Deducenda itaq; recte vita, non de dogmate tantum & fide Paulum hec dixisse intellige, Nonnulli tamen captiui, illud tanq; a diabolo comprehensi intelligunt, & ad eundem referunt que subsequuntur.  
**HOC** Autem scito q; in nouissimis diebus instabunt tempora periculosa. Cu

Stultae  
gones.

hereticos  
& eo ma  
xime q;  
b? mede  
ri no pot  
missos fa  
cito.

enim tu temporis prauorum hominum multiplex numerus redderet, ne Timothei obturbaret ea res animum. predixit illi quod paulo superius dixit In magna aliqua domo, &c. & nunc inquit, Vel in posteru tempus istiusmodi futuri sunt homines, qui & Moyse temporibus scelerati fuerint, Noli ergo nouum id ipse existimare, quando neq; ad tuam vsq; etatem nequissimorum hominum multitudo hec terminabitur, Noli ergo id grauius ferre, sunt namq; & molestiora hec tempora, & praua, haud tamen q; dies ipsi sint mali, & temporum spacia, que enim inesse potest diei malignitas? Sed quia mala que interdum obueniunt, diebus hac indidere malignitatem. Et nos quidem in eam sententiam tempora mala, vel bona ex rebus ipsis dicimus, & usurpamus, que per hec vel aduersa contingunt, vel prospere.  
**SERVNT** Enim homines seipsos amantes. Statim malorum omnium causam produxit in medium, q; suis quisq; magis prospiciat q; proximi commodis. Et namq; qui sui ipsius dumtaxat trahitur charitate, accidit sepe vt nec ipse se amet. Nam quem admodum solet & in membris contingere, quorum cum vnum aliquod leditur & reliqua ledantur necesse est, quod utiq; & edificia patiuntur. Sic dici & in ecclesia potest, qui proximum negligat, & ipsum se curet, sibi ipsi officere.  
**CVPIDI**. Cum malorum explicasset radicem, & ramos sigillatim enumerat, inter quos prior, & longe protentior auaricia est. Nam vt ex charitate in alios vniter sabona proueniunt, sic & mala ex priuato affectu, qui prorsus e a vera charitate seiunctus. Illa siquidem & amplissima est, & ubiq; redundans diffunditur, hec vero in angusto versatur, & in vno aliquo terminatur.  
**ELATI**. Qui in homines efferuntur.  
**SVPERBI** / Blasphemi. Horum namq; erumpente malicia, vel ad deum pertingit iniuria, nam cu aduersus hoies quispiam supbum se pbat, ac sibi ipsi eius omne officium, & recte facta non diuinae grae imputat, tunc sane blasphemus hic redditur.  
**PARENTIBVS** Non obedientes, ingrati, scelesti sine affectione, sine pace. Et iure quidem, si enim Deo maledicunt, quo pacto genitores venerabuntur? qui vero parentes nil venerantur, nec illis obtemperant, vel in ceteros ingratos se prestent necesse est. Qui vero istiusmodi erunt & religione carebunt, & quouis scelere opprimuntur, qn quidem, quod debent nil seruant. Sunt preterea sine affectione futuri, quem enim hi colent, qui in se beneficos aspiciunt, & respuunt. Sine pace, id est, qui nemini iuncti sunt amicitia: neq; his quidem qui in se contulerint beneficia.  
**CRIMINATORES**. Hoc est, omnibus detrahentes. Qui enim sibi nullius est boni conscius, omnes, vt inuidus carpit & criminatur, subinde aliquam suisma lis medelam excogitet,  
**INCONTINENTES**. Lingua scilicet ventre, & reliquis membris.  
**IMMITES**. Vide ne quales nimia hec sui ipsius indulgentia, & cupiditas ipsa efficiat, vq; ex hominibus beluas reddat.  
**SINE** Benignitate. Hoc est, bonorum omnium hostes. Id enim a silagathi greca dictio rectius exprimit.  
**PRODITORES**. Qui vel amicos, & beneuolos prodant.  
**PROTERUI**. Id est instabiles, nil rati, aut pensati habentes.  
**TVMIDI**. Hoc est inflati, & tumentes.  
**VOLVPTATU** magis amatores q; Dei, Id enim necessario sequitur, vt vbi mundano tu inerit oblectamentoru cupiditas, Dei inesse amor, vel desiderium nequeat.  
**HABENTES** quidem speciem pietatis, virtutem autem ei? abnegantes. Id est, si guram duntaxat, & vmbram preferunt pietatis, & simulant, operibus vero hanc abnegant, & abominantur. Aduerte autem pietatis potetiam, & (vt ita dixerim) neruos,  
 B. iiii.

Oim ma  
lorum ra  
dix amor  
sui.

Qui sic  
se curat vt  
proximu  
negligat  
sibi ipsi  
nocet.

Qui sibi  
no e boni  
consci? ois  
carpit.

Pietatis  
comēda-  
tio;

in actōibus ip̄is & factis preferri, vnde & merito dicitur fides sine operibus ino-  
tua est. Formam autē & speciem Paulus alibi pro bono accepit cū iquit, Doctor enim  
formam sciētīā habet, hoc est discipulis scientiam effingit & format.

**LET** Hos deuīta. Queret aliquis si nouissimis temporibus futuri sunt istiusmo-  
di homines, cur Paulus inquit istos deuīta. Fieri enim potest; vt tales essent nonnulli  
li tunc temporis, qui etsi minus prestatēt scelerum magnitudine, iniqui tamen & ini-  
probi sint futuri, perinde ac si dicat, Vel hos ipsos deuīta; qui vel hoc tēpore istiusmodi  
reperiuntur, quemadmodum infert, ex his enim sunt qui penetrant, Vel posteros &  
nouissimos dies Paul⁹ dicit, qui eius post obitum sunt obuenturi, quibus superflus fu-  
turus erat Timotheus. Vel quod verius est; & Basilius cenfet, sub Timothei persona  
ceteros commonefacit; vt eiusmodi viros deuītent.

Basilius.

**LEX** His enim sunt qui penetrant domos. Horum impudentiam & vitam nō  
liberalem & assentationes dolo refertas; q̄ alienas domos inuaderent, patefacit.

**LET** Captiuas ducunt mulierculas, non enim fallentes dixit, sed captiuas ducen-  
tes; vt quibus pro mācipiis vterentur, qui enim decipitur; morem fallēti gerit. Aduer-  
te autem quemadmodum mulieres; vel muliercula; potius facile circūueniuntur, quo-  
fit; vt si virorum seducitur quispiam, dici merito muliercula queat.

**CONERATAS** Peccatis. Delictorum multitudinem arguit, & confusionem  
Neq; enim simpliciter feminas circumueniant, quippe quarum non sit inculcanda na-  
tura, sed eas seducūt que ingentem habent commissorum cōgeriem. Nam qui nequa-  
q̄ sibi recte factorum est conscius improbissimo cuiq; dogmata decernenti obsequi-  
tur, & se consolatur, quasi nullas sit penas pro istiusmodi operibus luīturus.

Mulierū  
icōstātia.

**QVE** Ducuntur variis desideris. Id est pecuniarum, gloriā, luxus, decoris,  
ostenditq; has turpes esse cupidines, cum vero ducuntur ait, beluarum has more de-  
ferri coarguit.

**SEMPER** Discētes & nunq̄ ad scientiam veritatis peruenientes. Dicit ali-  
quis Venia ergo erunt hęc non indignę; Nequaquam, quin potius nec parci quidem  
his potest, si quidem & facinoribus sese obruerunt, & libidinibus, obtusaq; illarum est  
mens, & obcecata, vt perdiscere nequeant veritatem, quod vitium illis non natura ob-  
uenit; sed voluntate.

Magi tē  
poribus  
Moyfi.

**QVEMADMODVM** Enim Iānes & Membres restiterunt Moyfi; ita & hi res-  
sistunt veritati euangeliū. Magi quidem hi extitere temporibus moyfi, Verunta-  
men vnde istorum nomina accepit Apostolus cum in sacris literis nullibi expriman-  
tur. Nimirum vel ea auditu acceperat, vel spiritus sancti reuelatione cognouit, Par-  
enim erat; vt Paulo essent hęc non incognita.

**HOMINES** Corrupti mente reprobi circa fidem. Cum enim quispiam mē-  
te infectus, & circa fidem inquinatus improbus sit necesse est, Dixit insipiens in cor-  
de suo non est deus, vnde illud, Quia corruptus erat, & plenus iniquitate. Sequitur  
ergo q̄ mens incorrupta fidem excipiat, Cauendum ē itaq; ne & nos corrumpamur  
& adulteremus hoc pacto fidem.

**SED** Ultra non proficient. Quomodo alibi dicit proficient plurimum imple-  
tate, quia parua tunc dogmata inuasere, & alios circumuenire nil destitere, sed noua  
semper excogitabant. Hic vero inquit nequaq; hos dolos nectere vt alios fallant, nec  
fore vt multos corrumpant, quin etsi videantur circumuenire, tolerabiles sunt tamē  
futuri; subdit itaq;

**INSIPIENTIA** enim eorum manifesta erit omnibus; sicut & illorū fuit. Id est ma-  
gorum. Subinde inquit, si dicitis his fidem non adhibueris; edifces quemadmodū  
cū magis hęc actūs sit, hi nanq; sūt prestigiis quibusdam mira quedam ad deceptio-

nem edidisse deprehensi, cum Moyses ederet veriora, vnde comprehendī potest ad tē-  
pus aliquod breue, fallacias istas florere.

**TV** Vero affectus es meam doctrinam. Illi inquit, istiusmodi extitere, tu vero  
cum nostra admodum calleas, haudquaquam talia esse, quippe qui non solum mecū  
versatus es, quin & meam es affectus doctrinam, peride ac si dicat Diutius es apud  
me commoratus, & animum rebus ante hac per me gestis, haud dubie intendisti, prez-  
be te virum sic fidei hostibus aduerfabere.

**INSTITVTIONEM.** Doctrinam quidem quō ad sermonem dixit. Insti-  
tutionem vero quō ad vitam & conuersationem.

**PROPOSITVM.** Id est animi promptitudinem & virilem presentiam, ne-  
q; enim verbis dumtaxat enitebar, sed factis.

**FIDEM.** Id est, vel in decernenda veritate, vel in adeundis periculis firmitu-  
dinem que ne animo conciderem effecit, quin vt deo magis ac magis considerem, iri  
me aliquando liberatum.

**LONGANIMITATEM.** Cum hereticis scilicet magno obsisterem animo, ita  
vt neq; his obistendo indignatione essem, & ira commotus, sed per mansuetudinem  
& placabilitatem exciperem omnia, & aduersarios coarguerem.

**DILECTIONEM.** Id est, charitatem, quam vel in his obiurgandis preferebam.

**PATIENTIAM.** Quam scilicet in persecutionibus ip̄is perferendis prestabam.

**PERSECVTIONES** / passiones. Non modo, inquit ab aduersariis persecutiō-  
bus afflictabar, qui & mala plurima sustinebam, Cum vtrumque illud preceptorem  
obturbar; & hereticos esse qui se persequantur, & ab his perpeti que minus oblectant.  
Hęc itaq; Paulus ita disseruit, & ab hereticis se q̄ multis molestiis fuisse affectum eo  
affirmat, vt timotheo tandem suadeat, constanti animo sit, cum ab illis vrgebitur, &  
suas demum passiones commemorat: vt discipulum reddat fiduciosum.

**QUALIA** Mihi facta sūt Antiochię / yconię / Lystris. Antiochiam passidię di-  
cit, Lystras vero quia inde esset timotheus oriūdus, Cur vero horum dūtaxat memi-  
nit cū & alibi multa esset p̄fess⁹. Nimirū vel quia timotheo esset hęc notiora, vel quia  
hīs ip̄is locis nuprime mala hęc tolerasset. Aduerte autē quemadmodum nequaq; hęc  
sigillatim cōmēoret, qd̄ eo facit, ne ad ostentationē videatur hęc & iactantiā meminisse  
que ad discipulum consolandum & confirmandum coactus conscripserat.

**QVALES** Persecutiōes sustinui, & de omnibus liberauit me dominus. Duo  
quedam timotheo demonstrat apprime necessaria, & vt ad malorum tolerantiā pa-  
rator sit, & nequaq; a deo destitutum iri hęc tolerantem, Ait itaq; ip̄e quidē quales  
sunt persecutiōes perpeffus, & animo sūt in his sustinendis promptiori & audenti  
& exemit tamen me his omnibus dominus.

**LET** Omnes qui volūt pie viuere in Christo Iesu persecutiōnem patientur. Vel  
id maxime valet ad cōsolandum quid, inquit, de me solo hęc dixerim, cū omnes / qui  
volunt in Christo Iesu & scdm euangeliū pie vitam hanc ducere, persecutiōibus af-  
flicentur necesse sit, Persecutiōes autem hoc loco dicit, non eas solum que ab infir-  
delib⁹ inferūtur, sed p̄ssuras quaslibet, & labores, quos subeūt / qui virtuti se addixere,  
est nāq; hęc vita scdm Job tētatio quedā, & que angusta incedit, & necessario p̄mitur.

**Mali** autē hoies & seductores p̄ficiūt ipei⁹, i errorem mittētes & ip̄i errātes. Nil  
veli p̄pterea obturberis, si in deliciis illi, in p̄ssuris ip̄se vitā hanc degas, sic enifert ip̄sa-  
rū rerū natura, inisti certamen desudare necesse est, est quidē plane insulsū, quietē certā  
do & ocū querere. Illi eni p̄uerfi & seductores, & si vidētur proficere, haudquaq; i me-  
lius prouehuntur, cum in erroribus eorū omnis constet esse prouectus. Vt autē ipei⁹ il-  
lud quod dixerat, explicaret hos & in errores inducere, & errare, subiicit.

B. iiii.

ostentatio-  
nem & ia-  
ctantiā vi-  
tādas eē.

Qui vō-  
lūt hęc vi-  
tā scdm  
deū ducere;  
persecutiō-  
ib⁹ at-  
teruntur.

**¶** TV Vero permane in his que didicisti / & credita sunt tibi. **¶** Ipse inquit, imbecillis presta, nec prauis / & malignis i rebus quempiam emulabere, nec eum quidem cui oia prospere cesserint, non enim simpliciter didicisti, vt cui que a nebis acceperas, & credita sunt, hoc est, cum certitudine / & fide didicisti, itaq; si contra res euenire ac inflatus es ipse prospexeris, noli id molesto animo ferre, quandoquidem / & Abrahamae si audisset i Isaac vocabitur tibi semen, eundem tamen iussus, vt immolaret, nil tamen est obturbatus.

**¶** SCIENTIA Quo didiceris, & quia ab infantia sacras literas nosti. **¶** Duas causas affert, quibus debeat ille immobilem se prestare, cum quia non ab aliquo parui momenti viro, sed a se paulo ea didicerit. Quod perinde est dicere ac si a Christo acceperit, tum quia non nuper / aut pridie, sed a prauis fuisset edoctus; quasi dicat, irradicata est in te diuina scientia, & ita vt nequaquam sit insanum aliquid / & stolidum facinus vt subeas permissura, & qualia multi perpetiuntur. Nam qui sacris literis fuerit edoctus instructus, nunquam accepto proposito immutabitur. Sacras autem literas dicit diuina scripta.

Humana scientia ad fallacias erudit diuina ad salutem.

**¶** QVE Te possunt instruere ad salutem per fidem / que est in Christo Iesu. Non enim vt exterior hec est mundana scientia hominem ad fallacias, circumuentiones & concertationes verborum erudit. sic diuina illa nos instruit, quin potius ad salutem instruit, quam illam si queras, non ea certe que operibus constat / & verbis, sed que in Christo Iesu fide consistit. Nam cum sacra hec scripta hominem in Christum vt credat inducunt, salutem ei haud dubiam pariunt.

**¶** OMNIS Enim scriptura diuinitus inspirata utilis est. **¶** Quia multis explicatis ad consolandum hunc modis, nunc que maxima est, consolationem inducit eam videlicet que ex sacrarum literarum lectione affertur. Est enim triste aliquid illi denunciaturus, quod propediem ei sit obeundum. Ne itaque animo concidat, vt pater qui preceptore sit paulo post se consolante priuandus, Habes, inquit, in mei vicem scripturas que & leuare te poterunt / & prodesse. Querunt nonnulli, cur Paulus dixerit omnis scriptura diuinitus est inspirata, quod si ita est, ergo & gentiliu scripta a deo suggesta sunt. Oportuit sane hos non ignorare quod superius dixerat: quod sacras literas noli nunc omnem scripturam dixisse, quam illam, nimirum quam ante expresserat, & de qua quod sacra esset differuit. Scriptura itaque omnis que istiusmodi est, & diuinitus inspiratur, vniuersis conducit, vt inferius demonstrabit.

Nihil est quod scripturis nequeat dissolui.

**¶** AD Docendum. **¶** Prodest, inquit, quia nos instruit, quid sit perdiscendum, nihil est enim quod nequeat scripturis dissolui.

**¶** AD Arguendum. **¶** Si coarguenda scilicet fuerint mendacia.

**¶** AD Corripendum / ad erudiendum in iusticia. **¶** Si necesse est, inquit, vt aliquid vel corrigatur / vel instruatur, hoc est ad iusticiam reddi continentem, & sobrium / & ea que iusta sunt exequi, ex sacris literis id omne suppeditabitur.

Emendatio morum ex scripturis paratur.

**¶** VT Perfectus sit homo Dei. **¶** Emendatio, inquit, ex scripturis paratur, vt nihil homini desit, qui secundum Deum incesserit. Si itaque ipse integer fieri / & perfectior cupis, sanusque / & semper equalis reddi, nec contrahi aduersis exoptas, nec prosperis rebus effertis, id enim prefert perfectionem / & mentis equalitatem, has sacras literas consule cum mea carebis presentia. Atqui si Timotheo spiritu sancto oppleto, de eius modi lectione conscripsit, quanto magis sumus & nos ad ea hortandi, qui spiritu hoc indigemus. Aduerte autem quemadmodum hi sacre literae opitulatur, integros nos & perfectos reddi non posse.

**¶** AD Omne opus bonum instructus. **¶** Non enim simpliciter bonorum est operum particeps, sed instructus his ipis / & absolutus, ne quia aliqua in re erit ille perfectior

in aliis vero minime, sed ad omne opus quod rectum sit, & ad rem vnamquamque est ille instructor.

**¶** TESTIFICOR coram Deo & CHRISTO IESU qui iudicaturus est viuos ac mortuos. **¶** Et si alibi timotheum deterruit inquiens, precipio tibi, coram deo qui viuificat vniuersa, nunc tamen magis horrendum reddit sermonem, cum iudicium illud recordatur, ait enim, illum ipse qui penes est exacturus testem inuoco, quia neque id te clam habui. Viuos ac mortuos vel peccatores dicit & iustos, vel eos qui vita hac exceperunt, & qui tunc superstites deprehendentur. Nonnulli vero viuos & mortuos animas ipsas & corpora intellexerunt.

**¶** PER aduentum ipsius & regnum eius. **¶** Cum enim ille iudicium facturus aduenerit, cum imperio prodibit & gloria, non ea quam prius humilitate concefferat.

**¶** PREDICA verbum. **¶** Quid ipse testificor, vt verbum predices, ne gratia in occulto teneas. Quid vero nobiscum agatur qui nil predicamus.

**¶** INSTA oportune & importune. **¶** Hoc est instando & iubendo eloquere, nec in teresa sed perpetua vtere oratione & continenti, ita vt nullum tibi ad predicandum presinitum sit tempus, sed oportune insta, i. in pace & ocio, cum in ecclesia pacifice nullo turbante versaris. Et importune, i. cum in discrimine fueris, vel extra ecclesiam loquere & euangelium ipsum ediffere oportunitatem vero & importunitatem ac multorum dixit opinionem, existimantium oportunitatem quietem esse importunitatem tempora periculosa & intempestiva, & rursum edocendi hoc munus obeundum in ecclesia arbitrantur & oportunitatem ducunt vt in ea euangelium predicetur. Intempestiuum vero & nil oportunitatem cum de ecclesia eiectus id exequi velit. Vel aliter perinde ac si dicat, nihil vt homines delinquant expectes, sed antequam facinoribus obstringantur, hos instrue. Vel oportune & importune, hoc est quouis tempore euangelium predica.

oportune & importune esse predicandum.

**¶** ARGVE. **¶** Videlicet cum id videris necesse fore & cum delinquentem deprehenderis, vel vt delinquat futurum, nihil te subtrahas.

**¶** OBSECRE. **¶** Vel mitioribus & supplicibus verbis vtere, nequis in facinus prolabatur.

**¶** INCREPA. **¶** Vbi aliquem deliquisse compereris & castigaris si minus desistat, mox increpa, perinde ac si dicat, quibusuis modis enitere vt medearis peccanti.

Oib; modis enitere vt medeatur peccanti.

**¶** IN omni patientia & doctrina. **¶** Est namque haud temere de his & mox desperandum, qui praua commiserint, sed vel precibus est insistendum vt desinant malefacere vel doctrine, vt tandem resipiscant admoniti. Et in omni patientia hoc est i quo uis patientie genere, & que ita preffetur vt omnibus modis eluceat, tam operibus quam verbis & gestu.

**¶** ERIT enim tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt. **¶** Prius inquit, hos quam eant precipites corripere, eoque & superius dixit oportune & importune id est quousque hos habeas obsequentes, quousque modo enitere.

**¶** SED ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros. **¶** Temerariam & inconsultam preceptorum turbam cum coaceruabunt inquit, hic patefacit, quod & a vulgo hic congerantur, qui nullis nititur rationibus sed vt animus tulerit: inconsiderate defertur, & eos efferunt laudibus & eligunt preceptores, qui suis fauent cupiditatibus, ipsorumque ad gratiam cuncta & voluptatem, disserunt & exequuntur.

**¶** PRURIENES auribus. **¶** Hoc est aures dumtaxat oblectantes, homines enim istiusmodi delinunt, que iuuent semper & minus contristent, audire percipiunt.

**¶** ET a veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur. **¶** Vides quemadmodum non ignari a veritate aberrant, sed scientes & vltro decipiuntur,

nam auersis inquit a veritate auribus conuertuntur ad fabulas, quo fit vt malum id voluntarium sit. Hec autem intulit non vt in segnitiem inducat discipuli, sed magis suadeat vt temporis sui facilitate & ocio recte utatur, & si illud obtigerit a Christo in eam sententiam denunciatum eius affligendos esse discipulos & irrupturos alio quando lupos rapaces, ferat id animo equiori.

**CVT** vero vigila, in omnibus labora. \* Vides quemadmodum eo hec illi predicaret, vt vigilandum iniungeret, perinde ac si dicat, priusquam corruptionis huiusmodi & malorum tempus adueniat, & lupi irrumpant, labori incumbere & libenter laborare, vt oves in tuto constituas.

**COPVS** fac euangeliste. \* Ergo illud erit euangelium predicantis negocium vt a seipso & vltro, tum ab his qui forinsecus sunt, mala perpetiatur, & labores excipiat non inuitus.

**MINISTERIVM** tuum imple. \* Tunc enim cuiuspiam cum officio ministerii adimpletur, cum opus impositum exequedo, tolerat mala, & opando insudat.

**EGO** enim iam delibor & tempus resolutionis mee instat. \* Non enim immolationis sunt ad deum omnia referuntur, libationis vero vniuersa.

**BONVM** certamen certavi. \* Dicit aliquis cuius rei gratia magna de se quaedam nunc Paulus iactat. Non enim hec iactandi gratia intulit, sed vt discipulum consoletur, ne eius ob proximum e vita excessum, dolore & mestitia afficeretur, quandoquidem optimum esset vite finem iam habiturus, decessurus propediem ad coronas & palmam. Quemadmodum enim pater aliquis ferme iam moriens, vt filium sibi aliquid fidens & mestum soletur, his vtitur verbis, fili parce lacrimis, desine me obituum deslere, recte enim vitam duximus, trophea ereximus, & plurimam unum potiti vltoribus, pro quibus & magnas nobis debet gratias imperator, cedentque in tui admirationem & gloriam, res per me geste. Haud sane dubium quin genitor ille hec in suam laudem dixerit, vt mercedem filium consoletur, vt leuius ferat eius decessum. Sic dictis his Paulus & timotheum per Epistolam tanquam testamento aliquo lenitior laturque inquit, bonum certamen certavi, itaque id ipsum & tu factites velim, & certamen vt subeas istiusmodi. Dicit aliquis, num Paule vbi e cathane iam insunt, & vincula boni aliquid inesse certaminis poterit, etiam inquit, est enim quod Christo per me initium certamen, quod vinculis astringor, nam & qui pro bonis hisce mundanis decertant multos conterunt sese exercendo & insudando dies, & vno ac breui momento victores referunt palmam. At Christi athletas certantes premia quedam perpetua manent & clara. Videor itaque certamen bonum certasse, quod & iocundum est & decorum.

**CVRSVM** consummaui. \* Quidni cum ei abunde euangelium predicanti a Hierusalem vnde quaque ad illiricum usque decursum est, & ita decursum vt multa interciperent impedimenta, mortes scilicet insidie & alia pleraque, aduersantia nec secus ac igneas alas haberet quam multas regiones predicans incredibili celeritate peruasit.

**FIDEM** seruauit. \* Erant enim quae multa que si de hac interciperent conarentur, cum comminationes & mortes, tum vbi hec parum valeant, ad gratiam & voluptatem promissa, ipse tamen furem quam maxime cauens, vigil & excitus, istiusmodi vniuersis relictus abatur.

**DE** reliquo reposita est mihi corona iusticie. \* Satis hec sane que dicta sunt ad consolationem facere videbantur, verum hoc loco & premia adiicit, vt magis ac magis discipulum excitet, & confirmet. Neque enim dolendum est inquit quandoquidem coronam sum accepturus. Per iusticiam autem vniquodque virtutis genus vel

Que sit iter imolationem & delibatione differetia.

Qui p mundanis decertant momentaneam mercedem accipiunt, que vero p celestibus eternam

hoc loco designat.

**QVAM** reddet mihi dominus in illo die iustus iudex. \* Neque enim dabit inquit sed reddet, tanquam debitum aliquod non munus sit receptorus, quippe qui iustior sit, mercedem omnino decernet laboribus, sit itaque vt vel debita corona hec sit ob iudicis equitatem.

**NON** solum autem mihi, sed & omnibus qui diligunt aduentum eius. \* Hoc loco vel ipsum excitauit timotheum dicens, si omnibus longe magis & tibi. Verum quis hunc aduentum desiderat. Is nempe, qui pro eius aduentu dignitate se gesserit, quo fit vt qui ea non egerit, nil videatur vt iterato ad nos, ille se conferat cupere, sed potius id detestari, ne digna factis recipiat merita. Epiphania autem grece eo aduentus dicitur, quia superne apparet & celitus oritur. Preter hunc vero vniuersalem aduentum siue apparitionem, vt greci dicunt, est & alius quidam, quo & seipsum his perbet visendum, qui se vt visant merentur, non mundo quemadmodum & alibi dicit, ego & pater veniemus & mansionem apud eum faciemus.

**FESTINA** venire ad me cito. \* Cur ad se Paulus reuocat timotheum, preferunt cum ei credita esset & demandata ephesina ecclesia & genus id omne ephesiorum, nimirum quia & vinculis coerceretur, & in carcerem fuerat a Nerone coniectus, nec ad timotheum licebat ei accedere, & ideo Romam hunc ad se reuocat, cupiens forsitan priusquam mortem obiret, complura illi committere.

**DEMAS** enim me dereliquit diligens hoc seculum & abiit thesalonicam. \* Non enim dixit vt te visam antequam moriar, ne illi mortem afferret, sed quia solus sum destitutus, nec quempiam habeo ad euangelium diuulgandum adiutorem accelera ergo tuum ad nos reditum. Verum quid tibi vult illud diligens hoc seculum. Id quidem, perinde ac si dicat, quietem & ocium abiens ille adamauit, & in tuto esse decreuit, maluit enim domi per delicias viuere, quam mecum periclitari. Et hac in re solum hunc videtur arguere cum tamen cohortari nos potius velit, ne in periculis remollescamus, quam hunc criminari, quin etiam vt timotheum ad se celerius trahat id dixit.

**CRISES** in galatiam, titus in dalmatiam. \* Hos quidem nil carpit Apostolus, utus siquidem inter prestantiores erat & admirabiles viros connumerandus, ita vt huius cure fuerit Creta insula demandata. Hi itaque duo haudquaquam seculi huius cupiditate, vel alia quauis necessitate, sed predicandi gratia alio se contulerunt.

**LVCAS** est solus mecum. \* Is namque sic Paulo ipsi adheferat, vt ab eo nunquam discederet, Idem preterea & euangelium & Apostolorum acta vniuersa conscripsit, de hoc item & Paulus meminit dicens cuius laus in euangelio est per omnes ecclesias

**MARCVM** assume & adduc tecum, est enim mihi utilis in ministerio. \* Non in ocium dicit, sed in euangelii ministerium Apostolus namque & si vinculis erat constrictus, predicandi tamen id munus non intermiserat, eoque & timotheum non sine causa reuocat, sed euangelii, vt nihil fideles sui obitus tempore obturbarentur, cum multi essent ex eius discipulis affuturi qui turbam & tumultus siqui forte oborirentur, se darent, consirarentque, qui eius mortem ferrent intollerantius. Erat enim necesse vt magni essent momenti viri, quibus. Roma demandaretur in curam.

**TICHICVM** autem misi Ephesum. \* Solus itaque derelinquo, quocirca necessarius est tuus ad me aduentus.

**PENVLAM** quam reliqueram in troade apud carpum, veniens affer tecum & libros. \* Penulam id est vestem, hanc enim deposcit, ne ab aliis exigere indumenta cogatur, vbi enim plurimum cauit ne aliorum ope indigeret aut cuiquam oneri esset, Non nulli vero arculam hanc esse dicunt, qua libri reconderentur, Verum quid libris in

Aduert dñi bonos nos letificat, ferret iniquos.

Duplex aduert?

Creta demandata tito.

diguit, qui propediem esset addeum demigraturus: vt illos nimirum fidelibus post suam mortem relinqueret, quos sui loco haberent.

MAXIME autem membranas. Hi forsitan libri vtiliora quedam in se continebant.

ALEXANDER, faber erarius multa mala mihi ostendit. Huius autem meminit tentationis & mali, non vt hunc carpat sed vt Timotheo suadeat, magno animo ferat aduersa, que ab infimis & vilioribus ingeruntur. Plerique enim cum a presbiteris viris vexantur, fortiter tolerant, quia diuexantium magnitudo soletur, ab his vero quid perpeti que & tenues sint & abiecti, angere magis & vrgere videtur, ideoq; Paulus inquit, multa mihi mala ostedit, hoc est admodum me oppressit & variis modis. Accedit preterea qd hi qui nullius sunt, precii, nec vlla sunt insigniti virtute cum aliorum de se iudicium negligunt, vbi aliquem ceperint diuexare nil prorsus de sua malignitate remittunt, nec parcunt ei quem semel vt perdant aggrediuntur.

CREDET ei dominus secundum opera eius. Confide non enim impune hec illi procedent, sed reddat dominus id est redditurus est, quod Pauli dictum vaticinii potius optinet locum, quam execrationis & voti. Non enim id dixit, vt aliorum deprecatur supplicia quippe qui sanctitate pollet, sed predicationis necessitate compulsus, vt comprimerentur qui se interciperent predicantem. Quod sane vel hos admodum consolatur, qui inbecilliores sunt, & in fide nondum obfirmati, credentes nulla habere impunitatem peccata.

QVEM & tu deuota. Non penis hunc inquit & suppliciiis afficias velim. preterea cum vel id facere illi per spiritus sancti gratiam licuisset, sed declinandum ab eo secedendumq; precepit, Deo item remittens & penas.

VALDE enim resistit verbis meis. Id est obfistendo oppugnat predicationis mee dicta.

IN prima mea defensione nemo mihi affuit, sed omnes me dereliquerunt. Rursum & tentationes alias ad presuras enarrat, vt longe magis discipulum consolatur. Prima defensione, quam illam dicit, hanc scilicet, nam cum primum esset Nerone filiiu feuisimo adstitutus, mortem euasit, & ita vt eo ex tempore predicandi sibi esset facultas, Sed cum instruxisset ad fidem quem Nero vini habebat domi peregustatorem mox ille vesania furens & Paulum coniecit in carcerem, & paulopost ei caput precepit. Timiditatem pretendit, cum omnes se deseruisse fatetur, subinde diceret, vel familiares & domestici prodidere, & quauis sum consolatione priuatus, ipse ergo si er quando fueris mediis in malis ab omnibus destitutus, eandem adhibe ad te consolandum medelam, qua ipse sum in tempore vsus.

NON illis imputetur. Vides quemadmodum his vel grauius delinquentibus veniam impartitur, quos cum haberet familiaritate coniunctos, setamen destituisse, non enim eque ab aliis paruifieri nos stomachamur, ac cum a notis & domesticis ipsi contemnimur. Precatur tamen id facinus minus his in peccatum abibi, tamen si summum sit scelus & non negligendum, sed enim aduersione & supplicio dignum.

DOMINVS autem mihi adstitit. Ecce & alium quemadmodum in modum discipulum consolatur, affirmaq; se qui sit ab hominibus derelictus adeo non debere nec permitti vt graue aliquid molestum ve patiat, nec vt conciderem animo ille permisit.

ET confortauit me. Hoc est fidentiore me fecit, & fiduciam mihi largitus est neq; vt conciderem animo ille permisit.

VT per me predicatio impleatur. Aduerte immensam viri huius humilitatem non enim inquit quasi huius sim muneris dignus, eo mihi & vires deus sufficit.

Nullius precii homines eos quos vexandos accepit acer brior quo damo de se uirtute prediti.

Paulus a Nerone occisus.

vt euangelii impleatur per me predicatio, id est confirmetur, Vel vt absoluat & sine habeat, nec secus mecum agatur si euangelium illud absoluero, ac agi solet cum his, qd eo mortem deuitant, quia regis sint insignibus communiti

ET audiant omnes gentes. Hoc est vt cunctis celebrior fiat & notior predicationis hec gloria: & qd mihi prospexerit deus omnibus innotescat.

ET liberatus sum de ore leonis. Hoc est Nerone, leonem enim hunc nominat ob eius imperii robur & magnitudinem, vel forsan ob eius seueritatem, non enim longe a morte tunc abfuit, cum primo in fauces incidisset leonis.

ET liberabit me ab omni opere malo. Tunc quidem me iquit a corporis morte exemi, postq; vero satis iam predicauero hunc haud dubie spero non modo me a corporea hac internitione liberaturum, quippe qui delibandus iam sum, Sed vel ab omni opere malo hoc est omni peccato, perinde ac si dicat nequaquam me sinet in morte hac toleranda flaccescere, sed ad usq; sanguinem vires suppeditabit obfistendi peccatis, quod sane haud secus duxerim ac si feri & sensibilis leonis faucibus commolirer. Est itaq; hec salus longe maioris existimada, qd prior illa, qua mortem euaserat.

ET saluum faciet in regnum suum celeste. Hoc est ex omni me ille delicto eripiet, & ibi tutabitur. Id enim est in regnum celeste saluum reddi, cu in hac vita mortem pro Christo obimus: ait naq; qui in hoc mundo animam oderit suam, in vitam seruabit eternam, erit ergo vera hec salus cum in celesti regno fulgebimus.

CVI gloria in secula seculorum amen. Ecce nunc haud secus filio gloriam qd patri & laudem impartitur, is namq; dominus est.

SALVATA Priscam & Aquillam. Hi sut qui Apollo illum excipietes edocuerunt, ad quos & Paulus ipse diuerterat, & quorum frequenter meminit. Preponit autem feminam viro, id est priscam acylle, quia & fidelior erat, & firmior, hec enim priscam & apollo simul ad fidem instituit, & apostolum frequenti excepit hospitio, iubet autem utrosq; saluere, vt suam in hos preferat caritatem.

ET onefiphori domum. Hoc est quos domi habet, ipse namq; Rome erat, & Pauli curam carcere & vinculis detenti susceperat vt dictum est, Ex huiusmodi autem impartita salute facit hos promptiores, vt suam onefiphorum i prestandis obsequiis imitentur.

ERASTVS remansit Corinthi, trophimiu vero reliqui infirmu mileti. Cum in superioribus nullam horum mentionem fecisset, nunc meminit, arguitq; se vndiq; destitutum vt timotheum mox cogat ad se redire miletum vero Ephesi erat propinquior locus. Potest itaq; coniectura intelligi Paulum videam versus nauigantem, mileti hunc reliquisse, siue cum prius Romam venisset deinde ad eas se partes contulerit, nil habeo certi quod asseram.

FESTINA ante hyemem venire. Cum enim vndiq; deseror vt perspicere licet omni studio tuum ad me accelera reditum. Nec priusquam moriar inquit accedito. Id namq; merorem illi afferret, sed ne hyeme interceptus adesse nequeas, nec me visendi habeas facultatem, id enim subintelligi debet tamen si minus expressit.

SALVAT te Eubolus & Pudens & linus. Hunc linu ferunt nonnulli post Petrum Rome secundum fuisse Episcopum.

ET claudia. Vides quemadmodum & femine in fide essent ardentiores & mundo iam crucifixe, Atqui nulla in te inferius est femineum genus, virorum conditio, ne, si modo velint ad bonum eniti, nam & viros in vite huius negociis plurimu iuuant vt pote que domus curam suscipiunt, qua viri dempta paratiores redduntur siue ad ciuilia procuranda, siue ad exequendum que spiritus sunt, & spiritalibus in rebus, exercendaq; continentia pleriq; potiores sunt, viris, ad decusq; ipsum & sancti.

Nerone leone vocat paulus

No est femineum genus, si se virtuti ad dixerit ad pleraq; bona exequenda mi n apta quam viri.

moniam preferendam, tolerandaq; ieiunia accomodatiora, ita vt nil deniq; sit qd muliebre id genus, si se virtuti addixerit interpellat.

¶ **ET** omnes fratres. ¶ Horum neminem nomine exprimit, nam cum maxima esset fidelium multitudo illos dumtaxat nomine explicat, qui & clariores esset & huiusmodi manarum rerum omnem iam euasissent cupidinem & spiritus ardore pollerent.

¶ **DOMINVS** Iesus Christus cum spiritu tuo. Nil inquit doleas qd sim abstrahensur, dñs namq; tecum est nec tecum dixit, sed cum spiritu tuo. Duplex est itaq; opitulatio & gratie spiritus & dei qui huic faueat. Quin illud preterea patet, tum quidem nobiscum futurum dominum, cum spiritum ipsum apud nos asseruimus nihil hunc per nequitiam repellentes.

¶ **GRATIA** vobiscum amen. ¶ Eidem demum bene precatur, vt deo in perpetuum placeat apud eundemq; & gratiam assequatur, nam quemadmodum qui imperatoris assiduū vtatur conspectu, sitq; & illi pergratus nil potest omnino quod molestum sit perpeti. Sic et si ab amicis deserimur, dei modo nos gratia muniat, subire malum nequibimus. Quod sane fieri haud aliter poterit nisi & ipsi ea facere conuertamur que deo sunt grata, & quemadmodum domi hi sunt seruorum gratissimi dominis, qui illos rectis operibus magis oblectant, sic nostrum quilibet apud dominum illum communem inuenturus est gratiam, si ea animo & cogitatione versabitur que illius sunt, cui in secula laus & gloria sit.

Si nos grā mu- niat ni- hil quod molestū sit subire poterit, mus.

ARGVMENTVM.

¶ Titum commonefacit & instruit. De constitutione presbyterii, & de spiritali conuersione, & hereticis vitandis, qui traditionibus iudaicis credūt, scilicet bene ei a Nicopoli.

In Epistolam Ad Titum, Athanasii Prologus.

¶ **ITVS** hic cum probitate ceteros antea, qui cum Paulo versantur idcirco & Crete maxime in seculo in Episcopum electus & consecratus presicitur, & tam multi sibi Episcopi & iudicandi & conseruandi sunt crediti, nunc itaq; & vt suppleret quod cuius forte deesse scisset, tanq; probatissimo viro, per hanc epistolam, demandatur, quam vtq; Paulus prius illi conscripsit quam vinculis coerceretur, cum am-

mo quietior esset, & ocio abundaret, non enim vllas his literis pressuras commemorat. Arbitror preterea epistolam hanc prius fuisse conscriptam quam ad Timotheum superior hanc scriberetur, quippe morti cum esset propinquior scripserit. Facit itaq; hac in epistola frequentius de gratia mentionem que nobis saluti fuit, satis exilis mens ad consolationem hanc valituram. Nam qui seculum reputat quis antea exitus set, & quibus sit postmodum donis dignatus, & gratia quali affectus, studebit enixus nil eum ad iracundiam concitare, qui de se fuerit tam bene meritus. Inuehitur etiam in iudeos, quorum si vniuersum genus & respuit & detestatur, nil mirum, non enim tanquam maledicus & detractor, hos improbat sed immenso dei amore & zelo ductus id facit, quemadmodum & CHRISTVS Phariseis indignabundus exprobrat multa, non sui gratia, sed quia alios perderent. Per breuem autem scribit epistolam, vt vel ex ea Titum perdiscamus virtutem, virum enim tantum vt confirmaret haudquaquam longiori opus erat oratione, sed hunc vt paucis admoneret.

¶ **PAVLVS** seruus Dei Apostolus autem IESVS CHRISTI. ¶ Diuerse Pauli

Malos plerūq; corripim⁹ nō qd spemus meliores fore sed ne alios perdant.

Ius suum nomen imponit Epistolis, nunquam enim Dei seruū vel Dei se Apostolū asserit, nūc vero cōtra, quippe qui nil intellosceret a filio patrem differre, nec a p̄e filiū.

¶ **SECVNDVM** fidem electorum Dei & agnitionem veritatis, que secundū pietatem est. ¶ Multipliciter poteris id intelligere, vel quia Apostolus sum vt per me qui electi sunt credant, vel quia vt Apostoli munere fungerer sum non meis vllis officiis destinatus, sed quia ita Deo sit visum, vt mihi eius electi, vel predicanti prebearit fidem, quo sit, vt id omne eius sit gratia factum, qui mihi euangelium credidit: nec quia dignior sim, sed electorum ob causam hanc ipse dignitatem accepi. Proinde vt ad hec aliquid etiam per nos opere conferendum esse demonstrat, & agnitionem veritatis adiecit, perinde ac si dicat quia euangelii veritatem cognorim eo & illud mihi credendum est, quin potius nec a nobis ea cognitio prodit, sed ille causa est, vt hanc assequamur, nam prius ipsi cogniti sumus deinceps & nouimus, vel quia vt ceteri electi, & ipse iam credidi, & veritatis adeptus sum notionē. Ad rerum autem iudaicarū differentiam veritatis adiunxit, illa quippe haudquaquam sunt vera nec penitus mentiantur, sed figuram quandam & vmbra preferunt veritatis. Cumq; & nos electos appellat, iudeos euertit tollitq;, qui & si aliquando alicuius momenti fuerit, haudquaquam decetero huiusmodi sunt. Veritatis preterea cū dixisset, que secundum pietatem est statim adiecit, est namq; & in opificiis ipsis veri cognitio videlicet vt agrī colendi modum siue lignariam artem quis optime calleat, non tamen de huiusmodi veritate sermo habetur, sed de ea que in pietate consistit.

¶ **IN** spem vite eterne. ¶ Cum iam explicauerit quibus nos beneficiis affecerit deus, nunc & que in futurum sit largiturus enarrat, & hec sane veritatis cognitio in maximum nobis beneficiū cedit, quippe qua sumus vanis erroribus liberati, & pro eadē illa nos Deus vita eterna condonat. Infert igitur quia eū cognouimus qui veritas est, vitam speram⁹ eternam, Vides quemadmodum in initio statim dei commemorat beneficia, vt Titum ipsum vel potius quos Titus instrueret, Deo de nobis tam bene merenti placere vt studeant faciat promptiores, cum vero in spem inquit vite eterne iudeis spem admittit & velut inanem reddit, qui presentem haberent in premium vitam.

¶ **QVAM** promisit qui non mentitur Deus ante tempora secularia. ¶ Si enim illum haudquaquam scimus mendacem, confert plurimū qd pollicitus est vel post obitum ipsum, hec enim inquit superne predestinauit, nec predestinati hunc penitebit neq; ob id quia iudei non secum senserūt, istiusmodi est nobis premia collaturus, sed quia sic est diuina mente conceptum, & summa ille vel ante secula affectus est erga nos caritate, est sane ingenuitatis nostre argumentum non mediocre, quod ab eterno tantum sit hic amore nos persecutus.

¶ **MANIFESTAVIT** autem temporibus suis verbum suum in predicatione. ¶ Ne quis forsan id querat cur Deus in his conferendis, que ante secula predestinauit, tanta est vsus dilatione. Subdit itaq; id quidem dispensationis gratia egit, & vt tempore suo id faceret, suis autem dicit temporibus pro debitis scilicet & congruentibus, Verum quid ille manifestauit, verbum videlicet suum, id est euangelium, quomodocumque in predicatione, hoc est aperte & sidenter qui enim predicat nec quidpiam addit, nec demit, sic & ipsi ea nunc predicamus que sunt nobis iniuncta, ita tamen vt exaudiri nos ab omnibus liceat, quemadmodum dixit & Christus, predicate supra domus fastigia, vt cum ex modo ipso tum loco eius doctrine apertam sinceritatem commendat. Manifestauit autem inquit eius verbum vt ostendat cuncta euangelii amplexari vel ea quidem que nobis sunt in presentia collata pietatem videlicet fidem & veritatem, & in futurum perpetuam vitam. Nonnulli vero verbū filiū ipm intellexere.

Non ois veritatis sed eius que scdm pietate cognitio nobis in bñf cedit.

Non obid sum⁹ fide esse secuti quia iudei res puerunt sed qd p electi.

**Q**VE credita est mihi scdm̄ preceptum saluatoris nostri Dei. \* Que iquit pre-  
dicatio mihi est demandata, si res igitur ita se habet, nequaquam debeo que indignatur  
eo, sentire, qui mihi hanc demandauit, nec aspernari aut grauius ferre quod mihi e-  
creditum. Et hec quidem secundum preceptum mihi est credita predicatio, hoc est ve-  
lim nolim, vt hanc exerceam necesse est, quecumq; enim vt fiat cogit necessitas, parti-  
ex aliorum sunt mandato, partim aliena exhortatione perficiuntur, reconciliare nam-  
q; fratri tuo iubentis est dictum quod qui non egerit penas luet, illud vero vende  
substantiam, & qui potest capere capiat, adhortatis est, & qui minus id exequetur  
quaquam est tormentis obnoxius. Mihi itaq; iniuncta ex precepto est predicatio, hoc est  
id vt agam necesse est, & vt mihi si non euangelizauero, quod sane necessitatis est  
primatum concupiscentis. At cuius mandatum hoc est & preceptum saluatoris nimirum  
Dei, ille itaq; qui vult saluos nos fieri Deus hec ipsa iniunxit, cur ergo salutare id  
opus non subministrat.

**T**ITO dilecto filio. \* Potest namq; & filius dici nec tamen dilectus vt quispiam  
qui & si Christianus sit, fornicator tamen est & auaritie deditus, filius quia per bap-  
tismum regeneratus, nequaquam vero dilectus quia indignus est patre.

**S**ECVNDVM communem fidem. \* Cum Titum filium appellasset, & patris  
in morem hunc suscepisset, delatum tamen sibi ipsi honorem immittit inquitens nil  
amplius ego sum, qua ipse quod secundum fidem habet assensus, est enim hec vtriusq; no-  
strum communis, per quam nobis & genituram peperimus, cur ergo filium hunc di-  
cit: nimirum vel vt sui amoris erga eum preferat magnitudinem, vel quia hunc ipse  
baptismi aqua perluerit. Cum igitur eadem vtriusq; sit fides fraterno & mutuo vin-  
culo connectuntur, & quia Titum Paulus baptizauit huius & pater nuncupatur, ita-  
q; cum secundum fidem inquit communem fraternitatem pretendit.

**G**RATIA misericordia pax a Deo patre & dno IESV CHRISTO saluato-  
re nostro. \* Vel fraternam ex hoc coniunctionem ostendit, cum inquit Deo patre,  
& Titum excitat, vt cuius sit filius recordetur, qd Dei videlicet. Aduerte autem que  
vel idiotis & secularibus bona precetur, eadem hunc Episcopo & doctori precipere,  
quippe cum is precipue diuina gratia egeat, qui multis oneribus vrgeatur, nec mi-  
nus & misericordia, vt qui multis esset malis obstrictus, & pace, vt qui perturbationi-  
bus & innumeris certaminibus vexaretur: opus itaq; vel per vnum aliquod quod re-  
cte gesserit celos Episcopum promereri, & ob semel malum commissum facinus de-  
ferri ad inferos.

**H**IVS rei gratia reliquit te Crete vt ea que defunt corrigas. \* Vt enim vel mul-  
torum in domibus que fuerint administranda, partem singuli sibi delumunt, & per-  
agunt sic & hi sibi diuersas sunt mundi plagas ad fidem instituendas partiti, & eata-  
men in re omnes operam intendebant, quod sane hoc loco designat cum inquit, reli-  
quit te Crete tanquam ipse illo relicto, alio predicandi gratia concessisset. Aduerte autem  
quemadmodum nihil hunc pudeat, ad discipulum scribere, vt ea suppleret, emenda-  
retq; que fuisset abs se intermissa, ad communem namq; vtilitatem intendeat & com-  
modum, non propriis honoribus prospiciebat. Nec minus illud attende, quemadmo-  
dum que laboriosa essent & plena discriminis, per se ipse exequatur, que vero vel  
gloriam essent, vel laudem allatura, discipulo demandabat, Episcoporum dico insi-  
tutiones consecrationesq; & huiusmodi que ceremoniis indigent.

**L**ET constituas per ciuitates Presbyteros sicut & ego tibi disposui. \* Presbyteros  
hoc loco Episcopos dicit, sicuti & in Epistola ad timotheum predixerat. Instituit au-  
tem vt ciuitatibus singulis, singuli preficerentur episcopi, neq; enim volebat insulam  
vniuersam vni Episcopo demandari, sed vnamquamq; urbem proprium habere pa-  
storem iniunxit

Partitio  
discipu-  
lorum  
Christi.

Cōis vti-  
litas facit  
episcopū  
multa in-  
termitte-  
re.

Que p-  
se faciat  
Paulus,

rem iniunxit existimans hoc modo leuiorem fore toleratu laborem, & diligentius hos  
populum curaturos.

**S**I QVIS & sine crimine. \* Si vitam scilicet duxerit inculpabilem, & que neque-  
at criminis inculcari, Si nemo, inquit, huius carperit viuendi modum, si enim lux aut  
tenebræ sunt, tenebræ quantæ erunt.

**V**NIVS Vxorivir. \* Vt hereticoꝝ ora occludat nuptias obrectatiū. Vel eū qui  
vxoꝝ habeat in episcopū suscipit, Nā adeo honorabile cōiugiū ē, vt vel ex eo possit ad  
sc̄tam illam episcopatus sedem ascendi, Vt autē incōtinētes, & luxuriosos castiget; veli  
inquit, vnus sit vir vxoris episcopus, & iure quidē, Nam qui erga primam, & vnicam  
nulla sit charitate affectus; quo pacto poterit ecclesiæ prefici; & cū necesse sit, vt culpa  
vacet episcopus Bigamus, sane binis vxoribus vsus, nequaquam erit non criminandus, tam  
est ex humanis legibus nil forsitan crimini videatur obnoxius.

**F**ILIOS Habens fideles nō in accusatiōe luxuriæ, aut nō subditos. \* Qui enim  
nō recte, p̄rios instruxerit liberos, quo pacto ad ea que rectora sunt instituet alienos;  
quid vtiq; ex eo p̄picuū est. Nam si ab ineunte etate diligenti cura filios educasset; ne  
quaquam inobedientes euassent, & contumaces, nec simpliciter dixit, non incontinentes  
sed qui nihil prorsus luxuriæ incusentur, nec prauæ sint conscientiæ.

**O**PORtet enim episcopum sine crimine esse; sicut Dei dispensatorem. \* Quoniam  
hic pacto crimine vacabit, si infideles, & dissolutos habeat liberos; is namq; quem pro-  
pria domui Deus prefecerit, locum obtinet Dei, necesse ē itaq; vnde quaquam hic sibi ac-  
tuis diligenter prospiciat, caueatq; ne in facinus aliquod prolabantur.

**N**ON Superbum. \* Qui enim exteriori hoc, & mundano potitur imperio, inui-  
tis imperat, eoq; & in eos pro suo arbitratu supbius dominatur, episcopū vero qui vo-  
lentibus presidet, nequaquam decet imperiosum se presert, & insolentem, vel pro eius arbi-  
trio & subditis inconsultis, aliquid peragat. Id enim tyranni factitant.

**N**ON Iracūdū. \* Supbia sequitur iracūdia; oportet itaq; vt ab hac etiā caueat, nā  
quo modo alios instruet ab eiusmodi animi turbatiōe abstineat, qui se nō castiget.

**N**ON Vinolentum. \* Hoc est, non contumeliosum, & conuiciatorem, quid enim  
est aliis conuiciandum, siquidem deterrēdi sunt potius contumaces gehennæ com-  
minatione, quam contumeliis, & probro afficiendi.

**N**ON PERCVSSOREM. \* Nec manibus inquit, nec verbis acerbioribus itē-  
pestiue quequam offendat episcopus, est enim hic medici loco habendus, qui mederi  
vulneribus debet, non exasperare.

**N**on turpis lucri cupidum. \* Hoc est, vt plurimū pecuniarū p̄ se ferat cōtemptum  
necesse est, est namq; quodcūq; lucri episcopo, vel si iustius sit indecorum.

**S**ED Hospitalem. \* Non modo scilicet hūc vt alius questui habeat dedecet; quin  
& sua in excipiendis hospitibus conferat oportebit.

**B**ENIGNVM. \* Benignum appellat, qui humanitate sit, & modestia preditus  
& nulli inuideat. **C**ONTINENTEM. \* Id est purum.

**C**IVSTVM. \* Qui nullius personam vel preferat, vel habeat acceptiorem.

**S**anctum. \* Qui, s̄. p̄. i. se erga diuina exhibeat, & deo debita reddere nil desistat.

**S**obrium. \* Non modo qui in victu sit parcior, sed tam linguæ q̄ manibus, & pro-  
nis ad lasciuia oculis imperet, qui enim se talem prestiterit; vere est continens

**A**mplectentem eum, cui secundum doctrinam est fidelis sermo. \* Hoc est, proui-  
dentem, & id habentem negocii, vt sermoni innitatur, qui fidelis sit, hoc est, verus nō  
qui opinationibus, & argutiolis proferatur, Vnde & secundum doctrinam intulit, at-  
guēs hūc vel sine hesternæ huius, & mūdānæ sapiētiae adminiculo, instruere alios posse  
Non enim turgentibus verbis ē opus, sed sacrarum scripturarum peritiā, & altioris in-  
C. i.

Bigam<sup>9</sup>  
licet cri-  
mini nō  
sit obno-  
xi<sup>9</sup>; ordi-  
nari non  
debet.

Cōtumā-  
ces terre-  
di.



intelligentiæ virtute / & sensus, ex his nãq; doctrina, qualis & Pauli fuit, prouehitur.  
**¶** **CVT** Potens sit exhortari in doctrina sana, & eos qui contradicunt arguere, & hoc est, vt domesticos, & familiares tutetur stabilitq; quofit: vt qui nec suos seruare in fide de valet, nec cõfirmare, & cõfutare aduersantium dicta nil nouit, & omnem sensum eptiuũ in Christi obedientiam ducere, falso episcopi fungatur officio, Atqui vel in subditis / & inferioribus poterit quispiam ceteras omnes inuenire, quod tamen maxime episcopum exprimat / præferatq; doctrina est: & aliorum instructio.

**¶** **CVNT** Enim multi inobediẽtes / vaniloqui / seductores. **¶** Cum inobedientiam dixit, omnium expressit malorum radicem. Nam qui obtempere alteri nolit, nec patiti imperium potest, sed alios magis vt præsit, inuaserit nec recti quicq; nec sane didicisse se se profitebitur, qui vt ab aliis instruat nil sustinet: is sane & vaniloquus est: & deceptor, qui cum seipsum, tum alios fallat.

**¶** **MAXIME** Autem qui ex circũcisione sunt. **¶** His quidem & dñs perfididit, exprobrat cupiditatem, qui vel post fidem susceptam id morbi nil omiserunt.

**¶** **CVVOS** Oportet redargui. **¶** Hoc est, valde sunt obiurgandi, & ita vt eorum ora intercludatur. Dicit aliquis, quid inde obuenturum est lucrisi his cõtumaces cõsunt & rebelles, silentium indicatur. His quidem prodesse nil poterit, sed aliis plurimum, qui possent ab his & corrumpi, & inquinari, si cõticeret episcopus. Pro his enim & rationem est redditurus, Idcirco continendi sunt, & frenandi, qui vero id facere nequit, nec episcopatus dignitatem assumat.

Quibus dolabris nititur diabolus domum dei euertere.

**¶** **CVI** Vniuersas domos subuertunt docentes que non oportet turpis lucri gratia, & turpe lucrum, vel domos ipsas euersum iri, his enim vectibus demon / & dolabris nititur, vt Dei donum euertat.

Epimenides.

**¶** **DIXIT** Quidam ex illis pprius iporum Propheta. Cretenes semp mendaces, malæ bestia, ventres pigri, testimoniũ hoc verũ est. **¶** Queri potest cur Paulus a grecis productum testimonium laudet, p̄sertim cum illud haudquaquam recte pditum extitisset: & quis p̄ terea dicti huius auctor fuerit? Epimenides sane is est, qui grecorum omnium fuit, qui sapientes sunt habitus mordacissimus, & rebus vesanis, & deestabilibus carpendis, admodum intendebat, & ita vt vera predicere, & vaticinari sibi suis, Is itaq; conspiciatus Cretenes, & tumultum Ioui excitasse, & hunc haud secus ac mortalem aliquem venerari cõcitat? mox e, de patriæ zelo, & istiusmodi Iouem affatur, tibi Iuppiter Cretele smēdaces / & ventri addicti, & malæ bestia, tumulu extruxere, tu vero haudquaquam montem cõstisti: sed viuis p̄petuo. Nunc itaq; verba hec Paulus, quibus ille in Cretenes e vltus, vera esse testatur, cum repetit, Dicit aliquis, quid ergo erat gẽtilis hominis testimonio opus? ita quidem, sic enim illos pudere cogebat, cum eorum nequitiam Greci Philosophi, & coniunctissimi testimonio exprobraret. Cõsuevit enim sic facere Paulus, quemadmodum & apud Athenienses dum interea cõsueuonaretur, aram p̄fessus est, quam illi ignoto Deo dicatam assueuerant: veri esse, & eius quem continenter is predicaret. Solent enim homines ex propriis, & cognitis argumentis conuinci, sicuti & apud iudeos disputans Prophetarum testimoniis vt tebantur, non euangelii. Id ipsum facit & Deus, cum singulos hisce ex rebus trahit ad sui cognitionem, quibus & insueuerunt magis, & credunt, quemadmodum & magos per stellam ad se traduxit, & Saulem per vaniloquam illam, cui fidem prebebat, & vaticinatores per boues qui arcam traherent, non q; hi vera predicarent, sed vt p̄prio ex ore illos coarguat, quinetiam & Balaam sinit & benedicere, & vaticinari, sicut enim ea semper permittere que nobis sunt profutura. Queret aliquis, Cur ergo Christus, & Paulus ipse prohibendo demones coarcebant, ne quid de se testificarent?

ara ignoti Dei.

tur: quia satis erant ad p̄suasione miracula que per se edebantur, quinetiam vel cum seipsum Christus, & fateretur, & predicaret, facere satis is videbatur.

**¶** **CVAM** Ob causam increpa eos dure. **¶** Cum itaq; inquit, mendaces sunt, quod utiq; dol? pretendit, impudentesq; / & vetri dediti acriter sunt, & duri? increpandi, qñ quidem nil his prodesset benignitas, nam quemadmodũ si mansuetũ quis, & natura modestiorem vehementer incessat, deperdit, sic sane qui impudenti, & immitti blanditur, corrumpit, quippe qui nequaquam sinit hũc blandiendo, sui ipsius habere cognitionẽ. Hoc autem loco non alienos dicit, sed domesticos esse coarguendos.

**¶** **CVT** Sani sint in fide nõ intendetes iudaicis fabulis, erit enim id salutiferũ, cũ nihil qd adulterinum sit, vel externũ, & accersitum in fide induxerint, que vel sola p̄t per se salutẽ afferre, mortiferũ vero si cõtra egerint, Duplices itaq; fabulas res iudaicæ præferunt, tum quia intempestiue sunt, & iutiles, tum quia si illis intenditur: officiũ plurimum, vt igitur nihil e fidei fabellis prestandũ, ita neq; p̄ hos vlla his erit fides prestanda. Nam et si veteris testamenti volumina sanctitate sunt, si recte intelligantur oppleta, ita vt nec dici fabulæ possint, Quid nĩ? cum ab his ad euangelii veritatem instrui mur, expositiones tamen, & que in posterum sunt a iudeis peruerse interpretata, fabulæ sunt, & commenta, quod plane ex sequentibus patet.

**¶** **CVT** Medaciis hoim auerantiũ veritatẽ. **¶** Vides ne quid esse fabulas dicat, hoim scilicet madata veritatẽ refugientiũ, sicuti cũ i Ysaia, tum in euangelio scribitur, & reliqua ite, cuiusmodi sunt escarũ obseruationes, vt in sequentibus clarius innotescant.

**¶** **CVNIA** Munda mundis, inquinatis autem, & infidelib? nihil est mũdum, sed cõinquinatæ sunt illorum & mens, & cõsuetia. Nõ enim pro earum natura vel munda, vel immũda: res sunt, sed pro eorum voluntate, qui illis vescuntur. Nam qui puriores sunt, & fideles, cũcta pro mundis habent, vt que a Deo sint condita, flagitia dumtaxat immũda duxerit. Nã si nõ nulla lex contineret immũda, & ab his cauendũ iuberet, haud temere id faciebat, sed vt luxũ iudeis, & delicias interciperet, nil tamen ignora haudquaquam aliter hos sibi, qui ad gulam essent, & v̄trem propensiores fuisse obtemperturos. Si vero impuri sunt, qui immũdis in cibum vtuntur, & infideles, his plane erunt vniuersa immũda, Quid itaq; quia pisces plerũq; humana carne depasti puriores his videbũtur: qui superuacanea ista cõquirũt. Gallinacei vero pulli q; fimo vescantur, & sordibus, immundi. Fit itaq; vt mens inquinatior de his male existimãs que nobis sunt in esum creata, sibi ipi stulte ista cõsingat immunda, cum suapte naturæ nequaquam sint. Nec secus agunt istiusmodi homines, ac solet, qui affecto sit stomacho cum cibos, & si suauissimi sint, insuaues tamen existimat. Nec minus & capitis vertigine laboranti, terra circũferri videbitur, cum firmior, & stabilis maneat, est enim morbo huic ea annexa suspicio, vt omnia volutentur in gyrum. Hoc sane morbo & Manichei laborant, & Marchionistæ, & heretici omnes, qui nuper ab his prodire, quos galathas appellant.

Vertigo capitis.

**¶** **CVCONFITENTVR** Se r̄osse Deum, factis autem negant: cum sint abominati, & increduli, & ad omne opus bonũ reprobi. **¶** Vides ne quidnã immundos, & sordidos reddat? opera scilicet facere inquinata, est sane & sine operibus demortua fides, est & horrori qui mortuus est, & quauis in re & reicitur, & improbat.

**¶** **CVT** Autem loquere que decet sanam doctrinam. **¶** Et si nullã dictis tuis adhibeant fidem, & reprobi sint, tu tamen qd tua interest facito, nihil obticeas, sed verba ede, vel si minus his vacent auditores, nec exequantur que dixeris.

**¶** **CVSENE** Vt sobrii sint. **¶** Cũ etatis vitio senes tardiores sint obliuiosi, & torpidi, & admodum difficiles, eo inquit, q; sobrii sint, id est exciti, & in his que Dei sunt p̄piciaciores, & diligentes.

Senes quales.

**GRAVES** Pudici. Sapiētes & graues viros pudicos & castos dicit, quod mētis integræ sint. Sūt nāq; ex senibus furibūdī nōnulli, & rabīdī, & plene demētēs, p̄ riq; vino, multi de spatione, & animi pusillitate concitati.

**SANI** In fide, in dilectiōe, & patientia. Senioribus precipue iniungitur tolerātia, nec immerito, vt qb̄ atrabilis sūmīs infideat naribus, & minimis obturbentur.

**ANVS** Similiter in habitu sancto. Aniculas dicit, vel ex gestu ip̄o, & habitu debere pre se decorem, & modestiam ferre. Nonnulli vero que in ecclesia ministrandi munere funguntur, has esse dicunt, quas vel ex ip̄o amictu deposcit, vt sanctitatis preferant decus, id est, que sacris congruant ministeriis.

Senectus  
vini cupidior.

**NON** Criminatrices, nō vino multum seruientes. Cum enim natura sepe idior sit ip̄a senectus, vini cupidior est, cui cum nequeat vt imbecilla oblitescere, mero obliuente puincitur, nec sane ab eo quod hauferit moderatius, sed & animo abundantius superatur. Quocirca ad alios criminandum sunt aniculae procliuiores.

**BENE** Docentes. Quo pacto alibi dicit mulieri vt doceat non p̄mittit sibi quidem de communi doctrina, & instructione sit mētio, que in ecclesiis exercetur, & hec ferme feminis interceditur, hic vero ea commemorat, que domi apud mulierculas, & seorsum habetur, quod utiq; ex sequentibus sic se habere intelliges.

**VT** Prudentiam doceant adolescentulas vt viros suos ament. Non domesticas modo, & filias, sed reliquas omnes, que iuuenili florent etate, vt viros ament doceant, perinde ac si dicat, singulae anus adolescentiorem erudiant, vt viri amore detineantur, vt thori coniugalis, & vinculum prestet, & domestica bona precellant, quod sane si fiet, & bona reliqua sublequentur, augetur enim & res familiaris, & pecunia abundabit. Vt contra si vxoris in virum substuleris charitatem, vel si presto sint, & vbertim affluant omnia, in nihilum facile dilabuntur.

**FILIOS** Diligant. Mulier enim que radicem, hoc est, virum dilexerit, longe magis & fructus, hoc est, filios ip̄os amore prosequetur non mediocri.

**CONTINENTES**, Castas, domus curam habentes, benignas, propriis subditas viris. Que enim virum dilexerit, castam se, & puram mente prestabit, & corpore, id est aliorum virorum concubitu, & appetentia abstinebit, & domus curam habebit, hoc est, optime rem domesticam dispensabit, quippe que ob viri benevolentiam dilis gentissime rem familiarem curabit, nil prorsus vel luxui, vel superuacaneis sumptibus, & ornamenti intēta, cui enim poterit alteri morem gerere, que ei quem plurimum amet, toto animo obsequatur. Aduerte autē (vt Apostolus, qui semper nos a rerum presentium cura disiungit) nunc sedulo, vt domi res bene curentur, hortando insistit, vt eam ostendat, que domi se recte gesserit, & in spiritalibus profecturam.

**NE** Verbum Dei blasphemetur. Vides quemadmodum pre ceteris predicatio nis curam susceperit, non rerum presentium, si enim fidelis mulier infideli cohabitans nequaquam virtute sit predita, fidei nostræ haud dubie per impios maledicetur, & blasphemia omnis in fidem, & execratio recidet.

**IUVENES** Similiter exhortare, vt sobrii sint. Adolescentibus quidem femelulis anus inflitūēdis p̄posuit, id est, mulieribus mulieres, iunioribus vero Titū, videlicet virū viris, ubiq; enim Apostolus decorem, & honestatem tutatur. Quid vero inquiet aliquis ad continentiam cohortādi sunt his, quia ea precipue etate ex voluptatibus ignis emanans, iuuenes ip̄os infestat, qui utiq; & restringendus est castitati studendum.

**IN OMNIBVS** Te ipsum prebe formam bonorum operum. Erudiant iquē aniculae adolescentulas, & ipse iuniores instruito. ea lege, vt in communem doctrinā & virtutis exemplum tua sit vita tanquam speculum aliquod, & imago expolita, bona cupientibus contemplari, que illi inerunt.

**IN** Doctrina, in integritate, in castitate. Ne scilicet corrupta sint, & falsa que docent, sed integra, & a recta ratione prodeuntia.

**IN** Grauitate. Vt nil, s. habeat tua instructio quod nouum sit & insolitum, & insipientes offendat, sed cuncta & religiosa sint, & pro Dei dignitate deprompta.

**VERBUM** Sanum, & irreprehensibile. Hoc est orthodoxum, quod recta sentiat, nec habeat quidpiam quod possit coargui.

**VT** His, qui ex aduerso evertatur, nihil habens malum dicere de nobis. Aduersantem vel diabolum dicit, vel alium quem quis qui illi inferuat.

**SERVOS** Dominis suis subesse in omnibus placentes. Fit itaq; vt qui sub continentia, & castitatis p̄textu a viris vxores seiuixerit, & dominis subduxerit seruos, reprehensio non careat, namq; & causam prebet amplissimā, vt maledictis fides hec nostra, & religio laceretur, & in ea carpenda omnium ora patefiant.

**NON** Contradicentes, nō fraudantes, sed in omnibus bonam fidem ostēdentes. Aduerte quemadmodum vt ea a m̄cipiis exigat, que oim apprime sint dominis grata, videlicet vt iussi nil cōtradican, sed quod iniunctum est, mox exequantur, vt nihil futurum, vel subtrahant, sed fidos se presentent, hec enim domini, qui vitæ huius bonis incumbunt, diligentissime curant, vt assequantur.

**VT** Doctrinā saluatoris dei nri ornēt i oibus. Eni vero si tales se p̄stiterit serui, Christiano nomini gloriæ erūt. Nam gentilis aliquis cōspicatus tam bene a Christi sectatoribus substitutū, quo pacto poterit Christianam doctrinā non obstupescere, q̄tātī sint vt vt seruilē aīm quiuerit emēdare, & ad rectiora traducere, est enim nescio quo pacto seruorū gen̄ petulās, nequā, & iprobū, quia nec recte sint, & liberaliter educati, sed a dñis semp neglecti, nec sub rōne p̄borū hoim veniant, & libertate fruētū, nec libere sunt vel enutriti, vel instructi. Itaq; & alibi Paulus hūc modū eosdem haud temere commonefacit, tanq̄ Deo seruientes non hominibus. Si enim hero morem optime gesserit, honos tñ Deo defertur, cuius ob gratiam te tam morigerum exhibes.

**APPARUIT** Enim grā Dei saluatoris nostri omnibus hominibus. Cū multa, & magna exegisset a seruis, quod ex eorum videlicet vita virtute predita, & domini decoretur doctrina, Ostendit nunc quemadmodum merito ab his ista deposcat, nam & in his ipsis, et si seruili conditione sint, Saluatoris apparuit gratia, quandoquidem omnibus apparuisse hanc dicit hominibus, quibus multorum facinorum, & gratis concesserit veniam, quocirca debent sane & hi ad Dei gloriam tam bene de se merentes, & vitam ducere impollutam.

**SERVDIENS** Nos vt abnegātes impietatem, & secularia desideria. Ex his preterea ad verecundiam hos ip̄os compellit, perinde ac si dicat Deum quidem instructorē iam nacti quo pacto nō & vitam agere pro eius dignitate debetis, si quidem ei in nos beneficium nequaquam haectenus progrediens terminetur, vt missa fecerit per vos olim commissa, sed i futurum etiam tutiores nos faciat, quos plerūq; idcirco castigat, vt in reliquum continenter viuamus, cum primum impietatem omnem reiciimus, & mūdi cupiditates, quas abnegando toto animo ad Deum nos esse conuersos significam, Impietatem autem deorum cultum appellat, & dogmatum prauitatem, mūdana vero desideria auariciam dicit, & luxum, & reliqua que celum minus pertingūt sed cum hoc mundo & proficiunt, & dissoluuntur, ob id igitur & Christus aduenit, vt & impias opiniones penitus abnegemus, & vitam celestem, & ita vtrumq; toto animi affectu odio prosequamur.

**SOBRIE** Et iuste, & pie viuamus. Cum sobrie dicit, non modo luxuriæ, sed & ceterorum indicit vitiorum abstinentiam. Nam si pecunias cōcupiscas, ducere vitam sobrie non videris, quin eo eris icōtinētor, quo istiusmodi auariciæ morbus nul-

Verbū orthodoxū

Seruorū gen̄ ple rūq; petulās im probum,

lum ducit a natura ortum, & demum a quocūq; vitiorum genere quis deuincatur in  
continens erit, & minus sobrius.

Duplex  
aduētus  
Christi  
primus hu  
milis, se  
cū d' in  
glia, pri  
m' gram  
cōfert: se  
cū d' pre  
mia.

**IN** Hoc seculo. Presens enim hoc seculum certamē habet, futurū vero & p̄mia.  
**EXPECTANTES** Beatam vitam, & aduentum gloriæ magni Dei, & saluato  
ris nostri IESV CHRISTI. Ecce quemadmodum in p̄miū sit secūdus Christi  
futura aduētus, qui vere beatissimus erit, recte autem gloriæ dixit, nam duos aliter  
Christi aduentus, quorum prior (vt dictum est) grām habuit, & veniam peccatorum  
humilisque, & abiectior fuit. Secundus vero retributionem est cuiq; pro meritis ab  
laturus, & cum gloria/maiestateq; patefiet, vt in euangelio sic dictum esse satis iam  
constat. Cum venerit filius hominis in maiestate sua. Verum vbinam gentium sumus,  
qui filium ipsum imminuunt, nec Deum fateri hunc patiuntur, audiant non quem  
admodum & Deus sit ille, & magnitudine preter, que magnitudo Dei esse asseritur  
non vt cum inferiore aliquo comparetur, sed quia magnus sit ille, & prestans, qui & est  
aduētiarior, & sibi infensos saluos fecit, quid ille non nobis adueniens, si probos depre  
henderit daturus est?

**ET** Dedit seipsum pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate. Valid quid  
dem eius est cum potestatis, tum magnitudinis argumentū, qd se pro nobis tradidit  
derit, nec ea quidem ratioe vt hunc redimat, illum vero nequaq; sed vt omnes & aqua  
uis eximat prauitate, est itaq; nobis redemptio hec precibus deprecanda.

**ET** Mundaret sibi populum acceptabilem. Per baptismi lauacrum, & diuino  
rum ipsius, & purgantium preceptorum operationem, & virtutem, populum & pu  
riorem efficit, & familiarem, & acceptabilem reddit, quod enim latine acceptabilem  
interpretatum est periuision: greci & significantius dicunt, perinde populus is exprī  
matur: qui circa domini sui substantiam procurandam, & opes veretur tanquam pre  
cipuus vnus ab hero electus, qui nihil ceterorum sit similis.

**SECTATOREM** Bonorū operū. Hoc est, acceleratius ad virtutē p̄ficiēte  
p̄ferētemq; ad bonos sectandos emulationē, & zelū, proculdubio ardentissimum, ad  
Deum itaq; redemptio spectat, ad nos vero vt opera rectiora sectemur.

**HEC** Loquere, & exhortare, & argue cum omni imperio. Prius inquit, loque  
re, & exhortare, id ē leniter instrue, deinde redargue, nec quidē simpliciter, sed cū om  
ni imperio, hoc est cum acrimonia multa, & audetia. Nam cū essent Cretenses ad bo  
num difficiles, vt duriores se, & acrem aduersus hos p̄beat mandat. Sunt autē plere  
q; que austeritate nō indigent: sed monitis tantum, & persuasione vincuntur, vt cum  
dicimus contemnendas esse pecunias, Nonnulla vero que acerrima egent castigatio  
ne, quemadmodum adulterinum furta auaricia, & magicæ artes.

**NEMO** Te contemnat. Cum oportune scilicet austerum te exhibueris obitur  
gando nemini eris derisui, vt contra solet: qui minus necessario tempore alios incre  
pando inceserit, paruifert.

Obedi  
tia erga  
principes.

**ADMONE ILLOS** Principibus, & potestatibus subditos esse dicto obedire  
ad omne opus quod bonum est paratos esse. Vbiq; statuit vt se principibus sub  
dant: ostenditq; & qui debeat in ea subiectione haberi modus hic scilicet, vt ad opus  
bonum quodcumq; seipos subiicere paratiores sint: vnde perspicuum est eos qui ad  
malum sunt prompti, & expediti, principum iussis minus obtemperare, itemq; non  
ad impietatem, vel eiusmodi aliqua, quæ officiant animæ, exequenda, vel si princi  
pes ipsi iniungant, parere hos iubet.

**NEMINEM** BLASPHEMARE NON Litigiosos esse, sed modestos. Quoniam moneas velim: vt neminem maledictis incessant, nec eum quidem facti  
tet mala, est enim necesse, vt a quouis conuicio os nostrū immune seruetur, quod vel si

ire inferatur, nil tamē interest nra alios iudicare, At si iniuria licet prospicere q̄ sum  
mam ex eo nobis impendat discrimen.

**COMNEM** Ostendentes mansuetudinem ad omnes homines, siue iudei sint sci  
licet, siue greci, siue mali fuerint, siue iniusti qui iniuriam inferunt. Erasmus enim ali  
quando insipientes, & increduli/errantes/seruientes desideris, & voluptatibus variis  
In ea quidem quam ad Galathas conscripsit epistola ex rebus futuris ne alios iudi  
cent iniquiens/perterrefacit, qui videtur stare videat ne cadat, hic vero ex preteritis cō  
tinentiores hos facit hoc modo, Non enim libet vt alios incessendo ipsi conuiciemur, q  
olim in peiora prolapsi delinquimus, quod item vt latro noxio alteri obiiciebat, quod  
eodem crimine esset, quo ipse obstrictus. At quando insipientes nos fuimus, nimir  
rum ante Christi aduentum, nam quo pacto non dici insipientia debet, diis, & idolis  
inferuisse? Quomodo non error ingens, mortalibus immolare? Accedit etiam quod  
desideris/voluptatibus variis operam dedimus, & nephariis facinoribus obstringe  
bamur. Verum hoc loco furibundam, & detestabilem i pueros libidinem, & cum ma  
tre inita connubia, & cum sorore incestus, Paulus tacite detestatur, & alia feda facino  
ra, perinde ac si dicat, sic variis modis nobis illulit diabolus.

Iudicare  
de pxio.

Detesta  
bilis libi  
doi pue  
ros.

**IN** Malicia, & inuidia agentes, & odibiles odientes inuicem. In malicia, hoc est  
odio, & liuore degentes assidue, & hec fere pro vita ducentes: quo fit, vt digni odio si  
mus, qui mutuo nos inuicem odio prosequamur, odio vero, & liuore rectius dicit: cū  
ab inuidia constet odium produsse.

**CVM** Autem benignitas, & humanitas apparuit saluatoris nostri Dei. Cum  
incarnatus scilicet est vnigenitus, & similis nobis effectus.

**NON** Ex opibus iusticiae que fecimus nos, sed secundum misericordiam suam sal  
uos nos fecit. Hos inquit, saluos effecit, non ex opibus que ipsi fecerimus, id est, neq;  
iusticiae sum? opera executi, neq; salutem ex his nobis peperimus.

Baptiza  
ri est de  
nuona  
sci.

**PER** Lauacrum regenerationis, & renouationis spiritus sancti, quem effudit in  
nos abunde, per IESVM CHRISTVM Saluatorem nostrum. Quā ipsi era  
mus nequitia, & improbitate offusi, vt purgari his nequiremus, nisi denuo nascere  
mur, id enim prefert, cum per lauacrum regenerationis, & renouationis subiūgit, hoc  
est, secundo nos nasci, & creati oportuit. Nam quemadmodum domus pre vetustate  
iam iam collapsura, cum instauranda est nobis, nullis hanc sustentaculis obfirmam?  
sed diruimus funditus, vt nouam edificemus. Si deus non aliquid nobis in edificaui,  
sed denuo condidit, & per spiritum sanctum. Et ne id quemadmodum egerit que  
ras, Spiritus inquit vniuersa confecit, At vnde id liquet? quia hunc in nobis abunde  
effudit, Fit itaq; vt nos per hunc non modo iterato condiderit, sed eundem nobis ef  
fusa sit impartitur, vt vel ex hoc, quid spiritus valeat, innotescat. Nam vt nos ille pur  
gavit, & spiritu statim affluenter oppleuit, purum enim qui purior est, non impu  
rum inuadit, Hec autem per IESVM effecit, hic enim & intercessor est, & bona no  
bis vniuersa largitur.

Spūs vni  
uersa cō  
fecit

**VT** Iustificati gratia ipsius vt heredes simus secundum spem vitæ eternæ. Rur  
sum per gratiam dicit, non debito iusticiam esse nos assecutos, quod sane ad humili  
tatem instituit, quippe cum nihil nostra virtute effecimus, quin etiam ad optime de  
futuris sperandum inducit. Nam si per gratiam nos saluos fecit, quibus spes omnis  
salutis abscesserat, longe magis iusticiam assecutos bonis illis futuris donabit, vt here  
des inquit, efficiamur: quemadmodum & spes est vitæ perpetuæ, vel quia iam sim?  
quo ad spem ipsam heredes effecti.

**FIDELIS** Sermo, & de his volo te confirmare vt curent bonis opibus preeffe: qui  
cedūt Deo. Peride ac si dicat, indubitata sunt p̄missa celestia, itaq; cū dei reffabilis

meminisset benignitatis, vel inquit, vel de subsequentibus his teipm admonitum vt discant fideles non solum humiles seiplos prebere, nec beneficia siqua contulerint exprobrare, sed & alios commiserari. Nam qui nouerit quantam ipe sit in se Dei misericordiam cosecutus in alios sese clementiore prestabit. Vt curent inquit, id est opere & studio assidue adnitantur, iniuriam patientibus opitulari, siue viduae sint, siue parentibus orbat, & summatim vt dixerim, indigentibus vniuersis prospicere, id est qd designat cum inquit, vt curent bonis operibus preesse, neq; opperiatur adiri se ab egenis, sed ipsi vltro illorum suscipiant curam.

**HEC** Sūt bona & vtilia hominibus. Cura videlicet istiusmodi & bonoru operu rüpfectura, ve ea ipa que recte gerütur recta sunt, & admodum profutura.

**STULTAS** Autem questiones, & genealogias, & contētiones, & pugnas legis deuita, sunt enim inutiles, & vanæ. Stultas, & inutiles dicit, cuiusmodi sunt, que in dei fidelibus iactanter obiciunt, & proponunt, cum a maioribus suis patriarchis, & prophetis progeniem repetunt, & in his gloriantur, que tamen & declinandae esse iungit. Non enim sunt opera necessaria, omittenda vel tempus in cassum, & vanis lectionibus altercando, & nihil profitentibus conerendū. Quid enim potest his in contentionibus esse profectus, quibus nemo in domino captiuus comprehenditur. Quæret aliquis quo pacto supius aduerfantium iniunxit, vt ora occluderetur? tunc quidē hos frenandos induxit, cum aliis obsunt, & dum loquendo inficiunt, nunc vero seate vt prodesse his queas, eorum est tibi vitanda consuetudo, quippe cū nil profus ex tua conuersatione proficerent, qui corrigi penitus nequeunt.

**HERETICVM** Hominem post vnam, & secundam correptionem deuita, scilicet ens quia peruersus est, qui eiusmodi est, & delinquit, cum sit suo proprio iudicio condemnatus. Quo pacto alibi dixit ne forte illos Deus ad penitentiam ducat, ubi quis dem facit de his mentionem, qui emendationis spem aliquā pferunt, hic vero in correctibilem dicit hereticum, & vnde quaq; adeo plane distortum, & tam variis, & multiplicibus nobis implicatum, vt sese nequeat his explicare, sed per se sit condemnationi adiudicatus, id est, qui nullam habeat sui erroris excusationem, quippe cum nec illud possit pretendere sese a nemine fuisse admonitum, vel ad veritatem instructum, qui & admonitus sit, & optime institutus, quo sit, vt sit per se condemnatus, qui nihil habeat quo sua errata excuset.

**CVM MISERO** Ad te Artemon, aut Tythictum, festina venire ad me Nicopolim, ibi enim statui hiemare. Cuius rei gratia rursum ad se reuocat Titum, & ab opere incepto diuellit, cui tantam, & tam amplissimam insulam demandasset curandam, nimirum vt illi magis possit prodesse, & perfectiorem reddere, nec minus vt & creditum illi opus examinet, & si in eo tractando se gesserit, nec ne. Nicopolis ciuitas est thraciæ, hirsro flumini imminens.

**ZENAM LEGIS** PERITUM, & Apollo sollicitè premitte, vt nihil desit. Legis iudaicæ scilicet peritum, in hac enim erat Ienas ille instructus. Apollo vero eloquentior erat, & sacris literis communitus, his tamen nondum fuerant ecclesiæ in curam aliquæ demandatæ, vt autem nihil his desit, id est, ab uide his necessaria subministrata, victum videlicet, & amictum.

**DISCANT** Autem & nostri bonis operibus preesse ad vsus necessarios. Perinde ac si dicat, possem equidem vel aliter prouidere, vt nulla hi re indigeret, vel imtamen vt nostri, id est, qui circa te sunt, discant ex hmoi necessariis rebus Zene, & Apollo suppeditatibonis preesse operibus, quemadmodum est pecuniis indigentibus, & verbis, & quibusuis modis subuenire. Neq; adeo vt illi ex his aliquid lucrifaciant, sed vt ipsi fructum accipiant ex ea clementia, qua sunt in proximos vsu. Nam & do-

Stultæ genealogiæ vitæ dæ.

Qd diu mali emendationis spem aliq pferunt, nō sūt oī novitadi

minus qui ad hominum quinque milia aluisset, & seipsum alere semper, & discipulos poterat, maluit tamen a muliere cibari, vt & illa ex eo cibatu proficeret. Nec secus dicit de nostris potest, vt non adeo pauperes iuuent opem ferendo quantum & sibi ipsis afferant vtilitatis cum illis impartiantur vite necessitatem, nam nobis & erratorum veniam, & apud Deum fiduciam pariunt inopes.

**SALVTANT** te qui mecum sunt omnes, saluta eos qui nos amāt in fide. Vel eos dicit salutem huic impartiri, qui pura erga se caritate afficerentur, vel qui se colerent fideles & Christiani.

**GRATIA** Dei cum omnibus vobis. Compretatur his vel Dei donum vt eis seruetur, vel vt in hos sit ille clementior, vel forte vt perinde ac si dicat velim dei gratia qua maxime indigetis vobis adsit, & vestras cum animas ipsas tutetur, tum corpora in sancto spiritu cui gloria in secula seculorum. AMEN.

Fructus eleemosyne.

ARGVMENTVM

Philemoni familiares literas facit pro Onesimo seruo eius, scribens ei ab Vrbe Roma de carcere per supra scriptum onesimum.

In Epistolam ad Philemonem Athanasii Prologus.



**I**EC dominos CHRISTVS nec seruos qui se adierint reuocat, ipse namq; est omnium princeps, vel potius pater, quod sane & si ex aliis plerisque rebus ex hac tamen Epistola perspicuum est que & Philemonem herum complectitur & seruum onesimum, & utroq; vt cetera omittam, Paulo beneuolentia & fide coniunctos, Philemonem siquidem, vel ab ipso principio fuit admiratione dignissimus, qui et si esset frigidus genere, moribus tamen & vita fidelis, & sua, sanctorum indigentis impartiebat, & elemosinas conferebat abunde. Onesimus vero Philemonis seruus & fugitiuus in primis quippe qui e Philemonis domo clam sublati pecuniis ceperat fugam, & ubi Romam venisset, predicantem Paulum audiuit, a quo cum in viculis esset ad fidem instructus, & baptisimi aqua perlutus, in admirabilem virum eua sit. Cum itaq; Paulus nequaquam equum existimaret, Philemonem, onesimi fuga & maleficio, animo obturbari, & angere, velletq; eius vulnere, cordi fere adacto, mederi, quod obserui facinus excepisset, onesimum dimittit cum huiuscemodi commendatitia ad eum Epistola. Tametsi dicant pleriq; nequaquam hanc esse cum reliquis Pauli Epistolis annumerandam, quia de re viliori pertractet, Velim tamen aduertat quot bona ex ea fuga sint subsecuta, primum namq; nos edocet, quemadmodum vel his pleriq; que abiectiora & infima sunt, profectus gratia animum, intendamus. Ait enim & dominus nolite ex his pusillis aliquem vnum parui facere, secundo vt cunctis aperiat, & si seruum ipse furacem adeo, & maleficum ad bonum conuerterat, nequaquam esse de nobis, si quicquam deliquimus, desperandum, presertim, qui adoptionis filii sumus liberaliter & ingenue enutriti, tertio q; sub pietatis pretextu, nullo pacto sit seruui inuitis dominis subtrahendi, demum vt minime sint contemptui prorsus habenda, mancipia, que virtute sint predita, neq; eorum consuetudinis & conuersationis pendendum, quandoquidem & Paulus filium appellat Onesimum, qui esset seruitute obstrictus. Quis itaq; erit qui vel Epistolam hanc ceteris annumerandam non merito censeat, que sit tot bonis referta.

Philemon.

Quis sit huius epistole fructus & utilitas.

Non sūt etiā pietatis pretextu, seruui iuitis dominis subtrahendi.

**PAVLVS** vincetus IESV CHRISTI. Initio statim conmonescit, ne serui C.v.

pudeat, qui sibi sit nuper conseruus effectus, quicūq; enim pro Christi nomine ipse iam patimur, pro bonis habenda sunt, vel vincula ipsa, quibus confictus & Paulum iocunditate afficitur, & glorie ducit hisce vinculis victum se dicit, & dignum exilium mat & precatur, identidem, vt per gratiam quod a Philemone petit assequatur qui sit pro Cristo deuinctus.

¶ **LET** Timotheus frater, ¶ Perinde ipse haudquaquam satis ad deprecandum factus valeat, & Timotheum eam ad rem contubernalem assumit & socium, vt saltem quod a pluribus suppliciter postulatur, impetrari facilius queat.

¶ **PHILEMONI** dilecto & adiutori nostro, ¶ Si dilectus Philemon gratiam faciet postulanti, si adiutor nequaquam seruū cum ad se venerit coerebit, sed iterato ad Paulum hunc remissurus est, vt predicanti ministrando inseruiat, nam seruus domini locum supplebit, cum fuerit Paulo restitutus.

¶ **LET** Apie sorori carissime & Archippo comilitoni nostro, ¶ Forte depta fuerat hec Philemoni mulier, & Archippus illi amicitia erat coniunctus, perinde ac si dicat, est sane hoc comilitonis officium, vt pro ea te certet adipiscenda, quam ipsi deposcimus. Is preterea, ille erat Archippus de quo Paulus huiusmodi scribit ad Colosseles, Dicite Archippo vide administrationem quam accepisti.

Archippus quis

¶ **LET** ecclesie que est in domo tua, ¶ Ecclesiam, omnes dicit qui in Philemonis domo erant fideles, & liberos simul & seruos complectitur, Aduerte quam pre se ferat humilitatem Apostolus, vt vel Philemonis domesticos deprecetur, quatenus & precibus suis & votis opitulentur, & apud Philemonem dominum pro se intercedant.

¶ **GRATIA** vobis & pax a deo patre nro & dno IESU CHRISTO, ¶ Quos pacto inquit Dei nobis affutura est gratia, sic certe, si debito nobis obstrictis debita condonemus, quo modo & dno Iesu, pacem tu assequere, si seruo Onesimo conciliabere

¶ **GRATIAS** ago Deo meo semper memoriam tui faciens in orationibus meis, ¶ Quotienscūq; enim tui meminerim (nam & orati mihi offertur perpetua tui memoria) totiens, & Deo gratias ago, pro tua virtute, verum cuiusmodi illa sit virtus ita subiungit,

¶ **AUDIENS** caritatem tuam & dilectionem & fidem, quam habes in dominum nostrum Iesum Christum, & in omnes sanctos, ¶ Hoc loco vt misericordem hunc laudat, non enim e phrigia ad usq; urbem huius esset fama perlata, nisi prestans ille & excellens fuisset, ait itaq; cum erga omnes sanctos sis caritate affectus, debes & Onesimum hunc amore complecti, qui fidelis iam sit vt hoc pacto, & deum ipsum cultu & beneuolentia prosequi videare, vides ne, quam habeant vim in deprecando & persuadendo hec verba!

¶ **VT** communicatio fidei tue euidentis fiat in agnitionem omnis boni, ¶ Oras inquit Deo gratias ago, cum tue gratia caritatis, tum etiam, quia fides tua quam nobi scum es simul adeptus, euidentis est & operatur, ac perinde animata & vegetior redditur. In agnitionem omnis operis boni id est vt opus omne perfectum & ames & peragas, tunc enim viuida dicitur fides, cum recta opera exercemus, vt contra cum operibus caret, habetur de mortua, In vobis autem eo adiecit, vt arguat vel in presenti Philemonem omne in se rectum id opus habere, perinde ac si dicat, omnis operis boni vobis id est quod in te est. Cum vero communicatio fidei inquit Philemonem sibi coniungit & copulat, communis enim hec fides e pluribus vnum facit. Quasi dicat necesse est itaq; vt idem ipse sentias mecum vel fidei communicationem, elemosinam nuncupat, vt que ex fidei magnitudine prodeat. Ait igitur tui semper memoriam facio orans, vt tua hec mens qua bona tua fidelibus impartiris, nunquam desistat.

Fides sine opibus mortua est

¶ **IN** Christo Iesu, ¶ Quasi id inquit, cum beneficium te erga inopes & sanctos

precipue & liberalem exhibeas si Onesimum hunc benigne exceperis, & mihi hanc feceris gratiam. Christo te scias beneficium contulisse.

¶ **GAVDIUM** enim magnum habui in consolatione & caritate tua. ¶ Hoc est leticia sumus affecti, neq; id modo, quin & his in vinculis admodum consolamur, ob tuam hanc caritatem, id est ob tuam beneficam & liberalem animi promptitudinem

¶ **QVIA** viscera sanctorum per te requieuerunt o frater. ¶ Prudenter rem hanc per tractat Apostolus, cum Philemonem commonefacit sue in alios munificentie, vt leniat magis, suadeatq; vt si aliis vel, ignotis beneficia impartitur, longemagis hec sibi debeat vt preceptorum prestare, Nec simpliciter dixit, quemadmodum sanctis bona sua conferret, sed quia per te id est tua ope sanctorum viscera requiescunt, hoc est totis animi viribus tuam in se excipiunt benignitatem, vt pote que vbertim his & consolationem omnia summinisset.

¶ **PROPTER** quod multam fiduciam habens in CHRISTO IESU impera di tibi quod ad rem non pertinet, propter caritatem magis obsecro. ¶ Cum enim requirit in omnes sanctos te talem gesseris, vt eorum corda in te conquiescant, multo magis & ipse in Christo, id est qui te in Christo genuerim, confisus sum tibi iniungere, non vt is qui in te habeat dominatum, sed nostre mutue caritatis ob gratiam quod ad rem non pertinet sic etiam grece legitur, subdit, quasi inquit, confisus sum tibi precipere vt exequaris quod ad rem non pertinet, hoc est superuacaneū est vt illud tibi iniungam quod per te facis, exopto tamen id a te precibus vt intelligas hanc meam pro Onesimo intercessionem, adeo me necessariam existimare vt vel exorandum te duxerim.

¶ **CVM** talis sim vt Paulus senex nunc autem & vincus Iesu Christi. ¶ Cum talis inquit sim nunciū & intercessor vt exaudiri videar non indignus, quippe qui senex iam longior doctrina, & etate sim auctoritatem adeptus, & vinculis, Christi, astringor ob gratiam. Id saltem vt votis meis & precibus facias satis, te potest allicere.

¶ **OBSECO** te pro meo filio quem genui in vinculis meis. ¶ Onesimi idcirco nondum nomen expressit, vt prius Philemonem mitiget iniuria lacesitum, & seruū quidem extollit cum hunc filium dicit, Cur Paule hunc ipsum dignaris hoc nomen vt perinde pater filium nuncupes, nimirum quia hunc genui, & vt baptismo ablueretur effeci, & id sane tunc egi, cum essem catenis deuinctus, Postquam itaq; Philemoni satis iram sedasse est visus, tunc demum & huius, hunc in modum aperit nomen

onesimū filiū suū vocat.

¶ **ONESIMO** qui tibi aliquando inutilis fuit. & Nouerat enim ex peccati confessione iram extinguī, propterea his vsus est verbis.

Peccati confessio irā extinguit.

¶ **INVNC** autem & mihi & tibi vtili, ¶ Quoniam pius est inquit & sanctus effectus, vtriusq; nostrum conducit, si itaq; Paulo qui tam acerrimus esset equitatis exactor, onesimus visus est profuisse, longemagis & Philemoni prodesse videbitur, quod sane Paulus si patefacit, cum inquit, hunc quidem velim qui vtilis mihi est rursus ad me remittas.

¶ **QVEM** remisisti tibi, ¶ Perinde ac si dicat tibi hunc trado pro tuo vt ere arbitrata licenim vel subiratum forsitan Philemonis animum placat.

¶ **VT** vero illum vt mea viscera suscipere, ¶ Id est cum caritate hunc ipsum excipito quem ipse haud secus ac me ipsum & beneuolentia prosequor, & cordi habeo.

¶ **QVEM** ego volueram mecum retinere vt pro te mihi ministraret in vinculis euāgelii. ¶ Attende quam sapienter & sensim in domini loco seruū astituat, vt pro te inquit mihi ministraret. Ostendit preterea ea se cupere, que Philemoni vsui sint futura, tanquam id diceret, si enim tu mihi obstrictus es ministrandi officio, onesimus vero pro te hoc ipsum exequitur, nonne id tibi futurum est lucro.

¶ **SINE** consilio autem tuo nihil volui facere, ¶ Vel ex hoc maxime Philemonem

ipsum demulcet, cum Onesimum afferit in tanta rerum necessitudine, & vindicta, & his quidem dei ob gratiam iniectis, sibi esse ministraturum, id tamen te in consilio exquendum non duxerim. Quo ergo pacta non ei conferenda est gratia, cui cum id agendi esset facultas, noluerit tamen hac uti.

**¶** UT ne velut ex necessitate bonum tuum esset sed voluntarium. \* Non enim lectum necessitatem dixit, sed velut ex necessitate, perinde ac si dicat, ne videretur id bonum vi quadam effectum, sed vltro & te volente, velim equidem nil proflus ceteris sum iri, non tua id voluntate fieri.

**¶** FORSITAN enim ideo discessit ad horam. \* O miram Pauli sapientiam, cum enim Onesimus mente meflica, fugam cepisset, hanc tamen ille quia optimi habuisset & euentum, ad commodum & utilitatem conuertit, quasi hunc afferat, diuina quadam dispensatione fugisse, honestius vero hanc fugam abscissum appellat, ne fuge nomine dominum concitaret, & cum temporis explicat breuitatem succensenti & irato medetur Philemoni. Ait enim ad horam forsitan ille discessit. Simul etiam patet acit id omne tempus, quod apud se Onesimus egerit haud secus esse existimandum, quia si apud philemonem ipsum fuisset, & illud dumtaxat temporis a domino abfuisse, quod interea dum Paulum conueniret transegerat, & illud quidem fuisse per breue & tanquam hore minus spacium decurrisse, quod circa inquit existimes velim, si te fuerit ut apud me maneat ille remissus, tecum versari.

**¶** UT eternum illum recipias. \* Ideo habeas.

**¶** IAM enim non ut seruum, sed pro seruo carissimum fratrem maxime mihi quanto autem magis tibi & in carne & in domino. \* Ad multa iquit huius profuit fuga, quippe cum ipse hunc pro momentaneo & paulopost morituro, eternum sis nactus, nam si vel omnia vite huius humane curricula, nullius sint facienda, eterne illius contemplatione, longemagis & fuge tempus, quo a te abfuit, per exiguum erit & breue habes enim pro seruo fratrem, & pro eo qui nulli vsui fuerat, amantissimum tui & vtilissimum vendicasti, & in carne hoc est in carnalibus ministeriis amore est dignus, quippe qui sit & ad consolandum idoneus & in domino, id est in spiritualibus rebus.

**¶** SI ergo habes me locum suscipe illum sicut me. \* Hoc est si mecum sentis, haud secus hunc ac me ipsum excipito. Quem enim vel iratissimum non huius verba molirentur, aut quis Paulum non benigne susciperet.

**¶** SI autem aliquid nocuit tibi, aut debet hoc mihi imputa. \* Erat enim consentaneum consumplisse iam Onesimum que fugiens abstulisset, idcirco aut id omne mihi indebitum ascripseris velim.

**¶** EGO Paulus scripsi manu mea, ego reddam. \* Lepide sane & gratia quadam spiritali oppleta hec profert, quasi id dicat, ut cautior sis & certior me tibi id debitum aliquando perfoluturum, ecce habes & literas mea manu conscriptas.

**¶** UT non dicam quod te ipsum mihi debes. \* Ne Philemoni videatur inferre iniuriam, si minus consideret ab eo deposcere, ut vel nulla data cautione, serui furtum sibi relinqueret, presertim cum chyrographum iam illi fecisset, quod sane illum & in humanum argueret, & nulla proflus in preceptorem caritate affectum, ostendit hoc loco, quemadmodum plurimum illi confidat sic inquit, non enim tua, dumtaxat debita te mihi relaturum confido quin & te ipsum debito esse mihi obstrictum nil dubito, quod utique plurimum confidentis est dictum.

**¶** ITEM frater ego te fruar in domino. \* Ad dictis hisce lepidioribus ad seria transit oratque dicens utinam fruar tuis muneribus, non huius seculi bonis, sed in domino, id est his potius que dei sunt,

**¶** REFICE viscera mea in CHRISTO. \* Refice inquit & consolare meam in te

Attende pauli beneuolentiam in Philemonem.

beneuolentia, vel meum hoccor. Christi ob gratiam, nec mihi id deferam munus sed christo **¶** CONFIDENS in obedientia tua tibi scripsi scies quoniam & super id quod dico facies. \* Non enim iubendo & superbius imperas ad te has literas scripsi, sed confisus obedientie, quod ferrum his verbis non remollesceret.

**¶** SIMVL autem & para mihi hospitium. \* Potuisset enim Philemon id suspicari, nullam apud Paulum alias sui fuisse habitam rationem, nisi Onesimi reditus cogisset. Medetur itaque sic suspicanti, his verbis neque enim solum illius ob gratiam ad te scripsi, sed mihi etiam ad te venturo ut hospitium pares, Sic quidem & illi tacite comminatur ut nisi Onesimum benigne susceperit, fore ab se cum venerit ut inclemente arguatur.

**¶** SPERO autem per orationes vestras me dcnari verbis. \* Duo quedam hoc loco perdiscimus, alterum quod magna sit vis orationis & precu, siquidem & si tanti sit Paulus, horum tamen ope indigeat, pro se deprecantium, alterum vero quod sectanda humilitas sit, quandoquidem & Paulus discipulorum egeat precibus.

**¶** SALVAT te Epafras concaptiuus meus in CHRISTO IESV. \* Epafras ille a Colossensibus fuerat ad Paulum transmiffus, unde perspicuum est & Colossensium fuisse philemonem. Concaptiuum autem Epafram appellat, ut ostendat & hunc multis pressuris afflictiari eoque & Philemonem haud dubie ut pudeat cogit, siquidem constet Epafram Paulo in malis tolerandis comitem esse, philemonem vero non posse a Paulo exorari pro Onesimo deprecante. Fuit autem hic concaptiuus non rerum humanarum occasione, sed CHRISTI gratia, quippe qui pro euangelio mala perperiat.

**¶** MARCVS Aristarchus Demas & Lucas adiutores mei gratia domini nostri IESV CHRISTI cum spiritu vestro amen. \* Demas iste principio quidem probus euaserat ut Paulus testificatur hoc loco, utpote qui Pauli esset adiutor, postremo tandem in segnitiam versus discessit a Paulo ut in Epistola ad Timotheum idem perscribit, quam liquido patet post hanc fuisse conscriptam. Ait enim, Demas me reliquit, Lucas est solus mecum, hic vero & si postremo est positus loco omnium tamen post Demas discessum, factus est princeps, nemo itaque, sibi ipsi confidat, sed qui stat, caueat, ne labatur. Adiutores autem eo appellat, ut arguat vel os secum apud philemonem pro Onesimo intercedere, iure ergo gratia hec a tam multis petita concedenda est, Vides itaque quantum ex leuiori Epistola hac, est clarior visa est & aperta, redundet utilitatis. Quo fit ut nihil ex scripturis huiusmodi non accuratius sit perscrutandum, Inest enim & his spiritu suggerente, perutilis semper aliquis sensus, hec si quidem paraclytus ille haud dubie presatus est & conquirentibus nobis veritatem comprehendendi daturus est facultatem a quo & ipsi illuminati ad veritatem ipsam traducimur, ut & loqui de Deo possimus vitam ducere immortalem, nullis proflus, aut prauis opinionibus circumuenti, aut mundi voluptatibus his fallis illecti. Necesse est igitur ut ipsi vel si principes simus & aliis dominemur cum seruos spectamus euasif se sanctos & Apostolatus munere fungi omni studio contendamus, nihil illis in Christi regno inferiores deprehendi, qui nostri gratia cum in mundum venisset, formam pre se tulerit serui, & verus noster sit Deus cui perpetuo & potestas est & imperium.

AMEN.

**¶** ARGUMENTVM in Epistola Ad Hebreos.

**¶** IMPRIMIS dicendum est cur Apostolus Paulus in hac Epistola scribenda non seruauerit morem suum, ut vel vocabulum nominis sui, vel ordinis de

Que sit vis orationis.

Humilitas sectanda proponitur.

Epistola ad timotheum post hanc scripta.

AD PHILEMONEM!

scriberet dignitatem, Hec causa est, quod ad eos scribens, qui ex circumcissione cre-  
diderant, quasi gentium Apostolus & non Hebreorum, sciens quoque eorum  
sua pbiam, suamque humilitatem, ipse demonstrans meritum officii sui non  
anteferre. Nam similimodo etiam Ioannes Apostolus propter humilitatem  
Epistola sua nomen suum eadem ratione non pretulit. Hanc ergo Epistola  
fertur Apostolus ad Hebreos conscriptam hebraica lingua misisse, cuius ser-  
sum & ordinem retinens Lucas euangelista post excessum beati Apostoli Pau-  
li greco sermone composuit.

¶ IN Epistolam ad Hebreos Vulgarii Prologus.



Entium erat beatus Paulus ut ipse ad Romanos scriberet, destinatus  
Apostolus, non enim hunc tolerassent iudei apud se predicantem,  
nimirum, cui preter ceteros incredibili odio succenserent, quod eius  
repentinam & insperatam conuersionem, in expugnabilem Christi  
potentiam arguisset, quippe qui tam acrem & vehementem fidei  
persecutorem, ad se traxisset. Quod sane maximum est euangeli-  
ce veritatis argumentum, ut Paulus ardentissimus iudaice legis sectator preter om-  
nium expectationem confestim ad dominum se contulisset, & ideo hunc ex animo  
impugnabant iudei & ita ut neque loquentem equo animo ferrent. Siquidem nec ip-  
simet qui ex iudeis crediderant, Paulo intendebant, ut qui & legem & circumcissio-  
nem dissolueret alioquin & si gentibus erat prece transmissus, & ad iudeos scribit  
Epistolam. Quemadmodum enim & si minus sibi fuisset baptizandi munus per-  
missum, alios tamen baptisimi lauacro perluebat, non enim id facere prohibebatur  
Sic & iudeis copiosius scribit, & his preterea magnum in modum prospiciebat & fie-  
ri eorum gratia anathema ardentem optabat. Ad iudeos itaque scribit & quidem si-  
deles qui Palestine & Hierosolymis essent, consolandi gratia & confirmandi, hi nam-  
que ab infidelibus iudeis diripiebantur, & afficiebantur malis innumeris, unde &  
hisdem ut elemosine vndique transmitterentur, summam Paulus susceperat curam &  
Corinthios precipue & Macedonas, ut eas conferrent enixe hortatur & Petro predi-  
candi munere impartito, iudeos & pauperes qui Hierosolymis erant, communiter  
curandos, constituit. Necessario ergo ad hos Paulus scribit, solaturque & subleuat, ani-  
mo iam concidentes, quippe qui admodum essent ob mala sibi a contribulibus suis  
ingesta confecti merore, cum illi libere eorum legibus Hierosolymis vterentur, & in-  
dicandi haberent effulissimam potestatem & constringendi quos vellent, quod qui-  
dem & Paulus patefacit cum inquit, Debilitas manus & dissoluta genua dirigi-  
te. Accedit preterea quod cum iudei essent quos iste solatur, eo magis doloribus vrge-  
bantur quo & maiorum suorum pristinam repererent sortem quorum opera rectio-  
ra, bona quamplurima & repentina subleuebantur se vero & recte agendo, & fide  
perseuerando, nondum esse quietem adeptos, quocirca Paulus hac in Epistola de-  
de quam multa differit, quam multa de tolerantia, & plane demonstrat vel qui a seculo san-  
ctiores fuissent, nullis bonis cum in humanis agerent fuisse affectos. Unde duo que-  
dam orditur, & quia viriliter sint quecumque acciderint sustinenda, & quod expectanda  
sint pro laboribus premia, non enim eos neglecturus est dominus qui ab eterno sunt  
ad sanctimoniam destinati. Habet preterea longiorem de veteri testamento sermo-  
nem, & legem arguit nil ultra habere in se vigoris, & nullius iam esse momenti tam-  
etsi extare adhuc templum videtur, quod tamen ad breue sit collapsurum, nostra ves-  
ro omnia ut vera comprobant. Est autem presens Epistola ea, quam ad Timotheum

AD HEBREOS!

FO. CCXVI!

scripsit vetustior, illa namque ostendit breui se excessurum, e vita. Ego enim inquit ita  
delibor, & tempus mee resolutionis instat, hac vero pollicetur iudeis fidelibus, sese il-  
los quandoque visurum. Nouistis enim ait fratrem Timotheum solutum, cum quo si  
celerius venerit visurus sum vos, & sane consentaneum erat, ut res ita succederet, fue-  
rat enim annos duos in vinculis iam ipse detentus deinde abire permixtus est ut ipse  
hoc modo testatur. In priori mea defensione nemo mihi affuit & liberatus sum ex  
ore Leonis Neronis videlicet, demum cum in hispanias venisset, tum forte iudeos re-  
nisiit inde Romam reuersus, a Nerone e vita sublatus est.

Paulus a  
nerone  
vita sub-  
blatus est



ULTIFARIAM multisque modis olim deus locutus est patribus  
nostris in prophetis. Cum enim fideles iudei malis plurimis af-  
flicti, sese a deo crederent destitutos, nec ullam sui haberi, ut progeni-  
torum suorum (fuisse habita) rationem, longe aliter rem se habere  
Paulus patefacit, sic inquit maioris sane vos gratiam estis ad-  
pti, quam vestri sunt maiores, dignati, ad hos enim constat prophe-  
tas fuisse dimissos, ad vos vero filium ipsum. Quid enim pretendit Multifariam mul-  
tisque modis variis nimirum & multiplicibus figuris, quidni, ipse inquit visiones mul-  
tipliciter caui & in manibus prophetarum assimilatus sum, quod cum ita se habeat, cur  
grauiter fertis presentia, & animo estis pusillo, qui a deo sitis tot bonis dignati?  
¶ NOVISSIME temporibus istis locutus est nobis in filio. Vel ex hoc quidem  
horum animos excitat & solatur, asserens, in proximo esse iam finem, Certator enim  
& si hebetior sit, cum tamen intelligit certamen propemodum terminatum iam iri,  
parumper respirat, & vires resumit. Vel aliud etiam quiddam pretendit, cum nouissi-  
me inquit diebus istis, perinde ac si dicat, cum enim nihil esset reliquum ad emenda-  
tionem iam temporis, sed cruciatibus essemus & penis obnoxii, cum nulla nobis spes  
supereffet, & diuina munera defecissent, tunc demum ipsi bonis affiximus In filio  
vero, id est per filium. Et nobis cum inquit, vel se ipsum discipulis equat, tametsi  
hos nihil sit Deus, sed Apostolos dumtaxat affatus, per quos vel alios multos alloqui-  
tur, nihilominus rem ipsam extollit, ostenditque, vel cum his deum contulisse sermo-  
nem, quod utique ad hos consolandum plurimum valet.  
¶ QUEM constituit heredem vniuersorum. Hoc est mundi totius dominato-  
rem effecit, non enim ultra pars domini dicitur Iacob, sed vniuersi. Heredem autem dixit  
ut filii proprietatem exprimeret qui nequeat a dominatu depelli. Verum quo pa-  
cto hunc dominum fecit, nempe ut hominem, quemadmodum & in secundo psalmo  
hunc ipsum ita alloquitur. Postula a me & dabo tibi gentes hereditatem tuam. At  
quam dominationem hoc loco dicit, eam videlicet qua vltro homines se illi subiiciunt  
hic enim est filio traditus, tanquam homini datus, vel ut naturale imperium, regnum  
hoc illi est demandatum, cui vel inuiti obediunt omnes, quemadmodum scriptum  
est vniuersa seruient tibi, hec quidem vel ante secula in sua habuit potestate.  
¶ PER quem fecit & secula. Cum de Christi carne que nuper & paulo ante di-  
uine illius eternitatis respectu est condita, differuisset, ad eius perpetue dignitatis  
transcendit fastigium. Vbi nam gentium sunt qui affirmant fuisse hoc seculum cum  
ille non esset, hic quidem secula fecit, quid ergo deliras & asseris, fuisse hoc seculum  
cum ille non esset, cum enim constat patrem filium causasse, putandum est & non in-  
iuria vel eorum que ab eo sunt facta, & patrem causam extitisse, videtur itaque per fi-  
lium pater efficere, qui facientem progegnit. Ex his igitur Sabellius lacepsitur qui  
duas inducit in diuinitate illa substantias, & Paulus ille Samoteus, acriter vulnera-  
tur, qui nuper creatum filium dixit, & a Maria duxisse originem, non ante secula fuisse

Mundo iam  
i malade  
spabiliter  
p lapso,  
milit de-  
us filium

Quo fili-  
us e pfi  
coeternus  
& co-sub-  
stantialis.  
Samotei  
error  
coargui-  
tur.

Cum hoc simul & si non tam acerbè & acrius ille percutitur, arripit namq; id Pauli dictū, & in alium sensum traducit, filium asserens vt ministrum patri allatum, vt opē ferret, verum & que insequuntur magis hunc strangulant.

¶ QVI cum sit splendor glorie. ¶ Ad ipsum iam fastigium, de filii magnitudine differenda transcendit, & glorie splendorem hunc dicit, vt plane intelligas filium a patre sine passione aliqua processisse, nil imminutū, nec patre ipso inferiore, & eadem substantie, hoc est de lumine lumen, is namq; animas nobis illuminauit, & patrem ipse denunciabat, eoq; se esse mundi lucem asseuerabat, & ab eterno cum patre colluxit, nam & splendor cum re ipsa que splendorem emittit, eodem momento coluget, neq; sol ipse aliquando est sine radiis & fulgore conspectus, nec pater intelligi sine filio potest. Cum itaq; Arrianos illud deblaterare intelliges & hunc in modum arguere, cum enim ex patre sit filius, ergo & patre est ille inferior, istiusmodi velim illis obicias vel ex sole splendor emittitur, haud tamen hic splendor procedit post solem, sed simul effulget, cum sole enim vna & radians fulgor exoritur.

¶ ET figura substantie eius. ¶ Cum splendorem filium esse dixisset, eoq; & consubstantialem & coeternum patri asseruisset, Rursum cum splendor carere substantia videatur, medetur mox, si quid ex hoc argumento absurdius emanasset, ne occasionem forsitan Marcellus ille & Sabellius nacti, asserant non esse filium in propria apud patrem substantia. Ait itaq; & figura substantie eius est ille, id est quemadmodum pater ipse per se constat & nullius ad perfectionem indiget, ita & filius, Nam ubi filium patri persimilem esse ostendit Apostolus, & subsistentem per se primitiuis figuram vel ex his patefacit, figura enim nil esse aliud constat, quā sit primitiuum vt que per se ipsa subsistat & priori forme similis videatur, Gregorius vero nyses Apostolum dicit quemadmodum per splendorem vnitatem ostendit sic per figuram nature equalitatem significasse. Nam qui suppositi magnitudinem mente per ceperit, vel ex apparenti figura suppositum ipsum omnino emetietur, quippe cum nec figura excedat suppositum, ne in subsistens in eo q; excellentior sit forsitan deprehendatur. Neq; suppositum figuram excedit, nam haud dubie quo ad eam partem ineffigibilis esset hoc pacto. Vt itaq; & alibi dicit filium in dei esse figura. Ex hoc ipso potest intelligi per formam suppositum designari, per figuram vero dominum ipsum, qui in ea spectetur. Ostendit autem q; prolius patri sit filius par & equalis, ex forma namq; patris inspicitur magnitudo cum ex hac illa nihil exorbitet si eni exorbitaret, iforme id esset & indecorū qn̄ ipsius forme lineas transiliret, quod sane absurdū est de patre tale quid in mentem vt veniat, nam si tanta est patris magnitudo quāta & forma, figura vero formam equiparet, habet utiq; tantundem si gura hec magnitudinis, quantum Dei in esse forme videtur.

¶ PORTANSQVE omnia verbo virtutis sue. ¶ Qui olim id dictum per quē fecit & secula, qui carperas & cauillatus es, adhibe aures, vt si quo pacto percipere queas, quemadmodum tradat filio Paulus dominatum. Neq; enim portans virtute dixit, sed verbo virtutis, hoc est quod verbum virtute refertum est, & fortem hunc arguit & potentem, Nam vt patrem fatetur huiusmodi protulisse, fiat lux & facta est lux, sic & filium verbo omnia ferre, id est moderari & continere quā potius ea que ab se inuicem dissidat & in nihilum sunt processura, frenare & coercere longe est maius, quam omnia ista producere, neq; gubernans dixit sed ferēs, tanquam digitis tantam hanc mundi molem haud secus deportet, ac si nihil esse cōstaret, quā solo verbo omnia potest, nō enim simplex est apud deū, sicuti apud nos verbum. Nō possū equidē non admirari multorum hominum impudentiam, qui cum intelligant per Epistolam huius exordium fuisse tot hereses confutatas, haud tamen desistant asserere, Epistolam hanc

Non est sol inera diis, nec pater sine filio potest intelligi.

Sabellius & Marcellus heretici.

Epistolam ad hebreos esse pauli.

stolam hanc haud Paulo conuenire/ceu a ceteris epistolis alienam, Velim tamen nō esse hos nescios, epistolae huius, & sensuum profunditates, & vim illam inconfutabile, nullius esse alteri posse, nisi Pauli, qui Christū haberet in se loquentem, q; si dicendi modus illos offendit, intelligant Paulum hebraica lingua hanc ipsam dictasse epistolam, vt qui ad hebreos haberet sermonem, & vnum aliquem e suis cōtubernalibus in grecū vertisse, & pleriq; Lucam hanc trāstulisse ferunt, aut Clemētem, cuius etiam in ea vel stilius seruetur. Nec secus hi peccant, qui hanc esse Pauli epistolam negant, q; si a Paulo abesse Christum negarent.

¶ PURGATIONEM Peccatorū faciens. ¶ Cum de ipsius verbi diuinitatis magnitudine differuisset, dicit igitur quemadmodū pre suae carnis assumptionem prospexit hominibus, quod sane prestantius est, q; omnia ferre, Duo preterea hoc loco proponit, & q; nos a delictis purgauerit, & q; per seipm̄ id sit executus, & glorie ducat, quod per filium id ipsum effecerit, quippe qui per crucem, & mortem, quam ille subiuit: nos ipsos mundauerit, Neque enim solum pro nostris facinoribus mortuus est, qui peccatis careret: & penas luit, quas ferre minus debuerat, & naturam ipsam mortalem ad condemnationem exemit, sed & baptismum cōtulit nobis suae mortis imaginem, & sanguinis effusi figuram. Accipimus namq; per eius hanc mortem quod tidie delictorum remissionem, qui baptismi sumus aqua perluti: & demonibus non adeo faciles in capturam paremus.

¶ SEDET Ad dexterā maiestatis in excelsis. ¶ Cū crucis mentionem fecisset, de resurrectione nūc meminit, nec iussus ē inquit, ad patris dexterā cōsistere, sed sedet, neq; sedere hūc dicit: peride loco Deus aliquo circūscribatur, sed vt filium patri honore parē ostendat, & gloria, ad paternū eni thronū puenit, & vt pater sedet sublimis, sic & filius excelsa conscendit. Verum si quis illud quod scriptum est, nobis obiecerit, Dixit dominus domino meo sede ad dextris meis, dixeritq; patris imperio filium assedisse. Respondebimus non eum mandasse, sed dixisse, & idcirco istiusmodi figuram esse sermonem, ne principio filius, & causante videretur carere.

¶ TANTO Melior angelis effectus, q; differētis p̄ illis nomē hereditauit. ¶ In initio ob auditorū imbecillitatem, eū Prophetis hūc contulit, nūc vero p̄grediēs & angelis anteponit, sensim hoc pacto ad veritatem auditores traducens. Effectus vero, id ē, manifestat, quē admodum & Ioānes affirmat, Qui post me venit ante me factus est & carnis assumptae gra, hereditauit, intulit nomē. Deus nāq; verbum est dictus, quo solo conceptus est.

¶ CUI Eni dixit aliqui angelorū, fili⁹ me⁹ es tu, ego hodie genui te. ¶ At vñ inquit, p̄picuū est filiū esse angelis potiorē: ex nomie quidē. Nam cū filiū dicimus: illud sane p̄tendim⁹, q; ex patre sit genit⁹, q; si p̄ gram esset filiū nomē adeptus, angelis esset hic plane inferior, illud vero. Ego te hodie genui, nil aliud exprimit, nisi q; a principio & ex quo pater est filium genuisse. Nam quemadmodum ego sum inquit, tempore p̄sentis id ptulit, sic hodie dixit, q; Deo p̄cipue congruit, vt se sempiternū ostendat, tempore siquidem & si multiplicia sint, sunt tamen Deo p̄sentia, Hunc itaq; hodie genui, quia id patri, ex spiritu sancto placitum fuit vt filium gigneret.

¶ ET Rursū, ego ero illi in p̄rem: & ipse erit mihi in filiū. ¶ Id quidē de carne hūanitate assumpta aptius dictū, de qua cū aliquid dicturus est Paulus, fidētissime cūcta edisserit. Assumpta itaq; natura hūana, & filiū p̄priū nomē verbū videlicet, qd̄ ip̄a natura vnitū sibi habuerat hereditauit, vt pote que i verbo ip̄o subsisteret, sicuti & angel⁹ dixit, & qd̄ factum ē sanctum, vocabitur filius Dei, & rursum, erit autem magn⁹ & filius altissimi vocabitur, id autē filii nomen nulli sunt angelorū sortiti, qd̄ si iustiores q; dā & sancti filii dei sunt dicti, id tñ gra sunt consecuti, qd̄ sane longe secus domino cō-

D. i.

Que sunt nobis morte Christi collata beneficia

Quid sit filii sedere ad dexterā patris.

Christus quo dicitur factus.

hodie eternitate significat



igit, cui in subfiftenti identitate filii nomen, ob carnem affumptam, est inditum. **C**VM Autem rursus introducit primogenitum, in orbem terrae dicit. Christus quidem suum per carnem aduentum, exitum vocat, ut illud. Exit qui seminat seminare, & a se libi, ego ex patre exiui. Et merito quidem, ipsi namque extra diuagabamur, & percul a Deo, vnde in mundum adueniens filius, tanquam ad homines delegatur, & nobiscum versatur, purgatis delictis impatori Deo humanum genus conciliauit. Paulus vero introductionem homini & ingressum, e quadam hereditantium metaphora nuncupat, gubernationem, & bonorum possessionem captatum. Cum enim introducit, inquit, hoc profert, id est, filio pater in curam mundum demandat, quem mundum est tunc ille volentem adeptus cum mundo innotuit. Introducitur autem haudquaquam aliter nisi in carne. Nam quod admodum Deus verbum in mundo erat, & mundus per ipsum est factus, primum facit filium introducentem: ut acceptabile reddat hoc verbum. Gregorius vero Nysenus, & item Cyrillus ita id dictum interpretatur: & filium dicit priusquam carne indueret, nihil habuisse cum hac mundi structura commune, utpote, qui Deus esset, & carne careret, ubi vero carne assumpsit, tunc mundi participem & creaturarum rerum effectum, in quantum creatam habet, carnem sibi vnisset: in mundi hanc dici machinam introductum.

**E**T Adoret eum omnes angeli Dei. Eum scilicet, qui carnem assumpsit. Ostendit propterea ex his quae praestaret, & quod dominus seruo sit potior. Nec secus dicitur hic introductus, quod si qui dominos ipsos in domum inuenerit, quos mox & familia omnis venerabunda excipiat.

**E**T Ad angelos quidem dicit. Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos flamma ignis. Plurimum sane angelos inter, & deum differt, quippe creati illi, & conditi, hic increatus, nam qui omnia e nihilo esse aliquid fecit, introduxisse nunc dicitur. Nec angelis modo hac magnitudine praestat, sed potestatibus ei ministrantibus vniversis praecelsis. Neque qui fecit inquit, sed qui facit, id est, verbo quae sunt effecta conseruans. Dixit namque & facta sunt, & in euangelio, Pater meus usque nunc operatur, id est, continet quae creata sunt, & effecta, tutabiturque, sicut & condita sunt.

**A**D Filium autem thronus tuus Deus in seculum seculi. Angeli inquit, creati sunt, & ad eos illud refertur, qui facit, filius vero nequaquam creatus est, nec de eo illud qui facit est dictum, qui in potius rex ille, & dominus, & Deus est, quod plane thronus iste testificatur, qui principatus est, & imperii argumentum. Id autem dictum contra Paulum Samotheum, & Arrium facit, qui simplicem hominem introducunt, qui Deus esset, & sempiterno imperio potiretur.

**V**irga equitatis, virga regni tui. Et id quidem aliud quoddam est datus in signe. **D**ILEXISTI Iusticiam, & odisti iniquitatem. Hec sane Deo, ut in carnato concipit, ut verbum, tanquam qui carnis humilitatem suscepit.

**P**ropterea vnxit te Deus Deus tuus oleo leticiae, pre participibus tuis. Id profecto contra iudeos dictum, & Sabellium plane, & Marcellum impugnat, qui duas asserunt Deo inesse personas, quia his Deum hic Paulus nominet, & Marchionistas refellit excelsis stimantes eo filium carnem assumpsisse, quia non diuinitas, sed humanitas vngetur. At itaque Paulus, o Deus, vnxit te Deus tuus, id est, pater quidem tuus secundum diuinitatem, Deus vero secundum carnem oleo leticiae, id est, sancto spiritu preter ceteros homines oblinuit, non enim parce, & ad mensuram aliquam perfinitam Christi spiritum sanctum accepit, sed effuse, & abunde vnctus est, & palam, cuius spirituales omnes participes sunt, ut qui participatione hac sint sancti effecti, nec non in lege perfectiores, & spirituales in Christi fide, spiritum sunt affecti, vnde & vncti sunt appellati, ut illud, Nolite tangere Christos meos, id est, vnctos, & in gratia quidem huius quido sunt Christi participes, quemadmodum eius & mortis per baptismum sunt co-

Arrius.

Non eda tus Xps spūs ad mēsurā.

sortes effecti, & spiritu vncti, qui leticiae oleum dicitur, utpote, qui nos a peccatorum exitu merore, & iocunditatem ingessit, bona futura sperantibus.

**E**T Tu in principio domie terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt caeli. Ne forte superius cum primogenitum introducit in mundum: existimes donum id esse a patre, postremo filio datum, demonstrat hoc loco eum mundi ipsius, non vltimo, sed a principio conditorem. Id autem facere contra Paulum Samotheum videtur, qui ante Mariam genitricem asserit Christum fuisse, tanquam mundi fabricatorem. Itemque & Arrio aduersatur, qui vel ministrum eo fecerat Christum, vel organum aliquid, quod potius, quia superius hunc arguat Paulus eum esse, per quem & secula fecerit pater, nunc vero ut fabricator inducitur. Aduerte autem quemadmodum congruant haec inter se, & connectantur: & increatae naturae ratio, & dispensationis pateat, & modo ob illam alia nonnulla, & sublimia preferantur, modo ob hanc humilia quedam, & infima.

**I**PSI Peribunt, tu autem permanebis: & omnes sicut vestimentum veterascent, & sicut vestimentum mutabis eos, & mutabuntur, tu autem idem ipse es, & anni tui non desicient. Maius sane aliquid nunc patefacit, quod fuerit haec condidisse, mundi scilicet transformat ionem, cetera siquidem a corruptione in incorruptionem immutetur necesse est, & tam facile, quod si quis pallium complicit, Num igitur qui nullo labore vniversa construxit in melius, & alterius videtur opera indigere, cum minora facturum, hoc est, creata demoliatur, & de mortalibus homines faciat immortales. Id autem maxime consolatur fideles, qui malis in hoc seculo afflictantur, cum sint certiores iam redditum nequaquam res omnes hoc statu perpetuo permanuras, sed fore ut immutentur. Tum praecipue & nos ad tolerantiam exhortatur, qui ex his dictis non ignorem vitam nos esse perpetuam habituros, quandoquidem & Christi tempora sint sempiterna, & non desitura.

**A**D Quem autem angelorum dixit aliquando Sede a dextris meis, quoad usque ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Rursus hoc consolatur: cum futurum asserat, ut eorum hostes deuincerentur, cum ipsi vel eosdem haberent, qui & Christo sunt aduersari inimicos, nec tanquam imbecillus sit, & nulla virtute filius, pater dicitur inimicos illi subiicere, praesertim cum filius sit iudex futurus, & ei liceret vel in hac vita malos, & libi inuenios male deperdere, sed ut filium pater honore efficiat. Nam praeter hostibus his succedere, quo pacto non filio cedat ad gloriam, vel quomodo id ipsum non summe sit paternae in filium charitatis indicium: De qua tamen in epistola ad Corinthios prima copiosius explicatur, eam prelegito, & certior fies.

**N**ONNE Omnes sunt administratorii spiritus in ministerium missi, propter eos qui hereditatem capiunt salutis. Attollit audientium animos affirmans plurimum esse Deo de nobis susceptam curam, quando & angelos, qui videntur precellere, quae ad nostram conducunt salutem, & ministrarent constituit. Videtur praeterea & ad alios quos castigare his dictis, qui angelis nimium fauent, nec secus & omnes hebreos, qui legibus sunt per angelos latis, & eiusmodi administrationi ita addicti, ut vel hos Christo preponant, Nolite igitur inquit, istis intendere, sunt enim nobiscum pari seruitute obstricti. Aduerte autem quemadmodum non multum existimet creata haec ab inuicem aliena, tametsi magno videatur intervallo distare angeli ipsi, & homines, nihilo minus propinquiores illos nobis effecit, siquidem, quod creatum est aliquid, re altera que item a Deo sit condita, haud multum prestantius sit. Ministrabant autem angelus & in veteri testamento plurima, & in nouo non pauca, Nam & praedixere Ioseph illi futura, & pastoribus Christi ortum denunciarunt, & in domini sepulchro sedentes, resurrexisse eum significarunt, & nos instruere ubi ille est in celum assumptus, quod talis esset, qualis ascenderat aduenturus, quinetiam Cornelium ipsum, & Philippum, & i

Mundi transformatio.

Filius eod iudex est futurus, ut eum praehomine efficiat

Plurimum esse deo de nobis susceptam curam.

Angeli ministri.

Multis ministrandi officii angelos er ga hoies fuisse p̄fū ctos.

carcerem Petrum coniectum, allocutus est angelus, & aliis deniq; istiusmodi ministrandi officii sunt illi perfuncti. Nota autem Euāgelium predicatis, quoniam potius Christi ipsius officium esse, salutem hominibus subministrare. Nequaquam igitur est id ministerium negligendum.

**PROPTEREA** Abūdati oportet nos obseruare ea que audiūim⁹. Cū itaq; iquit, tāto pere fili⁹ qui nobis locut⁹ est, & pphetas excedit, & angelos, qui veteris testamenti ministri, necesse est sane, vt que ab his audiūimus & nobis sunt demandata, longe magis q̄ legē aduertere, qd̄ tñ min⁹ apte ptulit, ne in principio Epistolę illatim iudeos laceflat: dedit tñ ex insequētibus id posse cōprehendi, nec eo modo vt cum nouo conferret, id enim ait, haudquaquā velim sic fieri, sed illorū opinionē & verba accommodat, qui vetus illud maximi facerent, & nouum aspernarentur.

**NE** Forte defluam⁹. Id est ne ipsi labamur, ne pereamus, vltus autem nūc verbo est, quo & in parabolis Salomon vtitur inquit, fili mi caue ne laberis, vt & lapsus facillitatem ostendat, & interitus malum, qui enim ceciderit, & in preceps iam labitur, difficile reuocatur.

**QVI** Enim per angelos factus est sermo, factus est firmus. Aperit iam qd̄ sentit, verbum quidem per angelos significatum, & decem mandata designat. Par enim est, angelos deo tunc affuisse, quibus esset hebreorū gens demandata, eosdemq; & turbas fecisse, & ignem pertulisse noctu, interdūq; nubem. Sicuti & Galathas in finibus ait, & rursum accepit illis legem mandata angelorū. Vel verbum, iussa omnia dicit, que in veteri continentur, per angelos administrata, cuiusmodi sunt de iudicib⁹ illa, & de Sampsonē iuuncta. Propterea nec lex dicit, sed verbum, vt ista significaret. Hec itaq; vniuersa firma sunt, id est vera fuere, & comminationes illę operibus sunt terminatę, & factis, & nihil horum condit frustra.

**ET** Ois p̄uaricatio, & inobediētia accepit iustam mercedis retributionem. Nō enim hec mercede caruit, aut illa accepit, sed ois, & ita, vt nihil impune abierit. Cruciatum, & debitas penas mercedē appellat, tametī in bonis, & p̄peris idip̄m mercedis nomē sit vsurpatū, nil tñ vocabulorum hanc differentiam Paulus magnificat.

**QVOMODO** Nos effugiemus: si tantam neglexerim⁹ salutem. Ibi sermo hic salus inesse constat, q̄ si vel ibi fuerit hec salus: nequaquam tamen magna futura est, quippe cum vel ex hostibus saluiflerent q̄ multi, & terrę bona susciperent, hic vero inmensus est admodum salus. Propterea enim tantam adiecit, quia & mortis destructio, & demonum interitus, & celorum imperium cuncta hec ex prolatis a Deo sermonibus nobis sunt parta.

**QVE** Cū initiū accepisset enarrari per dñm ab eis, qui audierūt in nos cōfirmata est. Vt fidē faciat rei, salutem hęc ait, nec per pphetas esse, nec per angelos p̄nūciatam, sed ab oim dño enarratam. Fit itaq; vt ab ip̄o fonte hec ip̄a salus initiū duxerit, deiceps ad nos firmiter illa ex fide p̄ ip̄os verbi ministros, & spectatores traiecit, quod & Lucas sic meminit, ip̄i enim firmiter nos certiores fecerūt: Verū cur alibi nō ab hominib⁹ accepisse se dicit Apostolus: quia ibi quidē p̄ magnū aliquid inerat, & necessariū, qd̄ eum vrgebat, non hoim se fateri discipulum. Illi nāq; obiciebatur quemadmodum nō dñm audisset, eoq; & eius predicatio piclitabatur, ne fides p̄dicandi sibi a discipulis demeretur, hic vero nulla hmōi cogebatur necessitate. Nā neq; hebreis euāgelium p̄dicabat, neq; illi id obrectabant: q̄ hoim esset, non Christi discipulus. Vel quia quemadmodum dicitur est statim, diuino testimonio, id est signis, & portentis a Deo, non ab hominibus arguit hec se accepisse.

**CONTESTANTE** Deo signis, & portētis. Cū dixisset esse se cōfirmatū, & modū ostendit, ne forte quis asserat auditorum sigmenta hec esse, Deo inquit testis

cante. Non enim hec ille esset testificatus, si falsa essent, & ficta, peride ac si dicat, cū hominibus id astruētibus, & Deus ipse testatur, nō vocem emittens, sed signis, & portētis illorū dicta cōfirmās. Fides igitur per nos non hoibus, sed Deo prestanda est.

**ET** Variis virtutibus. Effusam donorum expressit hic copiam, cum variis dicit nam si virtutes tollantur, nunquā tanta hec signa, & varia a Deo ederentur. Cumq; & demonum vel arte, vel ministerio q̄ multa facerent homines, virtutibus dixit, que profecto illorum opibus nullę infunt: sed imbecilla sunt, p̄stigiōsa, & vana eorum facta.

**ET** Spiritus sancti distributionibus secundum suam voluntatem. Id preterea eadem adiecit de causa. Magorum enim res gestę, non sancto spiritu constant, sed variis demonum illusionibus. Ostendit etiam & aliud quoddam, erat namq; verisimillimum, haudquaquam multos ibi fuisse, qui huiusmodi essent donis potiti, & alios quosdam ob eorum ignauiam ab his destitutos, vt itaq; & hos consoletur, sic inquit Spiritus sancti partitiones, & munera pro eius arbitrio conferuntur, & nutu, Nouit enim quid cuiq; conferat, & hunc in modum gratiam impartitur. Nam plerumq; ob vitam actam impurius, & spiritus quis dono carebit, persepe etiam neq; id ille accipiet qui vixerit, ne superbia efferatur, & idcirco humilibus, & fere inutilibus potius tradantur hec dona.

**NON** Enim angelis Deus subiecit orbem terrę futurum. Vt autem filium arguat maximum in modum angelis ip̄is precellere mūdum dicit Apostolus, siue struaturam, & mundi hanc machinam patrem filio subiecit, non angelis. Futurum autem eo dixit, quia Dei filius perpetuo fuerit, mundus vero quia conditus est: & aliquādo nil fuerat, quasi vt fieret videtur futurum, quia prius non extitisset, erat igitur quo ad filii essentia perpetuitatem futurus, & orbis terrę.

**DE** Quo loquimur. Hoc est, de quo superius diximus, cum introducit filium in orbem terrę, preter hunc itaq; alium neminem errabūda requirat mens tua. Multo vero qui futurus est: ita interpretantur, p̄inde orbis hic terrę sit celestis futurus, de quo nunc dicat Apostolus, loquimur, id est, de quo omnis nobis sermo est habitus, tūc enī & angeli seruatorum in morem astabunt, filius vero iudicans affidebit.

**TESTATVS** Est autem in quodam loco quidam dicens, Quid ē homo qd̄ memor es eius, aut filii hominis quoniam vilitas eum, Minuisti eum paulominus ab angelis gloria, & honore coronasti eum, constituisti eum super opera manuum tuarum. Omnia subiecisti sub pedibus eius. Testificantis hec nomen non explicat, vt pote, qui ad scripturarū peritos sermonē habeat, hec sane omnia quo ad cōmunem humanitatem sunt dicta, p̄prius tñ Christo post carnem assumptam conueniunt. Nam & filius Dei existens, nihil aduertens q̄ humana esset ille natura, hanc ip̄am vltro excepit: & sibi vniuit, vnde vel omnium est effectus sublimior.

**IN** Eo enī qd̄ subiecit omnia, nihil dimisit non subiectū ei, nunc autem nec dum videmur omnia subiecta ei. Cum enim hi ad quos Paulus scribit pluribus malis affecti, persecutionib⁹ afflicterentur, ne hanc illi pretenderent dicendi occasionem, quid ais illius cuncta esse ditioni subiecta, cū ipsi ab eius hostibus tot malis affligimur, & exagitemur acerrime: vel ex his quidem possumus conspiciari nequaquam illi (vt asseris) cūcta subesse. Cur ergo nobis illud is o Paule, nolite inquit ob id animo obturbari, nec mente, & spe cōcidere, futurū ē enim vt vniuersa illi subiiciantur. Nam ideo subiecisti id verbum sacrae literę protulere, vt credamus & si nondum euentū reshabit, sic tamen euasuram esse omnino, ac tanq̄ hūc iam finem sit nacta nūc aperit, nulla itaq; vos formido incessat, qui mala nunc toleratis: nondum euāgelii preconium hoc vniuersa peruicit: nondum absolutum est tempus, quo omnia pareant, parebunt mihi: credite cuncta, & Christi erunt potestati obiecta.

Spūscī gram nō oib⁹ idiferēter dari.

Nota.



¶ QVIA Ergo pueri communicaerunt carni & sanguini & ipse similiter participavit eisdem. Pudeat velim hoc loco qui asserunt, non re silium, sed apparentia quadam exteriori parem nobiscum genituram sortitum, neque enim solum carnis hunc & sanguinis inquit, eque ac pueri, id est, reliqui homines participasse, quis est qui id protulisset, pfecto fuisset ad confirmandum veram carnem hunc accepisse, sed similiter adiuvit, ut nostrae carni per similem hunc habuisse incarnationem ostendat.

¶ VT PER Mortem destrueret eum, qui habebat mortis imperium, id est diabolum. Causam dispensationis exponit, ut per mortem videlicet quam ille subiit, quia carnis esset & sanguinis particeps, diabolum perdat, qui habet mortis imperium. Quomodo? per peccatum videlicet, cum enim ex priori illa Adae inobedientia homines, suis artibus faceret in peccata prolabi, ipse mox condidit mortem; que eodem in posterum pro milite & fortioribus armis humanam hanc aduersus naturam est, via. Morte igitur hac ipsa, ut diabolum expugnaret, & perderet vsus est Christus, quod utique ingentis virtutis & sapientiae est argumentum, ut hostem huiusmodi armis occideret, quibus ille plurimos enecasset.

¶ ET Liberaret eos, qui timore mortis per totam vitam obnoxii erant seruituti. Id est, ut homines liberos redderet, qui cum mortis erant seruitute obstricti, id est, qui mortis erant addicti obsequio, & eum pertimescebant, tanquam non aliquando esset haec obsequenda. Vel mortis obnoxios dicis, & mortem reformidantes, priores homines, qui ad illud in timore ducebant vitam, morituros se semper opperientes, & quia mortem maxime verebantur, nihil sentire poterant voluptatis, id enim pretendit, cum per omnem vitam dicit, erant utique seruituti obnoxii, hoc est, tremore continuo vergebant, ut solent seruitia dominum vitata contremiscere, existimantes amarissimam esse hanc mortem, eoque nec voluptate aliqua perfruuntur. Est igitur ex his colligendum, qui mortem horrescit, nec liberum esse, & cunctis patere in seruitutem. Valet preterea id consolatio nem oppressis, si quidem qui nunc diuexantur, & vinculis astringuntur, liberius viuunt, & sanitate maiori, quam prisci illi, qui versari in deliciis videbantur, cum his mors ipsa imperitaret, & esset formidini, qui prope qui istiusmodi mortis horrore & seruitute alligerentur. Vos vero profus sitis his liberati.

¶ Nunquam enim angelos apprehendit. Hoc est, nequaquam angelorum ille naturam arripuit, neque hanc tulit, id vero immensam erga genus humanum arguit charitatem, quandoquidem quod angelicae naturae non est largitum, contulerit homini, ut ab hoc carne assumeret.

¶ SED Semen Abrahae apprehendit. Non enim accepit inquit, sed apprehendit, ut ostenderet naturam hanc nostram refugientem, & longius ab se abeuntem Christum fuisse infectatum, & adeptum tandem prehensisse, & sibi vnisse, & a fuga retractum complexum esse. Nec naturam hominum dixit, sed Abrahae semen, cum ut iudeos extolleret, & illorum genus argueret honoratum, tum ut eosdem in eo assereret anteire gentiles, quia ab his dominus ortum duxisset. Semper autem his aliquid ad gratiam loquitur, ita tamen ut nemo possit ex eo offendi. Simul preterea & repromissionem recordatur Abrahae factam, qua terram dominus his, & eorum posteris daturum se pollicetur est bonis omnibus affluentem.

¶ VNDE Debit per omnia fratribus similari. Cum enim inquit, dignatus est semel carnem hanc nostram induere, & naturam humanam arripere, consentaneum erat omnino, ut & nobis similis nasceretur, pariterque nobiscum, & educationem haberet, & incrementum, ferretque omnia que illi essent ferenda, ac demum mortem obiret, id namque pretendit, cum per omnia inquit, assimilari.

¶ VT Misericors fieret, & fidelis pontifex ad Deum. Nullam inquit, aliam ob causam carnem hanc nostram assumpsit, nisi ut per eam & nostri miseretur, & humi iacentes

Diabolus huiusmodi arripuit eorum quibus hominem perdidit

Semen Abrahae

attolleret. Verum quo pacto pontifex noster effectus est, hac ipsa illota & sordida quam a nobis desumpserat carne, certe ut peccatis nos repurgaret impetraretque eius intercessu a Deo nostris erratis & veniam quibus antea ipsi oppugnabamur, fidelis vero id est verax & potens, ut pontificis adimpleret & munus, est namque pontificis veri officium, ut eos prauis eximat facinoribus, quorum sit pontifex constitutus, vel fidelem dicit id est Deo acceptum.

¶ VT repropiciaret delicta populi. Ostendit quid preferat ad Deum esse fidelem, videlicet ut populum delinquentem Deo conciliet, id enim est maxime suae in nos caritatis inditium, cum enixe omnia fecerit ut peccata deleteret, Queret aliquis, cur enim non mundi sed populi dixit peccata? Quia ad iudeos sermo hic habebatur quorum gratia precipue dominus in mundum concessit, ut his saluis effectis, & ceteri per hos salutem assequerentur, & si longe aliter res ipsa euaserit, quietiam Ioseph angelus ipse affatur huiusmodi, saluum facturum est populum suum & a peccatis hunc liberabit, quod sane iudeorum preferunt nobilitatem & quanti hos faceret deus ostendit.

¶ IN eo enim in quo passus est ipse & tentatus est, potens est & eis qui tentantur auxiliari. Humile admodum id, & vilis quidem, & deo plane indignum apparet, alioquin haudquaquam est a carnis conditione alienum, nam si & de patre qui corpore caret et carne, quam multa que humane huic congruunt magis & mortali naturae reprofert scriptura, ut illud, dominus de celo prospexit & vidit filios hominum, & alibi descendens videbo, & multa huiusmodi, longe magis de Christo qui carnem assumpsit & in carne perpeffus est, infinita quedam enarrat, cum ut auditores de eius incarnatione faciat certiores, tum quia adhuc fragiles essent, & in fide nondum obfirmati, rerum enim experientiam existimant homines, ceteris potiore. Quod autem dicit huiusmodi est, non enim solum ut Deus sed quia ut homo cuncta expertus intellegit, si quidem multa perpeffa est Christi haec caro calletque quid pressura quid ventio sit, unde & auxiliari potest, id est promptior esse manus ut porrigat, & tanquam misericors opituletur oppressis.

¶ VNDE fratres sancti vocationis celestis participes. Unde, id est cum talem hunc dixerim pontificem esse, fidelem scilicet & peccatores patri conciliantem nec, impotentem opem prestare, velim vobiscum animo haec reputetis, comperietis haud dubie, ita rem se habere. Vocationis autem celestis participes inquit, perinde adiciat, ad celum sumus acciti, nihil hic requiramus, ibi namque & premia sunt futura & retributio.

¶ CONSIDERATE Apostolum & pontificem confessionis nostrae IESVM. Ob carnem hanc scilicet luteam, humilia queque mente peruoluit, ut alias dictum est sepe. Apostolus vero ob id nuncupatur, quia ad oues israel sit dominus transmissus, & nostrae confessionis id est fidei pontifex.

¶ QVI fidelis est ei qui fecit illum sicut Moyses fidelis in omni domo eius. Cum Christum esset Moyse prepositum, pontifici munus produxit in medium, aitque horum utriusque demandatum est, populus procurandus, tamen si maioribus Christus sit rebus perfectus, initio tamen haudquaquam huius aperit excellentiam, ne hos ad quos scriberet, irritaret. Nam & si fidem exceperant, magnum tamen in modum Moyse rebus fauebant. Interea vero Christum dominum equi parat domino, aitque & fidem hunc patri seruare, qui Apostolum se & pontificem fecerit, neque enim de substantia hoc loco differitur sed de animi promptitudine. Fidelis igitur est ex affectu quodam precipio, & volens rebus presidet patris nec eas sinit corrumpi, sed illarum salutem pro sua ducit, quemadmodum Moyses domui eius prospicit, id est populo, domum enim populum nuncupat, eius vero id est Dei ipsius vel Moyse, nam & Moyse pos-

Iudeorum preconium.

Nota

pulus dicitur, vt alibi, populus tuus peccauit, erat namq; hic Moyses populo ita prepositus, vt domi dispensatorem preficimus.

**AMPLIORIS** enim glorie iste pre Moyle dignus habitus est, quanto amplior rem honorem habet domus qui fabricauit illam, omnis namq; domus fabricatur ab aliquo, qui autem omnia creauit deus est. \* Quinetiam hoc loco q̄ dñs Moysi prestat sic inquit patefacit. Erat sane & Moyses ille in tota domo id est id populo vnuerſo, alioquin quidam vnus hicerat de domo, quippe qui homo eſſet & mortalis vt ceteri, & si ſanctior videretur, conſeruusq; & reliquis erat. Sicuti & domus diſpensatores & si preeſſe alijs videantur, eodem tamen ſeruitutis iugo, quo & ceteri, aſtringuntur. Cum itaq; & Moyses hic pars eſſet aliqua domus, eſt tamen ab aliquo conditus, qui vero hunc condidit ei preſtat neceſſe eſt. Eundem vero filius dei creauit, qui carne ſuſcepta, & eius gratia pontificis munere fungens, quem creauerat moysi longo interuallo preceſſit. Aduerte autem quemadmodum a carne comparatione deſumpſit, & deinceps ad diuinitatem digreſſus eſt, qua incomparabiliter excedere creatorem creata oſtendit.

**ET** Moyses quidem fidelis erat in tota domo eius tanquam famulus in teſtimonio eorum verborum que dicenda erant, Chriſtus vero tanquam filius. \* Vel alium quendam in modum moysi Chriſtum preſtare oſtendit, quia ſcilicet moyses ille tanquam miniſter & ſeruus eſſet fidelis, & ad id conſtitutus, vt que domini forent ceteris ſeruis denunciaret, & que dicta ſunt deo teſtificetur. Nam ſi & celum vocat & terram in teſtem, vt illud audi celum & auribus percipe terra, & valles, vt illud, audite valles fundamenta terre, longe magis hominis vſurus eſt hic teſtimonio. Chriſtus itaq; fidelis eſt, vt pote qui proprius ſit & heres & filius, & que paterna ſunt pro patris arbitrio moderetur & regat. Differt igitur iſtiusmodi filius a moysi ſeruo ingiti quodam & incomparabili interuallo.

**IN** domo ſua, que domus ſumus nos ſi fiduciam & gloriam ſpei vſq; ad finem firmam retineamus. \* Domus quidem moysi populus fuerat, cuius & ipſe pars erat. Pro domo preterea & deus nos habet, ſi modo ad finem vſq; ſtabiles fuerimus, nec facile in preceptis labamur. Hoc autem loco iudeos hoſce & fideles hortatur, vt in preſuris conſtantiores ſe prebeant, nec in molliem reſoluantur, ſic enim fore affirmat, vt dei ſint domus, vt & moysi fuerant. Hos preterea laudat q̄ rei principium dedifſent vnde & neceſſarium eſſe vt & ſinem ceptis imponant. Recte autem fiduciam dixit & gloriam, cum enim cuiquam future retributionis ſpes certior eſt, id glorie ductet perinde ſit ex ſpe & votis omnia conſecutus. Nec in ſecefſum ſe aliquem conſert vt deliteſcat & mereat, cum malis affligitur, ſed fidentior eſt & ipublicū prodit, & Chriſti ob gratiam quem vnice colit, aduerſa queq; equo tolerat animo.

**QVAPROPTER** ſicut dicit ſpirituſ ſanctus. Hodie ſi vocem eius audieritis nolite obdurare corda veſtra ſicut in exacerbatione ſc̄dm diem tentationis in quo tentauerunt me patres veſtri, probauerunt me & viderunt opera mea. Quadraginta annis propter quod offenſus fui generationi huic & dixi ſemper hi errant corde, ipſi vero non cognouerunt vias meas ſicut iuravi in ira mea ſi introibunt in requie meam, \* De ſpe hic vtiq; diſſerit, que ad modū ſcilicet, ibi ſunt pro laboribus certiora p̄mia expectanda, & quietudo, idq; ſic fore ex prophete dictis affirmat, quemadmodum i requiem ſint ingreſſuri credentes, vt contra qui minus crediderint quales priſci illi fuere iudei nequaquam hanc ſunt adituri. Cum enim rubrum mare traieciſſent hebrei, & in locis deſertis, innumeris eſſent beneficijs affecti que plane dei erga ſecuram preferant, vt eorum potentiam demonſtarent, dimiſerunt ex communi conſenſu ſpeculatores, qui terre naturam contemplantur, quā eſſent propediem aggreſſuri.

Quātū  
xps moy  
ſi p̄ſtet &  
ante cel  
lat.

Expectā  
da pre  
mia.

illi vero cum ad ſuos ſe recepiffent renunciarunt mirandam eſſe regionis eius naturam, homines tamen eam inhabitare qui debellari non poſſint, tunc igitur populus ille Dei potentie quam inexpugnabilem exiſtimare oportuiſſet non admodum ſiſdens, eorum quos ad eam rem delegaſſet dictis obſtupefactus, obmurmurabat in domum, redeundumq; ſibi in egyptum omnino decernebat, quocirca ira percitus deus, quia celerrime adeo tantorum miraculorum memoriam depuliſſent, iurauit nullo pacto generationem querulam illam, terram quam erat pollicitus ingreſſuram, vn de preter Caleph & Ieſum, omnes fere ſunt in heremo perſiti, Dauid itaq; qui poſterior fuit cum hiſce de rebus diſſeſſeret, dixit, Hodie ſi vocem eius audieritis nolite obdurare corda veſtra, ne eadem illa que & veſtri maiores perpeſſi ſunt, patiamini & quiete priuemini, tanquam ſcilicet alia quedam ſit quietudo, quam ſimus ipſi conſecuturi, hec inquit. Nam ſi veram illi recepiffent quietem, cur illud inferret hodie nolite obdurare corda veſtra, ſicut & patres veſtri, & non ingrediemini requiem. Que igitur eſt alia preter regni celeſtis iocundiſſimum ocium requies poteſt, cuius figuram & ſabbatum preſert, & eum qui typice effectus eſt in paleſtinam filiorum cōtra dicentis generationis introitum. Tribus itaq; modis quieteſcimus, aut enim ſabbato hec quiete preſtatur, in quo & Deus ab opere conqueſcit qua de quiete, haudquaquam videtur hoc loco Dauid diſſerere, vt pote que apud priſcos illos pro vera ſit habita, & illa quidem que per terre promiſſionis ingreſſum eſt comparata, quam introgreſſi iudei, erant a bello & prelijs quieturi, & errore illo, quo tam diuturno diuagabatur erratici. De qua tamen quiete nec vllam facit hic mentionem, nam ſi paleſtina regio Dauid temporibus ſub eius erat & hebreorum imperio, quo pacto de hac erat ille, tāquā deſerta dicturus, videtur igitur alium quendam quietem huiusmodi ſtatim preterdere, in quam nauis Ieſus, nullam haberet iudeos inferendi licentiam, eiufmodi ſtatim in celis dumtaxat reperiemus, a quoniam maiorum veſtrorum exemplo ob diffidentiam excidatis erit vobis omni ſtudio adnitendum, non enim eorum que per deum geruntur exigende ſunt ab homine rationes, ſed fides illi indubitanter preſtanda. Id namq; & priſcis illis criminis datur, quia dominum tentauerunt, id eſt quia nō omni proſus dubitatione ſublata in eum ſperarunt, vt pote cui omnia eſſent facta ſacillima.

**VIDETE** fratres ne forte ſit in aliquo veſtrū cor malum incredulitatis. \* Hec de terrenis ſunt dicta, videtur enim inter hos fuiſſe nonnullos, qui minus crederent vera eſſe, que de futura retributione narrantur, eoq; voluiſſe de dei tum potētia, tum prouidentia vel in medijs malis, quibus diuexarentur periculum facere. Vnde & Paulus hos ipſos corroborat, ea repetens que fuerint olim diffidentes illi perpeſſi. Neq; enim adeo futurorum malorum formido pelerofq; hominū frenat reprimitq; quā tum preteritorum memoria & recordatio, que certam afferunt de ſe cognitionem, & exemplo ſunt repentibus, vel olim expertis. Aduerte autem quemadmodum ab incredulitate eiufmodi & illud deriuat, vt & mala quis cogitet, & opere exequatur.

**DISCEDENDI** a Deo viuo. \* Neq; enim aliter obuentura eſt incredulitas ipſa & diffidentia, niſi a deo quis prius deſciſcat, nam quamdiu quis deo adheſerit, fueritq; ille vt omnipotenti conſiſus, nihil exiſtimat fieri nō poſſe, quod deo libuerit.

**SED** exhortamini vosmetipſos per ſingulos dies donec hodie cognominatur. \* Hoc eſt edificare vos mutuo, & ita corroborate, vt non collabamini, q̄ ſi vel quiſpiam fuerit collapſus, quo ad hanc auram ſpirat, viuicq; hunc ipſum attollite, id namq; cum inquit vſq; hodie nominatur designat, id eſt quouſq; duxerit vitā, hanc enim & ſpes comitatur & bene ſperari de peccatore ſuperſtite poteſt, vt reſipiſcat admonitus. Precipue autem nulli inſit cor prauum quod ſi forſan acciderit, nequaquam hici

Preter  
Iofue &  
caleph.  
oēs fere  
ſunt In de  
ſerto per  
diti,

Tribus  
modis  
quieteſcimus.

Nō ſunt  
eorū que  
p̄ deū ge  
runtur exi  
gēde ra  
tiones.

Nō p̄mit  
titur q̄ ſi  
diffideti  
am cade  
re niſi  
prius a  
deo deſci  
ſcat.

desperationem & diffidentiam prolatur, quin vos illum hortando suscipite, & lu-  
uando mox subleuate.

Fallacia  
peccati.

**¶** UT non obduretur quis ex vobis fallacia peccati. **¶** Hoc est ne ex eiusmodi diffi-  
dentia in cecitatem corruat, & maneat insanabilis, quemadmodum enim ortho-  
doxos corpora, & duriora, nequaquam medentis se manibus attrahenda subieci-  
runt sic & anime in malis iam obdurate, dei verbis minus parebunt. Fallaciam vero  
peccati vel demonum suggestiones appellat, videlicet quod nullam quis speret futuram  
bonorum malorumve retributionem. Vel fallaciam desperationem dicit, nam quod  
mel labenti mihi, nihil sit spei reliquum, peccati plane hec fuerit fallacia, peccatum  
quod nos circumueniens & ad se trahens, talia suggerit, ut dictum est cogitanda. Impe-  
us in profunditatem cadens contemnit, qui vero delicti fuerit contemptor, nec deo  
credere sustinebit, quo fit ut ex pacto incredulitatis oriatur. Dixit enim in corde suo  
non requireret deus, & alibi oblitus est deus, & huiusmodi alia.

**¶** PARTICIPES enim CHRISTO effecti sumus. **¶** Hoc est per fidem illi si-  
mus coniuncti, & sic ei sumus participes ut capiti corpus, & subinde inquit hos co-  
solatur & spem affert, qui enim tanta est nos caritate complexus, ut & corpus nos su-  
um effecerit nequaquam nos, si modo velimus, diuelli abs se patietur. Simul etiam il-  
lud ostendit, quod dictum est alibi, toleremus & correptionibus. Nunc itaque eorum  
ipsi participes, quorum & Christus particeps fuit pressurarum scilicet & malorum,  
diligentius conitamus & glorie participare.

**¶** SI tamen & initium substantie eius usque ad finem firmum teneamus. **¶** Id est si-  
dem, per hanc enim subiimus diuinam illam & spiritalem substantiam per quam & res  
generationem accepimus, quinetiam vel in hac vita deposcit ut firmiores in fide si-  
mus & stabiles.

**¶** QVOD dicitur, hodie si vocem eius audieritis nolite obdurare corda vestra quem-  
admodum in illa exacerbatione. Confirmat quemadmodum dixerit usque in finem  
inquit quod id ipsum pretenditur cum hodie vero sic intelligitur ut superius est explicatum.

**¶** QVIDEM enim audientes exacerbauerunt. **¶** Audientes inquit Dei promi-  
ssa, cum polliceretur daturum se his terram chanaanorum, & alia plerumque descuerunt  
ab eo, & hunc ipsum ob perfidiam exacerbauerunt. Cauendum itaque ne & ipsi pro-  
missionibus his diffidatis, nihil enim vobis conducit, sola hec promissionum huius-  
modi auditio, nisi & fidem his prestiteritis, quemadmodum nec vestris maioribus pro-  
fuerat audisse, quin potius ob id eo iustius perditum sunt, quo & dei sunt verbis diffidi-

Caleph.

**¶** SED non vniuersi qui profecti sunt ex egypto per Moysen. **¶** Caleph namque il-  
le & Iesus nequaquam fuere increduli propterea & promissionem adepti sunt & Pa-  
lestinam ingressi.

**¶** QVIBVS autem infensus est quadraginta annis: nonne illis qui peccauerunt quo-  
rum cadauera prostrata sunt in deserto. Per questiunculas eo nonnullas, hic loquitur  
ut clarior sit & apertior eius oratio, & ne facile illi possit occurri, rogandi enim hic  
modus certioribus rebus apponitur, addit preterea & penas, prostrata sunt enim in  
quit & conciderunt eorum cadauera in deserto & cola ut grece habetur hoc est ingen-  
tem ossium vim & pene infinitam, sic enim ex parte vniuersum corpus procubuisse  
ostendit.

**¶** QVIBVS autem iurauit non introire in requiem ipsius, nisi illis qui increduli  
fuerunt & videmus quia non potuerunt introire propter incredulitatem. **¶** Superius  
quidem peccantibus dixit, nunc vero incredulis ut ostenderet ad hebreorum ani-  
mi pusillitatem futurum, & diffidentiam, ut illud accederet quod eorum plerique alia  
praua facinora prolaberetur, qui itaque inquit fuere increduli videmus nequaquam

missionis terram adisse, id est preculis nobis peccati certior pena obuerfatur.

**¶** TIMEAMVS ergo fratres ne forte relicta pollicitatione introeundi in requiem  
eius. **¶** Huc redit id omne quod dictum est supra. Hodie si vocem eius audieritis  
&c. verendum itaque & nobis ne eadem illa contingant que olim diffidentibus illis in-  
gesta sunt mala.

**¶** EXISTIMETVR aliquis ex nobis deesse. **¶** Id est ne forte pretereatur & relin-  
quatur postremus ad adendam promissam nobis hac requiem. Letiorem itaque red-  
dit sermonem & minus molestum, non enim pretermisus est inquit, sed preteritus  
esse existimatur.

**¶** ET enim & nobis annunciatum est, quemadmodum & illis, sed non profuit illis  
sermo auditus. **¶** Et nobis preterea denunciata futura sunt bona, haud secus ac illis  
sub figura terre promissionis, nil tamen id potest nobis prodesse, nisi & fidem promi-  
sis adhibeamus, deponamusque animi omnem pusillitatem & diffidentiam, sicuti nec  
illis aliquid contulit. Aduerte autem quemadmodum denunciatum nobis illud ait  
fuisse, tanquam vera quedam & certiora sint bona promissa, & que velut extropheis  
in nos & parta victoria conferantur, illis vero auditum esse sermonem.

**¶** NON admixtus fidei verborum ex his qui audierunt. **¶** Id est nil prorsus his  
qui sermonem audierunt coniuncti vel congruentes sed ab his omnino diuisi gre-  
ge vero admixti legitur non enim non conuenientes dixit, sed non admixti, & egre-  
gie quidem, ut arctissimam patefaceret vnitatem, audientes autem hoc loco creden-  
tes ipsos & fideles dicit, hi namque dici haud dubie possunt verba diuina auscultantes  
Basillius vero non admixtos eos intelligit qui cum Caleph illo sensissent & Iesu, hi  
namque a seditionibus abfuerunt neque tumultuantibus reliquis seipsum admiscuere. Verum  
quos istos dicit qui audierunt, illos nimirum qui Dei promissa audientes, nil post-  
modum profecere.

**¶** INGREDIEMVR nos in requiem vite eterne, qui credidimus quemadmo-  
dum dixit sicut iuravi in ira mea, introibunt in requiem meam. **¶** Vnde id liquet quod  
credentibus nobis in eiusmodi requiem patebit ingressus, ex eo quidem, quod do-  
minus dixit non enim sunt infideles in requiem hanc ingressuri, id enim datur in-  
telligi, ex rebus diuersis, nam ut infidelibus infidelitatis est premium, & ne in requi-  
em illam ingrediantur occasio, sic nos contra qui fidem seruamus, seruate fidei mer-  
cedem accipimus, eterne illius quietudinis aditam.

**¶** ET quidem operibus deus ab institutione mundi perfectis, dixit enim in quo-  
dam loco de die septima sic, & requieuit deus die septimo ab omnibus operibus suis,  
& in isto loco rursum, si introibunt in requiem meam. **¶** Hec minus consentanea si-  
bi videtur esse oratio cum tamen secus se habeat sed ita inquit, neque enim dicere pote-  
rit quispiam de sabbati requie Dauid differuisse, nam qui fieri potest, quando olim  
iam illud effectum sit, ut a principio mundus sit constitutus, quin potius perspicu-  
um est de alia quadam Dauid quiete dixisse de celesti videlicet illo ingressu, qui ta-  
men in futurum sit debitus tanquam in posterum essent nonnulli celi hanc requiem  
adituri, & quemadmodum sabbatum apud scripturas & si requies dicitur, nil tamen  
impedit quo minus & requies in alium sensum nuncupetur, in tertia videlicet quie-  
tudo, quam Dens esset olim pollicitus. Sic quidem nec prohibetur hoc loco, quin &  
requies futura illa interpretetur, celorum inquam imperium, quod sane haudquaquam  
sunt increduli audituri.

**¶** QVONIAM ergo superest quosdam introire in illam, & hi quibus prioribus  
annunciatum est, non introierunt propter incredulitatem iterum terminat diem quem  
dam hodie Dauid dicendo post tantum temporis sicut supradictum est, Hodie si

Terra p  
missionis

Caleph  
& Iesu eo-  
que seditio-  
nis non af-  
fenserunt  
palestinam  
sunt in-  
gressi.

Sabbatum  
requies.

vocem eius audieritis nolite obdurare corda vestra, nam si eis Iesus requiem prestasset nunquam de alia loqueretur post hanc diem. Studet itaque omni nisu Iesus illi arguere nil potuisse in hanc requiem inducere quempiam cuius & David meminit & nos facimus mentionem. Cum igitur nec ille in huiusmodi requiem inuenerit alium, & David inquit rursum post tanta annorum curricula, nolite obdurare corda vestra sicut & patres vestri qui ob eorum diffidentiam nequaquam sunt quieti ingressi deturque ex his nobis intelligi, rem contra procedere, videlicet si creduli fuerimus futurum esse ut illam ingrediamur. Constat ergo requiem istam futuram esse, & nos opperiri ut se adeamus. Neque enim David de palestina huiusmodi dicebat, quippe qua tunc potirentur iudei, neque de septimo die, ut pote que ab ipsa mundi fundatione fuisset. Est igitur requies tertia quedam, celorum scilicet regnum ad quod & Iesus dominus, ob credulitatem & fidem, que in se habetur inducit.

Tertia requies regni celorum.

IGITUR relinquitur sabbatismus populo dei. Non enim quietem dicit sed sabbatismum, nomine proprio explicato, & eo quidem quo maxime hos oblectabat & illecti nominis eiusdem suauitate, concurrerant. Nec secus & celeste regnum se habet. Nam quemadmodum sabbato ab omni opere carnali & crasso cessandum lex ipsa iubebat & ea dumtaxat ut peragerent sacerdotes, que cum ad Dei cultum, tum ad anime utilitatem facere viderentur. Sic & in posterum illud tempus, cuncta spiritalia futura sunt & diuina, nihilque quod carneum sit aut laboriosum, ubi & dolor omnis cessit & meror & gemitus abiit. Audi ergo, quid ipse mox inferat.

QUI enim ingressus est in requiem eius & ipse requieuit ab operibus suis, sicut a suis Deus. Explicat nunc cur sabbatismum dixerit futuram in celis requiem, ob id scilicet quia & ipsi a nostris operibus requiescimus, nec secus quod deus ubi diem quoad condenda terrarum hac machina cessasset ab opere, sabbatum appellauit. Perinde ac si dicat, hac quidem in vita acerrimum est iustus certamen & labor immentus propositus, quia virtuti maxime est insudandum, in celis vero, neque ad moralitatem aliquid quam exercebuntur, sed deo dumtaxat inexplebili quadam animi fruuntur suauitate. Quod autem hi qui ex iudeis crediderant audire maxime cupiebant, quod a presentibus scilicet & operosis negociis liberandi sint & pressuris, nunc dicit, ut eorum subleuet animos malis in gentibus afflictatos.

per requiem cuius dauid meminit intelligitur celestis imperium.

CELESTINEMVS ergo ingredi in illam requiem. Cum ostendisset tertiam quandam esse quietem, & illam celestem, hortatur hos demum ut hanc ipsam ingrediantur. Recte autem festinemus dixit cum haudquaquam ut ad huiusmodi requiem prebeat aditum satis virum habere sola per se fides videtur, nisi & optimus ad illius uendi modus.

NE in id ipsum quis nostrum incidat incredulitatis exemplum. Id ipsum id est israelitarum exemplum. Quemadmodum enim cum maiorem itineris partem, iam confessissent, & mala plurima essent perpeffi, ob incredulitatem tamen & diffidentiam conciderunt. Sic & vobis cauendum ne post tam multa que iam subistis certamina collabamini, ut pote qui non ad finem usque strenuos vos prestiteritis id enim verus est lapsus.

Fides sola non potest nos ad celum subuehere.

VIVVS est enim Dei sermo & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti. Vt enim tunc illi non bello aut gladio, sed Dei verbo interiire, quippe qui vitro procumberent, & se ipsi contrucidarent. Sic & vobis cum ageretur. Nam Dei hoc verbum ut illos affecit supplicio sic & vos cruciabit, id namque & viuus perpetuo & nunquam extinguitur. Vel in alium sensum viuus est dixit, ne forte scilicet cum verbum iam audissent, inconstans esse & vanum existimarent, viuus hoc appellauit, id est subsistens & efficax, ita ut in quacumque irruerit animam, graue illi vulnus infligat. Aduer-

te autem quemadmodum & gladii meminit & acuti & penetrantis, ut ex rebus nobis iam consuetis & notioribus, preferat diuine potentie magnitudinem.

ET pertingens usque ad diuisionem anime & spiritus. Rem sane horrendam hic predicat, quod sanctum spiritum discludat ab anima dissecetque, & eam relinquat a sanctitate ex spiritu eodem manante penitus destitutam, quam dominus in euangelio ancipitem nuncupat. Ut enim Imperator aliquis primatem ex suis quempiam quia tetrum aliquod commiserit facinus, exauktorat, & dignitate & magistratus munere priuat, mox etiam & capite plectat vita priuet, sic & hoc loco cum spiritus fuerit aliquis dignitate priuatus, deinde & pena afficitur. Nonnulli vero ita intellexerunt, & meo iudicio haud satis consentanea sentiunt Apostoli animo Dicunt enim Dei sermonem vel spiritum ubi animam ipsam inuaserit, diuidere statim & interficere re huius anime partes, & eam decetero hunc in modum susceptibilem reddere & pacem mysterii, utque & telum carne prius discissa mox ea immergi & ad itima tendere consuauit, sic & sermo nisi munitiones anime partes interclusas se iunxerit, nullum afferunt sibi in eam patere ingressum.

Imperator exauktorat ob delictum.

COMPAGVM quoque & medularum. Ne forte hi anime cruciatus cum audiunt, negligentiores reddantur, incertos illos existimantes, adiungit, & corporis penas, patentia enim, queque & presentia mala longe acrius vrgent.

ET discretor cogitationum & intentionum cordis. Sermonis nunc patefacit diuinitatem cuius vel precipuum est argumentum disquirere & nosse hominum cogitatus, ait enim scrutator est cordis & rerum Deus.

Presertim magis monet.

ET non est vlla creatura inuisibilis in conspectu eius. Non solum hominum inquit examinat corda & scrutatur deus, quin etiam si vel angelos dixeris & potestates, omnia illi aperta sunt & patentia, nec quidpiam est quod latere illius oculos queat.

OMNIA autem nuda & aperta sunt oculis eius. Ut clare demonstret quemadmodum cuncta illi sint nuda, id est nota & cognita, dictione est usus ex quadam ex coriata ouis metaphora, nam ut illi cum demitur tergo, vel iugulo cultrum infigitur, & enecte demum a collo pellis diuellitur interiora cuncta nudantur & patent haud secus & Deo vniuersa que in terris geruntur, vel animo concipiuntur & mente, ut aperta & enudata mox innotescunt.

AD quem nobis est sermo. Illi inquit & gestorum per nos reddenda ratio est, & pro commissis danda supplicia. Vides quo redigatur res culmine. Nam & si audias diffidentie & incredulitatis malum eque nobis cum Israelitis commune, nil ambigentes ferenda esse tormenta. Ostendit preterea & quas ipsi dabimus penas, fore longe acerrimas.

HABENTES ergo pontificem magnum qui penetrauit celos Iesum filium dei Perinde istiusmodi aliquo rogitate, consule nobis quemadmodum nec ipsi labamur nec animo concidamus. Ait igitur, satis profecto que diximus ob iniectam formidinem erudire nos possunt, & reddere tutiores. Accedit etiam quod pontificem sumus iam nacti, qui nobis possit & opem afferre, si modo illi confisuros nos constantissime profitebimur, neque enim pusillus est ille aut cuiusuis sortis, sed dei filius nec talis qualis Moyses fuit, ille namque nec requiem illam adiuuit nec in hanc populum introduxit. Hic vero vel permeans celos, assidet patri, potestque nobis aditum in celum prestare, & quietis illius perpetue, cuius longe ante, promiserat heredes efficere.

Qualis esse debet nre spei confessio.

TENEAMVS ergo spei nostre confessionem. Neque enim id omne negocium pontifici tribuit, sed & ipsi, ut officiosi simus deposcit, habet utique ille id peragendi potestatem si modo nos fuerimus digni, in quos beneficia conferat, At quam hic

Nota!

dicit confessionem: eam nempe ut resurrectionem confiteamur futuram, & qd pro  
meritis quisq; sit accepturus, qd infinita ibidem bona nos maneant, & demum qd  
Christus ipse sit Deus. Istiusmodi itaq; tenenda confessio est, neq; a nobis ut delusio  
at permittenda, sed quodcumq; fuerimus in fidei primordiis ipsis professi, firmiter te-  
neamus, hoc pacto formidolosa queq; perdentur.

**NON** enim habemus pontificem qui non possit compati infirmitatibus nostris.  
\* Cum istos ad credulitatem hortatur vel his adiicit fidem, aitq; non enim est pon-  
tífex iste qui nostre sit conditionis ignarus, quales pleriq; pontificum sūt, qui ut ma-  
la minus experti, ignorant prorsus quid in se habeat pressure acerbitalis, & ideo ne  
promptiores sunt ut oppressis opitulantur, vel miseris compatiuntur, atq; cuncta su-  
biuit noster hic pontífex, & ubi mala quamplurima fuit perpetrata, & celum, consensu  
dit, veniam fragilitati daturus humane.

**TEMPTATVM** autem per omnia, pro similitudine absq; peccato. \* Hunc  
enim infectati iudei & conspuere, & calumniati sunt, & malum semper interminati  
& mortem patibulo sufficere, pertulit itaq; hec omnia pontífex qd similitudine nos-  
tra videlicet. Hoc est, haudsecus hec omnia tulit quam ipsi ferre pro humana fragili-  
tate solemus, toleranter tamen & absq; peccato, quippe qui nulli esset peccato obnoxio-  
sus Hunc itaq; & vos imitati vel in medijs malis, estote in fide constanter, & ab om-  
ni peccato alieni.

**ACCEDAMVS** ergo cum fiducia ad thronum gratie. \* Cum enim, inquit  
peccati expertem sumus pontificem nacti, qui vel mundum perucit, ait namq; confi-  
dite ego mundum hunc vici, debemus hunc fidentiores adire, quandoquidem & no-  
bis que animus tulerit largietur. Sunt autem throni duo, alter gratie & dum vitare  
hanc ducimus adeundus, cui qui fidenter adheferint munere quodam diuino pec-  
catorum sunt veniam accepturi. Alter vero secundus aduentus est thronus non gratie,  
quippe cum nemo tunc remissionem delictis sed iudicium assequetur, thronum au-  
tem dixit ut pontíficis arguat dignitatem, & iudicantem ostendat.

**VT** misericordiam consequamur & gratiam inueniamus in auxilio oportuno.  
\* Perinde ac si dicat, si enim dum interea viuimus hunc ipsum adhibimus, & miseri-  
cordiam simul inuenimus & gratiam, ut qui oportune ad hunc concesserimus &  
dum est clementie locus. Qui vero alias se obtulerit his prorsus carebit, neq; enim in  
posterum gratie erit, sed iusticie thronus, quo & si rex ille Deus infidet, facturus gra-  
tiam flagrantibus, tunc tamen est ad iudicium surrecturus, ait enim, surge Deus &  
iudica terram.

**OMNIS** enim pontífex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur  
in his que sunt ad Deum. \* Vult tandem arguere nouum vetere testamentum lon-  
ge esse prestantius, orditurq; sacerdotalia munera ipsa conferre, cum priscorum sa-  
cerdotum illorum, tum Christi, ostenditq; maximum in modum Christi excellere  
sacerdotium. Veruntamen cum Paulo occurreret, qd multa inesse sacerdotibus alijs  
esset necesse que Christo tunc defuissent, utpote qui neq; de tribu esset sacerdotali,  
neq; in terris sacerdotis munere fungeretur neq; ab hominibus institutus, & ut ita  
dixerim nec imaginem aliquam haberet corpoream ipsius sacerdotii habitus, que ta-  
men spiritum preferebant, non terrena hec & presentia, Enarrat primum que Chri-  
sto sunt cum sacerdotibus ceteris communia, deinceps & que in Christo excellent p-  
ducit, nam tunc quidem cum realia quadam collatum prestare aliquid creditur, &  
cum partim commune aliquid habet, partim priuatum quo prestat. Ex hominibus  
igitur ad pontificatum assumit commue est Christo cum ceteris ipse namq; cum ho-  
mo existeret pontífex est a Deo effectus, & pro hominibus constituitur in his que ad  
Deum sunt.

duo thro-  
ni nobis  
adeūdi,  
grē vn<sup>o</sup>al-  
ter iustic-  
ie.

nō ē post  
hāc vitā  
grē aut  
demētie  
locus.

Nouū te-  
stamētū  
veteri p-  
stātius.

deum sunt, id est, intercessionem facere, vel id quidem est illi commune cum ceteris.  
**VT** Offerat dona, & sacrificia pro peccatis. \* Explicat quid illud sit p hominib<sup>9</sup>  
ipsis ad Deum cōstitutū, peccatis scilicet Deum ppietium reddere, quod utiq; & Christo  
est, & si non penitus commune cum alijs, quippe qui patrem conciliandi gratia seipm  
obtulerit, alij vero alia quedam donū videlicet, & sacrificium.

**QVI** Condolere possit his, qui ignorāt, & errant. \* Hoc est, compati, & condescē-  
dere, & veniam dare p ignorantiam deliquētib<sup>9</sup>. Aduerte autem ut ex ignorantia, &  
errore, omne facinorū genus gignatur. Nam & si nosse alij quod pagit malū videtur,  
alioquin cum illud exercet, metem obtenebratus insanīa, & erroris morbo laborat, &  
voluptatum illecebris preceptis defertur.

**QVONIAM** & ipse circūdatus est infirmitate. \* Causa autem potior sane, & cer-  
tior est, qua debeat pōtífex p cecitatem ignorantem peccantibus condolere, quia & ipse sit  
carnis infirmitate obductus, & humane fragilitatis ex se non ignarus, & veniam me-  
titur sic delinquentibus. Nonnulli vero ita intelligunt videlicet vel vna re solū pontíficē  
differre a populo, quia alijs commiseratur, & parit, cū in ceteris sit & ipse ut reliqui ho-  
mines infirmitate p cinctus.

**PROPTEREA** Debet quemadmodū & p populo, ita etiā p semetipso offer-  
re p peccatis. \* Horum omnium cum ceteris nil quidpiam participat Christus. non  
enim erat eiusmodi peccatorum infirmitati obnoxius, neq; p seipso, sed p hominib<sup>9</sup>  
ceteris sacrificium obtulit.

**NEC** Quispiam sibi sumit honorem, sed qui vocatur a Deo. \* Vel aliud quod-  
dam pontificatus argumentum inducit, quod & Christo inesse prospicitur, ut ne quis  
scilicet suo opte impulsu siue sacerdotium, siue pontificium munus aggrediatur, sed a  
Deo vocatus illud accipiat. Ostendit preterea hoc loco tunc temporis iudeorum pō-  
tífices ad honores auide profiliisse, & dignitates eiusmodi pecunijs comparasse & le-  
gem penitus corrupisse.

**TANQ;** Aaron enim principio p Moysen a Deo accitus, sacerdotii  
munere hocungebatur, ne ipse prior est illud aggressus, quinetiam cum & virga re-  
floruit, inotuit plane diuinit<sup>9</sup> se fuisse electum, & eos pterea fuisse ab igne absumptos  
qui sacerdotium per se inuallissent.

**SIC** & Christus non semetipm clarificauit, ut potífex fieret, sed qui locutus est ad  
eum filius meus es tu: ego hodie genui te, quemadmodum & in alio loco dicit, tu es sa-  
cerdos in eternum secundum ordinem Melchichedeh. \* Quod Christus ubiq; dicit  
ctabat, quia a patre scilicet missus sum, & a meipso non veni. idipm nunc cōfirmat A-  
postolus, a Deo hūc esse dimissum, nec gloriam sibi ex se conciuisse, sed qui esset ad eū  
locutus, & filium esse hunc suum dixisset, eūdem clarum fecisse, & sacerdotii insigni-  
bus decorasse. Cum itaq; sensibilibus plurimis argumentis paruisset fuisse Aaron,  
& dictum est, a Deo platum, & affectum honorib<sup>9</sup>, Christus vero nihil haberet hmoi  
utpote cui scelerati homines supplicia intulissent, & mortem, quippe qui tunc proba-  
rentur, & pro arbitrio agerent, versarentq; omnia, Prophetarum nuncvaticinio quod  
prestantius est, patefacit, & a Deo hunc destinatum fuisse testificatur. Videtur autem  
(quod in secundo psalmo dictum comperimus, Ego hodie genui te) minus rei pro-  
posita conuenire. Habet sane hoc loco Paulus constitutum Christum arguere in pō-  
tíficem esse a Deo promissum, Hic vero testimonium plane affertur a Deo esse hunc  
ipsum progenitum. Respondendum itaq; genituram huiusmodi maximum i mo-  
do ad rei confirmationem valere, quod a Deo sit in pontíficem constitutus. Perin-  
de, & illud aduerte, quod cum in psalmo centesimo nono iam dixerit Deus, de vtero  
ante luciferum genui te, & paulopost illud adiecerit, Tu es sacerdos in eternum secū-

E. i.

Ex erro-  
re, & i-  
gnorātia  
oē malū  
gignitur

Nemo  
pontifici-  
um mu-  
n<sup>9</sup> aggre-  
diatur ni-  
si a Deo  
vocatus.  
Aaron p  
Moysen  
accitus.

Ego ho-  
die ge-  
nuī te  
quomō-



Sacerdos in eternū xp̄s. De<sup>9</sup>

Melchisedech sacerdotiū xp̄i typū gessisse. Quo sacerdotiū xp̄i sit eternum.

Xp̄s assumpta carne nūq̄ diuisus sit.

dm̄ ordinem Melchisedech, hoc loco Paulum que psalmis his vtrisque de nativitate sunt dicta coniunctis, p̄inde ac si dicat, nequaquam velim de alio quovis dictum id suspicaris, tu es sacerdos, nisi de Deo, & solo, qui sit ante luciferum genitus. Sic itaque haudquaquam esse alius hic deprehendetur, q̄ ille fuerit, qui psalmo secundo denunciat hodie fuisse progenitus. Nam cum ante luciferum inquit, eternitatem designat, que nullis temporum spaciis prefinitur. Cum vero hodie dicit, a principio esse hunc genitum arguit, id est, ab eterno. Constat igitur que psalmus secundus complectitur ad Christum cuncta referri, De Christo ergo & illud Tu es in eternum sacerdos, dictum esse perspicuum erit. Verum quem alium afferre possunt preter Christum iuxta dei: qui sit ex Melchisedech instituto pontifex factus? Nonne erant sub lege omnes? Nonne & uniuersi sabbata obseruabant? offerbantq̄ sacrificia? Aptissime itaque de Christo dictum id esse constat, hic enim & solus Melchisedech illius in morem pane & vino sacrificabat. Verum quo pacto in eternum hic dixit? quia vel in presenti, & corpore ipso, quod ille nostri gratia immolauit, pro nobis etiam intercedit apud Deum ipsum, & patrem. Id est, que ille pro nobis perpassus est profert, ut patrem exoret eundemque istiusmodi subinde alloquitur, humana natura temperanda vniuersi tuus hec tolerauit, Miserere itaque horum, pro quibus ipse pati sustinuit. Vel in eternum dicit, quia quotidie offertur, vel in perpetuum offertur per Dei ministro oblatio, Christum dominum, & pontificem habens, & sacrificium, qui seipsum nostri ob gratiam sanctificat, frangit, & tribuit. Quotienscūque enim id fiet: mors domini annuntiabitur.

¶ QVI In diebus suæ carnis. Dies carnis eius, quos duxit in carne dies demonstrat. Nec quidem, quod absit, quia carnem nunc deposuerit, quippe quam & in presentia habet: & in eternum est habiturus, & incorruptibilem quidem, & carnis passionibus nobis natura inuitis minus obnoxiam, quandoquidem nec esuriam patitur, nec dolorem, nec eiusmodi aliquid. Hunc vero dicendi modum Apostolus a propheta desumpsit, dicente in psalmo quartodecimo, & cetero. In diebus meis inuocabo psalmum enim hunc integrum ad Christum refert Propheta.

¶ PRECES, & supplicationes ad eum, qui possit illum saluum facere a morte, cum clamore valido, & lachrymis offeres. Hec quidem de carne dicuntur. Neq̄ enim velle cum Deus esset, vlla re indigebat, q̄ si vel indignissime re aliqua concedatur, nil tamen cum clamore, & lachrymis opem sibi affert, efflagitasset. Hec tamen haudquaquam sunt Dei, sed Christi vnus humanitati sunt tribuenda, & ut veritas assumptæ naturæ clarescat, & eius in nos cura, & charitatis prestantia patefiat. Ille enim pro nobis deprecatur, & que nostra est, mortalitatem subiuit, ut in seipso naturæ ad mortem obediens deleret formidinem. Constat enim in euangelio nusquam proditum, literis esse ut resurgeret patrem fuisse peccatum, sed contra, suo opte imperio, & potestate dixisse comperimus. Soluite templum hoc, & suscitabo illud post triduum, & alibi, Potestatem habeo accipere animam meam.

¶ EXAUDITVS EST PRO Sua reuerentia, & quidem cum esset filius Dei. Vel id quidem carnis ob gratiam, & ob auditorum dixit fragilitatem, nondum enim hi Paulum plurimi faciebant. Quod autem inquit tale est, tanta est enim Christi humanitatis auctoritas, ut suo potius officio q̄ Dei, ut ita dixerim, munere sit effectum, ut fuerit ille exauditus, & ob id magis veneretur hunc Deus, & nobis sit eiusdem intercessus propitior redditus. Et quis ille sit filius: & apud patrem habeat pro naturæ vnitatis siue duciam, tanti tamen eius est quam diximus, quo ad humanitatem auctoritas hec, ut illi vel diuinitas ipsa reuerentiā deferat. Quapropter nolite flaccessere, nec a ceptis desinite, dominum enim habemus, quem pater exaudiuit. Siquid itaque hunc petentis

factus est vobis, quod sane in euangelio discipulos alloquens dñs dicit, Si diligere/ tis, gauderetis utiq̄ quia vado ad patrem, quia pater maior me est, & quecūq̄ petieris/ tis in nomine meo dabit vobis.

¶ DIDICIT Ex his que passus est. Didicit inquit Deo obtemperare, & patri, id est, ipm̄ patiendo edocuit, apparet autem dictū id pene absurdum, cum tamen secus se habeat. Nā quo pacto ab his que fuerat perpassus, obediētiam didicit, qui vel anteq̄ pateretur, tanto p̄ri sit obsecutus, ut vel mala que tulerit vniuersa, ut p̄ri morigerū se p̄staret, vltro se exceperit, factus est enim inquit, obediens vsq̄ ad mortem. Aduerta ergo cur illud dixerit, Cum enim hi ad quos hanc scribit ep̄lam, ex animi quadam pusillitate, & diffidētia, minus parere bene monentibus viderentur, visum est Paulo infima quedam de filio explicare, ut eius exemplo, magis ac magis illis psuaderet, diuinæ voluntati sidenter obtemperarent, nec grauius ferrent pressuras, quin potius sup̄ne, & celitus diuinam opem expectent. Nam & filius inquit, cum mortem obsequenti gratia sustinuisset, & a p̄re quidem exauditus ē, & eius anima a morte erepta. Sic itaque eo ex tempore didicit patri obtemperare, vnde magnas nunc asserit esse obediētiae vires, p̄ri de ac si dicat, si enim Christo in lucrum passionum cessere, longe magis & nobis in modum sunt concessura. Vides quemadmodum ut auditoribus profectum asserat Paulus, vbi ad id condescenderit, ut vel absurda quedam dicere de filio videretur, audi ergo que insequuntur.

¶ ET confumatus. Perfectio ergo ex malorum tolerantia gignitur, cur igitur ip̄i moleste pressuras has fertis: que p̄fectiores vos reddunt.

¶ FACTVS Est omnibus obtemperantibus causa salutis eternæ. Id est, non modo ip̄e saluus est factus, quin salutem ceteris contulit. Nec temporariā aliquam, aut breuiem, qualis solet in bello afferri periclitantibus, sed eternam. At quibus est illa allata? nimirum obtemperantibus. Cur ergo vos increduli estis in tantæ salutis ammittēda, & versamini in discrimine Vides ne quemadmodum hec omnis oratio tam variis sit figuris distincta. Sed aduerte & orationis huiusce p̄stantiam, ait enim factus est causa, quod vtiq̄ diuinitatis est proprium. Nam Deum preter, alius nemo esse tantæ salutis causa potest.

¶ APPELLATVS A Deo pontifex iuxta ordinem Melchisedech. Quoniam inquit, passus est ille, & pontifex est nuncupatus, utpote qui sese in mortem obtulerit. Nec tamen etiam sanguinem obtulit pro iudaicis institutis id egit, sed in Melchisedech morem factus est pontifex. Nam quemadmodum ille non fuit olei liquore ab homine delibutus, sic nec Christus quidem, sed adeo consubstantiali ip̄ius sp̄u offusus ē, utq̄ & ille rex fuit, ita & iste potitus est regno.

¶ DE Quo grandis nobis sermo, & interpretabilis ad dicendū, quoniam imbecillales facti estis ad audiendum. Cum illis sit de sacerdotiū differentia disserturus, primum hos increpat arguens se ob eorū astatā tam multa fuisse de Christo, & abiectiora locutū, & verbo ipsi & incarnato diuinitus se immoratum. Nam si non adeo essent hi animo imbecilli, iam pridem de altioribus rebus disseruissent. Ob vestram igitur inquit torpedinem, difficulter haberi poterit sermo, quemadmodum sacerdos sit Christus, secundum ordinem Melchisedech institutus, & vram ob ignorantiam nequaquam quiuerim, & illud recte interpretari. Enimvero Corinthios, apud quos cum nequiret de spiritalibus disputare, ut qui inter se dissiderent ut segnes, & torpidos arguit. Cū autem inquit facti estis ostendit hos olim sanos fuisse, & mente integra, & fide constanti, & postremo tandem in eam ignauiam recidisse.

¶ ET Enim cū deberetis magistri esse propter tempus. Laudibus vituperationē interserit dicens, aliorum oportere hos instructores esse. Ostendit autem iam pridem

Magnā obediētiae vis. Paulus cupit vbiq̄ p̄desse

p̄fectio ex malorū tolerantia gignitur.

his quae multa fuisse de Deo credita, & mysteria ipsa intellexisse. Id sane utrumque laudabile est: & eorum in gloriam cederet, si ignavos se postmodum prestitissent. Solent enim inquit, homines temporis fieri processu validiores, vos vero illo abusi, in ignaviam vestris iam resoluti.

**¶ QVRS VM** Indigetis, ut vos doceamini que sint elementa exordii sermonis Dei. Elementa Christi humanitatem dicit. Nam quemadmodum cum lris danda e opa. Primum elementa ipsa sunt pdiscenda, sic & hoc loco Christi humanitatem fuisse hi edocendi, & assuefaciendi minoribus, ut postmodum ad maiora & divinitatem ipsam pgrederentur; que sane mentem exigit pfectiorem. Ecce iam a Paulo ipso edocuit se quamobrem intimis sit sermonibus immoratus, nec altius aliquid, vel raro dixerit, & qdemum ob auditorum imbecillitatem id agat, argumento est epistola que obiectio ribus est, & infimis rebus referta. Et si quid forte quod sit sublime contineat, summati illud, & breuiter tractat.

Lac, & ci  
b solid?

**¶ ET** Facti estis quibus opus sit lacte, non solido cibo. Non enim opus inquit, habe tis, sed facti estis, id est, vestra opera ad id estis deducti, ut voluntate sitis istiusmodi red diti. Lac vero humilem sermonem, & de minimis differentem, & hoc loco appellat, & in epistola, quam ad Corinthios scribit. Solidum vero cibum, que pfectiora, & ab tiora sunt dicit. Non enim inquit, oportuit que legi sunt: in presentiarum pducere, ex hisq; & Christum conferre, qui haudquaquam potest pre eius magnitudine compara ri, quia & pontifex sit, & seipsum immolandum obtulerit, & cum clamore orauerit, & supplicatione, Cum itaq; istiusmodi vobis sint nutrimento, vel ista adici. Nota au tem verba diuina pro veris esse, & certioribus nutrimentis. Dabo enim inquit, his sa mem audiendi verbum domini.

**¶ OMNIS** Enim qui lactis est particeps, expers est sermonis iusticiae, paruulus enim est. Iusticiam hoc loco, vel vitam dicit optime gestam, ut perinde ac si dicit, qui eni minus perfectus est, supernae erit philosophiae ignarus, nec percipere potest vite sub limitatem, quam Christus sic inquit, a nobis deposcit, Et si non abundauerit iusti cia vestra plusquam scribarum, & phariseorum, &c. Vel iusticiam Christum ipsum appel lat, quasi id inferat, Qui humilium istiusmodi & de incarnatione tractantium particeps fuerit. Verba vero que altius de Deo & dignae fiunt; nequaquam acceperit, tanquam istans aliquis erit, nec tanti mysterii capax.

**¶ PERFECTORVM** Autem e solidus cibus. Id e, sublimia dogmata, & Chri sti completetia diuinitatem. Vides ne & aliud quiddam infantiae genus, que senib; inesse deprehenditur, mentis scilicet simplicitatem quandam & inconstantiam, & per fectiorem quam etate inferiores, ut assequantur nil impedit.

Sensuū  
exercita  
tio,

**¶ QVI** p habitu, & consuetudine exercitatos habent sensus, ad discretionem boni, & mali. Consuetudinem pfectionem dicit, & morū iporū firmitatem. Vt enim e morib; quiscq; & habitu stabilitus, sic & animi sensus habet in sacris lris exercitatos, ita ut dog matū celsitudine queat & humilitate discernere, & sana a corruptis diiudicare. Non enim de vita hoc loco differit, nam bona discernere quisq; valet, nouitq; malū esse nequitia, probam vero virtutem. Aduerte autem quemadmodū exercitatioe, & experientia scri pturarū sit opus, si nobis que heresem sapiāt: & que minus sunt differenda, neq; ob; adhibenda sunt aures, guttur enim cibos degustat, anima vero probat sermones.

**¶ Quapropter** intermittentes inchoationis Christi sermonem ad pfectione eius ferra mur. Dixit supius torpidi estis, & infantes, & necesse habetis iterato, prima fidei ele mēta iam edoceri, nunc vero inquit, oportet utiq; tanquam pfecti vos sapere, excedereq; Christi inchoationis sermonem, id est, fidei ipsius primordia, & ad pfectione deferri. Sublimium scilicet esse capaces. Vel aliter intelligi id dictum potest. Cū enim hi circa

fidem viderentur claudicare eo nunc de vita differit incomprehensibili, perinde ac si dicat, haudquaquam necesse est, ut circa ipsa initia semper versemini, id est, ut de fide assidue instruamini, tanquam ad eam nup inducti, sed ut ad pfectionis fastigium pducamini, id est, ad optimum viuendi modum, optimus enim est quisq;, cui ad fidē accesserit, & rector vita. Principium tamen, & fundamentum est fides, qua sine, nihil apprehenditur, sicut nec abiq; prioribus elementis, literarum quis potest habere peritiam. Nec tamen perpetuo primis debetis elementis insistere, nec semper tanquam pueri minutiores, & imperfecti in fide estis erudiendi. Siquis vero que ante proposita sūt conspiciatur, improbetq; que deinceps sequuntur, tanquam superioribus minime congruentia. Intelligat id sepe Paulū facere consueuisse, ut cum de re vna aliqua tractet, ad aliam profiliat longe diuersam. Quemadmodum & ad Corinthios cum de comessationibus, & cenis differeret: de diuinis mysteriis sermonem statim inualit. Nec secus & hac in epistola, cum his ignauiam, imbecillitatem, & torpedinem, & exprobrasset, ad perfectionem accipiendam transgressus, & quemadmodum illis viuendum esset, dicere est adortus, imperfectos eos appellans, & eo quidem quia nequaquam cum fide, & vitam coniunxerant.

Fides est  
fundamē  
tū spūal  
edificiū.

Pauli  
mos in sa  
cris tra  
ctādis.

**¶ NON** Rursum faciētes fundamentum penitentiae ab opibus mortuis, & fidei ad Deum. Id est, ne denuo eadem illa aggrediamini que olim fecistis cum baptis mi essetis lauacro abluendi, & nup ad fidem concessissetis. Ex mortuis operibus penitē tiam dicit, id est, sathanæ operum repudiationem. Costat enim qui ad Christi fidem accesserit, prioris tam dogmatis, q; vitæ penitudine concessisse. Nam si preteritorum quempiam nihil peniteat quo pacto pſentia aggredietur, & ideo fide adiecit ad De um, nam mortuis renunciantem opibus, mox fides inuadit. At igitur, non enim vos estis tanquam tirones, & nup instructi in fide erudiendi, quippe qui iam diu fidem hac exceperitis. Ex his autem arguit Paulus hos quidem in fide labasse, & tanquam nondū obfirmatos, fundamento aliquo indigere.

Necesse ē  
eū penitē  
re vitæ p  
teritæ q  
nouā vult  
inchoare

**¶ BAPTISMVM** Doctrinæ. Neq; enim perinde multa sint baptismatis genera plurali vsus e nūero, cū vnum sit baptisma, sed anteq; id sequatur, & accidat sit necesse Nam si rurū hos institueret, & iterato vt labentes baptismo ablueret, necessario & bap tisma id, plura hec sequerentur, quod sane foret absurdum. Inquit ergo, Nō enī iterū estis baptisandi, sed in primo vobis accepto baptismate pmanendū. Sciendū p terea que admodum qui legi inheserāt, varias baptismatū species iudaico ritu, vel in grā de nunciāsse. Attende etiam uti post penitentiam baptismus affertur. Nam cum penitē tia hec sola p se nequeat nos penitus emū dare, & baptismate abluimur, ut omne in nos collatum munus Christi gratiae ascribamus.

Variæ bā  
ptismatū  
species  
quondā,

**¶ IMPOSITIONIS** Quoq; manuum. Qua scilicet & spiritum sanctum acci piebat, cui grā & futura pdicerent, & miracula ederent, ait enim & alibi Paulus Cum manus eis imposuisset: acceperunt spiritum sanctum.

**¶ AC** Resurrectionis mortuorum. Id enim cum baptisamur pfiguram p tēditur. Nam cum veluti ex aqua emergimur, tūc quidem resurrectionem fateri videmur & mortuos resurrecturos asstruimus.

**¶ ET** Iudicii eterni. Id est, qd ppetua que dā est allaturū, siue bona sint illa, siue ma la, & cruciatur. Verū id videtur hoc loco sentire Apłs est quidē non indecēs hos ipsos existimari, et si iam credidissent, nutabūdos tū, & instabiles esse, vel praeue ducere vitā & negligēter subide ceret, vigilate, nō enim id dicere licet, si p somnolētiā, & igna uiam viuimus, vel forte & a fide ipa deficiamus, iterato possumus p baptismi lauacrū segnitiam omnem, & peccata abluere, & pristina bona recuperare, non enim bis baptisamur, si ita sicfore existimatis, longe vos fallit opinio.

**¶** **HOC** faciemus si quidem permiserit Deus. ¶ Quod illud ad perfectionem dico enade re: si modo id Deo libuerit. Hoc autem non eo intulit: p inde nequaquam hoc permiserit sit Deus, sed quia usurpare homo i aliquid interloquendum solemus, si Dei voluntate licet, hoc illudue sum aggressus, simul etiam instruit, ut cuncta ex illi arbitrio pederet, & nutu existimemus, & ita ut vel ea quide que ex confesso sunt bona, proprio iudicio quaquam credamus, vel viribus, id ipsum & Iudas Apostolus commonefacit.

**¶** **IMPOSSIBILE** Est enim eos qui semel sunt illuminati. Non enim inutile dicitur, vel indecorum, sed impossibile, quo fit: ut & his de secundi lauacri expectatione, omnem spem adimat.

**Donū celeste.** ¶ Gustauerunt etiam donū celeste, & participes facti sunt spiritus sancti. ¶ Donū celeste, id est, Dei gratiam, & spiritus sancti particeps, scilicet remissionis, tūc enim & spiritus sancti participatio adest, cū remittitur delicta, quippe qui in corpore habitet particeps olim obnoxio is vero, ut diximus, spiritus per manuum impositionem, conferebatur.

**¶** **BONŪ** gustauerunt Dei verbū. ¶ Quod illud sit, nequaquam aptius pertulit, in futurum, tūc quoad modū de vniuersa spiritali doctrina edisserat, cū Dei verbum dicit.

**¶** **VIRTUTESQUE** Seculi venturi. ¶ Mirandarū rerū operationes seculi virtutes appellat, Vel vitam si quādo in angelorum hanc ducimus ducimus morē, & ita ut nullis presentibus rebus indigeamus, sed futuris dūtaxat intendimus, habentes iam vitam futuram pignus vitam, quam hoc seculo viuimus, nullis opibus, aut rebus exterius, oppelli, sed spiritalibus dediti.

**¶** **QUI** lapsi sunt reuocati rursus ad penitentiam. ¶ Id est, per penitentiam, quid ergo in presenti eiecta est penitentia: nequaquam, sed secundi lauacri inuolutio, est namque baptismi proprium, hoies inouare, sicuti & Propheta ait, renouabitur ut aquilae iuuentus tua, Penitentia autem officium est a vetustate eruere, & eruta roborare, cum nequeat tamē ad claritatem celestem illam traducere, quod utique sola gratia valet. Ad penitentiam itaque inquit, baptismatis scilicet, prius enim anteactae nos penitet vitam, deinceps & baptismate abluimur, sicuti predictum est, penitentiae ex mortuis opibus. Ex sequentibus tamen liquido patet, hec quidem idcirco Paulum protulisse, ut secundo baptizari hos prohiberet.

**¶** **CRUCIFIGENTES** sibi filium Dei. ¶ Baptismus quidem pro cruce habetur, Cum Christo namque & vetus homo patibulo affixus est, Unde & Christi ipsiusque mortis similitudinem, illi sumus nos complantati, & item cum per baptismum simul quousque cum aqua immergimur figuratur, humati sumus. Nam quemadmodum ille in cruce mortem carne obiit, sic & nos in baptismate sumus peccatis demortui. Qui igitur fuerit secundo baptismate ablutus, quantum in eo est, iterato Christum cruci affigit, quod plane absurdum, & impium est, ille namque semel & mortuus est, & resurrexit, & mors ei ultra non dominatur. Non ergo erit secundum aliud quiddam baptismate quia nec est secunda crux aliqua. Nam si secundo baptismate concederetur, quid impedit quominus vel tertio, & quarto, vel milies quis baptismate hoc profuerat. Nec simpliciter dixit crucifigentes, sed libi ipse adiecit, ut arguat, qui negligentius vitam hanc ducunt sic omnia factitare, p inde aliud quiddam lauacrum expectarent, ac tanquam praeue de fide sentirent.

**¶** **OSTENTUI** habentes. ¶ Triumpho loco ducentes, vituperant. Hoc autem dupliciter velim intelligas, vel quia hi qui tunc temporis patibulo hūc suffixerunt, ad eius ignominiam id mortis genus excogitarunt, abominabile scilicet & ignominiosum, ut quod latronibus destinatum esset, & sceleratis. Vel quia cum semel mortem Christus obiecit, immortalis esse iam creditur, Quocirca qui iterato illum cruci affixerit, fallum id & commentitium reddat, quod sane Christo in dedecus cederet, quoniam quidem post vni-

**Cum iam quā baptismatis immergimur: xpo cōsepeliamur.**

**Baptismū non iteratur.**

cam mortem ei denegat immortalitatem, & ut falsam coarguat. Ait itaque duobus modis fieri non potest, ut res ita se habeat. Primo quidem quia nequaquam dignus arguitur, qui fuerit re tanta dignatus, & baptismi sit lauacrum, & peccatorum remissionem adeptus, & iterato eidem bonis fruatur. Secundo vero quod dictum nefarium est, quia impossibile est Dei filium denuo crucem posse subire.

**¶** **TERRA** enim sepe super se venientem imbrē bibēs. ¶ Terrā quidem aiam ipsam, imbrē vero doctrinā appellat, ut alibi, imperabo inquit, nubibus Deus, ne aquam pluant in vineā, & rursum fluuius Dei impletus est aquis, hoc est, qui a Deo alios instruentem gratiam sumpsit, supernis oppletus est donis. Ostendit autem hoc loco hōs ipos, etiam verbum exceperint, id est, & alias sepe sint affecuti, nil tamen ex eo adhuc proficisse, quod & superius dixit, Qui debetis esse magistri propter tempus.

**¶** **GENERAS** herbam oportuna. ¶ Id est, vitam virtute predictam, nihil est enim compositum adeo, & decorum: ut vitae puritas ipsa.

**¶** **ILLIS** A quibus colitur. ¶ Herbam, id est, recte viuendi modū illis parit hec terra a quibus & colitur, & eidem est hec oportuna. Siquidem iudē illi, quibus virtus ipsa est vsui ea fruatur. Nonnulli vero illis, id est, preceptoribus interpretati sunt, Per eos namque optima vita excolitur, & ipsi sunt discipulorum virtutis participes.

**¶** **ACCIPIT** benedictionem a Deo. ¶ Hoc loco tacite Grecos philosophos refutat, qui terrae feracitati fructuum vbertatem ascribunt, Non enim inquit, cultrices manus sunt que fructus producant, sed id omne in Dei est potestate, qui terrae fructus abunde defert, & his benedicit, ut magis exuberent.

**¶** **PROFERENS** enim spinas ac tribulos. ¶ Non enim generans dixit (ut paulo ante de herba iam dixerat, sed proferens, id est, luxurians, & vbertim germinans. Spinam vero, & tribulū, cum vitae curas, tum opum fallacias, & quoduis peccati genus designant, quemadmodum & Dauid inquit propheta, Conuersus sum in erumna mea, cum insigitur spina. Spina namque non modo inuadit, sed inheret, & figitur, & acriter adeo, ut si non penitus omnem excusseris, vel si pusillum aliquid ex ea refederit, dolores excitet non mediocres, & quibus ut medeatur necesse sit, & diligentior cura prestetur. Accedit & tribulus, id est, peccatum, qui vnde cumque attrahes, & pungit acris, & vndique se prebet infesum, & in hac vita ignominiam affert, & in futura tormēta, & penas.

**¶** **REPROBA** est, & maledicto proxima. ¶ Terre quidem pbatae feracique, benedictum fuisse a Deo iam dixit, infructuosam vero, & sterilem non execrabilem dixit, sed execrationi propinquam, ne penitus despemus. Nam qui fuerit maledicto propinquior, poterit si velit ab hoc per penitentiam, paul abscedere.

**¶** **CVIVS** consummatio est in combustionem. ¶ Haud sane qui comburitur dixit, sed cuius in combustionem est finis, hoc est, qui ad finem vsque in prauis facinoribus pleuerat, ut queat a sterilitate secedere, & sentes ipos oburrere, & probus effici debet, & benedicti particeps fieri.

**¶** **CONEDIMVS** autem de vobis dilecti meliora opa & viciniora salutem, tametsi ita loquimur. ¶ Cū satis iam hos momordisset, incussissetque & formidinē, placat tandem, & lenit medēdo ne prorsus reddat infantes, sed ut iam resipiscant hortatur. Nam qui torpidum minus incesserit, torpedinē pauldubio auget. Ait igitur, non enim hec vos ut iudicium dixi, neque ut existimē sentibus iam esse obditos. Sed veritus ne id vobis contigat, Non enim expectamus tales vos fore, sed quod satius est, opera vestra salutem propinquiora, id est, vestram salutem curam vos habituros. Tametsi hec loquimur, hoc est, acrioribus verbis exacerbamus. Vel etiam de eorum vita hec differit, p inde ac si dicat, Non enim adeo senticosi vos estis, & peccatis oppleti, quin speranda sit salus, Vel forte eos de futu-

Simile.

In grecos phos.

Pcā spinis, & tribulis apte comparatur.

ra retributione commune facit, quasi id inquit, Neque enim ad eo estis execrationi propinquum, neque tam ad redinem proximi, sed alia quedam vos premia manent, ut ex sequentibus patet.

NON est enim iniustus dominus, ut obliuiscatur operis vestri. Vide quem admodum hos recreauerit, confirmetque ad meliora sperandum, ad monitos & priorum operum & diuinae iusticiae, sic dicens, Si enim iustus est Deus, nequaquam vestra opera obliuioni mandabit, que olim gessistis, clementiae & si mutuae charitatis pro his haud dubie vobis mercedem ille persoluet, nulla ergo vos capiat desperatio, quoniam quidem expectanda sunt potiora, habet enim Deus omnem in se equitatem. Siquid igitur habuit mea oratione accersitis, nil profecto vrgendi vos gratia ea sum vltus, quippe quos sciam nequaquam esse merito execrandos.

ET dilectionis quam ostendistis in nomine ipsius, quia ministrastis sanctis, & ministrastis. Magna quedam fuisse que hi gererent opera suo testimonio probat Apostolus, & horum laudat promptitudinem, id namque ministrandi officium, summam ministrantis exprimit voluntatem. Charitatem vero eleemosynam dicit, quam non modo fratribus sunt impartiti, sed in Dei etiam nomine aliis contulissent. Vide quomaxime illud nos consolatur, si quidem non in ipsis hominibus, sed in Deo beneficium collocamus, sicuti & in euangelio Christus, quod enim vni ex pupillis istis feceritis misericordiam, hi fecistis. Enimvero qui Dei ob gratiam fratri diligenter prospexerit, in Deum id beneficium contulit. Sanctis autem, id est fidelibus ipsis est enim quisque cum fide, & testimoniam nactus, vel si in rebus huiusce mundanis versetur, si modo fidem operibus roboret, ait enim & alibi Paulus sanctificatur quidem vir infidelis, in muliere fidelis: & contra. Parit itaque sanctitatem fides, quo fit: ut non solum in heremo diuersarum tribus, ut preditis sanctitate, quin & laicis erit cura, & studium per nos impendenda. Illi namque fide, & vita preferunt sanctitatem, hi vero per fidem non nunquam, & vltam plerique. Attende autem ut eos nunc lenit, placatque, non enim qui ministratis inquit, nec vltra progressus est, sed & ministratis subiecit, id est, vel hoc tempore vestrum hoc prestatis officium.

CVPIMVS autem vniqueque vestrum eadem ostendere sollicitudinem ad expletionem spei vltque in finem. Perinde ac si aliquis quereret, quomobrem hec Paule protulisti, si nihil eras nos incessurus: Hec inquit, eo protulerim, ut in futurum recta progrediamini, non ut que antehac ipsi egeritis improbem, sed ut in posterum vobis prospiciam. Nec volo dixit, quod vtiq; preceptoriae auctoritatis fuisset, & licentiae. Sed cupimus quod sane est paternae affectionis indicium, nec verbis tenus mea hec terminatur cupiditas, sed ardet animus vestri ob gratiam. Tantam vim preferit cupiditatis, cum cupimus dicit: nec vestri solum, sed cuiusuis hominum a deo ille acerrime omnium susceperit curam cuiusuis conditionis, & status, & vniuersos hic tutabatur. Cupimus inquit, vos eadem ostendere sollicitudinem ad expletionem spei, id est, ut plenam, & perfectam habere vos spem proferatis. Aduerte quomodo prudenter hec tractet, quippe qui ne aperte quidem hos vrgeret, non enim a spe inquit, vos excidistis, & respicite tandem, sed subinde id mitius dicat, velim eadem omnino vos studio niti, ut quales olim fuistis, tales vos in presenti, & in posterum exhibeatis.

VT non segnes efficiamini. Vel id quod subiungit: ut hos consoletur. Nam & futurum re ipsam producit. Dixerat namque superius, quoniam quidem torpidi estis effecti, sed audite, ubi quidem solis auribus torpedine terminat, nunc vero prospicio inquit quomodo aim hic pertrigat segnities. Nam quemadmodum corpori oculi, & in exercitatio officit, sic & animus bonorum operum obest neglectus, & homines reddit somnolentiores, & torpidos.

Verum imitatores eorum qui fide, & patientia hereditant promissiones. Commemorat

Charitas eleemosynam roborat.

In quolibet statu salutem acquiritur, modo fides alfit opibus roborata

Paterno affectu docet Paulus non auctoritate

que ante hac optime peregrissent, & ex eorum recte factis profert nunc argumenta & ad pristinum statum traducit. Verum ne forsitan existimet se plane indignos quorum haberi ratio debeat, eoque & spreto fuisse a Deo & destitutos. Ostendit tentationibus viros, eo acrius diuexari, quo magis animi magnitudine polleant, & deum ipsum magnis & prestantibus viris sic uti solere. nam si confestim traderet quod fuerit pollicitus, nequaquam quanti esset quorumdam fides pateret. tunc enim arguitur quis fidem prestare aliquid pollicenti, cum & si longius iterlabitur tempus. sperat tamen promissa se accepturum, nec meret desperans vel torpet. Ait itaque eo quidem patientiam adepti, qui vero hi sint paulo post dicturus est. Aduerte autem quemadmodum prius fidem poluerit, deinceps & patientiam subdat, ex fide namque & patientia oritur, nisi enim quis prius crediderit, daturum Deum quod ante promiserat, nil patienter moram hanc tolerabit.

ABRAHE namque promittens Deus, quoniam neminem habuit per quem iuraret maiorem, iurauit per semetipsum dicens, nisi benedicens benedicam tibi & multiplicans multiplicabo te. Cum multa sint que ex fide hereditantur promissa alios quidem interea preterit, reliquitque posteris conquirendos, vnius dumtaxat Abrahe meminuit, cum ob persone auctoritatem, tum quia hic precipue, cui plerumque promitteretur, dignus est habitus, ut promissa assequeretur. Vnde & arguit nihil esse intoleranter ferendum sed expectandum Deum qui promissa non statim dependere, sed longo post tempore consuevit. Verum quando iurauit Deus, nimirum vel ipsis quidem in verbis iusiurandum hoc esse arguitur, cum inquit per memetipsum iurauit. Forte etiam cum nisi inquit, dicturus est quisquam, dei esse hoc iuramentum per semetipsum iurantem. Nisi vero, pro certe positum est, quod sane nil aliud profert nisi quod veritatem affirmat, veritas vero quis esse preter Deum alius potest. Sic & in euangelio dominus, amicum dei vobis, eodem utitur & simili iuramento, cum enim non haberet prestantiorem per quem iuraret, per semetipsum iurauit sicut & pater.

SIC longanimiter ferens adeptus est repromissionem. Cur enim cum in Epistola calce dicturus sit Paulus, hi omnes non retulerunt repromissiones, sed e longinquo eas spectarunt & salutarunt, nunc vero asserit fuisse Abraam promissa iam affectum. Non enim hiisdem de rebus hoc loco & alibi differit, hic quidem facit de his mentionem que in vita hac promittuntur, que post diuturnum tempus adeptus est Abraam, ibi vero de celestibus, que nondum est consecutus. Vtrumque tamen magnam his affert qui pusillo sunt animo solamen, quandoquidem promissa hec si magno animo fuerimus consequemur, & alias vero arguemur vesanie, si nondum Abraam qui tot iam seculis nature concessit, eadem illa est affectus, ipsi vero egreferremus nondum his esse potitos. Aduerte autem cum longanimiter dixit non minus ex diuinis promissis hec assequi posse, quam per magnanimitatem & tolerantiam. Nunc vero cum longe secus rem suadet his euenturam, id est intercedi posse promissa, cum ipsi diffidimus, territat, id ipsum affirmans in deserto vaganti populo contigisse, qui cum in desperationem venisset & diffidentie malum promissionis terram non est consecutus. Dicit aliquis bene habet, cur tamen nec sanctissimi viri & si tolerantiam de se prestiterit, hanc ipsam non attigerunt, quia in fine inquit illa sunt haud dubie adepturi, vulgus vero querulum illud nec diuinas illas attingere potuit promissiones, nec profus attinget.

HOMINES enim per maiorem sui iurant, & omnis eorum controuersie finis ad confirmationem est iuramentum. Id est iureiurando altercationis omnis ambiguitas tollitur, nam & vltro citroque multa dicuntur, ut res ipsa pateat, ius tamen

Quomodo magis animi magnitudinem pollet, eo acriter vexari permittitur ut eius fides innotescat.

Fides patientiam generat.

Expectandum deus quod non statim implet promissa.

Abrahe longanimitas.

Deo vel iniurato credēdū.

iurandum postremo inuadens, confirmansq; soluit id omne quo deambiguit. IN quo habundantius volens Deus ostendere, pollicitationis hereditibus immobilitatem consilii sui, interposuit iusiurandum. Cum itaq; res ita se habeat, ut iusiurandum certiozem singulis rebus faciat fidem, idcirco inquit & Deus hoc vitur in quo id est cum per se iurauerit Deus, habunde nobis ostendit facturum omnino se que promiserit. Oportuit tamē Deo ipsi vel iniurato, fides haberi, tolerat tamen illi nostri ob gratiam cuncta, & nil prorsus eius dignitatem attendit, sed modo ut nobis suadeat ut ei fidem prestemus & faciat fidentiores, Vel ad humanā hanc descendit iurandi consuetudinem, & sustinet de se indigna iactari nos enim fideles, promissorum hec redēs efficiuntur, quibus in eius semine quod Christus est benedicitur. Aduerte autē quemadmodum vel tunc silium dicit mediatorē, Deum inter & homines constitutum, per hunc itaq; ut verbum, iurabat Deus ipse & pater.

VT per duas res immobiles quibus impossibile ē mentiri Deum. At qualis ē & cuius promissio, que iureiurando sit confirmata, & quoniam id apud homines & certius videtur & fidius, eo & illud adiunxit in quibus id est ex quibus his duobus si dissimila videtur promissio, nec fieri potest ut mendax aliquo pacto conuincatur Deus. Ut igitur hic nostri gratia iurat, & si eum dedecet iusiurandum, ita & hunc didicisse ex quibus perpeffus est, scito. Homines enim id certius tenent, quod sit experientia comprobatum.

FORTISSIMUM solatium habeamus qui confugimus ad tenendam propositam spem. Hoc ē summam quandam monitionem & hortamentum. Nec plus quidpiam Abrahe ratione quam nostri id dicitur qui ad eum bene sperando confugimus. Verum ubi nam fortissimum id habemus solatium & exhortationem? Nimirum in tenenda proposita spe, id est ex his que fuere Abrahe illi collata, ut de nostris his certiores reddamur & tuti, nec de celestibus ambigamus, quorum nobis esse spes certior debet, sed firmiter & tuto spem eam detineamus, nec sinamus hac ipsam effluere non enim secus nobis ac Abrahe facta pollicitatio ē, quin certior nobis, qui in Christum credidimus ut dictum ē supra.

Spes si tentatio nū tēpe/ stas igne rit (velut anchora nauis) ita/ biles nos reddit.

QVAM sicut anchoram habemus anime tutam ac firmam. Quam spem sicut licet anchora loco habemus, nam ut illa cum tempestas ingruerit, nauigia continet si sit, sic & spes ipsa qui tentationibus agitantur & nutant, stabiles reddit & patientes. Nec simpliciter anchoram dixit sed tutam adiunxit & firmam. Est preterea anchora alia quedam que nauim haudquaquam seruat immotam si vel potridior vel leuior sit, non ab re itaq; fundamentum hoc loco contigit & anchoram dixit, illa enim magis obfirmat & molem impositam fortius sustinet, & his qui sapientie student subicitur, hec vero fluctuantibus & nondum obfirmatis, quales hi erant qui tentationum procellis exagitabantur.

Spei vis quanta.

ET incedentem vsq; ad interiora velaminis. Dixerat supra expectate, futuri est enim ut sperata perficiantur, nunc vero quod ē certius affert, ait enim, per spem iam illa consequimur, spes enim hec permeans celum, promissorum nos compotes & iis ut plane versetur effecit, tamen videtur in terris consistere, ē namq; spei huiusce vis tanta, ut celestes reddat qui incolunt terram. Quē admodum enim in veteri testamento velamen, sanctius tabernaculum coercebat, & se iugebat a ceteris, sic & celum nobis obtenditur, ut inferiora hec celestibus abigat & diuinis.

VB I precursor pro nobis introiuit IESVS. Cum enim inquit spes nostra celi ingreditur, quod dixit confirmat, ex rebus ipsis & fidem adiungit, Christus namq; i celum se contulit, sed precursor, id est eodem concessuris & nobis, ducentem se prebuit, qui enim precursor est nonnullorum est insequentium preuius, nec magna est inter

preuiū hunc & subsequentes intercedo, sicuti nec longe post Ioannem subsecutus est Christus, quapropter nolite aio obturbari, si nondū ea loca adiuimus, que p̄curator & preuius dñi tenet. Nec latis habuit precursorē dixisse, quin & vester adiecit, ut maiorē faciat fidem, perinde ac si dicat non enim erat illi necesse ut celum ingrederetur quippe cui semper ut Deo celum pateret, sed quē admodū p nobis carnē accepit, sic etiam nostri ob gratiā, celi intima penetrauit, ut viam & nobis sequentibus aperiret, sumus ergo & nos necessario quo ille profectus est, concessuri. Vel pro nobis id est ut patrē nobis suo intercessu conciliet sicuti & pontifex semel in singulos annos, sacra illa templi penetralia, Deum populo conciliandi gratia adibat.

SECUNDUM ordinem Melchisedech pontifex factus est in eternum. Vel id quidem ad hos consolandum admodum valet, si quidem pontifex noster in celis versatur, & longe prestat iudeorū pontifici, sed modo quodā & ordine, nō enim pro illorum sed pro Melchisedech ritu est pontifex institutus. Hunc preterea & loco & tabernaculo superat, quod & superior sit & in celo, & testamento constet. Excellit etiā quia maioribus rebus & p̄fectioribus presit, & loco tuciore consistat, quippe qui perpetuus sit, & nō tēporarius. Quin & persona ipsa potior est, ē namq; a deo p̄genitus nihil ergo est vobis extimescendū, hec autem propter humanā carnem sunt explicata, secundum hanc enim ē pontifex factus.

HIC enim Melchisedech rex salem sacerdos Dei altissimi, obuiauit. Abrahe regresso a cede regū & benedixit ei cui decimas omnium diuisit Abraam. Fert sane Apostoli animus, quid inter nouū vetusq; testamentū inter sit ostendere, quod etiam statim in ipsis pistole primordiis pretulit, in quibus olim quidem locutus ē patribus Deus p̄ seruos p̄phetas, nobis vero in filio, id est in nouo testamento. Et quoniam auditores infirmi erant, & imbecilli ad quos istiusmodi p̄scribebat, utpote qui egre ferrent pressuras, hos interea collapsos animo reficit, & cum eos satis ad tolerantiam reuocasset, rursus de noui testamenti prestantia sermonem iducit. Sed vide quam prudenter id agat, ostendit enim Melchisedech, qui Christum p̄figuraret, dignitate Abraham anteire, non enim si illum non anteisset, fuisset benedictis hunc p̄secutus, vel eius decimas excepisset. Cum itaq; ex Abraā ipso ortum ducerent legitimi sacerdotes, p̄spicuum ē, vel ex hoc illum p̄stare, tanquam qui benedicta impartiretur & decimaret aliorum fortunās. Quā in re differre a legis sacerdotibus constat, quanto igitur magis verus ille Melchisedech Christus, ceteros sua magnitudine anteibat, hec vero ad Christum omnia rediguntur, Intercisa deinde de Melchisedech, quam ceperat narratione, subinfert & mystica quidem & spiritaliter, per allegoriam historiam.

Nouū a veteri testamēto paul' vbi q; cupit discernere.

Melchisedech abraā dignitate anteibat.

Melchisedech rex iusticie dñi figurā xp̄i pretulit.

PRIMUM quidem interpretatur rex iusticie. Ostendit hoc loco quē admodum Melchisedech Christi prefert figuram, quod vel ex nomine ipso perspicuum ē, melchi namq; Rex interpretatur, sedech vero iusticia, quis enim alius fuit iusticie imperator, nisi Christus ipse & Iesus noster dominus? DEINDE autē Rex Salem. Vel ex ciuitate ipsa id liquet. Salem nāq; pax dicitur, nam quis alius Christū preter, pacis esse poterat rex, qui celestia simul & terrena pacauit. Nulli itaq; hoim cōpetit iusticie & pacis imperio nisi Christo potiri.

SINE patre sine matre sine genealogia. Affert & aliam quandam similitudinē, nā ut Melchisedech inquit nō quia parentes nullos habuerit, quippe qui ut ceteri homines in lucem p̄dierit sed quia eius gnatio suboscuro fuerit & literis non sit mandata, nec huius qui nam fuerint p̄genitores nomine explicantur, sic & Christus secundum inferiorem hanc & humanā sobolē, patre caret. A virgine enim Maria & sola scdm carnē est natus, & matre quidē scdm supernū illū & celestē ortum, nam a solo patre ante omnia secula sic genitus est ut nec dici possit nec mente comprehendī.

Melchisedech parētes habuit sed obscuros.

Est preterea sine genealogia, ait enim generationem eius quis enarrabit nā & qm̄ in celo hunc genuit pater inenarrabilis ē, & modus ipse nascēdi & que eū in terris peperit mater, rationi nature minus subiciuntur nec legi vlli humane vel partus ipse obstringitur. quēadmodū scilicet que virgo esset, genuerit, vt sine dolore, & huiusmodi cetera, Vere itaq; Christus & matre hoc pacto carebit & patre, Melchisedech autē nequaquam poterit veris parētib; fraudari, id enim credi non potest. Sed ideo hec Paulus refert quia huius parentes nequaquā sint sacris literis explicati, & ideo dicitur genealogia carere. Quasi illud dicat Apostolus, sic enim dixeram sine patre Melchisedech & matre fuisse q̄ eius genus nusquam sit in sacris literis explicatum.

**¶** NEQVE initium dierum neq; finem vite habēs assimilatus autem filio Dei manet sacerdos in eternum. Vel id ita intellige quemadmodum superius diximus Melchisedech vero vt homo principium habuit, proculdubio & vite finem, cuiusmodi tamē nos ignoramus, quippe qui nec eius geniture nec mortis tempus tenemus. Quo fit vt quo ad nostram cognitionem quā nullam prorsus de hoc vel nascēte vel moriente habemus, nec principium habet hic vllum nec finem. At Christus quia vt dicitur haud dubie nec dierum habet initium, vt pote qui principio caret, si temporum aduertam; principia, tamē si a patre vt causa ducat originem, nec finem habet quia eternus. Vbi nam gentium Atriani nunc agunt, audiant quēadmodū nunquā esse ceperit filius, Paulo identidem adstruēte. Et si quem forsitan dubitatio huiusmodi aliqua subiret, quo pacto Christus esse scdm̄ ordinem Melchisedech sacerdos poterit i eternum qm̄ quidē vt ceteri homines Melchisedech nature concesserit, nec in eternū sacerdotio sit ille potitus, Ambiguitatem hmoi ita soluemus, & Christū fatemur, cum sit eternus nec habeat finem vero hoc fungi & perpetuo sacerdotii munere, & ita vt vel hoc tempore pro nobis offerre sacrificium, pro eius in nos beneficiis, existimetur, acceditq; apud patrem pro nobis etiam intercedat, & hunc in modum nobis sacerdos ipse longe magis prodesse arguitur, maiorique mysterio quodam & mirum in modum & preter omnium intellectum sese in cibum & potum pponit, Melchisedech autem ppetuo dicitur sacerdotio fungi, nec quidem q̄ ppetuo esset victurus, mortem enim iam multis seculis obiit, sed quia de eius morte nihil habetur in diuinis exploratum codicibus, vt ex his noscere liceat, quo tempore sacerdos eē desierit. Datur preterea id vel ex ipsis nominibus plane intelligi, nā hoc vnū erat Melchisedech cognomentū, q̄ sibi Rex vocaretur. Christo vero certiora & vera inerant cūcta, vnde nec principium habet nec finē, cū principio ille & sine idcirco caret quia nil quicquam de eo scriptum cōstaret, sed Christi dumtaxat figuram hic referebat, qui vera omnia pre se, & propria tulit non aliena.

**¶** INTVEMINI autē quātus sit hic cui decimas dedit de precipuis Abraam patriarcha. Cum figurā veritati accommodasset, id est Melchisedech Christo, nūc de mū fidens figuram ipsam Melchisedech iudeorū sacerdotibus clariorem arguit existisse, neq; his modo, quin vel Abraam patriarcham ipsum prestare. Si igitur figura tantopere ceteros antecedit, longe magis & pontifex Christus incōparabiliter illos dignitate & anteibit qui p illam significatur. Intuemini inquit & diligenter aduertite, quanti sit iste & quantū excellat, cui mūnera detulit, nō plebeiū aliquis & abieciū, sed Abraam patriarcha egregius. Nec temere quidem patriarche nomē adiecit, quin eo id egit vt eius psonam magis extolleret ex acrothiniō id est ex melioribus & honoratioribus spoliis. Nec dici id potest Abraā donā hec & exuuias fuisse Melchisedech impartitum, quia secū vna hic militasset, & ob id premia huic dependisse milicie. Sed domi se continentī, mūnera & decimas detulit, & ideo dixit superius obuiam Abrahe Melchisedech pcessisse, si igitur mūnera, hec impartita, Abraā arguit

Cur dicitur Melchisedech esse sine patre.

Christus & Melchisedech sacerdotes in eternū.

Melchisedech a Braha pstantior.

Melchisedech illum longe prestantiorem, quanto magis constabit, vel legis sacerdotibus illis precellere.

**¶** ET quidem de filiis Leui sacerdotium accipientes, mandatū habent decimas sumere a populo scdm̄ legē id est a fratribus suis, quamq̄ ipsi exierunt de lūbis Abrahe cuius autē gnatio nō annumeratur in eis, decimas autē sumpsit ab Abraam. Confirmat nunc Paulus quēadmodum Melchisedech Abraam ipsum p̄staret, atq; eos qui ex tribu Leui sacerdotio fungerentur, ob ipsius sacerdotii dignitatē a populo decimas accepisse, vnde p̄picū est potiores hos & honoratiores ceteris extitisse. Nā qua alia de causa fieret, vt populus operi & labori intenderet, & sepe calamitatibus multis affligeretur, sacerdotibus ipsis orantibus nec terram colentibus ex omni vel fructuum vel animantium genere dependeret decimas, nisi quia & sanctiores sūt & operi maiori intendunt, tanti est p̄cellens sacerdotii dignitas, & adeo sunt qui eo funguntur fratribus suis sublimiores, tamē si hi ex eodem pariete p̄dierint, Melchisedech igitur quia decimas ex Abraā suscepisset, quanq̄ eius generatio nequaquā in eis annumeraretur, id est nō ex eadē tribu esset ille, p̄genitus quippe qui alienigena fuit, illi preferatur & habetur p̄stator. Nam quo pacto alieno homini decimas Abraam detulisset, nisi venerationi hunc ceteri habuissent. Si Melchisedech itaq; qui Christus figurā p̄tendit, dignitate prestare & Abrahe quidē videtur, longo vtiq; interuallo & Christus ipse qui verus ē pontifex, sacerdotibus lege institutis prestabit.

**¶** ET hūc qui habeat repromissionē benedixit. Quia vt reliqua omittam, vnum illud precipue Abrahe nominis magnitudinem attulisset, q̄ a deo scilicet p̄missa acceperat, nunc illud adiecit, ei videlicet Melchisedech qui Christi preferret figuram, benedixisse, qui & tanti esset & tam preclarus vt & Dei colloquio sit dignatus, & ex p̄missio haberet dominium obligatum.

**¶** SINE vlla autem cōtradictione quod minus ē a meliore benedicitur. Dixerat Melchisedech benedictus fuisse Abraam profecutum, enimvero neminem p̄terit, id est q̄ omnes habemus nullis obstantibus exploratum, qui benedixerit ei preferri, potiorēq; esse quam is cui sit benedictum erit ergo nunc inquit Melchisedech, qui Christum dominum p̄figurat, Abraā melior longe atq; prestantior.

**¶** ET hic quidem decimas, morientes homines accipiūt, vbi autem contestatur q̄a viuūt. Vel aliū quendā in modū nunc arguit Melchisedech ipsum sacerdotibus legis precellere, hi enim inquit hic, id est scdm̄ legem acceptis decimis moriuntur. Ibi vero id est scdm̄ Melchisedech figuram, & significatiam decimas capiebat, qui a scripturis vite testimonium habet. Tu enim inquit sacerdos in eternum secundum ordinem Melchisedech, q̄ autē in eternum Melchisedech viuat ita intelligas, vt superius diximus, q̄ nulla sit scilicet de eius morte in sacris literis habita mentio. Nonnulli autem q̄ moriantur Leuite, & nō moriatur Melchisedech ita accipiunt, quia ritus videlicet Leuitici sacerdotii mortalis fuisset, qui ppe qui iam esset abolitus, Melchisedech vero siue secundū Christum sacerdotalis hec institutio & viuūt & permanet & perpetuo est permanfura.

**¶** ET vt ita dictū sit per Abraam & Leui qui decimas accepit, decimatus est. Ne forte hec legis inquit sacerdotes, quid illud nostra intererit si ab Abraam ipso per Melchisedech exacte sunt decime? ita respondet, quia illius exemplo decimatus ē Leui, qui nostri optinet sacerdotii principatū. Melchisedech vero ille, qui decimas excipit, nōne Leui est potior, a quo videtur per Abraam decimas capere. Et vt breuiter dicam quasi dictum castigat Apostolus, tāquam facinus audax visum vt Leui decimaretur qui nondum in lucem prodierat.

**¶** ADHVC enim in lumbis patris erat qm̄ obuiauit ei Melchisedech. Confirmat

Sacerdotū excellentia.

Decipit soluitur sacerdotū precibus.

Cur Melchisedech dicitur in eternū viuere.

Leui & Melchisedech.

Leui nō dum genit' decimatur.

quemadmodū decimatus sit Leui, aitq; cū enim ab Abraa progenitore accepit...

Sacerdotium xpī leuitico lōge prestatius.

Imperfectū aarō sacerdotium.

Christus sacerdos fact' ē cū carnē assūpsit & se i sacrificium obtulit.

Sacerdotiū leuitici aliā tribum trālatio.

SI ergo cōsummatio per sacerdotium Leuiticū erat, populus enim sub ipso lege accepit, quid adhuc necessariū fuit scdm ordinē Melchisedech alium surgere sacerdotem...

TRANSLATO enim sacerdotio necesse est vt & legis translatio fiat, Patet autē hoc loco quēadmodum lege ipsa cessante & redacta in nihilum consequenter & illud esset testamentum inductum.

IN quo enim hec dicuntur de alia tribu ē. Ostendit preterea, quēadmodum & scdm tribum translatum sit sacerdotium aīq; xp̄s in quo, id est de quo, dicuntur huiusmodi & in quo hec sunt terminata.

De qua nullus altario prelo fuit. De qua tribu qui ortum duceret, nemo prelo fuit altario, id est are appropinquauit vel sacra curauit.

MANIFESTVM ē enim quia ex Iuda ortus sit dominus nr̄. Optime dicitur, ortus ē & ex Abrahę vaticinio sumptum, oritur stella ex iacob alserentis, & ex Michę prophetia mutuatum, qui solem iusticie xp̄m appellat, quibus ex vaticiniis

ostenditur fore, vt orbī terrarū hic illucesceret, apiretq; mortaliū mētes eius presētia...

ET amplius adhuc manifestum est si secundum similitudinem Melchisedech surrexisset sacerdos alius. Quid enim cum manifestum est inquit presertim Apōstolus...

QUI non scdm legem mandati carnalis factus est sed scdm virtutē vite insolubilis. Ex Melchisedech enim, nō aliorū sacerdotum ordine, est Christus sacerdos effectus...

TESTATVR enim quoniam tu es sacerdos in eternum scdm ordinē Melchisedech. Confirmat ex his quod ante dixerat insolubilis vite, aitq; scriptura quidem asserit in eternū esse hūc sacerdotē effectū...

REPROBATIO quidē fit precedentis mandati, propter infirmitatem eius & inutilitatem, neminem enim ad perfectū adduxit lex. Dixit quēadmodū legis fieret trālatio, id est vel argumentis ostendit, & demum causam affert, Mos enim est nobis mortalibus...

Cur ergo lex ipsa infirmior esse arguebatur? Quia solis & nudis literis imperantibus nitebatur, vt puta, hoc facito, illud caueto, nec vllas ad exequenda mandata vires suppeditabat, quales in presentia nobis per spiritū suggeruntur.

Verūtamen o insensati, non enim hūi nequitie arguit legem, sed inutilem dicit, & eo infirmam quia nequeat perfectionē asferre. Nam quēadmodū lac tenellis infantibus destinatis temporibus longe plurimū confert, etate vero prouectioribus nil profusus conducit, sic & lex ipsa iudeis est imperfectioribus profutura...

Sacerdotio insolubili xp̄s fugitur.

Nō iutilis qdem fuit lex, sed vt perfectione asferret nihil profuit.

Apta si militudo.

tunc reprobatur. solent enim ea refelli que post longam consuetudinē improbitati tandē conuicta & nullius perinde profectus, repudiantur. Lex itaq; tamdiu olim obtinuit dominatum, quamdiu in commodum cedere videbatur.

**INTRODVCTIO** vero melioris spei per quam approximamus ad Deum. Reprobatū utiq; est legis mandatū, & subinducta est spes. Nec qualis iudeorum spes erat, sperabant enim & illi cum Deo se morigeros exhiberent, terrā hanc adipisci vel hostes aliquos debellare, & ut summam dixerim, in p̄mum omnia expectabant que corpori pertinerent. Spes tñ nostra longe secus se habet, quippe que sit longe p̄stantior, nam & celum speramus & Deo esse p̄p̄nquiores, illiq; cum angelis simul assistere & ministrare. Dixit superius ingrediētē eternū velamē, nūc vero p̄ quam Deo inquit appropinquamus. Spes enim ip̄a & dei nos throno p̄ximos facit & socios reddit.

Spes deo nos iā p̄ximos facit.

**LET** quantum est nō sine iureiurando. Ecce & alio quodam modo, & iuriorem sacerdotem a veteribus differre iam indicat, & quid nouum inter & vetus testamentū interfit enodat. Neq; enim simpliciter Christi inquit p̄missum est sacerdotium, sed iureiurando confirmatum ut abunde Dei verbis fides prestetur, quod & superius dixit, iurauit dominus Abrahe maioris certitudinis gratia.

Xps deo iurate sacerdos factus

**HI** quidem sine iureiurando sunt sacerdotes facti, hi autem cum iureiurando, p̄ eum qui dixit ad illum iurauit dominus & non penitebit eum tu es sacerdos secundum ordinem Melchisedech. Legis enim sacerdotes inquit sine iuramento sunt constituti, non enim p̄ istiusmodi sacerdotum p̄uentione, iurasse hunc in modum comperimus Deum, tu scilicet, ille ve, futurus es secundum legem sacerdos. Christus vero deo iurante sacerdotium inuit, eundem sic alloquente, tu es sacerdos in eternum secundum ordinem Melchisedech.

Sacerdotiū xpi seip̄ternū.

**INTANTVM** melioris testamenti sponsor factus est Christus. Hec est inquit quantum iureiurando confirmauit futurum hunc sacerdotum, neq; enim iurasset, nisi hic esset longe p̄stantior, vnde & nouū veteri testamentum pluris esse arguitur sponsor vero id est mediator & intercessor.

Xps nobis iter ad patrem

**ET** alii quidem plures facti sunt sacerdotes, idcirco q; morte p̄biberentur permanere, hi autem eo q; p̄maneat in eternū, sempiternum habent & sacerdotium. Arguit plane hoc loco quantum Christus sacerdotes alios antecedit dignitate & gloria aitq; ibi namq; q̄ multos esse quia mortales, hic vero vnū, quia sit immortalis. Sempiternū itaq; habet hic sacerdotium hoc est quod aliquo pacto nequeat intereundi nec vllum habeat in hac dignitate successorem. Vides ne quemadmodum legis sacerdotes hic prestet, quantum quod mortale est, immortale.

**VNDE** saluare in perpetuum potest accedens per semetipsum ad Deū. Cur itaq; immortalis sit inquit, potest vel cunctis p̄desse, & in perpetuum, nec momentaneam cum in hac vita, tum in futura salutem afferre. Nam & qui in veteri pontifex esset, & si cetera clarus & admirabilis, quamdiu tamen pontificiiungebatur hoc munere, tamdiu sacrificia offerebat, qualis & Samuel erat, & istiusmodi ceteri, de cetero tamen nequaquam se ita gerebat, quippe qui mortem obiret. Christus vero pontifex ille & vitam ducit p̄petuo, vnde & salutem potest sempiternam his impartiri, qui ad Deum se per eius transferunt fidem. Nam qui in filium credit ad patrem se contulit, patet namq; per filium ad patrem accessus, id enim iter si quis inuaserit apud patrem diuertat necesse est.

**SEMPER** viuens ad interpellandum p̄ nobis. Carnis ob gratiam, abieci hęc de Christo sunt dicta, est namq; carnis assumpte ratione pontifex ille effectus, & quia pontifex sit eo & itercedere dicitur. Dicit aliquis, nū qui haud secus ac patet suscitaret mortuos, cum debeat per se saluti esse mortalibus, intercedit, & qui omnem habet ceteros

ceteros iudicandi licentiam, & angelos possit partim in ignis caminum detrudere, & partim saluos efficere, qui fieri potest, vt suas pro aliis partes nūc iterponat. Dixerim equidem ob eius hūanitatē, & carnem desumptam, Christum ita se gerere. Verum vt leuiorē se auditoribus Paulus exhiberet, nolite inquit vereri, haud tñ id vsurpare, charitate nos Christus ex eius benignitate prosequitur, habetq; ap̄d patrem fiduciam, abstinete id dicere. Non enim nos poterit semper ille tutari, viuūt nāq; & p̄petuo vt potest vtitur hoc nostri ob gratiam intercessu. Cum vero dico humanitatem: haudquaquam illam a diuinitate seiūxerim, vna est enim in duobus substantia, sed illud ago vt auditores p̄nocant, que deceant vtriusq; naturam, id ip̄m q̄ carne obductus filius assidet patri, intercessio quedam pro nobis petēdi, tanq̄ caro ip̄a patrem exoret, eoq; sit hec a filio ip̄so desumpta, vt saluos nos faciat.

**TALIS** Enim decebat vt nobis esset p̄tiffex / sanctus / innocens. Constat sane ex his / que antea dixit; & prosequi non desistit eadem confirmare, carnis dixisse ob gratiam Paulum. Quis enim huiusmodi de Deo differeret? nec pudet quidem incomprehensibili illi naturæ hec adieciſſe. Osios itaq; religiosus / & sanctus est; qui nihil eorū que facere debeat intermittit, acacos vero / & innocens / qui caret malignitate, neq; enim inquit, eius in ore inuentus est dolus.

Osios / & Acacos grece voces ab interptate relicte.

**Impollutus.** Neq; id quidē Deo in laudē cedere dixerit quispiam, minus scilicet dici hūc inquinatum, sed liquet sane de Christi vnus hūanitate dicta hec esse.

**Segregatus** a p̄ctoribus & excellior celis factus. Legis enim inquit, sacerdotes etſi in ceteris polleant sanctitate, pro natura tñ hūana, nequitia arguuntur, nec profus sūt a delinquentibus ip̄is seiuncti, quippe qui & ip̄i sint peccatis obnoxii, necdum in celis versantur. Pontifex vero hic noster, cum omni sit virtute superior; & a peccatoribus ip̄is penitus alienus, vel in celo est cellior factus, throno paterno insidens. Cum vero factus est inquit, perspicuum est secundum carnem de Christo id dici. Nam vt Deo perpetuo est in celo sublimior.

**QVI** Nō haberet quotidie necessitatem quemadmodum sacerdotes prius pro suis delictis hostias offerre: deinde pro populo. Cum enim dixisset nostrum pontificem hunc esse a peccatoribus segregatum, id ipsum deinceps dicendo amplificat, aitque tantopere ille omnium est facinorum expers, vt vel hostiam offerens proprium corpus, non illam pro seipso obtulerit, qui enim fieri id poterat, qui nihil deliquisset: sed pro nobis hanc obtulit. Legis preterea sacerdotes in dies singulos immolabant tanquam nequirent semel sacrificando expiare delicta. Hic vero hostiam taliter obtulit, & tam fuit illa rei ingentis effectrix, vt vel temporis momento, per se terrarum orbem purgauerit. Quo fit: vt vel in hoc quidem noster pontifex Christus legis superest sacerdotes.

Hostiæ p̄ xpm oblatae virtus / & efficacia.

**HOC** Enim fecit semel seip̄m offerendo dominus noster Iesus Christus. Quid illud: id sane vt sacrificium scilicet pro populi peccatis non suis offerret, semel est sacerdotis perfunctus officio, deinde vero, vt dominus sedet. Verū tamen ne cum sacerdotē hunc dici intelligis, existimes eūdem astandi / & ministrandi p̄stare sedulitatem, ostēdit quemadmodum dispensatione quadam, sacerdos ille fuerit effectus, qua terminata suam resumserit sublimitatem.

**LEX** Enim hoies constituit sacerdotes infirmitatem habentes. Ne forsan te suspitio subeat, & si semel hic obtulerit hostiam, pro se etiam hanc obtulisse, confirmat nūc dicens nil hunc pro suis peccatis offerre. Legem vero homines diuinitatis expertes constituit sacerdotes habentes infirmitatem, hoc est, qui minus possint delictis obſistere, sed illis, vt imbecilli succumbunt, hic autem cum sit filius p̄potens, quo pacto quis verit peccato subesse: qui ergo nullius est sibi cōsciū mali, cur hostiam esset p̄ se oblata.



turus / siquidem nec sepe pro aliis / sed semel obtulerit : quia cum virtute is preslet / & potestate. Vel vnica / & sola oblatione satis potuit cuncta perficere. Poteris etiam infirmitatem pro peccato accipere, vt sepe alias / & multis i locis Paulus dicit. Vel pro morte ipa. Nam cum mortales sint qui legis sunt sacerdotes, & fragiles, nec ipi quidem crimine profus vacabant, nec purgare alios poterat, hic vero & immortalis & prepotens est. Vnde ita subsequitur.

**SERMO** Autem iusiurandi qui post legem est, filium in eternum perfectum. Aduerte disiunctionem, ibi enim lex dicitur, hic iusiurandi sermo, id est, firmiter mus, verissimusq. ibi homines & seruitute omnes obstricti, hic filius simul, & dominus. Illi infirmi, hoc est, delinquentes, & pacto obnoxii, ac morti subiecti, hic in eternum perfectus, id est, sempiternus, & potes, nec solum cum inter homines ageres, sed perpetuo delicti est expers. Hic itaq. si semper est, si labitur nunq. si vitam perpetuo dicit, q. obrē vel p se offerre, vel aliorum gra hostiam frequentius debet.

**CAPVT** Autem super ea que dicuntur, Talem habemus pontificem, qui condescendit in dextera sedis magnitudinis in celis. Caput semper quod summum est dicitur. Cum enim quis sit paucis complexurus, que magis sunt propria, breuiter inquit, & summam se verba facturum, vti & caput, & si breue aliquid sit, principale tamen est corporis membrum, & ceteris proprius. Ait itaq. hoc loco Apostolus caput super ea que dicuntur, id est, quod prestantius dicam, & breuibus. Deum ipi habemus pontificem. Considerare autem maxime congruit Deo. Aduerte autem q. cum humilia pleraque explicasset, cuiusmodi illa sunt, cum pontificem Deum appellat, cum intercessionem dicit hunc facere, & quotquot istiusmodi sunt, & humanæ. mox ad celliora transcendit, dixitq. hunc in dextera sedis magnitudinis considerare, quod vtiq. diuinæ est maiestatis. Hunc vero modum continenter hic seruat preceptorem, & dominum imitatus, qui idēdem in euangelio facit, vt ex rebus inferioribus hinc, & consuetis, auditorem traducat ad verbum excipiendum, alioquin nequaquam subsequetur qui audit, nisi pedetentim, & lento gradu ascenderit. Ex rebus itaq. altioribus patefacit idcirco fuisse humilitatem illam permissam, vt naturæ condescendetur humanæ. Sedem autem, & magnitudinis thronum paternum dicit, vel quia pater ipse magnitudinis sit id nomen sortitur, vel simpliciter, quia maximus ille, & sublimior Dei thronus, dicitur sedes.

**SANCTORVM** Minister. Quemadmodum enim terreni, & inferiores pontifices hi, sancta sc̄torum, & penetralia illa ingressi eorum ministerio fugebantur, sic Christus sup̄ celestium illorum penetralium, que vere sunt sancta, minister ē. Videtur autem sibi ipi Paulus contradicere, in epistolæ enim principio dixit ad angelum quepiam, sede, neq. enim spiritus omnes ministrat, q. quidem nequaquam deceat sedere ministros, sed pedibus stare. Nunc vero cum eum dixisset in throni dexteram condescendisse, rursum illum pro ministro inducit. Cur ergo tam variæ a suis dictis dissentit? Id sane fecit vt condescendat aliquantisper humanitati, vnde & summis admiscuit infima. Nonnulli vero minister sanctorum ita intelligūt, perinde homines facit sanctiores, quippe qui noster sit pontifex.

**ET** Tabernaculi veri quod fixit Deus, & non homo. Attollit his dictis horum nunc animos. Nam cum par esset illis non satis constare nos esse tabernaculum id aliquid secutos, ecce inquit, maius quiddam, & certius tabernaculum, celum habemus. Nam vetus illud nostrum hoc nomen prefigurabat. At primum illud manibus fuerat hominum fixum (vt de Moyse fertur, & aliis) Id vero nouum Deus p̄fixit. Hinc autem intelligi potest queadmodum & Basilus sentit, nec mobile esse celum, nec circulare, si xit enim cum inquit, vtrūq. tollit.

Hūilia quedam Christo attribuitur, vt naturæ hūanæ cōdescendatur.

Celū empyreū imobile, & stabile

**COMNIS** Enim pontifex ad offerenda munera, & hostias constituitur, vnde necesse est & hunc habere aliquid quod offerat. Cum enim sedere hūc dixit, ne falso hūc & ex composito sacerdotem dici, & pontificem credas, sedere hunc asserit. Mec tamen inquit, ob id pontifex esse desiit, habet namq. que pontificis sunt vniuersa, & vt legis sacerdotes Deo offerre aliquid consueuerit, ita & hic ipm se obtulit. Is itaq. quia throno insedit, dignitatem ostendit, cum vero pontificis fungitur munere, clementiæ plurimum. E quoniam querunt nonnulli, cur mortem ille obiuit, si filius est, & eternus? Id soluens id inquit, idcirco enim hoc egit, quia & sacerdos hic esset, sacerdos vero nequaquam sacrifici expers, erat itaq. & aliquid, hic quod offerret, vt haberet necesse, quod autem offerretur preter eius corpus, nil quidpiam erat, necessario ergo & mortuus ē. Donum vero inter, & hostiam si accurate interpretemur, id interest, q. hostia quidem in truoere offertur, & carnibus, dona vero ex fructibus constant, & eiusmodi ceteris, que incruenta sunt, alioqui apud sacra scripta indifferenter posita reperiuntur, vt illud, Respexit Deus ad Abel, & munera eius tametsi constet ex ouium illa primogenitis extitisse. Ad Cain autem & munera eius nihil attendit, cum ex ea terræ fructibus constitissent.

**SI** Enim is esset super terram, nec esset sacerdos, cum esset, qui offerrent secundū legem munera. Adhuc in eo quod dixerat confirmando insistit, perinde ac si dicat, & si in terris hic habeat tabernaculum, nihilominus & in celis versatur, & nil propterea ob id prohibetur, quin & fruatur sacerdotii dignitate. Aduerte autem q. prudenter id agat, Nam vel ex his quidem quibus alii nequaquam hunc sacerdotio fungi potius confirmarent, q. scilicet nullum sit nactus in terris locum, vbi esse sacerdos quiret, hic longe magis sacerdotem esse affirmat, inquitq. ob id autem ipm sacerdos hic esse arguitur, quia nullum haberet in terris locum, si enim in terra hac esset, haudquaquam sacerdos fuisset, vbi & alii forent dignitatis eiusmodi. Factionibus namq. hoc pacto videretur res agi. Nunc vero cum celum habeat, quo & proprium subuexerit corpus, & ibidem apud patrem intercedit pro nobis. Fit itaq. q. quidem in celis ille p̄maneat, at eo magis sacerdotium habeat sit necesse.

**QVI** EXEMPLARI, & vmbra deseruiunt celestium. Hoc loco quo Christus in celis iam fruatur, sacerdotii arguit excellentiam. Cum vetus quidem testamentum figuram quadam, & vmbra dicat, nostra vero celestia nuncupet. Nimirum nostra hec debent celestia dici, in quibus nihil est terrenum, sed spiritalia cuncta, que mysteriorum hinc perficiuntur. In his enim & angeli concinunt hymnis, celestis, & regni clauis & peccatorum remissio, rursum & colligatio insunt, & nostra deniq. in celis ē conuersatio. Horum itaq. figuras, & vmbra legis preferunt sacerdotes, id est, subobscura quedam argumenta, & vmbrales lineas, que in veteri sunt testamento per Moysen patefacta.

**SICVT** Responsum est Moysi cum consummaret tabernaculum, vide inquit oia facito secundum exemplar, quod tibi ostensum ē in monte. Cum enim que oculis ituemur acrius ipi percipimus, quam ea que audiendo discimus, propterea Moysi Deus vniuersa aperuit, nec solum tabernaculi formam, sed quemadmodum esset etiam imolandum, & cultus alii peragendi, & ritus.

**INVC** Aut melius sortitus est ministerium. A superioribus dictis hec pendet, videlicet si enim esset ille in terris, nequaquam pontificio munere fungeretur. Nunc cum interea haudquaquam versetur, sed celum habeat ad offerenda sacrificia locum diuersi sortitus ē ministerium, id est, alia est illi in celis administratio, & potior longe, quam in terris sit sacerdotibus, quippe cum celestis sit illa: vt pote proprii sacrificii locum sortita sit celum.

Quid interest iter donū, & hostiam!

Vetus testamētū figura, & vmbra.

**QUANTO** & melioris testamēti mediator est. Cum Christi sacerdotium partim a loco, partim a sacrificio extulisset, mox & testamenti differētiā subdit. Atqui dixerat supra ob auditorum infatiam, & prauitatem, infirmis esse vetus illud, & plane inutile redditum, sed ocus se his extricauit: & paucis pfecto absoluit. Nunc vero in his differendis diutius immoratur, ostenditq; quemadmodum nouum id testamētum vetere illo sit potius, id est euangelium, cuius & largitor, & mediator sit Christus. Is enim nobis, serui forma accepta, euangelii est minister effectus, quemadmodum & Moyses legis.

Nou: testamēti supra: t<sup>o</sup> excellētia:

**QUOD** In melioribus promissionibus sancitum est. Quod precipue iudeorum fidelium aios recrearet id affert, melioribus scilicet pollicitationibus nostrum hoc testamētum costare. Non enim terrae bona, vel solis decorē, vel liberorum pmissio, hoc multitudine, sed celeste imperium his pollicetur, qui euangelium exequentur. Nolite igitur inquit, cōcidere animis, sunt namq; euangelii longe potiora pmissa, quo fit ut mentis minus sint compotes: qui ubi meliora sunt assecuti, languescant.

**SI ENIM** Prius illud culpa vacasset, nō utiq; secūdi locus inquireretur. Aduerte quo pgre diatur hic ordine, Dixerat enim potius esse vetere illo nouum hoc testamētum, quod inde liquet, quia melioribus promissionibus legem acceperit. Si itaq; promissa sunt meliora, & pmissa lōge pstantia, pspicuum erit & testamētum hoc nostrum prestare, & eius iussa esse magis diuina. Sed vnde id patet, ut huius sint potiora pmissa. Hinc sane, quia Paulus asserit fuisse vetus illud eiectum, & effectum est hoc nouum, ob idq; nouum hoc dominari, & superius iam euasisse, quia & melius sit: & eius effectores faciat meliores. Nam si vetus illud culpa vacaret, id ē, si alios irreprehensibiles redderet, nequaquā fuisset aliud vllum eius in loco inductū. Nam quemadmodum vsurpare id omnes solemus, domum aliquam que sit propediem collapsura, viciō non vacare, sic & vetus dixerim testamētum minus esse non inculandum. Non quia hoc aliquid habeat in se prauitatis, sed quia nequeat meliores efficere, ut quod paruulis sit & infantibus traditum.

vet<sup>o</sup> testamētū no uo lupue nite reicitur, nō qa malū sed qa in sufficiēs ad iustifi cādū. Etdras p pheta.

**VITUPERANS** Enim eos dicit. Non enim illud vituperans dixit, sed eos id est, iudeos, qui per legis precepta euadere ad perfectionem nequiuērunt.

**ECCE** Dies veniunt dicit dñs: & consummabo sup domum iuda testamētum nouum. Clarius hoc loco ostendit fuisse antiquum illud repudiatum, Deum enim inducit per Hieremiam dicentem aliud quoddam institutum testamētum, & nouum id est, nuper omnino institutum. Haud tamen in eam hec sententiā protulit, ut iudei accipiunt, q; Etdras ppheta innouarit scripturam, non enim hec ē noua effecta, sed antiquo, & suo statu permansit, tamen de hac ille etiā fecerit mentionem.

**NON** Secundum testamētum quod feci patribus eorum in die, qua apprehendidi manum illorum, ut educerem eos de terra egypti. Ne quis forte existimet, testamētum illud eiectum iri, quod Deus Abrahæ reliquit, in die adiecit: qua illorum manum apprehendi. Perinde ac si dicat, illud sum ipse testamētum repudiaturus, quod in synai mōte pribus vris tradideram, qui vitulum sibi conlauere. Nam illud quod ē Abrahæ traditum in Christo finem est assecutum, ait enim In semine tuo benedicentur omnes gētes, quod utiq; Christus est.

**QUONIAM** Ipsi non permanserunt in meo testamento, & ego neglexi illos dicit dominus. Vides quemadmodum mala queq; a nobis in initium deducant, ipsi inquit, non permanserunt, ppterea eos neglexi, & bona a Deo, & benefacta sumunt originem. Cur vero id agat, peride ac sciscitanti cuiq; ita respondet, hos equidem eorum ob inconstantiam dereliqui.

**QUA** Hoc est testamētum quod disponā domui israel post dies illos dicit dñs.

Post dies illos, quos nam hos dicit? Ferūt nōnulli hos esse, in quibus ex egypto abeuntibus hebreis, lex ē per Moysen tradita. Mihi vero videtur de his diebus nunc dicere, de quibus & superius dixit, ecce dies veniunt, Cum itaq; inquit, hi dies aduenerint testamētum disponam, cuiusmodi audies.

**DANDO** Leges meas in mēte eorum, & in corda eorum scribam eas. Prodeant nunc iudei in medium, & ostendant quo vnq; tempore legem sine scriptis acceperint. Nam vel post ex babilone regressum, literis exarata lex illis per Etdram illi imposita est. Constat tamen Apostolos in scriptis nil accepisse, sed spiritus legem cordibus admisisse, & ideo Christus his vsus est verbis, paraclytus veniens suggeret vobis omnia: & docebit vos omnia.

Lex Xpi lex spūs.

**ET** Ero illis in Deum, & illi erūt mihi in populum. Id sane per euangelium effectum est. Nam qui antea deos colebant, idolorū erant seruituti addicti, nunc veri Dei habita notione, illi in populum concesserunt.

**ET DOCEBIT** Vnusquisq; proximum suum, & vnusquisq; fratrem suum dicens. Cognosce dominum: quoniam omnes scient me a minore vsq; ad maiorem eorum. Doctrinam hoc loco eam dicit, que ad alios instruendos plus infumit laboris. Licet enim nobis perspicere haudquaquā pluribus verbis nos indigere ad eos, qui mente valent persuadendos, ut Christi fidem excipiam, & credant. Atqui lex quidem iudaica in vno aliquo reconditur angulo, delitescitq; adeo, ut paucis innotescat. Apostolorum vero clangor, & vox illa sonora, terras omnes peruasit, Quinetiam cum Deus ipse carne assumpta versaretur in terris, & naturam hanc induens nostram, diuinitatis fecisset participem illuxit tunc sane omnium animis splendor ille vere Dei cognitio nis, & velut quedam agilitas, & aptitudo est a gratia illa diuina naturae humanae iposita, ut Dei veram habeat notionem.

Lex iudaica paucis nota.

**QUA** Propicias ero iniquitatibus eorum, & peccatorum eorum, & nequitiarū non recordabor. Baptismo namq; nos ille, & commissorum sordibus abluendo, nil vltra eorum que eo sunt semel lauacro diluta, reminiscitur Deus.

**DICENDO** Autem nouum veterauit prius. Interpretatur propheticum dicitur: cum testamētum hoc nostrum nouum prorsus appellat, arguit plane prius illud vetus videri.

**QUOD** Autem antiquatur, & senescit prope interitum est. Reditus per prophetam fidentior legem carpit, arguens nam nunc germinasse, & florescere magis id est. Ex pphetæ itaq; dictis vetustatis nomen accepit, a se autem ipso senectutis adiecit, & legi demum deberi adiunxit interitum. Subinde id inquit, non enim non oportune nouum hoc nostrum sustulit vetus, sed senectutis, & vetustatis grā cessare coegit quia infirmum esset, & plane inutile, sicuti & alibi dicit. Nam impotentia legis i quo infirmior est per carnem.

**HABUIT** Quidem prius iustificationes culturae. Ostendit per sacerdotem, quod dixerat, sacerdotūq; & testamētum fore, ut in Christo eadē hec terminentur, idipm & nunc ex ipsius tabernaculi figura demonstrat. Tria itaq; erant tabernaculis loca. Exterior quidem omnibus ut iudeis, ita & gentilibus destinatus. Deinceps & velum secundo in loco obtendebatur, quod sacerdotes ingressi sacrificiis, & diuino cultui quotidie intendebant, hic locus sancta appellatur, que formam veteris preferrent testamēti, quia ibi immolationes perficerentur. Erat & sancta, interior locus, que nos sanctorum sancta nunc dicimus, & prefigurabant mysterium. Habebat itaq; inquit prius id est vet<sup>o</sup> testamētum, iustificationes, id est, symbola, vel statuta, & leges, que etsi olim habuerat, in presenti tamen his caret, quoniam quidem irritum illud sit: & superuacaneum per nouum hoc redditum.

tria erāt tabernaculis loca

**Seculare factū q̄le** **¶ ET** Sanctum seculare. ¶ Seclare dicitur, quia ab omnibus adiri permittebatur. & vulgarior esset, hic in tabernaculo locus, & notior, ubi & iudei & nazarei & profellita & greci confisterent, & quoniam & gentibus, id est, seculi hominibus patebat accessus seculare hoc dicit.

**¶ TABERNACVLVM** Enim factum ē primo in quo erant candelabra & mensa & prepositio panum, quod dicitur sancta. ¶ Primum hoc dicit, quo ad sancta sanctorum tabernaculum, quia alias intermedium erat, Ante hac enim erant olocustorium matum altare sub diuo erigebatur, deinde velo obtento & tabernaculo intersepto sequebatur & mediū illud, ubi & candelabra & mensa, & prepositio panū statuebantur.

**¶ POST** Velamen autem secundum tabernaculum quod dicitur sancta sanctorum. ¶ Vides fuisse & aliud quoddam velamen, quod epispastron idcirco appellat scriptura quia auellat, & separet, distrahaturque, quā arcam seiuagebat, quam indifferenter adiret quivellent in qua sacrificia offerebant, ex aduerso erei altaris tabernaculo, quod quoti die sacerdotes ex ciperet sacrificantes. Vbi vero hoc preterietis, offertur secundum aliquid velum, post hoc, tabernaculum aliud quoddam aditur, quod sancta sanctorum de nominatur: quod alius nemo nisi pontifex solus inibat, & is quidem in annos singulos semel. Schignin autem, id est, tabernaculum ubique denominauit, ex eo quod ibi deus inhabitaret.

**Tabernaculū.**

**In arca erāt vna aurea, virga Aarō & tabulæ**

**¶ AVREVM** Habens thuribulum, & arcam testamenti circūtectam ex omni parte auro. ¶ Arcam testamenti appellat, quia tabulas seruaret, quibus lex omnis continetur, que a Deo fuissent hebreis per Moysen tradita.

**¶ IN** Qua vna aurea, habens manna, & virga Aaron que fronderat, & tabulæ testamenti. ¶ Hec haud dubie cuncta iudeorum sunt ingrati tudinis monumenta. Nam quā in vna manna illud afferuaretur, quo illi quondam cum aleretur: obmurmurasset, eo est constitutum, vt huius rei fama transiret ad posteros, & quemadmodum illi Deum exacerbassent, memoriam proderetur. Aaron autem virga, vt illorum contumacia innotesceret, & quemadmodum ipsi Aaron iam obtitissent, Tabulæ vero testamenti illos infidelitatis coarguunt, & incōstantiæ: vt quorum de causa illæ attritæ sint, quæ vitulum sibi conflasset, & idolis in seruirent. Quæ forte cum cōsistat in libro, quod literis proditum, nil aliud fuisse in arca preter tabulas conditum, cur nunc & vna nam adiunxerit Paulus, & Aaronis virgam illa concludi. Eo forte id dixit, quia vna Gamalielē instructus, optime hebraicam callebat historiam, & natu maiorum traditione, rem ita se habere acceperat, presertim cum ex hebreis qui pharistos sectantur, id ipsum & sentiunt, & profitentur. Nec tamen in ipsis primordiis, sed longo post tempore cum esset necesse: vt Hieremiæ temporibus arca occultaretur, in ea & vnam dicitur fuisse, & virgam reconditas.

**¶ SVRER** Quam. ¶ Id est, arcam.

**¶ ETIAM** Erant cherubin gloriæ. ¶ Vel gloriosos angelos dicit, vel quia ad Dei gloriam sint ad id ministerii instituti, quos tamen de industria intulit, vt arguat nos, ista longe precellere.

**Propitiatoriu q̄le**

**¶ OBVMBRANTIA** Propitiatorium. ¶ Propitiatorium erat arce operculum vt fieri ex sacris literis certior poteris, cauendumque ne id preter aliud esse existimes. Hoc autem Christum prefigurabat, qui nostrorum est prauorum facinorum conciliator effectus, is preterea que vetus testamentum complectitur, & obliuauit, & redidit tutiora.

**¶ DE** Quibus non ē modo dicendum per singula. ¶ Patefacit hoc loco non oculis solū, & obtutu hec terminari, pferreque dūtaxat, q̄ esse videntur, sed enigmata quedā esse, & argumenta, ad que contemplanda, perspiciendaque, longiori sit opus tempore.

**¶ HIS** Vero ita compositis in priori quidem tabernaculo semp introibant sacerdotēs, sacrificiorum officia consummantes. ¶ Erant quidem hec inquit, sic instituta, cum nulla tamen esset iudeis istiusmodi percipiendi facultas, vt qui a velamine interiecto secluderentur, sed nobis hec seruabantur, quibus & pphetata sunt & p̄dīta.

**¶ IN SECUNDO** Autem semel in anno solus p̄tifex. ¶ Vides quemadmodum vel a principio sint figurationes & figura premissa. Et ne illud forsitan obiiciant quidam, inquit, quæ. Cum semel constet secundum Christum fuisse sacrificatum, qui fieri potest vt cunctos ille vno hoc sacrificio sanctitate donauerit? Quia a prioribus seculis fuerat Christi hoc sacrificium destinatum, quod omnibus esset saluti futurum, tametsi sanctum illud & tremendum fuisset, quod a pontifice semel in annos singulos offerebatur.

**Q̄ om̄ia**

**¶ NON** Sine sanguine. ¶ Cum itaque sacrificium crucem dixisset, que nec ignem haberet, nec ligna, nec sepius fuisset oblata, ostendit hanc semel immolandi, & i sanguine piscam consuetudinem, vel crucem hanc ipsam preferre. Quæ si uere nonnulli, quo pacto cum in Exodo scriptum comperiam, incensum adolebit, super aureo altari, quod uidelicet in sancta sanctorum fuisset. Aaron enim inquit, incensum compositionis suae uolentis diluculo cum lucernas, componit, offerat super illud, & cum accenderit Aaron lucernas, adolebit incensum, unde constat diebus singulis ut incensum hoc adolerent, & sancta sanctorum bis pontificem aduise non semel, siquidem vnus esset ad incensum adolēdū locus non multa. Cur ergo Apostolus dicit in annum semel pontificem sancta sanctorum inisse. Huic questioni ita occurritur, cū sanguine semel Aaron, bis vero cum incenso sanctorum sancta ingrediebatur.

**Aaron**

**cēfū adolēs.**

**¶ QVEM** Offert pro sua & populi ignorantia. ¶ Rursum pro se ipso dicit, Nam legis p̄tifex inquit, pro se offerebat. Christus vero longe secus, cur enim illud egisset, qui a p̄tibus est longe disunctus, nec vnq̄ deliquerit, quo fit: vt plurimum hic a legis pontifice differat. Ignorantiam autem dixit, non vt per eam peccata exprimeret, sed vt maiorem terrorem incuteret, cum olim iudeis, tum ceteris, qui Christi fidem p̄fiterentur, & multorum frenaret superbiam. Perinde ac si dicat, si enim non sponte sed inuitus deliqueris, ignorantia argueris, eiusmodi criminis nemo ē p̄fecto immunitis. Nonnulli vero hec dixisse Apostolum credunt, vt sacrificiū quod secundum Christum offertur, & legis immolationum differentiam significaret, p̄inde legis oblationes h̄mōi, ignoranter dumtaxat commissæ remitterent, Christus vero iam immolat, vel scienter delinquentibus parcat.

**Aarō bis**

**i anno cū**

**icēo sc̄tā**

**ic̄tōrū in**

**gredieba**

**tur cū s̄c̄**

**quie uero**

**semel tā**

**tum.**

**¶ HOC** Significante spū sancto, nondum propalata esse sanctorum viam, adhuc priore tabernaculo habere statum. ¶ Aggreditur demū anagogice contemplari, que ad tabernacula spectant, aitque quæ enim ad sancta sanctorum tabernaculum sacerdotibus ceteris, minus pateret accessus, per sancta hec celi prefertur figura, tabernaculi vero locus ille anterior, qui erat sacerdotibus legis accessibilis semper, & patens, legis cultum prefigurabat, id est, quod diu staret hoc tabernaculum, & lex ipsa dominaretur, iubeatque, & pro eius instituto & cultus, & sacrificia fieret, nequaquam pro legis ritu sacrificiis, sanctorum sancta patere, id est, celorum aditum esse his interclusam, quod tamen Christo sit a seculo destinatum.

**Anago**

**gica cōtē**

**platio.**

**¶ QVE** Parabola est temporis instantis, iuxta quod munera, & hostiæ offeruntur, que non possunt secundum conscientiam p̄fectum facere seruientem. Quod superius dixerat, confirmat Apostolus, uidelicet tabernaculum illud quod sacerdotes ingrederebantur parabolam, id est, figuram fuisse, & vmbra, temporis pro lege astātis, ante Christi aduentum, quo tempore h̄mōi hostiæ immolarentur infirme adeo, & imbecille, &

tam nullius momenti, ut nequeant secundum conscientiam, id est, secundum interiorum hominem, perfectionem adiacere offerentibus, quoniam quidem corporum sordes duntaxat eluerent, non peccata purgarent, non enim vel adulterium poterant, vel homicidium vel sacrilegium ille dimittere.

Lex hūa nis solū rebꝰ ipoz sita,

**SOLVM MODO** In cibis & potibus & in variis baptismatibus & in iusticiis carnis usque ad tempus correctionis impositis. Lex inquit, & legis ipsius instituta humanis solum sunt rebus imposita, utpote quibus & vesci homines debeant, & in potu, & istiusmodi quedam iniungunt, hoc comedite, illo abstinete. Verum quo pacto & potibus dixit, cum constet de potus diuersitate nil quicquam legem mandasse. Aut enim id refert Apostolus, quia sacerdoti, sancta paulo post ingressuro, iter dicta sit, ut in potatio. Vel in eiusmodi mandatorum contemptum, & potius addidit. Erant preterea & variis baptismatum modi. Nam si mortuum quis attrectasset, vel esset morbo infectus, vel fluxum seminis pateretur, baptismo, id est, aqua abluebatur, & hunc in modum existimabant, vel a crimine, vel a contagione purgari. Carnis vero iustificationes erant precepta quedam, que eorum carnem duntaxat abstergerent, qui secundum carnem viderentur sordidiores. Nec tamen hec erat perpetuo permanentia, sed usque ad tempus correctionis, hoc est, usque ad Christi primum aduentum, qui vniuersa hec erat emendaturus, inducturusque cultum verum, & spiritalem. Cum esset autem lex graue admodum iugum, iure imposita dixit, sicut & in Apostolorum actibus est scriptum, Quid tentatis imponere iugum discipulis, quod neque patres, vel hi portauerunt.

**CHRISTVS** Autem assistens pontifex futurorum bonorum. Priscus enim ait cultus ille, nequaquam in celum quempiam deducebat, sed Christus adueniens intravit semel in sancta. Nam eo hec redit oratio, quod superius dixerat, non enim effectus pontifex dixit, sed assistens, hoc est, huius rei gratia venit, cum nodum alias se antehac contulisset, sic institutus est pontifex, eius tamen mens, & cogitatio, ut ad terras descendere non timuit, ut pontificatum iniret. Nec quidem sacrificium dixit pontificem, sed futurorum bonorum, tanquam nequirent diligenter hec explicare, sed simpliciter, & confuse expressit, que fuissent in nos ipsos collata. Verum futura hec dixit quo ad legis tempus, nam ut hoc instans vocauit, sic futura que Christi sunt nuncupat, si cum ipso hoc tempore, vel momentaneo comparemus. Vel futurorum dicit mysteriosum videlicet, que in futurum nobis reuelabuntur.

**Per amplius & perfectius tabernaculum.** Carnem hoc loco tabernaculum dicit, que amplior quidem eo habetur, quo Deus verbum hanc ipsam assumpsit, quod omne, & ipse sanctus sit opus, & perfectius dixit, quia perfectiora perficiat.

In hereticos dicitur res Christi corpus esse aerium.

**NON** Manu factum, id est, non huius creationis. Huc persiliunt heretici omnes, dicuntque celeste esse, & aerium. i. Christi corpus, id ipsumque & Paulum sentire hoc loco fatetur, alioquin quo pacto asseueraret inquit, non huius hoc esse creationis, neque enim a creatis excipitur celum, quippe quod vtiq; & conditum sit. nam quid sibi vellet quod dicit hic idem, vetus quidem tabernaculum, quod circa veseleel erat, hic construxerunt, Dei vero, & verbi tabernaculum spiritus sanctus composuit. Hac igitur de causa Paulus dixit, nequaquam Christi carnem huius esse creationis, id est, non harum creaturarum in modum creatam, sed spiritalem esse, & diuinam. Eorum namque que condita sunt, nil habet in se Deus verbum subsistens, sed caro hec substantialiter est Christo vnita. Secundum itaque materiam ipsam domini corpus, nam & conditionem, & humanitatem accepit, nobisque & consubstantialis fuit hec caro, ut ex sanguine purissimae virginis compacta, pro modo tamen eius essentiae super praenos est, & humanam excedit naturam. Tum etiam quia per subsistentiam vnita sit Deo verbo, vel quia materia omnis veteris tabernaculi pellibus, & lignis constabat, que au-

erat aut ere vel distincta vel intertexta. Id ipsum cum aduerteret Paulus, non huius dixit creationis, cuius vetus illud tabernaculum indigeret. Huius autem hec omnis ratio comparationibus quibusdam transigitur & demonstrat Christi carnis persistentiam, Vocat preterea & Christi corpus tabernaculum aliquod uti hoc loco facit, ut quod vni genitus ipse inhabitet in super & velamen appellat, utpote quod in se diuinitatem occultet veletque, Et his ipsis nominibus, vel celum tabernaculum nuncupat, per inde hoc ipso resideat, pontifex Christus, id ipsum & velum dicit quia sanctus sit membrum inflat obseptum.

Cur cor pꝰ xpidi catur tabernaculu & velamen,

**NEQVE** per sanguinem hircorum aut vitulorum, sed per proprium sanguinem. Atqui longe secus se habent res Christi, quam legis pontificum, & eo excellunt, & incomparabiliter prestant, quo beluarum sanguis, quem illi tabernaculum oblaturi adhibent, nequit prorsus cum sanguine illo diuino conferri.

**INTROIUIT** semel in sancta. Id est in celum.

**ETerna** redemptione inuenta. Non enim breuem & momentaneam aliquam purgationem illorum more inuenit, sed perpetuam delinquentibus animis libertatem. Vel quia semel ingrediens & vnico aditu beneficium nobis in eternum persoluit. Aduerte autem quemadmodum cum inuenta dicit, spem preter rem obuuisse demonstrat, nihil enim nobis erat de nostra liberatione & salute compertum, nisi ille hanc inuenisset.

**SI** enim sanguis hircorum & taurorum & cinis vitule aspersus, inquinatos sanctificat ad emundationem carnis. Quia incredibile forsitan multis id videbatur, ut per hostiam vniam & vnus hominis sanguinem, afferri posset redemptio, confirmat hoc ipsum redditque verisimillimum & certius facit, ex iudeorum opinione. Si enim vos inquit vituli cineris aspersione & ex taurino hircinoue sanguine, creditis vos sordibus iri ablutum quo pacto & Christi sanguis, non animas ipsas peccatis absterferit? Erat enim apud priscos iudeos consuetudo, ut vituli cineres asseruarent, cuius postmodum aspersione, inquinatos quosque & infectos purgarent. Si igitur inquit vel hirci puluis in eam vos credulitatem induxit, longe magis credetis, Christi hunc sanguinem, sanctimoniam allaturum. Si enim autem, non eo dixit ut ritus iudaicos comprobaret, quippe qui mox illud subiecerit ad carnis purgationem fuisse hos institutos, nec sanctificat dixit, quod sanctimoniam sibi hi per beluarum sanguinem vendicarent, sed quia carnem purgabant non animam.

Iudeorum consuetudo in sacrificiis,

**QUANTO** magis sanguis Christi qui per spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum Deo. Non enim pontifex aliquis obtulit Christum, sed a se ipso oblatum est nec per ignem, ut vitule offeruntur, sed per spiritum illum eternum. Sic quidem & gratiam & redemptionem reddidit sempiternam, & immaculatum id est peccati expertem. Nam & in veteri testamento buccula in sacrificium querebatur, que maculis prorsus careret.

Buccula que sine maculis est in sacrificium

**MVNDABIT** conscientiam nostram ab operibus mortuis. Ibi quidem ut sanctificat dixit, & ad carnis tamen adiecit purgationem. Hic vero purgabit inquit, hoc est interiorum hominem reddet hic puriore, quod sane ibi videbatur deesse, ibidem preterea qui morticinium aliquid & cadauerosum attigerat purgabatur. Hic vero mortuorum operum purgatio fit, que possunt haud dubie hominem inquinare, & mortis obnoxium reddere.

**AD** seruientem Deo viuenti & vero. Quia ergo operibus mortuis incubuerit, haudquaquam deo viuo & vero inseruiet, quin opera ipsa que sibi spectanda elegerit pro deo habeat & colet, sic enim qui gula sunt dediti pro deo ventrem constituent sic inquam & cupidus, idolis seruit, sunt itaque istiusmodi opera mortua appellanda, neque

solū quia sint a vita perpetua aliena, sed quia cū hec exercētur abhoinanda redduntur & fallacia quidē, quia nos vbi illixerint, capiant, & videantur suauia cū minus sint.

**¶** ET ideo noui testamēti mediator ē. & Quod deterrere q̄ plurimos videtur in firmiores, quia illud sepe ac multum vsurparent. Si Christus obiit mortem, quo pacto daturus ē quod p̄miserat? Id ipsum nunc Paulus lenies, ob id arguit Christi ratum esse & firmius testamētū, quia mortuus sit neq; enim dum superstites sumus testamēti nomen illud fortitur, quod testando nos instituiimus. Vt igitur inquit periores nos redderet, mortem subiuit, & testamento nobis cum peccata remisit, & ceterum reliquit bonorum fructum, nos inter & patrē mediator effectus, cum patre haudquaq; in animo esset, nobis hereditatem relinquere, vt quibus acriter succedebat, & erat iratior, tanquam liberis ab se alienis, Christus itaq; intercessit & patrem nobis conciliauit, quo modo? Id namq; quod erat nobis ferendum vt contumacibus, ille iam tulit, & mortē que fuerit per nos lubeunda, pro nobis subiuit effectus hereditate hac dignos. Est igitur & testamētum hoc per filii mortem iam confirmatum, quod minime vt ad indignos hereditatem transiuit. Habet preterea & testamētum heredis sic enim inquit testatus ē Christus volo pater vt vbi sū ego illic & mihi nros meos esse, quos vero exheredauerit ille sic exprimit, nō pro omnibus peto sed pro his qui me & professi sunt & crediderunt. Habet insuper testamētum & testes, vt patet ex his, testimonium autem perhibet de me qui misit me pater, & paracletus testimonium perhibebit de me, & vos testimonium perhibebitis.

**¶** VT morte intercedente in redemptionem earū preuaricationū que erant in priorum testamento. Vides quē ad modū vt nos, redimeret Christus, obierit mortē. Quo ergo pacto vel ex imbecillitate & impotentia effectum id esse existimas, quādoquidem Christi mors tam efficax fuerit & valida vt per eam legis preuaricatio omnis ad sanitatem redierit. Cur igitur ad legem confugis, que iam impotens sit & imbecilla, vt quod vel in se fuerit preuaricatum, corrigere nequeat, nec tamen id eo sit quia illa iniquior, sed quia infirmior sit.

**¶** REPROMISSIONEM accipiant qui vocati sūt eterne hereditatis. Ni enim inquit Christi nos obitus a peccatis & facinoribus exemisset, quibus patrem iam hostem reddideramus, quo pacto essemus diuinam hanc adepti hereditatem, Cum vero vocati dicit, ostendit quē ad modū initio deus erga nos vt pater se in liberos gesserit, nam cum essemus iam pridem ad hereditatem acciti, nos tamen ipsi indignos hereditate hac fecimus, nisi filius intercessisset qui nos in hereditatem restituit.

**¶** VBI enim testamētū ē mors necesse ē intercedat testatoris, testamētum enim i mortuis cōfirmatū ē. Haudquaq; inquit vos Christi mors terreat, nam si nature ille non cōcessisset, quo modo ipsi heredes efficeremur, constat enim & testamētū post testatoris excessum, & vim habere & firmitatem, vel quo pacto digni huiusce essemus hereditatis, si nondum fuissent nos inter & deum sublata inimicitie.

**¶** ALIOQ VIM num valet dum viuūt qui testatus ē? Per interrogationem id & lege & intellige.

**¶** VNDE nec primū sine sanguine dedicatū ē. Nō enim solum Apostolus que diceret ex communi quādam cōsuetudine cōfirmabat, sed vel a rebus ipsis que in veteri cōtigissent, quod sane iudeos ad credulitatem magis inducit & fidē vt sibi adhibeant admonenti. Vnde inquit id est quin necessarium ē vt mors testamētum precedat, vnde fuit necesse vt prius illud testamētum non sine sanguine fuerit dicatum sanguis vero mortis ē argumentum. Sed vetus illud per agni sanguinem figuram pretulit noui, in quo dei filius in carne mortuus est. Verum quid illud designat cum testamētum inquit fuisse dicatum? Id quidem, quia hoc ipsum principium sumpsit

Testamētū p̄ filii mortē cōfirmatū.

Testamētū morte testatoris cōfirmatur.

confirmationis & roboris, neq; enim aliter peragendi sumpsisset initiū, nisi sanguinis effusio precessisset.

**¶** ELECTO enim omni mandato legis a Moyse vniuerso populo. Secundum legem id est quod lege cautum erat & constitutum.

**¶** ACCIPIENS sanguinem vitulorum & hircorum cum aqua & lana cocina, & hyssopo ipsum quoq; libram & omnem populum asperxit. Quam obrem & liber & populus asperguntur, nimirum vel vt preciosum sanguinem p̄figuret, quo sumus ipsi & corda hec nostra aspersi, que p̄fecto nobis pro codicibus insunt, vt & superius dixit, dedit leges in cordibus ipsorum. Vel baptismi aquam designat, hunc enim & sanguis & aqua conficiunt, & ex duobus his alteris constat seorsum tamen baptismus, qui etiam cum per aquam conficitur domini mortem denunciat quam sanguinis demōstrat effusio. Hyssopum vero intelliges eo inductū quia & densius sit & b̄bulum magis, & liquore quouis perfunditur Nec secus & lanam, vel quia & eius nomen fortitū est Christus, veluti ex parte totum acceperit, ē namq; & agnus denominatus & ouis que hisce vellibus obducuntur & lana, quinetiam & coccineam dici hanc volunt & tybram, quia colore ipso figuram sanguinis preferat.

**¶** DICENS, hic sanguis testamēti quod mandauit Deus ad vos. Christus sane sic inquit hic sanguis noui testamēti in remissionem peccatorū, in veteri vero nec nouū dicitur, nec peccatorum remissio, Vides vt sanguinem dixerit testamētum, necesse ē igitur vt Christi mortem intelligas vbi testamēti sit mentio.

**¶** ET tabernaculum & omnia vasa ministerii sanguine, similiter asperxit. Vel hoc quidem nostri p̄fert figuram, qui & tabernaculum, sumus, ait namq; in ambulabo in eis & inhabitabo, & alibi, vasa autem magne domus Dei, quedam aurea sunt, quedā argentea. Sumus itaq; nos vero Christi sanguine respersi, & sanctificationem adepti quandoquidem & in eius fuerimus morte baptismi abluti.

**¶** ET omnia pene in sanguine mundantur scdm legem, & sine sanguinis effusione non sit remissio. Cum enim pene illud proposuit, quia vetus lex illa nec purgationem quidem perfectam, nec remissionem potest afferre, quippe que nec peccata dimittit, nec delet.

**¶** NECESSE ē ergo exemplaria quidem celestium, his hostiis mundari. Celestium exemplaria nostram ecclesiam dicit. Habita ē enim superius mentio, quemadmodum celum ecclesiam preferat. Horum itaq; & argumenta pretulerant & figuras iudaici ritus, eoq; & vitulorum sanguine purgabatur olim iudei, & buccule cinere siue hirci, & huiusmodi vilioribus.

**¶** IPSA autem celestia. Id est que ipsius ecclesie sunt, nostra!

**¶** MELIORIBVS hostiis q̄ ista. Cū itaq; longe sint nostra iudaicis potiora, & tantum excellent, quanto celum e terra prestantius, siquidem illorū terrenā sunt bona nobis vero in sortem cesserit celum, iure ipsi videmur maiori quadam immolatione dignati, dei scilicet filii sanguine, qui nos penitus repurgauit. Est ergo non solum p̄fectior mors Christi, ob testamētum iam affirmatum effecta, sed quia animam ipsam haud dubie quouis labe absterit. Eo igitur mortis huius commemorat Paulus beneficia, & vt debet illam extollit, quia & turpior sit & ignominiosa, quam pluribus visa, quippe quam in patibulo & cruce subierit Christus, quod planē apud veteres illos detestabile erat & fedius tormenti genus.

**¶** NON enim in manufacta sancta introiuit IESVS exemplaria verorum, sed in ipsum celum vt appareat vultui dei p̄ nobis. Plurimi quidem templū existimabant iudei, quod Hierosolimis erat, vt pote cui nusq; terrarū aliud vllum par esset cum pulchritudine tum & ornatu, tum edificiū varietate & sumptu, & quoniam presentibus

lectomū dato moyses aspergebat populū.

Cur asp̄sioe iducatur hyssopum & lana cocina.

Iudeorū ritus.

Hierosolimitani templi excellentia.

& corporalibus bonis hi traherentur, iniunxerat deus vt per magnificum illud cont-  
strueretur. Vnde vel ab vltimis terre finibus templi huius visendi gratia. Hierosoly-  
mam homines confluxerant, Paulus itaq; queadmodū in hostiis & immolationibus  
egerat, quas penitus ex Christi morte inductione substulerat, Ita hoc loco, cū templo  
celum opposuisset, arguit quanto vtraq; hic inter se differant intervallo, Proinde le-  
gis pontifices dicit, sancta manufacta adisse, que proculdubio certiora quedam & ve-  
ra prefigurarent, id est celum ipsum. Hoc enim certo hec preferunt sancta, Christum  
vero celum hoc fuisse ingressum, tametsi per se omnia teneat ac presto vbiq; sit ille,  
id tamē humanitatis gratia dixit & carnis assumpte. Nec solum ex his differre a po-  
tificibus legis Christum demonstrat, sed hunc ipsum nostrum pontificem Deo face-  
tur propinquiorē. Nam etsi prisci pontifices illi per signa quedam deum videbāt,  
at Christus hūc ipsum spectat & intuetur, & presens alloquitur & in faciem illi & vul-  
tum apparet. Verum quid illud p nobis cum inquit designat? Quia pro nobis eū  
hostia & immolatione est celum ingressus que valeant cum patrem nobis propitiū  
reddere, tum angelos ipsos conciliare. Nam & hi quidem in nos tanquā sui domini  
insensibilissimos hostes, inimicitias exercebāt, nunc vero p nobis vel dominus ipse inter-  
cedit, q; autem sit ille celum ingressus id conciliandi nos gratia fecit.

**¶ NEQVE** vt sepe offerat semetipsum. Neq; enim eo in celum se contulit, vt alias  
sepe, eodem se conferat.

**¶ QVEMADMODVM** pontifex intrauit in sancta p singulos annos. Ad  
uerte glōge plurimū Christus legis pōtificates antecedit, illi nāq; in singulos annos &  
semel dūtaxat sancta sanctorū adhibant, Christus vero seipsum & semel recepit.

**¶ IN** sanguine alieno. Pōtificates scilicet istiusmodi in alieno cruore, taurorū videli-  
cet & hircorū ingrediebatur hec sancta, Christus vero pprio inuectus ē sanguine.

**¶ ALIOQVIN** oportebat eum frequenter pati ab origine mundi. Si enim in-  
quit seipsum esset sepius oblaturus, & vt mortem subiret frequentius fuisset necesse,  
quandoquidem per proprium sanguinem esset oblationem factururus.

**¶ NVNC** autem semel in consummatione seculorum ad destitutionem peccati, per  
hostiam suam apparuit. Hoc loco quoddam reuelat mysterium. Verū cur in seculis  
lorum consummatione & post multa peccata & non statim in ipso principio se obtulit  
domin? Si enim cum diffusa adeo scelera nondum essent mortem Christus obisset,  
& in hunc postmodum nemo mortalium credidisset, nonne secūdo fuisset illi mors  
obeunda? nonne & inutiles plane omnes eius fuissent conatus, Nunc vero cū demū  
magnum in modum praua hominum increuissent facinora, iure optimo deo se ob-  
tulit, & in eius conspectu per hostiam suam & mortem apparuit. In ipsa seculorum  
consummatione & sine, cum tempus iam aduentasset quo pphetarum dicta adim-  
plerentur, & deperdita hominum nequicia ad summum iam euassisset, vt anathemisi  
id est vt peccatum deuincat & omnem illi demat fiduciam sui ipsius oblatione, & ho-  
stia, hoc est per sue carnis interitum. Id ipsum fere & alibi dixit cum inquit, vbi enim  
habundauit peccatum suphabundauit & gratia, Demitur enim tunc peccato fiducia  
cum hi qui peccata commiserint per gratiam impunes missi sūt facti. Nam pena de-  
licti peccatum id est dyabolum facit fidentiore, vt homines ad peccandum magis  
instiget, vnde hos sentiat perditum iri. Querit Gregorius nysses, cur in seculi con-  
summatione carnem assumserit filius, Aitq; quemadmodū enim peritissimi medi-  
ci, febre adhuc in p cordiis permanente, & egroti corpus acrius diuexante, & egritu-  
dinis fomētis adaucta magis, incensaq; nullam afferunt languenti medelam que lan-  
goris causas tollat, sed vt morbus increfcatur operiantur. Sic & nobiscum agit anima-  
rum medicus ille, expectat enim vt prorsus omnis retegatur nequicia, vt nihil ma-

Christi  
pōtifica-  
tus.

Cur tantū  
sit dilat<sup>9</sup>  
aduētus  
Christi.

Gregori-  
us nysses<sup>9</sup>

Apta si-  
militudo

neat ex hiis que recondita sunt incuratum, sic demum relectis ille & patentibus ma-  
lis medebitur.

**¶ ET** queadmodū ē statutum hominibus semel mori post autem hoc iudicium.

**¶ Nunc** & causam explicat cur semel obierit Christus, quia vnā inquit mortē re-  
demerit, erat namq; hominibus sic pstitutū, vt semel morte nature cōcederent, vnde &  
semel ille p cūctis est mortuus. Quid ergo inquiet aliquis, rōne & hoc tēpore mori  
mur? Ita quidem haud tamen vllum habet, vt quondam in nos mors ipsa imperiū,  
quin potius resurrectionem speramus, ad quā pteuium se nobis & ducem moriens  
Christus exhibuit. Nec mors quidem eiusmodi, pro morte, habetur, sed pro somno  
potius ducitur. Et quoniam vniuersos erat mors complexura, ppterea ille e vita ex-  
cedere voluit, vt morte nos liberaret. Vel forte significare hic nititur Paul<sup>9</sup>, eam Xpm  
fuisse mortem perpeffum, que nobis esset in supplicium dedita. Verumtamen, cum  
illi in deo accederet vera humanitas, queadmodū semel homines moriūtur deiceps  
& iudicium sequitur, sic & ille semel est vita perfunctus. Sed audi que insequuntur.

**¶ SIC** & Christus semel oblatus est. A quo nam ille oblatus ē a seipso non ab alio  
quouis hominum qui etsi pontifex sit, hostia tamen ipsemet ē & oblatio.

**¶ AD** multorum exhauriēda peccata. Quemadmodū enim cum rem diuinam  
exequimur, & sacro sancta illa administramus mysteria, commissa commemorando  
precamur, siue vltro delinquentibus nobis siue minus veniam dari, hoc est prius de-  
licta meminimus, mox illa nobis remitti deposcimus. Sic & ille huiusmodi affatus ē  
patrem, pro his pater meipsum deuoueo. Vel peccata ab hominibus ipsis exhausta  
detulit patri, qui illa dimitteret. Verum cur multorum dixit non omnium? quia ne-  
quaquam cuncti credere mortales, at Christi mors omnium equauit perditionem  
id est sat valuit ne omnes perderentur & pro cunctorum salute depensa est, & quantū  
in eo fuit pro cunctis est mortuus, nec tamen omnium quia illi reluctarentur, pecca-  
ta exhausta, vnde inutilem sibi hi profusus Christi mortē hanc reddidere, quod sane  
horrendum ē dictū & admodum deplorandum cum multis illa, salutem attulerit. In  
hunc sensum & Basilius ipse concedi, Repperimus tamen in euangelio q; traderet  
animam suam in redemptionem pro multis, pro omnibus interpretatum, multi eni  
plerumq; vniuersos designant.

**¶ SECUNDO** sine peccato apparebit expectantibus se in salutē pfidē. Mortu<sup>9</sup>  
inquit ē ille nostris onustus criminibus, & eadem deo offerens patri, vt deleat oblit-  
teretq; quorū gratia mortem sit ipse perpeffus. Eum namq; qui peccatū nullū patra-  
rit fontem effecit pater, tanq; qui nostra in se consciuisset facinora. Apparebit tamen  
secundo nil vltra deferens peccatorū, pro quibus non iterato erit huic moriendum,  
qui semel obiuit, sed vt iudex adueniet salutis futurus se expectantibus, id est in se cum  
spem tum fidem habentibus, operientibus illius aduentum pro cuius dignitate du-  
xerint & vitam. Nec solum in salutem venturus ē ille, sed in supplicium minus credē-  
tibus & peccatis obnoxiiis.

**¶ VMBRAM** enim habens lex futurorū bonorū. Id est forma existens bono-  
rū, que p noui testamenti pmissis, in futurū a Christo hos manēt qui illū expectant

**¶ NON** ipsam imaginem rerum. Id est non veritatem ipsam. At quarum dicit  
hic rerum? Immolationis nimirum & remissionis vmbatili enim scripture vetustio-  
ra illa simillima videbantur. quandoquidem suboscra essent nec satis patentia, no-  
ua vero imagini id est veritati, vt potē que clare subsistunt, & finem sunt nacta. Acce-  
dit etiam q; magnus ille Basilius & pleriq; in locis de hac apertius differit, inquit  
legis pasca & audeo & confiteor figure fuisse suboscurorem figuram. Vnde datur  
telligi, vmbam quidem sermonem dici apud Apostolum imaginem vero que

Cur se-  
mel obiē-  
rit xps.

Christus ē  
offerens &  
oblatū.

Basilius.

Que sub  
lege fie-  
bat figu-  
rā futuro-  
rū pfere-  
bat, que  
veroi ec-  
clesia  
imaginē,

nunc in nostra ecclesia paguntur, tanq̄ & reliqua fore perfectiora argumēto sunt que in futuro seculo perfruentur, qui digni his videbuntur. Que quidem & rerum nunc dicit Apostolus hoc ē futurorū bonorū, nam vt imago a quo fuerit desumpta differre nonnulla in patre videbitur, sic & p̄sentia mysteria hec, in seculo illo futuro, a rebus illis perfectioribus, haud paruo interuallo distabunt, vt q̄ ipsa imagine adumbratio q̄ proxime fingitur inferior ē, sic & vetus illud a nouo hoc superatur.

**¶** PER singulos annos eisdem ipsiſ hostiis quas offerunt indefinenter, nunq̄ accedentes possunt perfectos facere. \* Talis ē huiusce, orationis contextus, sententia, Si enim huiusmodi legis immolationes & hostie, aliquid essent virium nocte, nequaquam continenter adeo offerrentur, quippe cum semel oblata aliquid p̄fuisſent, & offerri preterea desiuisſent. Nunc vero cum singulis annis & persepe illa fieret oblatio, p̄fipi cum ē hostias hanc ad perfectionem volentibus afferendam fuisse infirmiores, eo q̄ post primā oblationem, & secunda deinceps, & alia item, atq̄ alia sequebatur. Nā & iter medelas ea dicitur & valida esse & efficacior, que semel vel imposita vel hausta curat & sanat. Quod vero sepius & varie immutatum imponitur, vim medendi nullam habere arguitur, nec prodest languenti. Queret aliquis, num & ipsi sine sanguine immolamus: Ita quidem, sed Christi tunc reminiscimur obitus & vna nobis ē immolatio, non multe, quando quidem ē & ille semel oblatus, eūdem enim semper offerimus, quin potius oblatiois illius memoriam facimus perinde ac esset hoc tempore immolatus. Quocirca constat vt q̄ vnū esse nostrum hoc sacrificium, legis vero multiplex. Tametsi vt dictum ē supra, eo frequentius offerebatur vt plurimum ac multis prodesset, quod tamen longe secus se habet. Nostrum vero vt diximus vnicū ē & semel oblatum, & tum in hac vita, tum in futura integrum manet, & perfectius est, nam & vnus est sanguis, & semel effusus, & vnū ē corpus, quamuis fuerit pro multis oblatum, non multā, & item vna est que offertur hostia. Hanc namq̄ semper vt p̄sentem offerimus. Exempli gratia oblatum est forte pridie agnus, alterum hodie immolamus nec tamen vt pridiani illius vllam faciamus memoriam, hodiernus vel ceeditur vel offertur, sed presens iste per se sacrificium per agit non preteritum refert. Verum cur Apostolus eisdem ipsiſ hostiis dicit, quia non abſimiles hostie erant, sed eiusdem generis animantia cedebantur hodie scilicet agnus & in crastinum agnus, diuerse tamen numero hostie erant. Monnulli vero eisdem pro modo immolandi interpretati sunt, hoc ē vel cum maculari hostie viderentur vel igne consumi. Specie tamen diuerſe vt puta ouis, bos, turtur, columbus. Nunquam possunt perfectos facere, id est cū futurorum bonorum vmbra lex habeat, nequit qui ei adheſerint ad perfectionem deducere, nec qui hostias offerunt reddere ex omni parte perfectos vel sanctos poterunt, ad se concedentes.

**¶** ALIOQ VIN nōne cessasset offerri, ideoq̄ nullam haberent conscientia peccati cultores semel mundati. \* Si enim inquit peccare desiuisſent, nonne & hostie desiuisſent offerri cum illi istarum ope nihil egerent quia satis iam profecisset, & nullorū sibi met essent prauorum facinorum conscii, quibus mederi esset necesse, cum semel purgati fuisset & absterſi criminibus.

**¶** SED in ipsiſ cōmemoratio peccatorum per singulos annos. \* Nil aliud inquit efficiunt hostie, nisi q̄ peccata cōmemorant arguuntq̄. \* Non enim commissorū prestant remissionem, sed plane ostendunt oblatione assidua minus esse populi peccata soluta nam si soluta iam essent, quid vltra immolandum fuisset Commemorationem vero cum inquit, vt intelligas facit, non modo futurorum gratia delictorum sed preteritorum ob causam, hostias ab his immolari, quia haudquaquā sunt preterita illa dimissa, esto, singulis annis vituli sanguis offerebatur pro populo, fit tamen vt

Medicia  
que sit ef  
ficacissima.

Vnicū ē  
& semel  
oblatū  
nīm sacri  
ficiū, le  
gis vero  
multi  
plex.

Hostia  
peccatū  
non pur  
gabat sed  
ostende  
bat.

hisdem delictiſ permanētibus, necdum abolitis, id ipsum sacrificium offerretur. Nō itaq̄ eadem erit futurorum scelorum ratio, ac preteritorum habenda, sed constat priora illa insoluta manere, vnde & eandem semper oblationem fuisse arguitur. Nec seorsus quam vna semper languenti apponitur medicatio, argumento ē hunc ipsū morbo eodem assiduo laborare.

**¶** IMPOSSIBILE enim ē sanguine taurorū & hircorum auferri peccata. \* Ex oblatorū hac vilitate & morbi ipsiſ magnitudine, dicta sua cōfirmat. Peride ac si quis piam medendi peritus si elephantico morbo, affecto. cuiquam in medelam dari linozofam herbam perspexerit, dicat necesse est, nequaquam hanc herbam elephantico illi restituere sanitatem.

**¶** IDEO ingrediens mundum dicit. \* Christus siquidem in mundum humano corpore veniens per Dauid inquit, Est autem Apostolo mens istiusmodi nam cum illorum immolationes & hostias inualidas esse & plane inutiles coarguisset, ne quis id querat cur ergo has ipsas iudei exercent: extabat enim adhuc illorum, & templum & que legis erant omnia illi exequiebantur cur inq̄ hec facere nō desiuisſent: Vnde & rei huiusce causam aperit atq̄ desite sunt quidē vt deo placitū ē immolationes hmoi alioquin cum constet iudeos peruioces esse & contentiosos, & sancto spiritu reluctantes adhuc his detinentur incumbuntq̄. Ostendit p̄terea quemadmodum vel ante demini incarnationem deus reieciſset iudeos. Attende autem cum ingrediens inquit que admodum vel ante eius ingressum odisse hunc iudeos ostendit.

**¶** HOSTIAM & oblationem noluiſti. \* Que lege scilicet sunt institute, etſi factis fuisset hostia dūtaxat dixisse, nihilominus vt ipse existimo eo & oblationem adiūxit, vt sanguinis expers sacrificium designaret.

**¶** CORPVS autem aptasti mihi. \* Perinde ac si dicat cum enim, corpus hoc meū consummatā perfectamq̄ hostiam fore iam a seculo destinasti.

**¶** HOLOCAVTOMATA & pro peccato tibi non placuerunt. \* Nec holocaustomata hec que. i. igne conficiuntur sacrificia, tibi placuerunt, id est voluisti, nec inceptū hec retulisti, neq̄ que essent de peccato oblata, Erāt quidē vt diuerſis de causis, ita & diuerſum sacrificiis impositum nomen, nam alia quidem pro commissiſ offeriebantur, nonnulla pro negligentia, quedam etiam salutaria dicebantur & cōciliatoria quedam, alia insuper precatória, alia demum purgationis gratia offerebantur que tamen eo sunt prorsus sublata quia sacrificium & oblationem noluiſti.

**¶** TVNC dixit ecce venio in capite libri scriptum ē de me vt faciam deus voluntatē tuam. \* Vides quemadmodū vel anteq̄ dñs carnem assumeret, eiecta sacrificia fuerunt & repudiata. Nam & post sublatos sacrificandi pristinos ritus, tunc Christus ipse professus sum inquit ecce venio tue exequende gratia voluntatis. Patris vero voluntas hmoi ē vt filius immoletur pro mundo & homines iustificentur, non in sacrificiis sed huius in morte, annunciaui enim inquit iusticiam in ecclesia magna. Et deinceps illud ē interiectum, in capite libri scriptum ē de me. Librū autem lapideas tabulas dicit quibus lex fuisset inscripta, vel vetus testamentum. Perinde ac si dicat, in omni scriptura de meo aduentu facta ē mentio, & quemadmodum ipse essem offerendus pro mundo. Vel caput veteris testamenti principium interpretatur, Nā & in ipsius Moyſi libri primordio, cum hominem inquit faciamus ad imaginem & similitudinem nostram sue diuinitatis cognitionem aperit Deus.

**¶** SVPERIVS dicens quia hostias & oblationes & olocautomata pro peccato noluiſti nec placita sunt tibi que scđm legem offeruntur, tunc dixit ecce venio vt faciam deus voluntatem tuam. \* Enodat Paulus Dauidicū dictum. Sed queres fortasse qd ergo: num legis ipsius oblationes & sacrificia haudquaquā ex dei voluntate prodierant,

Elephan  
tic mor  
bus.

Vn mī  
tiplicitas  
sacrificio  
rum.

Quid p̄  
caput li  
bri intelli  
gitur.

Questio  
notāda

Duplex voluntas.

Paulus nuptiarum expers.

Cur deo promiserit sacrificia fieri & animalia sibi offerri.

Repudiata sunt sacrificia quia imperfecta, & non propter offerentium peccata.

Quo notanda.

Voluntate quidem, sed duplex est voluntas hominum, vult enim quisquam precipuum ad quid, quemadmodum Paulus. Volo autem omnes homines esse ut ego sum id est soltos & nuptiarum expertes, & celibes. Preterea altera quedam voluntas, ut aliorum descendatur libidini, promptior, ut Paulus idem, volo iuniores viduas nubere, quod tamen eo se velle affirmat, ne de Christo querantur, & idcirco hoc illis permittit. Sic deus principio nidores & sanguinem respuebat, Vbi vero compertum habuit iudeos demonibus immolare sacrificiis & immolationibus hisce plurimum detineri assensus est, ut in sui honorem hostias illi offerrent, Verum cur Paulus cum infinita haberet ad eam rem testimonia, hoc vno est usus & in medium protulit. Id sane ob iudeorum impudentiam egit, iactantiu veterē illā idcirco desitam esse immolandi consuetudine, non quod inutilis esset sed quia facinorosi fuissent qui hostias illas offerrent, & Iudei producant horum inculantē peccata, dicentēque manus vestre sanguinis plene, & David p̄terea homini proclamantē, non accipiam de domo tua vitulos, neque de gregebus tuis hircos, Et illud quare tu enarras iusticias meas. Hec itaque vel homini contentioſis iudeis obiciuntibus, testatur nunc Paulus certioribus argumentis pristinos illos immolandi ritus eo fuisse a deo reiectos, quia nec integritatem nec perfectionem preberent non ob populi ipsius peccata, ut illi assererent, non enim in nono de tricelimo psalmo unde id productū est testimoniū, populi scelera propheta commemorat, quod autem idcirco hoc Paulus usus sit testimonio, audi que insequuntur.

CAVFERT primū ut secundū statuat. Quod illud est primum, sacrificia & immolationes. Quod vero secundum, patris voluntas, id est Christi corporis per crucem immolatio, eiiciuntur itaque priora illa ut confirmetur que sit per Christi mortem oblatio, quam voluit quidem & acceptam habuit pater. Fit igitur ut nequaquam villo offerentium crimine, sed sua imperfectione repudiata sint, & eiecta hec sacrificia.

IN qua voluntate sanctificati sumus per oblationem corporis Iesu Christi semel. In qua patris, scilicet voluntate per Christi corporis oblationem sumus sanctificati, que semel effecta sit. Credentes namque nos & fideles ex vniuersa oblatione sanctificati hanc ipsam sumus patre volente sanctificationem adepti. Haud itaque legis veteris instituta, dei preſerunt voluntate, sed Christus oblat, & que ex eius oblatione perfecta est sanctitas.

ET omnis quidem sacerdos presto est quotidie ministras, & eadem sepe offerens hostias que nunquam possunt auferre peccata. Altare ergo, ministratus officium agnoscit, sedere vero Christum dicimus cui assistitur & ministerium id exhibetur.

HIC autem vnā offerens pro peccatis hostiam in sempiternum. Ipse utique Christus inquit vnā dumtaxat & semel obtulit hostiam, corpus videlicet suum pro nostris delictis ad salutem nobis perpetuo valiturā, & ita ut secunda nil egeamus.

SEDET in dexteram dei decetero expectans donec ponantur inimici eius scilicet bellum pedum eius. Est itaque hic non pontifex solum sed deus. Postquam vero opus illud absoluit, quo fuerat pontificis nomen sortitus, consedit tandem ut deus, opperies eius ut hostes pedibus sibi subiicerentur. Huius autem inimici cum infideles sunt omnes, tū demones ipsi qui & demum subdentur, id est eorum cessabit nequitia nec ultra obesse poterunt, & in igne illum inextinguibilem detruentur. Paulus tamē infideles iudeos eos nunc Christi inimicos appellat, ut consoletur qui ex iudeis crediderant, qui malis innumeris a perfidis illis afficerentur. Perinde ac si dicat, nolite animo ipsi concidere, futurū enim est ut qui in presenti vos vrgent supbiendo, non modo subiiciantur sed quod grauius est & pedibus conculentur, cui rei argumento est, Christum ad patris dextrā cōsedisse, quod quidem etsi ita se habere per indubitato tenemus & illud pro Davitico dictis fiat necesse est. Dicit aliquis, cur non statim huius sunt pedibus illi suppositi, hoc ē quam obrē non sunt e medio cōfessim sublatis. Eorum quidem causa dixerim qui

xerim qui ex his essent adhuc profuturi fideles, ut e sentibus suauissimi flores. VNA Enim oblatione consummauit in sempiternū sanctificatos. Proferus inquit, & a peccatorum seruitute exemit, & qui sanctiores essent iam redditi, & suo fuissent delicti iam sanguine, quoniam quidem essent illius in morte & sanguine baptizati. Omnes namque qui homini sunt baptismo abluti, & coplantati mortis huiusce similitudine, perspicuum est per eius esse cruorem sanctificatos.

Cōtestatur autem & nos spiritus sanctus. Quidnam ille inquit, testificatur? quia vel vnica oblatio a peccatorum nos ille exemerit iugo, & ita ut secunda nobis minus sit necessaria.

Postquam enim dixit hoc est testamētum quod testabor ad illos dicit dominus post illos dies, dādo leges meas in cordibus eorum, & in mentibus eorum scribam eas, & peccatorum & iniquitatum eorum iam non recordabor. Vides quē ad modū testificetur his Deus delictorum se cōtulisse remissionē, cum nouū traderet testamentum, quod sane per eius filii mortem & tulit, & confirmauit, ut supra iam patefecimus.

VBI Autē horū remissio iam non oblatio pro peccato. Si enim peccatorū remissio vnica oblatioe promissa ē, quid vltra ē opus secundā? Liqueat itaque vnica dumtaxat Christi oblatio, ne perfectiores nos esse effectos, accepta prauorum facinorum remissione, nec alio sacrificio indigemus. Sunt itaque iudaica imolatioes illae supuacaneae, tamen si iudei plurimū aliter terca dō cōtendant, quoniam quidem iam pridem inutiles fuisse coarguuntur.

Habētes itaque fratres fiduciā. Cū magnitudinē protulisset, qua & nosler pontifex Christus legis veteres pontifices illos preſtaret, & quātū testamētum nostrum hoc nouū, vetustū illud excedat, quē legis imolatioibus, & sacrificiis preſtet Christi oblatio, per quam sumus & ipsi peccatorū iugo, & pondere liberati, desinit iam de dogmate disputare: & oportune ad moralitatem tranſit, & spaciū prebet auditoribus, sese colligēdi. Nam cū de remissione differuisset, cōmonefacit demū ne rursum in commissa olim facinora relabantur, hūtes inquit fratres fiduciam quia nobis, scilicet sint peccata dimissa: quemadmodum enim pudorē affert peccatū, cogitque ne quis audeat, qui eo obstringitur, perdire in publicū, sic remissio ipsa animos facit: & fiduciam prestat.

IN Introitu sanctorū. Cum itaque nobis remissa sint scelera: cōsidimus semp sancta illa nos adiutores, id est, celum.

IN Sanguine Christi. Id est, per sanguinem, per crucem namque & Christi sanguinem veniam meriti, fidentiores efficiamur.

QVEM INITIAVIT Nobis viam, nouam & viuētem. Quem scilicet in sancta introitum initiauit, id est, dux ipse ad ingrediendum & preuius fuit, & prior hanc ipse viam aggressus est, & incesit. Nouam autem dixit, quia nuper & nostris temporibus id iter innotuit. Quod utique nobis ad gloriam cedit, ut hisce rebus, quibus nec Abraam ipse dignatus sit, nos simus digni effecti, utpote quibus iam pateat celū Viuentem autem dicit prioris viam respectu, que fuerat mortifera, & ad legis sancta ductabat. Neque enim illud pristinum iter locum habet vllum salutis, quin & in exitium trahit se adeuntes. At nostrum hoc ita ad vitam deducit, ut & ipsum viuens, & perpetuum sit quia vitam prebeat sempiternam. Vel viuētem nouam viam intellige: & florentem, ad veteris illius, & obsoletae iam differentiam, qua in sancta ibatur, que procul dubio mortua est.

PER Velamen, id est, carnem suam. Innouauit hanc ille nobis in celum viam, per eius carnem, que utique cum esset in cruce sublata, & deinceps ad celos euecta, tunc sane & nobis celestia referauit. Unde & apte velamen carnem hanc dixit, cum enim fuerit velamen detractum, quod intus latuerat referatur.

SACERDOTE M Magnum super donum Dei. Habentes scilicet & sacerdos.

remissio delictorum ex nouo testamento.



totem Christum quidem super Dei donum, id est fideles, qui Dei sunt templum & habitaculum, ut illud est, Et inambulabo & inhabitabo in eis. Vel quod verius dixerit, celum ipsum, illud namque sancta appellat, & in eo suo perfungi munere pontificem dicit, pro nobis intercedere.

**ACCEDAMVS.** Ad quem, ad fidem videlicet, & cultum hunc spiritalem vel ad celum preterea, ubi noster pontifex residet.

**CVM** Vero corde. Hoc est, quod careat dolo, & aptum se erga fratres exhibeat, neche- sitans sit, & de futuris subdubius, vnde & in desperationem aliquam recidat.

Plena si-  
de adepti  
non de-  
sperant.

**IN** Plenitudine fidei. Commonefacit hoc loco quemadmodum minime nobis de- spationem sit concidendum: si fidei fuerimus plenitudinem consecuti, hoc est, si fidem sumus certiores adepti, quauis ex parte perfectam. Potest enim quis credere, fidei ta- men carere hac plenitudine, sicuti & illud in ore habent plerique, non eque oes resurre- cturos, id est, non singulos habituros resurgendi licentiam. Qui istiusmodi sentiunt haudquaquam igitur plenam sortiti sunt fidem, sed manci haud dubie in ea sunt, illi & is- perfecti. Accedamus itaque ad fidei hanc plenitudinem cum nihil offertur quod cerni oculis possit, nec templum hoc, quod celum perfert, nec pontifex ipse, quippe qui postquam sancta illa, id est, celum ingressus est, non ultra humanis obtutibus patet, quocirca opus est fide, & abundantiori quidem, & nihil subdubia.

**ASPERSI** Corda a conscientia mala. Cum de fide differuisset, ostendit nunc non fidem solum, sed vitam etiam virtute excultam requiri. Atqui iudei corpore, & carne aspergebantur, nos corde, & animo, & ita ut nil nobis simus nequiciae concessi. Responde- mur etiam virtute ipsa, vel spiritus gratia, qui nobis in lauacro reliquit peccata, & fornicati- dinem condonauit, quo sit, ut si studio fuerim, & diligentia vni, futurum sit, ut nil vltra in pri- stina recidamus commissa.

**ET** Abluti corpus aqua munda. Baptismi scilicet aqua, munda vero, quia pu- ros efficiat, abstergetque labibus, vel quia nihil habeat sanguinis intermixtum, uti & apud veteres illos cinis sanguine erat respersus. Vel munda dicit, quia in lauacro ipso spiritus gratia animas mundet, & nitidas reddat. Visibilia tamen cum inuisibilibus coniunxit Ap- postolus. Nam corporis abluendi gratia aqua desumitur, tamen si duplex purgatio sit, ut ipsi duplices sumus, id est ut corpore constat & anima.

**TENEAMVS** Spei nostrae confessionem indeclinabilem. Hoc est, quam professi nos sumus: spem teneamus stabilem, & immotam, sperauimus namque in fidei susceptae primor- diis ingressuros nos celum, deinceps & illud sumus confessi resurrectionem nos credi- turos futuram, & vitam illam perpetuam habituros: id quidem est nobis cum fide con- uentum, & sic licuit de pascisci, quocirca haec nobis tenenda confessio est.

**FIDELIS** Est enim qui repromisit. Vires scilicet ille suppeditat, quatenus spem hanc incoscussum seruemus, & firmam, quod sane futurum est si fidem nouerimus pol- licentis. Fidelis est enim, id est, veridicus Christus, & certiora sunt eius promissa, ait nam- que ubi sum ego, illic & meus erit minister.

**ET** Consideremus inuicem in puocatione charitatis, & bonorum operum. Quod utique pro- fectius est, charitatem adiecit. Ait itaque consideremus, id est, diligenter & enixius ad- uertamus, ut virtute perditos pernoscamus, ut hos imitemur, non tanquam liuore capti, sed lau- dabili quadam emulatione, & ipsi illorum operibus puocati, quae iidem gesserit factitemus, cuiusmodi puocatio charitati non inuidiae argumentum. Nam ut ferro acuitur ferrum, sic & animus qui cum animo conflictatur bene instructo, magis ac magis ad bonum accenditur. Vel forte haec in puocatione dixit hic charitatis, ut illos hortetur, perinde ac si inquam, vnum sentita inuicem, ut ad mutuam accendamus charitatem.

**NON** Deserentes collectionem vestram. Callebat hic sane ex conuentu huius- modi gigni beneuolentiam, & ideo monet, ne conueniendi inter se deserant consue- tudinem, neque ad secessus aliquos studeant, vel diuerticula se conferre, ait namque ubi duo fuerint, vel tres in nomine meo congregati, ibi & in medio eorum sum ipse, quin etiam ecclesiae preces, id est fidelium congregatio, precando Petrum vinculis soluit, & carcere, ubi erat cathenis constrictus, exemit.

**SICVT** Est consuetudinis quibusdam. Hoc loco quosdam inculcat, qui ab ec- clesiae conuentu secederent.

**SED** Consolantes. Hoc est, alternis vos consolamini, alternis commonefacite instrui- teque, frater enim inquit, a fratre aditus, erit ut ciuitas communita.

**EV** Tanto magis quanto videritis appropinquare diem. Consummationis videlicet seculi, vel quo ad hoc ex seculo excedendum sit quod est ab inuicem abeundum, id sane dictum plurimum hos consolatur, qui spem omnem ex multis tentationibus amississent, quemad- modum & alibi dicit, dominus prope est, nihil enim solliciti sitis.

**VOLUNTARIE** Enim peccantibus nobis. A potioribus hos supra hortatur, cum dixit fiduciam habemus, quia sumus peccatorum remissione dignati: nunc vero eisdem a tristioribus terrefacit, & mestis. Attende quae sit iste clementia: voluntarie enim inquit peccantibus, tanquam si haud sponte deliquerint, spes aliqua sit moderatioris ve- niae assequenda. Peccantibus vero dicit, quos nil vni penitet commissorum, pende ac si dicat, nolimus imorari peccatis, sed penitentiam preferamus sic, facile consequetur venia.

**POST** Acceptam noticiam veritatis. Vel Christi videlicet accepta cognitione, vel dogmatum.

**IAM** Non amplius pro peccatis relinquitur hostia. Non ut penitentiam tollat hoc intulit quemadmodum huius contextus sententiam deprauarunt nonnulli, sed ut arguat baptismum, iterari non posse, nec secundum aliquod esse baptismatis lauacrum, eoque nec se- cundo Christum mortem subire, quae hostiam accit, ut patebit inferius, cum inquit, vna enim hostia finita est in perpetuum. Baptismus enim hic noster, mortis Christi perfert imaginem. Nam quemadmodum vnus est Christus, ita & vnum est baptisma. Quid igitur im- prudenter adeo laboris, si nihil speras per baptismum, vel villo labore abclere te posse peccata: Sunt itaque & vobis ait, recta opera comparanda.

**TERRIBILIS** Namque est quaedam expectatio iudicii Dei, & ignis emulatio que con- sumptura est aduersarios. Excipit enim inquit, terribile nos iudicium illud, & ignis zelus. Aduerte ut pende animatum effecerit ignem. Nam ut belua aliqua irritata non ante seuire desistit, quam aliquem arripiat laceretque, & vorans expleat iram, sic & ignis emulatione dicitur, & zelo vlciscendi mandatorum transgressus, ob idque desuues quae cumque corripit de pascitur semper. Aduersarios vero non infideles modo hic dicit, sed eos etiam, qui etiam fuerint fidei adepti, factitant tamen quae Christi iussis aduer- santur.

**IRRITAM** Quis faciens legem Moyfi. A minoribus arguit non iniuria in eos id futurum supplicium, ut maiorem his verbis faciat fidem. Moyfi autem legem dicit, quia multa admodum ille instituit.

**SINE** Vlla miseratione, sub duobus, vel tribus testibus moritur. Sic contextus iste construitur. Quis irritam Moyfi faciens legem, sub duobus, vel tribus testibus si- ne vlla miseratione moritur, hoc est, si duorum, vel trium testimonio pateat manda- ta hunc fuisse transgressum.

**MULTO** MAGIS Sciatis deteriora mereri supplicia, qui filium Dei contulcauerit, & sanguine testameti pollutum duxerit. Iudicium illis promittit, quod facere consueuimus.

Bona est fra-  
trum congregatio.

Baptis-  
mum mortis  
christi per-  
fert imaginem.

in rebus certissimis, vel cum auditores ipsos iudices facimus. Conculcauerit vero id est, contemperit. Nam quemadmodum nullam habemus eorum, que pedibus superpressimus rationem, sic & Christum nihil ducimus, cum ad peccandum prouehimur. Et sanguinem testamenti pollutum duxerit, id est, quod nihil ceterorum sanguinum profet, sic grece, vel pollutum, ut tanquam inquinatum hunc ducat, & aspernetur. Testamentum autem dicit, quia per Dei filium confirmatum est testamentum, qui nobis concessit hereditatem, ut dictum est supra. Hec quidem de misterii ipsius perceptione dicitur. Cum enim immaculati corporis illius, & sanguinis communicatio participauerit, carnem hanc ipsam que corpus id, & sanguinem sumit, si ceno impuritatis, & luxus, & ueneris foribus inquinamus, nonne Dei filium conculcamus? Nam enim hoc, & ueneris foribus haudquaquam adeo est diuino corpore illo indignum, quam nostri corporis labes, & imundicia. Videtur autem id dictum facere contra Nestorianos opinantes Christi sanguinem nil quicquam a ceterorum animantium cruore differre.

In Nestorianos.

**IN** Quo sanctificatur est. Ingratitudinis hoc loco, & stulticia arguit, qui Christi sanguinem nil ueneretur, a quo & sanctitatem acceperit.

**ET** Spiritus gratia contumelia fecerit. Qui enim accepta beneficia non recte dispensat, beneficii cum perculdubio afficit contumelia. dei te filium ille effecit, tu uero es, prohibitorum seruituti obnoxius, uenerat ille apud te mansurus, tu uero pro eo diabolum admittisti, est ergo spiritus gratia iniuriam inferre.

Qui accepta beneficia non recte dispensat, beneficii factorum afficit contumelia.

**SCIMVS** Enim qui dixit, mihi vindictam, & ego retribuam. Et iterum quia iudicabit dominus populum suum, & horrendum est incidere in manus Dei uiuentis. Hec quidem subiunxit, ut orationis seriem prosequeretur, ostenderetque dominum sumpturum aliquando de peccatoribus penas, quamobrem & homini per prophetam dixisse. Consolatur preterea & hos, quoniam in eoque animo ferrent pressuras, cum iudeis, & infidelibus opprimerentur. Subinde istiusmodi inquit. Nolite concidere animo, Habetis namque qui illatas uobis iniurias vindicet, & pro meritis reddat unicuique premia, & perpetuo uiuit, ita ut effugere hunc nequeant hi, qui uobis mala ingererint. Ervos quidem illorum in manus occidistis, qui mortales habentur, ipsi uero in eius manus deuenient, qui uitam perpetuo ducit, quo sit: ut declinare hunc nequeat quisquam: aut demeritas penas defugere.

**REMEMORAMINI** Autem pristinos dies. Neque enim dictum est frustra, mihi uindicta, & ego retribuam. Cumque lateeret esset hos antea consolatus, nunc eos & alloquitur palam, & cohortatur, ne a Dei deficiat tolerantia, aitque. Nolite alios imitari quoscumque sed ipsi uos imitemini, qui ab ipsis fidei suscepta primordiis decertastis. Velim tamen uos hoc conceptum certamen animo, & cogitatione uerfatis, ne per ignauitiam, atque socordiam labores quos olim tuleritis, amittatis. Aduerte quod prudenter, & spiritaliter hec dixerit Paulus. Cum enim prius eorum animos gehennae memoria obturbasset, nunc lenit, & consolatur. Necladens quidem, sed ex his, que antea tolerassent facit fidentiores, hortaturque, uendicat enim sibi proculdubio fidem, qui cuique consulit, impellitque, ut seipsum que antea gesserit, imitetur.

**IN** Quibus illuminati magnum certamen sustinistis passionum. Aut enim ob baptismum hos dicit fuisse illuminatos, uel simpliciter ob mysterii notionem, & bonorum que fideles sunt consecuti, luce namque futurorum cognitionis accepta, omnia tolerastis. Nec tentationes, sed certamen dixit, quod utique animi, & magnitudinem profert, & tolerantiam, & hanc quidem precipuam.

**IN** Altero quidem opprobriis, & tetationibus spectaculum facti. Vide quales in hos congerat laudes, est sane magni, & excelsi a se ferre conuitia, sicuti & propheta ipse

testatur, obortae mihi sunt lachrymae, cum mihi obiceretur, ubi est Deus tuus, & alibi, si inimicus meus maledixisset mihi: sustinuissem utique, & opprobrium insipienti dedisti me. Tob preterea est iniquo animo contumelias tolerabat, cetera tamen adamantis in morem forti, & valido, quod si in propatulo, & omnium in conspectu inferatur iniuria, eo maior, & uiriliter requiritur ad tolerantiam animus. Quod sane hoc significat Paulus, cum spectaculum inquit, estis effecti. Contemplantur itaque quae essent hi magno, & prestanti ingenio uiri, qui Christi ob gratiam, & gloriam simul, & opes contempserint: contumeliis deinde affecti cum spectaculo, & derisui essent, nec secus quam qui in theatro, & exhibentur, & illuduntur, uel a tenuioribus, & abiectionis illatas iniurias tolerabant.

**IN** Altero autem socii conuersantium taliter estis effecti. Non modo inquit, uias pressuras tulistis, que non uero uidentur inferri, sed uiriles adeo uos prestitistis, ut comites sitis Apostolorum taliter conuersantium. Hoc est, in pressuris degentibus, & contumeliis, & sponte ipsi uos subiectionis, ut cum simul perpeti mala uelitis, & passionum esse participes.

**NAM** & uinculis meis compassi estis. Non modo inquit, uis in malis consolante nemine indignistis, sed & aliis consolationi fuistis, & mihi coniecto in uincula.

**ET** Rapina bonorum uerorum cum gaudio suscepistis. Dixerat quae admodum aliis essent in malis prope tendis societate coniuncti. Nunc uero & que in sese fuissent ingesta equo animo tulerit. Aitque bonorum direptionem huiusmodi magnum fuisse eorum fidei magnitudinis argumentum. Nam eo inquit, uia omnia in predam esse re, quia in fide suscepta stabiles persistitis, licebat enim, & uobis si libuisset minus illam suscipere, ubi uero hanc suscepistis, uoluntariam perculdubio indicat tolerantiam, & quod bonis fortunae Christum, non inuiti proponitis. Et cum gaudio inquit, eos deceptio nem hanc suscepisse, reddit utique Apostolis pares, qui gaudentes redirent, quod pro Christi nomine contumeliis essent affecti.

**Cognoscentes** uos habere meliorem in celis substantiam, & manentem. Vel id inquit, certiori quodam iudicio, ac fide uos agitis. Nostis enim meliorem uos esse in celis adeptos substantiam, & diutius permanens, quae ea fuerint: cuius nunc iacturam feceritis. Illa namque & certior est, nec amitti ullis hominum insultibus potest.

**NOLITE** Itaque amittere confidentiam uiam. Cum nolite inquit, amittere, ostendit nondum hos fuisse collapsos, esse tamen, & confirmandos, & de bonis futuris certiores reddendos. Confidentiam autem dicit, quia qui talia tulerint, dei ob gratiam patienter, plurimum in Deo confidunt.

**QVE** Magna habet remuneracione. Subide inquit, uos quidem testimonio estis, qui non ignoratis potiores habituros in celis in posterum facultates.

**PATIENTIA** uobis necessaria est. Nulla enim re alia indigetis, nisi sola hac tolerantia. Nam cetera ita estis iam affecuti, ut addi nil queat.

**UT** uoluntatem Dei facientes reportetis, promissionem. Costat sane deum id apud prime uelle, ut omnibus in rebus perpetuo profletur hec patientia. Ait namque, qui ad finem usque perseverauerit, hic saluus erit. Nec secus hos monet Apostolus, ac faceret quisquam certatorem aliquem conspicatus, deuictis, superatisque aduersariis, quia nil ultra nec estum ferat, nec sitim: & ut more impatiens, nec emeritam expectet coronam e medio protinus abeuntem, his dictis prosequendo hortetur, perfunctus iam tuo munere es, & egregie decertasti, & ita ut palmam retuleris, paululum obsecro opperire, ut coronas i premium referas, contende, ut quod ad premia deferantur te ipsum uincas, & patienter id more feras.

**ADHVC** Enim modicum aliquantulumque, qui uenturus est, ueniet, & non tardabit.

G. iiii.

Magnū ē a se ferre conuitia.

Patientia nobis eē necessariā.

Producit Prophetam Abacuth ita dicentem, in pximo est iudex pro meritis & p<sup>ri</sup>ma redditurus, q<sup>ui</sup> autem Abacuth tuc dicitaret paulopost, qui ventur<sup>us</sup> eueniet, statim huc concessurum demonstrat, cum vero aliquantulum dicit breuem admodum aduentus moram ostendit.

**IVSTVS** Autem ex fide viuuit, quod si subtraxerit se: non placebit anima mea. **H**abenda ergo est fides, si iustiores sumus futuri, quod si se subtraxerit iustus, id e<sup>st</sup>, si subdubius in fine reddatur, hesitetq<sup>ue</sup>, vel se subtraxerit, id est, si a tentationibus opprimetur, erit id plane anima mea nil gratum, Cuius anima, Dei videlicet, secundum scripturae consuetudinem, vt illud, dies vros festos odit anima mea. Vel de Christi etiam dici anima potest.

**NOS** Autem no sumus subtractionis filii in perditionem, sed fidei in acquisitionem anima. **C**um enim terrorem his incussisset, cu diceret minus placebit anima mea, nunc ait, non enim ex perditorum numero sumus, vt subterfugiendum sit nobis vel p ignauiam, & fociordiam vita degenda, vel sit aliquo pacto subdubitandum, sed ex his ipsi constamus: qui in fide sunt stabili, vt animas acquiramus, hoc est, com<sup>mu</sup>paremus, tutemurq<sup>ue</sup>, & saluas reddamus.

**EST** Autem fides sperandarum substantia rerum. **D**iffinit itaq<sup>ue</sup> nobis hanc fidem, aitq<sup>ue</sup>, Fides quidem eorum substantia est, que nondum subsistunt, qualis est resurrectio, que nondum fuerit, sed fides hanc facit, vt futura credatur, & hanc nobis tamquam pre oculis ponit.

**ARGUMENTVM** No apparentium. **A**rgumentum, id est, demonstratio & manifestatio quedam incertarum rerum, nec apparentium, hoc est, in conspectum non venientiu, sed fides facit vt res eiusmodi mente spectemus tanq<sup>am</sup> presentes. Si hac igitur habet vim fides, quid ipsi hec vultis, re ipsa perspicere, que sunt omnino ventura, vt excidatis a fide. Nam nil aliud videremini vos ipsi eniti, quam a vestra iusticia & labi, & cadere, iustus naq<sup>ue</sup> ex fide viuuit.

**IN** Hac eni testimoniū consecuti sunt senes. **I**d est, in ipsa fide testimoniū excepere tatope prisci oēs, vt p cōfesso habitum sit Christo morem gessisse.

**FIDE** Intelligemus aptata esse secula verbo Dei, vt ex inuisibilibus visibilia fieret. **C**um enim fides ab his obtrectetur, quibus eius sunt vires incognita, rem oino esse indemonstrabilem, asserētib<sup>us</sup>, & circūuentionem apertissimam, atq<sup>ue</sup> fallaciam, eonūc Paulus vel maxima queq<sup>ue</sup> p fidem ostendit fuisse effecta, no ex cogitatione vlla hūana vel sensu, nam q<sup>ui</sup> Deus ex nihilo vniuersa condiderit, quibus pōt argumentis tam ingens facinus explicari? Nullis certe, sed sola fide, cu Deo credimus nihil factu esse difficile, Eidem itaq<sup>ue</sup> nouimus & secula fuisse aptata, id est, verbo effecta. Verū cur fides? Quia ex his que nusquam apparent, sunt hec, que visuntur confecta, quod sane indiget fide, vt factū ita existimemus, vel ita. Verbo Dei condita sunt, quia ex his que haudquaq<sup>ue</sup> constarent, que extant, ille produxerit. Cum secula audis, vl que secula hec comspectatur: intelliges, nec secus cum tempora dicimus, & que temporib<sup>us</sup> his includuntur accipimus, abusiue tamē, & secula, tempora ipsa designāt. Nam pprievnum esse seculum constat, quod a tempore differt.

**FIDE** plurimam hostiam Abel q<sup>ui</sup> Cain obtulit Deo. **C**ū enim magni sit fides hec facienda, & virilem exigat animum, cuq<sup>ue</sup> & qui ex iudeis crediderant, in langore a pristino studio, & desidiam recidissent, quippe qui in initio statim fidei plurimū pretulissent ardorem, malis tamen crebrioribus afflictati, animo fere defecissent. Conloquitur hos Paulus, cum ex rebus per se antea gestis, tum ex scripturae dictis sic inquit, Iustus ex fide viuēt. Tum etiam a rei diffinitione cum dicit Fides est sperandarū rerū substantia, Nunc vero & priscorum hominum exēplo hos cohortatur, & lenit,

Fides est de no visis.

Iust<sup>us</sup> ex fide viuuit

eum enim quis malorum, & pressurarum intinerit socios, respirat animo, & subleuatur. Vnde & Abel illū pducit in medium, asseritq<sup>ue</sup> fide plurimā obtulisse hūc hostiā, q<sup>ui</sup> Cain frater obtulerit, id est honoratiore, quā fratris esset. At quem is alium qui fuisset ante se genitus vidit, num patrem, num matrē? At Deum offenderunt Num fratrem, vel hic quidem Deo conuitiatus est. Fit igitur, vt fide ductus que potiora haberet, Deo ille offerret, vnde esset & premia recepturus.

**PER** Quam testimoniū cōsecutus e esse iustus, testimoniū phibente muneribus eius Deo. **A**bel munera de<sup>o</sup> acceptiora habuisse, & suo testimoniū cōprobasse videtur, quia sibi bonorū largitori, & dno meliora quidē, q<sup>uam</sup> que accepisset ab eo ille obtulerit, cui<sup>us</sup> hostiā ferūt oblatam, ignē e celo demissum p<sup>er</sup>tinus abumpsisse, vñ & Cain illi innotuisse, Abel sibi fuisse prelatum, qui enim aliter fieri poterat?

**ET** Per illam defunctus adhuc loquitur. **I**d est, fideles effecit, vt vita adhuc frui Abel hic videatur & documento omnibus esse, & vocem fere edere istiusmodi, imitāmini me mortales, & morem gerite creatori, sectātes iusticiā. Loquitur igitur, & gloria euectus, & fama nominis adept<sup>us</sup> celebritatem, nec secus loquitur q<sup>ui</sup> delum solet, cū a nobis spectatur, & cernitur. Videtur enim illud quasi profari huiusmodi, suspicite me, & aduertite, vt sim clarissimis distinctū luminibus, vt me incredibilem in modū ornauerit Deus, neq<sup>ue</sup> Abel adeo huius verba pficiūt, q<sup>uam</sup> ea que est ipse p<sup>er</sup>fectus. Hec autem dixit, vt his patefaciat, qui forte nec mala patiētius ferrent, nec satis Deo confiderent, vel in hac vita iustos crederent honoribus frui, p<sup>er</sup>inde ac si dicat, & vos insuper his estis vel in hoc seculo fruituri.

**FIDE** Enoch translatus est ne videret mortem, & non inueniebatur, quia translatus illum Deus, ante translationem enim testimoniū habuit placuisse Deo. **M**aior rem hic q<sup>uam</sup> Abel de se p<sup>er</sup>stitit fidem, Nam que Abel ipsi obtigerant, sat sunt, vt hui<sup>us</sup> ostēdere animū queant, q<sup>uam</sup> quidem & si iustior esset, a fratre tamen obruncari permittus e ob cuius cedem si carnifex ille & penas luit, & in vltimas terras abscellit, quid mortuo profuere fratris supplicia? Magnam itaq<sup>ue</sup> Enoch constat pre se fidem tulisse, quia certo crederet pro meritis Deum, & si non in presentī, in futurum tamen mercedem cui<sup>us</sup> q<sup>ue</sup> redditurum, qua fide hic placuit Deo, & cum placuisset, transuectus est. Est ergo fide translatus, hoc est, fides ipsa hunc alio transtulit, qua & placuisse evisus. Quod autem Enoch viues traductus sit, vitamq<sup>ue</sup> ad id temporis ducat, nihil ambigimus. Quo vero sit ille traductus: aut quemadmodum agat, incertum est, scriptura nil ultra significante.

**SINE** Fide autem impossibile e placere Deo. **N**isi enim futuram bonorū māiorūq<sup>ue</sup> remunerationem crediderit quispiam, placere Deo nil potest, nam quo pacto laboriosum illud virtutis iter adierit aliquis, ni multiplicia speret premia, & firmiora sed audi que insequuntur.

**CREDERE** Enim oportet accedētem ad eum quia est, & inquirētib<sup>us</sup> se remunerator sit. **D**eum autem esse, & fore, vt p meritis hic faciat satis, per fidem tenem<sup>us</sup>, sed qualis illius substantia sit, ab his cōprehendi animo nequit, qui terrena hec sapiūt. Verum quid illud designat, quod ait se inquirētib<sup>us</sup>? Id sane hos presert, qui optimis vitæ actiōibus Deo se gratos exhibere contendunt, non illos, qui per exteriorem hanc sapientiam summa cum cura diuina scrutanter. Vide q<sup>ui</sup> prudent<sup>er</sup> Apostolus remuneratorem deum frequēter commemoret, vt ex iudeis fideles in fide stabiliat, qui mala ingesta pusillo animo ferrent.

**FIDE** Noe respōso accepto, de his que adhuc non videbantur, metuēs aptauit arcam in salute domus suae. **A**ccipit Noe a Deo ex fide responsum, hoc est, instructus a deo fuit de reb<sup>us</sup> incertis, nec tñ ille dei verbis diffus<sup>us</sup> e, tamen si in trāquillo omnia age<sup>re</sup>

G. liii.

Fides hō  
stia Abel  
magis q<sup>uam</sup>  
Cai deo  
reddit ac  
ceptam.

Celi ad  
nos vox.

Fides  
Enoch.

Enoch  
trālat<sup>us</sup> e  
sed incer  
tū quo.

Fides  
Noe

rent, & cuncti homines deliciis & voluptatibus operam darent, & nihil graue expectaretur, neque enim fuerat istiusmodi aliquid ante conspectum, nec in metem cuiquam veniebat, ut mundus aquis deperderetur. Alioqui credens hic Deo: futuri diluuii formidine percitus, parauit arcam, & extruxit, que vniuersis quos domi haberet, & animantibus ceteris salutis fuit. Aduerte quoadmodum & Deus responsa det: & spiritus ipse secundum illud quod est de Simeone conscriptum, erat illi responsum a spiritu sancto quo fit: ut Deus sit spiritus.

**OPER** Quam damnauit mundum. Hoc est, coarguit homines dignos supplicio, cum tam diu parari, & strui arcam spectarent nil prorsus intellexere, nec futurum diluuium crediderunt.

**ET** Iusticiae, que secundum fidem heres, est instituta. Id enim Noe retulit iuri, ut apud Deum iustior videretur, quod utique iusticiae nomen, fides illi largita est.

**FIDE** Vocatus Abraam obediuit in locum exire quem accepturus erat in hereditate. Cum enim Abraam & reliquos patriarchas contemplantur, qui ex iudeis crediderant bonis fuisse innumeris fretos, obstruere Paulus horum adhuc neminem commodi aliquid retulisse. At itaque fide Abraam iustus, ut patriam relinqueret, obediuit. Quem enim maiorem hic aliquem viderat, cui sequeretur vestigia, & pater fuisse idololorum seruituti addictus, nec vlllos auditu precepisset prophetas. Quo fit, ut ex fide illud prodiret, ut iubenti deo obsequeretur: cuius esse certiora promissa iam nosset, & ea deleteret, que inter manus haberet.

Fide  
Abraam  
ad  
incognita  
sibi terra  
perfici  
sunt

**ET** Exiuit nescius, quo iret. Num enim vel scientem quo esset mox abiturus, impulisset qui iam ut presentibus & paratis desertis futura, & imparata persequeretur. Sed Abrahæ terra illa vel regio erat plane incognita ad quam vocaretur.

**FIDE** Demoratus est in terra promissionis tanquam aliena. Terram quam sibi & semini eius daturum se deus erat pollicitus, ut alienam incoluit. Sed cur alienam dicit, quia illam precio accepisset, ubi Sarram humaret uxorem. Nec tamen, aut helians fuit, aut subdubius facturum Deum quod promississet, vel minime, quin fideus credit: nec mentiri hunc posse existimauit.

**IN** Casulis habitatio. Et eo utique quidem hic fide processerat, & adeo terram hanc ut alienam inhabitauit, ut in ea nec domum haberet, sed in tabernaculis diuersaretur, quod facere alienigenæ solent vicatim se transferentes, quia nondum sint proprium aliquid affecuti.

**CVM** Isaac & Jacob coheredibus repromissionis eiusdem. Quinetiam Isaac ipse, & Jacob, ut alienam hanc ipsam incoluerunt. Isaac enim utpote cui a philisteis inuidere, & pueri sunt ab amalechitis subtrahiti, & uxor erepta, Jacob vero non solum quia Esau fratris ingenti esset percussus formidine, sed quia ubi a Mesopotamia rediisset, locum precio emit, in quo & tabernaculum statuit, & tanquam vagus, & in accolæ morem in Betleem modo, & in effrata alias commigrabat. Alioquin erant & hi promissionis heredes, ut pote & quibus fuerat predictum, sum equidem tibi, & semini tuo daturus hanc terram. Nil tamen & hi cum variis modis diuexarentur: diuinis sunt dictis diffisi.

**EXPECT** abati enim fundameta habentem ciuitatem. Eo iquit, in tabernaculis habitabat que minus subsisteret, quia celestem ciuitatem opperiebantur, que veris esset fundamētis, & validis, ac perpetuis stabilita, & firmiter, & nullo vnquam situ, vel putredine collapsura. Vnde & Deus hos conspiciat, parui ducere terrena promissa, ut maiora illis pararet hec in posterum distulit, & his ipsis condigna non his terræ bonis elargiretur. Illi namque longo post tempore, terrenis hisce acceptis promissionibus, haudquaquam magni habebant, sed celestium cupidine tenebantur. Cum vos Christi iam fide suscepta, eternorum bonorum accipientes promissionem, terrena hec, & imprudenter adeo enixeque

concupiscitis, nec pudet tamen.

**CVIVS** artifex & conditor est Deus. O quanta superne ciuitatis illius est dignitas, ut Deum habeat conditorem.

**FIDE** & ipsa sterilis Sarra. Perinde ac si dicat, mulier credidit, & Deo confisa est, nil ergo pudebit si femella hac coarguamini animi magnitudine & fide inferiores. Verum quo pacto credere potuit que Dei dictis arrisit, Arrisit quidem, sed demum tamen conuicta extimuit, quod utique prestite fidei est argumentum, liquet enim hanc credidisse, magnum aliquem & minus humanum hunc esse, qui se alloqueretur.

**CVIRTUTEM** in conceptioe feminis accepit. Hoc est vires, assumpsit & aptior reddita est ut viri exciperet semen.

**ET** preter tempus etatis peperit. Dixerat supra fuisse hanc sterilem, nunc vero preter etatis tempus peperisse hanc dicit, quo fit ut dupliciter fuerit hec infecunda, sterilitate & senio.

**QVONIAM** fidelem credidit esse eum qui repromiserat. Fidelem hoc est, veridicum & non mendacem, fuerat enim huiusmodi pollicitus Deus, tali tempore scilicet ad vos rediturus & erit Sarre filius.

**PROPTER** quod & ab vno orti sunt & hoc emortuo tanquam sidera celi in multitudinem, & sicut arena que est in litore maris innumerabilis. Nec solum ut partum ederet Sarra eius fides effecit, sed multum adeo & abundantem qualem nec secundissima mulier edidisset, Verum quo modo innumerabiles dicit Sarra hanc emanasse cum recensiti sint sepe & numerati. Aut enim ut illorum exprimeret infinitam penam multitudinem dixit innumerabiles, pro sacrarum literarum consuetudine, ut illud vidimus ciuitates ad celum usque sublimes. Vel quia sepe alii ite atque alii nascerentur.

**SECUNDVM** fidem defuncti sunt omnes isti, non acceptis repromissionibus. Duo quedam queri hoc loco possunt. Primum quo pacto cum dixerit Enoch fuisse translatum, necdum mortem obisse, nunc dicat vita hos omnes fuisse perfunctos. Secundo cur inquit nulla eos accepisse promissa, cum & Abel loqui, adhuc dixerit ob eius nominis celebritate, & Noe alio fuisse transfuatum, nec Noe accepisse mercedem, qui saluus sit cum domo vniuersa effectus, & iustus sit appellatus, & Abraam ex Sarra filios suscepisse, quod autem hi mortui sint omnes intellige excessisse e vita vnum preter Enoch, qui mortem non vidit. Heliamque. Quod vero promissiones nullas acceperint constat sane de omnibus dictum. Neque enim his solum beneficentissimus Deus pro maximis susceptis in fide laboribus, mercedem persoluit, ut Abel illi nominis celebritatem, Enoch transfuatum, Noe in cataclysmo salutem, Abrahæ liberorum procreationem. Sed perspicuum est, pregustrationes hec & signa quedam fuisse vere promissionis in sanctos collate. Et nostri ob gratiam, qui pusillo animo sumus, nec toleramus aduersa, ut ex presentibus hisce & futura credamus. Quibus preterea factis & alia quedam & que in hominum corda non veniunt, parata sunt, necdum tamen hec acceperunt, sicut & in euangelio dominus, in hoc mundo centuplum asserit accepturum, qui mundo renunciauerit, & in futuro vitam eternam.

**SED** a longe eas aspicientes & salutantes. Hoc loco ostendit eos de celo, deque celestii imperio resurrectionemque, & inuisibilem bonorum accepta mysteria & cognitione tenere & consalutasse. Hoc est letiores & hilares impartita salute appellasse, nauigantium more, vel e conspectu desideratissimas urbes prospicientium, quas prius quam adeant anticipantes appellant lepidius, & sibi asciscunt. Vel eos nunc dicit qui apud Abraam essent, nequaquam accepisse promissa, quibus terra destinaretur. Longius tamen hanc prospexerunt id est antequam quarta subsequeretur hos generatio. Futurum quiippe sciebant ut eorum nepotes ubi se ex egypto reciperent hanc ipsam

G. v.

Sarra sterile  
&  
senio  
eunda fide  
concepit.Bona  
Abrahe  
Enoch &  
aliis  
deus  
conuicti  
erant  
velut  
pre  
gustatio  
nes & si  
gna que  
da vere  
promissio  
nis futu  
re.

hereditarent. Hec tamen posterior expositio nihil est superioribus consentanea, cum illi oēs Paulus iquit, sed his qui Moyſi tēporibus extitere, videtur magis cōgruere. **¶** ET confitentes, quia peregrini & hospites sunt super terram. **¶** Nec solū peregrinos & hospites terre promiſſe, sed terrarum hospites se profitentur, quo circa hanc ipsam accipere precabantur, non enim hac erant sed celo digni, illorum tamen nepotes & posterī, hanc acceperunt, hi namq; terram promerebantur. Peregrinum vero se esse & incolam professus est apud Hebreos, & Abraam ipse, alioquin eiſmodi erant & ceteri omnes, quod utiq; & Dauid testificatur cum inquit, Incola ego sum in terra sicut omnes patres mei.

Abrahā  
ex meso-  
potamīa,

**¶** QVI enim hec dicunt significant se patriam inquirere, & si quā eos patrie eius in cesseret recordatio de qua exierunt, habebant utiq; tempus hanc repetendi, nunc autē meliorem appetunt id est celestem. **¶** Cum enim se peregrinos appellant, arguunt plane patriam querere. Aduertamus autem qualem hi patriam querāt, num terrenā quam reliquissent, ut Abraam Mesopotamiam. At patebat illi in eam reditus, Vbi vero non ultra in eam se contulit, perspicuum est, nec terre huius hunc meminisse, nec illam sibi fuisse in patriam, sed aliam desiderasse & ampliorem, id est celestem, quam ut adiret haud dum aduenerat tempus.

**¶** FIDEO non confunditur Deus vocari Deus eorum. **¶** Adeo enim magnificat hos Deus, ut cum terrarum orbem sub eius ditione habeat vniuersum, & visibilia simul & inuisibilia moderetur, nil tamen hunc pudeat, vel priuatiim horum & Deus dici, perinde tantum his insit virtutis, ut ceterorum que condita sunt virtutem equiparet. Nec secus & mundi huius machine eo dicitur Deus, quia hunc & condidit & dominetur, qua ratione vel gentiliū dicitur Deus, horum vero (quod sane maius) nuncupatur amicus.

**¶** PARAVIT enim illis ciuitatem. **¶** Adeo inquit istorum nil Deum hunc pudeat, ut eos & in familiares alciuerit, & ciuitatem in celis cuius desiderio tenerentur, parauerit.

**¶** FIDE obtulit Abraam Isaac cum tentarentur. **¶** Fide Abraam ceteros vicit, nā in eo non solum natura impugnabatur ut pater filium immolaret, sed Dei iussa vigeant. Nam qui illi dixisset tibi tuoq; semini hanc sum terram daturus, hi ipse eius dē & semen, & filium ut mactet iniungit, vnde tētari dicitur Abraam. Nec ea propter tentauit hunc Deus, ut illius virtutem exercendo experiretur, quippe cuius non erat nescius. Sed ut esset nobis id documento, ad perdiscendum ipsius Abrahę & virtutem imitari & fidem. Quo circa sciendum tentationes a Deo illatas eo magis probasse, quo nobis nil sinat aliunde inferri, sed ipsum eas obicere, ut probatores nos arguat.

fide abrahā  
ceteros  
vicit,

Tētavit  
de abrahā  
nō vt  
experire  
tur ei  
virtutē,  
sed vt nos  
instrueret.

**¶** ET offerebat vni genitum qui susceperat repromiſſiones, ad quem dictum ē quia in Isaac vocabitur tibi semē, arbitrāns quia ex mortuis suscitare eum potens est Deus. **¶** Id sane nimirum, ut cum alium nullum haberet hic filium per quē Dei promiſſiones habituras euentum existimaret, vnicum hunc quem suscepisset obtulerit. Quam obrem id factum si queras. Prefidei nimirum magnitudine dixerim, pro indubitato enim habebat & fidens sic animum obfirmarat, Deo id esse per facile, filium ad aras occisum, a mortuis excitare, ut eum in modum promiſſa perficeret, & per Isaac vite redditum, eius & semen increſceret. Verum cur Isaac vni genitum dicit, quando & Ismaelem haberet ille ex ancilla susceptum, Isaac quidem promiſſionis ratice vni genitus dicitur, qui verum & propriū preferret Abrahę semen ait enim in Isaac vocabitur tibi semē.

**¶** VNDE eum & in parabolam accepit. **¶** In parabola id est in figura & argumen-

to, secundum Christum, mysterii. Nam quemadmodum olim dimissus est Isaac & aries vepribus herens, pro eo mactatus, sic Christus vnus, Deus item & homo existens, secundum humanitatem pro nobis est immolatus, nil prorsus diuinitate offensa. Vel aliter, Abraam quidem Dei & patris figuram pretulerat, Isaac vero filii Dei, cum itaq; magnum hoc deus & supra hominum mentem esset mysterium dispensaturus, futurumq; vt nostri ob gratiam, quādoquidem erga genus humanum caritate ingenti afficeretur vt vel filium traderet immolandum. Nec id placuit tanq; de se videretur gratiam elargiri, sed vt debitum soluere. Subinde hec inquit Deus nihil nouum humane nature eius ob gratiam ipse cōcesserim filium meum immolando, Abraam siquidem vt mihi ob temperaret, filium in victimam obtulit, quo fit vt debitum ipse depēdam non gratiam faciam, Vel in parabola, id est pro ariete Abraham filium tulit, qui aries Isaac figuram pretenderat, hoc est pro Isaac occisus & immolatus est.

**¶** FIDE & de futuris benedixit Isaac Jacob & Esau. **¶** Quo enim pacto qui in terra confidisset aliena, tot bona filiis polliceretur, optaretq; nisi promiſſa daturum Deum fide indubitata sperasset. De futuris vero cum dicit, vel bona que i futurum nos manent demonstrat. Nam & resurrectionem tenebant maiores illi, & spiritalia erāt eorum benedicta huiusmodi. Vel de terrenis his bonis nunc differit, que erant hi accepturi. Vel eos etiam cum de futuris inquit pretendit qui essent in posterum ab his oriundi, qui terram a deo promiſſam heredarunt. Preponit autem Jacob Esau fratrem, quia & virtute prestaret, & primogenita accepisset, & q; iure deberet ceteris fratribus anteponi.

**¶** FIDE Jacob moriens, singulos filiorum Ioseph benedixit & adorauit fastigium virge eius. **¶** Ioseph filii Manasses & Effrem, Manasses prior est genitus, posterior Effrem, alioquin Effrem illi Jacob benedixit, & maiorib; benedictis & dextera manu illi imposta, vnde a Deo ille optimos habituras euentus benedicta hec credidit. Et quemadmodum Effrem tribus illa regno esset & imperio potitura, uti & re ipsa & opere patefacit, nam cum Ioseph illi venerabundus, iam inclinasset, vel populo vniuerso venerationi hūc fore ostendit. Verum quomodo hic veneratus est? In virge fastigio, id est quia senior esset, virge innixus, Vel in virge fastigio, vt volunt nonnulli id est ipsius Ioseph virgam hic adorauit perinde, per sceptrum regium illud insignē, adorandum hunc esse argueret.

**¶** FIDE Ioseph moriens de perfectione filiorum Israel memoratus est, & de ossibus suis mādauit. **¶** Adeo enim hic credidit liberādos aliquando ex egypto israelitas eē & alio esse his demigrandum, vt eos sit obtestatus quatenus eius vt ossa secum & cineres tunc asportarent, cum esset inde his abeundum. Neq; eo id egit, vt sepulchrum cura teneret, quo enim pacto, qui sapientia tantum precelleret, dei esse terras omnes nescisset. Sed vt certiozem populum faceret, ad exitum peruentura omnino dei promiſſa, eundemq; populum ex egypto ascensurum idq; & Deo tantopere esse animo crederet, vt nec sibi libeat ossa recondi seruariq;.

**¶** FIDE Moyses natus occultatus est mensibus tribus a parētibus suis, eo q; vidisset elegantem infantem & non timuerunt regis edictum. **¶** Cum summos hic viros dicendo enumerasset, qui fide omnia que fecerāt peregissent, differit & de Moyſi ipsius parentibus, in nobilibus plane, & genere infimis, Quod eo facit, vt fideles hos pudeat saltem, animi abiectioris & effeminati, qui minus patienter ferant aduersa, sed se se his reddant infirmiores, qui Moysem genuissent, quorum genus non modo obscurius sit, vt in sequentibus patebit apertius, scortorum petulantia de honestatum. Ait igitur cur Moysem hunc, mens tres occultassent parentes, presertim

Quid  
isaac figurauerit.

benedictio  
iacob &  
esau,

benedictio  
filiorū ioseph,

Moyſi  
parentes  
ignobiles & infirmi.

eum esset regio edicto iniunctum, ut mares qui nascerentur genitores ipsi necarent. Cur inq̄ seruare clam eum nequaquam reformidarunt. Id sane liquet, credidere namque hunc saluum fore, At vnde hanc accepere fidem, qui infantem vidissent prodeuntem e vulua, statim festiuum & arridentem & facie elegantem, & iocundum, quod vtiq̄ argumento his fuit acceptum hunc deo fore, utpote in quem vel ab incunabulis ipsius & ortu eius gratiam contulisset. Ferunt preterea quidam, Moysen ut exponere tur iam traditum, gestantibus mox alluuisse, vultuq̄ letiori & festiuo illos ad commiserationem flexisse, ut eum seruarent.

Moyses paru<sup>9</sup> volentes se perimere ad commiserationem rifu flexit

**CFIDE** Moyses grandis effectus, negauit se esse filium filie Pharaonis, magis eliges affligi cum populo Dei quam temporalis peccati habere iocunditatem. Vnde solaretur ab eo cepit exemplum, qui eis admodum familiaris esset & gratus. Vnde & in Moysi huius vel accepta a deo gratia vel rebus gestis amplificandis, diutius immoratur negasse Moysen asserens filie Pharaonis se filium esse. Tunc tamen negauit cum grandis esset effectus, id est cum in virum iam euasisset, clare enim prospiciebat maiora quedam se accepturum. Negauit autem cum inquit acerrimum eius & i genitum erga Pharaonem odium patefacit, & quod fuerit ab eo natura alienus. Auerte autem quemadmodum peccatum appellat non simul cum fratribus afflicti, & mala perpeti, Id ipsum per prophetam sic exprobrat Deus, nil iniquius perpeffi sunt in contritione Ioseph. Et in Ezechiele plorantibus datum est signum, & qui nihil huiusmodi paterentur concidere iussi sunt angeli. Quocirca qui non vltro cum merentibus & afflictis affligitur, scelere obstringitur & peccat. Quid erit ergo de his exiit mandum qui & ingerunt mala & alios vexant. Temporalem autem & momentaneam appellat iocunditatem, regii luxus participationem.

No affligi cum merentibus & afflictis peccatum reputatur.

**CMAIORES** diuitias existimans thesauro egypti improperium Christi. No enim celestia bona dixit. Sed ut Moysi aperiret virtutem, quod & iudeos seruitio exemisset. Christi improperium dixit. Nam quemadmodum longe post, Christo qui fuisse sent ab se beneficiis multis affecti, conuictabantur, & tandem patibulo suffixere. Sic olim illi & Moysi obmurmurabant de quibus fuisse is optime meritis. Nam & Hebreus ille, qui reus fuerat ab se ex egyptii manibus exutus, in crastinum sibi & paulo post in faciem iurgatus est iniquus, quis enim principem te & iudicem nostrum constituit, num vis & me e medio tollere ut heri & egyptium substulisti. Constat itaque quodcumque vel a domesticis ipsis, nostro quouis beneficio obstrictis, nobis inferitur in Christi cedere contumeliam, & queuis etiam fuerit bene merenti illata iniuria, siue insultus, Christo videtur inferri, quippe qui & maledictis afflictabatur & contumeliis. Nam & publicanorum illi amicitia obiciebatur, utpote quibus & conualescebat, quod tamen illorum salutis gratia faciebat, non sibi. Ut itaque peccatores oculum semper & prosperitas consociatur, sic Christi obprobrium iustos persequitur, ut cum fuerit illatum. Ait igitur, cum enim & vobis molestos se prebeant veltri generis homines, si Moysen hunc clarissimum virum aduerteritis, vel quod maius est Christum cui cum vobis, tum ceteris, illate iniurie ascribuntur, equo animo ferenda omnia iure censebitis.

Prosperitas & oculum peccatores conuolciatur iustos obprobrium.

**CR**ESPICIEBAT enim in remuneratione Dei. Fidei scilicet oculos in hanc intendebat.

**CFIDE** reliquit egyptum non veritus iram regis. Quid ais inquit aliquis, nonne in Exodo scriptum est, timuit Moyses quia vulgatum esset iam verbum. Secessit hic quidem, quia regis iram extimuit, sed rursus post facinus illud patratum in egyptum se contulit prouinciamque illam suscepit, educendi ex egypto Hebreos. Timiditatis quidem argueretur, si nec reditum in egyptum tentasset, nec exequi per-

seuerasset, que ante acceperat. Quod vero iterato redierit, argumento est, Deo se credidisse se. Verum quo pacto non in egypto permanisset sed inde longe abcessisset, si nulla ut Paulus astruit, formidine tenebatur. Quia hisce que ipse optu sunt offerre periculis, dicere quod saluum me facturum est deus, tentantis est deum, non confidentis, & demonicum opus. Nec plane ab simile dyaboli verbis, Christo persuadentis ut se deorsum precipitaret. Vel nihil veritus iram regis, ita intellige perinde idcirco sit ille affectus formidine, quia non desperasset se euaturum. Nec sane ita percitus rex hunc emsectatus, vel si insectatus fuisset, in spem veneratis, nunquam se posse comprehendere. Quod vtiq̄ vel illud maxime arguit, quia non longe ille secesserat, sed propinquus in locis sibi duces, rat diuersandum, quod sane fidei erat precipuum argumentum.

No est testis deus

**CFIDE** celebravit & pascha & sanguinis effusionem ne qui vastabat primogenita tangeret eos. Vbiq̄ Paulus aliquid interserit sacramentum, vti hoc loco. Vbi sub quodam hos consolandi pretextu paschatis mysterium explicat, nam sanguinis illius effusio, hoc est liminum & valuarum iniunctio, Christi effusum sanguinem presignificat, quo ipsi obliti, declinamus in vite huius tenebris primogenitorum exterminato rem, qui hoc non sunt sanguine ob signati. Moyses itaque cum credidisset, seruaturam omnino primogenita sanguinis unctioem, populo ut ritum hunc perpetuo obseruaret, mandauit, tametsi agni esset hic sanguis, alioquin quia Christi sanguinem per se habebat, tutandi Hebreos vim habuit. Vos autem qui vero estis sanguine delibuti, non neconfiditis hoc ipsum sanguine communiri, ita quidem. Et pascha inquit celebravit hoc est agni & azimorum & lactucarum agrestium esum, & credidit ex egypto egredientem populum saluum fore. Erat nimirum cene illius modus, demigrantibus ac commodatus, & congruens.

Liminum & valuarum in unctio christi effusum sanguinis figurabat.

**CFIDE** transierunt mare rubrum tanquam per aridam terram. Ne forsan his dictis illi occurrant quid enim viros producis in medium, nobis non imitabiles. Populum detulit ut esset exemplo, hunc inquit imitamini, qui tanta multitudine credidit haudquaquam sese iri fluctibus interclusum, vnde & hi tam multi ausi sunt incredibile facinus, ut mare medium ad vnum omnes traicerent pedibus, Deo confisi, nec se quam terra, iter se fluctibus habituros. Sic fides ipsa, facta cuncta reddidit facilia que fieri natura nil posse videntur. Nec vobis itaque est diffidendum quin fide & certiore tenendum, eualuos vos tandem hec mala.

Fides oia reddit facilia.

**Q**UOD experti egyptii deuorati sunt. Neque enim quis obicere poterit presignificis illud nonnullis fuisse effectum, vel aquas illas nequaquam fuisse. Nam & illud pelagus fuisse & mare, egyptii sunt testimonio, qui illud transmare conati, aborti mox sunt, coeuntibus aquis, que paulo ante traicientibus Hebreis in muri speciem constitissent. Quemadmodum & flamma tribus pueris iniecta, flagrantissima fuisse arguitur, quia sit babilonios illos depasta. Itemque & Danielis, leones veri fuisse sunt crediti, quia calumniatores illos vorassent.

Miracula circa Hebreos facta calumniari non posse.

**CFIDE** muri Hierico ceciderunt circuitu dierum septem. Deo enim iubente diuisa sunt Hierico menia cum Iesus naue & populus dixere, quid illud: num tuorum clangor disturbare lapides valet, & munimenta: credere tamen sic fore, & ipsorum peractum est fide.

Fide muri hierico corruunt

**CFIDE** Raab meretrix non perit cum incredulis, excipiens exploratores cum pace. Ecce quod superius dixeram, nullis profus affectam honoribus personam producit, ut illos cogat vel ex eo pudere, si hac meretricula appareant inferiores simuletiam ut fidei vim patefaciat, que proculdubio ingens sit, quandoquidem in his que ab hominibus improbantur, talia conficit. Fidem itaque & illa tum pre se tu-

Raab meretrix.



modi loca nec per quietem licebat incolere, quin ex his etiam tanquam latebris, aliis persequentibus, & intentantibus mortem fugabantur, & modo hac, modo illac diuagantes, longis erroribus vexabantur. His tamen malis affecti, in certiore spem venerant, adepturos se tandem bona perpetua, & idcirco errores huiusmodi animo equo ri tolerabant & penas.

**¶** ET hi omnes testimonio fidei probati non acceperunt repromissionem. **¶** Cur inquit pusillo animo estis, si certando exagitati nondum sitis pro susceptis laboribus mercedem adepti: quandoquidem quos diximus sancti, & si testimonium per fidem facti, deo perplacuisse, nil tamen adhuc celestium promissionum sint consecuti. Tamen si fuisse constat nonnullos, ut Dauid regem, his terre bonis affectos, haud tamen presentia hec ipsi requirimus, sed que in celo sunt, certiores & veras promissiones.

**¶** DEO pro nobis aliquid melius prouidente ut non sine nobis consummarentur. **¶** Hoc est ut non sine nostro honore & gloria. Ut enim ne nostra videantur habenda, & si coronentur priores, vnum omnibus coronandis statuit tempus. Nec quidem ne coronarentur dixit, sed ne consummarentur, id est ut perfectionem acciperent. Quo fit, ut perfecti tunc esse appareant, cum coronas & palmam acceperint, habent tamen interea honoris & glorie certissimum pignus. Queret aliquis si enim huiusmodi perfectionem adepti & coronas illas promeritas consecuti, unde hec illis, operum vite rant aliis se inuocantibus, opitulandi tam prompta virtus obuenit: unde inquis: Nimirum ex fiducia certiori quam habent apud deum intercedendo. Perfectionem tamen & premia cum ceteris sunt accepturi, nonne erga hos nil equum Deus exhiberet, & his ipsis videretur inferre iniuriam, si quidem qui in tolerandis laboribus priores fuissent, in coronis tamen & premiis capiendis, nos opperiantur necesse sit. At qui per grata illis istiusmodi est expectatio, ut cum fratribus perfectionem & gloriam adipiscantur. Nam & corpore vno omnes constamus, & ingens sane corpori ex tam multis compacto affertur cum coronatur voluptas. Est enim deus erga genus humanum caritate summa deuinctus, hic varios suscepit & liberos, quorum alii consecis operibus, ex agris ad patrem se quantocius receperunt, alii adhuc operantes foris versantur, obtulit pater his qui prius operi insudassent, aliquid degustandum, opperiri hos interea iubens & fratres alios, ut vna cum his opipare & vberim vescantur. At hi vtraterna caritate tenentur leti expectant, ut inter epulas illas instructiores gaudio inter se ineffabili expleantur.

**¶** IDEO QVE & nos tantam habentes impositam nubem testium. **¶** Non enim obuolantem sed impositam dixit, id est vnde nos amplectentem. Testes autem non solum noui testamenti appellat, sed veteris etiam, quando & illos diuine constat perhibuisse magnitudinem testimonium, quemadmodum tres illi pueri Daniel & prophete ceteri. Nec quidem multitudinem dixit, sed nubem, quod magis est presentis materie accomodatum, nam cum hi pressurarum estu flagrant, refrigerabit nos inquit hec testium multitudo, qua vnde quaque obducimur, tanquam nubecula aliqua rosida estuantibus circumfusa.

**¶** DEPONENTES omne pondus. Id est terrenorum onus, & curarum ac studiorum deponentes hanc molem, que presentibus rebus impensa nil profert, preter grauedinem & inanem tumorem, cur ergo grauius fertis, ut ab huiusmodi liberemur.

**¶** ET facile circumdatis nos peccatum. **¶** Sic grecum, hoc est quod haud difficulter nos circumfistit, vel quod facile potest discrimen subire, est namque haud difficile, si modo liberat, praua queque superare facinora, quibus leuiter discrimen incurrimus.

**¶** PER patientiam curramus ad propositum nobis certamen. **¶** Non enim rem

Vn no  
bis auxi  
liu ex sa  
ctis.

pugnis

pugnis geramus dixit, vel inuicem colluctemur, sed quod leuius est, currendi impositum officium. Nec ad cursum eiusmodi addamus aliquid intulit, sed in eo perseuermus, & ad propositum nobis certamen, cursum hunc intendamus, quod fieri per patientiam poterit. Si quidem per continentiam alii, per elemosynam multi & diuersas virtutes debent hunc cursum tenere. Vos vero per tolerantiam, que vtiq; vobis precipue est, ut diximus, necessaria.

**¶** ASPICIENTES In auctorem fidei & consummatorem Iesum. **¶** Si enim inquit perdiscere volumus, per patientiam decurrendi hunc mundum, Iesum haud secus spectemus ac solent, qui officium alicuius fieri volunt peritiores, officem ipsum vel operantem attentius intuentur. Quod profecto & Iesus dicebat. Discite a me quia mitis sum, & humilis corde, & Non est discipulus supra magistrum. Auctor autem & consummator ideo dicitur, quia ut a principio nobis & fide ipse ingressus, Non enim vos inquit, me elegistis, sed ego elegi vos, ita & finem est ipse impositurus.

**¶** QUI Proposito sibi gaudio sustinuit crucem, confusione contenta. **¶** Poterat nec perpeti quod passus est, nec crucem subire, quippe qui peccati esset prorsus immunis. Vnde nec morti erat obnoxius, quod & ipse testatur, Venit inquit princeps mundi huius, & in me non habet quicquam, non enim si libuisset, patibulo fuisset ille suffixus quod vtiq; & ipsemet fatebatur, potestatem habeo dicens ponendi animam meam, crucem tamen ipse sustinuit. Nec mortem simpliciter, sed ignominiosam, & sedam, contempsitque mortis huiusmodi confusione, & ignominiam. Nec tristitiam inquit, hic parui fecit, cum minus hec inuitus, & merens, sed volens, & gaudens tulerit.

**¶** ATQVE In dextera Dei sedet. **¶** Vides quo patientia finis euaserit. Quod & alibi dicit, propterea hunc deus exaltauit, cum de eius carne loqueretur assumpta. Que cum ita se habeant, potest hic quidem pro his quas nunc toleratis pressuras, mercedem dependere. Cum vero patri ad dexteram asidere hunc dicit, patri arguit parem.

**¶** RECOGITATE Enim eum, qui talem sustinuit a peccatoribus aduersum semetipsum contradictionem. **¶** Si conseruorum tormenta, quis secum animo reputet, in suis maxime que sustinet consolatur, quanto magis si domini repetat contradictionem, id est, irrisiones, obprobria, & faciem celam, & que illi bene monent obicienda tur, & in conspectu Pylati populum aduersum hunc clamitantem, & crucem demum, quam subiit volens. Cum autem talem dicit, rem magis explanat. Perinde ac si dicat tam vehemens erat istiusmodi contradictio, ut ad mortem usque traduxerit, qua a peccatoribus hoc est, gentilibus, & iudeis illatam, cum noxiis, & latronibus tulit, tam sedo mortis genere affectus.

**¶** Vt Non fatigemini animis deficientes. **¶** Christi namque & eius tormenta mente puoluere, animu vobis corroborabit, nec flaccescere sinet, neque dissolui, nec profus cum afflicatur in desperationem concidere.

**¶** NONDVM Enim usque ad sanguinem resististis aduersus peccatum repugnantes. **¶** Duo quidem cum afferuntur, precipue nos consolantur, cum graua dicitur fuisse perpeffi, & cum nondum magni aliquid arguimur tolerasse. Vtriusque his itaque ut hos consoletur, utitur Paulus, Nam cum dixisset superius quod multa hos cecando sustinuisse, essetque eos hortatus, ut seipsum imitarentur, nunc longe aliter facit, ostendit namque nondum hos memorandum aliquid, & egregium facinus subuisse, quod eo intulit, ne efferantur, & insolescant. Sed quam prudenter id agat aduerte. Cum enim veteres illos commemorasset, qui sanctorum nomina fuere preclari, & mala ingentia tolerassent, & Christi domini mentionem fecisset: tunc demum aperit, nullus esse momenti que ipsi tulerint mala, ut pote per quos nondum ad mortem usque,

H. i.

Aliqui  
continetia  
alii p  
elemosyna  
& alii per  
diuersas  
virtutes  
currunt ad  
brauium.  
Christus  
est exemplar  
boni viuendi.



AD HEBREOS!

& sanguinem sit peruentum, sic persecutiones dumtaxat hos sustinuisse, & presentium bonorum direptionem, Christum vero eo tandem prouectum, ut & mortem obierit. Cum autem restitistis inquit, peccata arguit acerrime hos impugnasse, & nondum ab oppugnando desistere. Hos vero, & si aliquanto summos vrgeri quidem certando, nondum tamen mortiferis, sed leuioribus quibusdam affectos esse uoluerit.

¶ **ET** Obliti estis consolationis. A deo inquit, estis in segnitie & torpedine soluti, ut vel verborum vos obliuio ceperit, ad animi seruandam magnitudinem coherantium, tamen si nondum graue aliquod sitis, & vr gens malum perpeffi, solent enim cruciatus immensi pre acerbitate nimia, & dolore itolerabili, vel earum rerum memoriam tollere, que magnum in modum conducerent.

¶ **QVE** Nobis tanq̄ filiis loquitur dicens, Fili mi noli negligere disciplinam Dei. Non enim filios inquit, modo his Solomon uerbis alloquebatur, sed uiueros, qui possent eius dicta percipere, & uoluptos precipue his monitis castigabat ut filios.

Deo nos tetari per mittit: ut pber: & corōis tā de cōdo net.

¶ **NEQVE** Fatigeris dū ab eo argueris. Ingeruntur ergo & a domino notiones sed nobis ut profint, non ut officiant. Nam idcirco tentari plerūq̄ nos sinit, ut & uiam tolerantiam periclitetur, & coronis tandem condonet.

Nō ē deo accept⁹ q̄ nihil patitur ad uerfi.

¶ **QVEM** Enim diligit Deus castigat, flagellat autem oēm filium, quem recipit. Fieri enim non potest, ut quis piam sit & Deo acceptus, & uacet pressuris, & nihil patiatur aduersi. Dicit aliquis, Nonne & predones, & perditio hoies affliguntur, erunt ergo & hi domini filii? Nequaquā, non enim omnis qui flagellatur inquit, est filius, sed filius omnis, qui & uariis modis tentatur, vel flagris afficitur. Latrones itaq̄ nō tāquā filii affliguntur, sed quia pernitiosi sunt, cruciantur. Hic Paulus priori loco castigat posuit, deinde flagellat subiunxit, ut in disciplinam intelligas filius hec adhiberi, non in odii, & malignitatis vindictam.

Adulterini & no thi filii.

¶ **SI** disciplinam sustinetis, tanq̄ filiis uobis se offert Deus, quis enim filius quem non corripit pater? q̄ si extra disciplinam estis, cuius participes facti sunt omnes, et go adulterini estis, non filii. Vel ex his quidem que illi argumento esse existimabant sese fuisse a Deo iam destitutos, ostendit cure hos Deo esse. Si enim essetis in quiens pressurarum expertes, uideremini haud dubie adulterini & nothi non filii. Quis enim parens illegitimis filiis, erudiendis ornandisue, studet? Vos itaq̄ cum his estis malis oppressi, id sane ex his, lucri obuenit, ut uitam hanc non effuse & indecore degatis, nec secus quidem quam iustiores illi & sanctissimi uiri, quos paulo ante memorauimus qui & dei dicti sunt filii & comprobati. Illud igitur perspicuū erit, nec poterit quoquam pacto refelli, Deum & uobis sese ut filiis obtulisse, habereq̄ itē uos cure & menti, ne prauū euadatis & nil eruditi, eoq̄ & exheredet & tanquam adulterinos euiciat.

Deo ad uerfatis ē nolle e quo aio pati pssuras.

¶ **DEINDE** patres quidem carnis nostre habuimus eruditores & uenerabamur eos, non multo magis obtemperabimus patri spirituum & uiuimus. Ex his rursum que nobis natura suggestit officiis, arguit habendam omnino esse hanc tolerantiam. Cum enim inquit a parentibus ipsis, qui carnem hanc genuere cum erudimur, haud mediocriter istos reueremur, & castigantibus oblectari haudquaquā fas ducimus, quin potius illorū auctoritate & reuerentia ducti, animo equiori & placido que cūq̄ intulerint sustinemus, quantomagis erit necesse, ut castigantem deum feramus. Aduerte autem quemadmodum non sustinebimus sed subiciemur, ut grece habet arguens subsistentis esse & Deo aduersantis, nolle equo animo pati pressuras, Patrem autem spirituum vel donorum dicit, vel potestatum que corpore carent, vel quod p

AD HEBREOS!

prius est animarum. Nam ut carnis genitores se iungeret, spiritum patri subiunxit, & uiuimus adiecit, ut ostendat inobedientem, & contumacem, nec uiuere quidem, quia a Deo sit alienus, qui uitam largitur.

Inobedientes, & cōtumaces mortui.

¶ **ET** Illi quidem in tempore paucorum dierum. Non enim carnis inquit, parentes ad perfectionem usq̄ erudire nos possunt, quandoquidem vel horum interitus, vel filii etas prouectior, vel eorumdem contumacia sepe, & morum perueritas castigationi factura sunt finem. At deus quia est sempiternus, perfectiores potest castigando efficere.

¶ **SECUNDVM** Voluntatem suam erudiebant nos. Non enim quodcūq̄ patris arbitrium conducit & liberis, Nam & ad malas artes hos plerūq̄ erudiunt genitores.

Diuina eruditio

¶ **HIC** Autem ad id quod uile est in recipiēdo scificationem ei⁹. Deus nāq̄ nobis ut cōferat, castigationem inducit, nec a nobis sibi ut aliquid uendicet, sed potius sua ut impartiat sanctitatem, hoc ē puritatem, ut ad eius bona excipiēda aptiores reddamur. Est igitur nil aliud diuina hec eruditio, nisi factitatis participatio quaedam quā qui fuerit adeptus, non solum sibi, sed aliis prodest, animas namq̄ factis, dictisq̄, ad Deum retorquet, nihil has sinens terrenis in rebus demergi.

¶ **OMNIS** Autem disciplina in presenti quidem uidetur non esse gaudii, sed meroris. Rursum a communi hoim opinione causas eruditionis desumpsit, aitq̄ ois quidem disciplina, ut diuina, sic & humana, non gaudii uidetur afficere, sed merore. Recta autem uidetur dixit, non enim uerum affert illa merorem, sed apparatus, qui enim fieri id posset, quando iocunditatem in posterum pariat, sed nūi gra uidetur, apposit, qui egre disciplinam hanc ferimus.

¶ **POSTEA** Autem fructū pacatissimū exercitatis peā reddit iusticiā. Quid nam sibi uult cū pacatissimum dicit. Nimirum non turbulentū, sed suauem, & leuē. Nam qui merore afficitur, & animo obturbetur necesse est, qui uero gaudio & lenitate assequitur, & trāquillior est. Fructus uero hmoi iusticiā erit. Deus enim cum iustior sit, his proculdubio, qui in hac uita merore, & malis afficiuntur, in futura quietē est allaturus. Aduerte autem quemadmodum exercitationem, quādam disciplinam appellat, utpote que fideles ipos tanq̄ athletas quosdam obfirmet, & validiores efficiat, at. Cur ergo inquit, hanc uos declinat, que animis uires adiciat.

Fructus pacatissimus cur!

¶ **PROPTER** Quod remissas manus, & soluta genua erigite. Haud secus ac apud athletas aliquos concionaretur, & certatores ex iudeis fidelibus ista pferibit, & in his sane Elayam hic imitatur, arguit a pprioribus mēbris esse hos animo resolutos. Manu siquidem actionum preferunt argumentum, pedes, motus. Desperatis itaq̄ in primis animi organa dissoluuntur, deinceps & corporis, que ut attollant hortatur, & nil prorsus desperent.

Trochia quid.

¶ **ET** Gressus rectos facite pedibus uestris, ut non claudicans quis erret, magis autē sanetur. Hec quidem tanq̄ ad cursores aliquos differit, sicuti & superius dixit per patientiam curamus. Inquit igitur rectas facite trochias, quod gressus dixit interpret. grece tamen trochia, vel currus inpressum humi uestigium est, vel tellus ipsa cursorū pedibus conculcata. Perinde ac inquit, Sint uelim uia uestra leniores, & plana, hoc est, nihil quod durum, triste uel sit, & tortuosum animis uestris infideat, sed leni gradu & neminem offendente decurrite, ne quis claudicans erret, id est, nemo uestrum animo fuerit pusillo, & intoleranti, cum a iudeis ducatis originem, qui istiusmodi sunt. Vel ne scilicet circa futurorum bonorum spem, & fidem e uobis quispiam sit incōstantior, & obliquis, distortisq̄ incedat pedibus. Nam si aliqua cuiq̄ fiat ad ingēnitam tior.

in iditatem accessio, ita vt nec se ipsum sustineat: sed diffidētia se totum perimitat: no clam nescio quo pacto procumbens, in desperationis sese precipitium madigens, de erui haud facile poterit. Quin potius itaq; incumbite inquit, vt ad sanitatem redeat quodcumq; in vobis mancum fuerit, & claudicans, id est, corrigite si qua inerat vobis ad id temporis diffidentia: non enim potest in eo, qui toleranter ferat ad aduersarios credulitas residere.

Pacē cū  
oib⁹ esse  
habedā.

**PACEM** Sequimini cum omnibus. Quod antea hostios monuerat, noliū quiens congregationes vestras deserere. Id ipsum & hoc loco commonefacit, vt inter hos mutuā conciliet charitatem, quā vt non solum in domesticos, & beneuolos seruat hortatur, sed cum alienis, & hostibus pacatores sint admonet. Ait itaq; cum omnibus gentilibus scilicet, & iudeis, vel his ipsiis, quos habetis in sensos, perinde ac si dicat quantum vestra intererit: cum vniuersis hominibus pacem seruate. Hac enim si mēte fueritis, nil prorsus animo concidētis, cum mala vobis intentabuntur. Aduerte autem cum sequimini inquit, illud preferre, vel si longe pax ista obferat, vt hanc compendendatis enixe contendite.

Honora  
biles nup  
tias.

**ET** Sanctimoniam. Id est, puritatem, & celibatum, siue quis vxore caruerit, & virginitatem tutetur, siue hanc habeat, & continentiam seruet: nec quia pro sanctitate nuptiā habeantur, sed quia sanctimoniam sit per baptismum adeptus in eluibilem & legitimam copulam, sunt quidem honorabiles nuptiā: nō tamen sanctimoniam feruatrices.

**SINE** Qua nemo videbit Deum. Non enim aut fornicatores, aut adulteri, aut molles, aut marium concubitores, regnum Dei hereditabunt, & dñs in euāgelio, beati mundi corde: quia ipsi Deum videbunt.

**CONTEMPLANTES** Ne quis desit gratiā Dei. Tanquā hos peregre, & longius, & maximo cum comitatu proficiscentes alloquitur, & in quibus commonefacit, cauete ne quid per vos reliquum fiat, vel aliquid ad iter necessarium reliquatur, vel quispiam proficiscentium restet. Non enim id solum depolico, vt ipsi quo tenditis, quato perueniatis, sed vt comites etiam obseruetis, perdiscatque vtrum vobiscum itera ciant omnes necne, quod plane solet imbecillioribus euenire, qui precedentium vestigia persequi nequeunt. Cōteplemini itaq; inquit, & oculis collustrate, & si quē cernitis post terga relictum, nequaquam hunc negligatis. Gratiā autem Dei fidem dicit, & optimum viuendi modum, & bona futura, hec namq; omnia per Christi gratiam comparantur.

Amaritudo pec  
cati quā  
ta.

**NE** QVA Radix amaritudinis sursum germinans, impediāt vos. Id ipsum & in Deuteronomio positum est, quod e quadam plantarum est desumptum metaphora. Itidem fere & alibi scribit Apostolus, cum inquit, fermenti pusillū totam massam corrumpit. Quod dicere & hoc loco videtur, subinde inquit, Nemo permittatur in aliorum perniciem prauē agere, sed precidenda est amaritudinis radix, id est peccati, ne producat ramusculos, hoc est, ne alios sui similes reddat. Quod autem sit peccati amarior, vel potius q̄ nil magis quam hoc amarescat, compertum habent, & exploratum, qui vbi illud commiserint, a conscientia & macerantur, & corroduntur. Aduerte autem quemadmodum non radicem dixit amarior, sed radicem amaritudinis, potest nāq; vel radix amarior, suauis fructus producere.

**ET** Per illam inquinantur multi. Nam viros sceleratos cum seigniores quidam & ad malum procliuēs spectant, prauis incumbere facinoribus, hos imitari admōdū cōcupiscunt, hoc pacto eorum inquinant animos, quocirca ne id eueniat succidendae sunt radices huiusmodi,

**NE** Quis fornicator, aut prophanus, vt Esau, qui proptervnam escam vedit pri mogenita sua. Arguit horum nonnullos fuisse in fornicationem prolapsos, nec tamen hos retegūt, quin potius eius rei ignarum esse se simulat, vt corrigantur nondum patefacti. Vel prophanum dicit, vt Esau, quasi ventri deditum, & huius seculi reb⁹ ad dicitum, & inquinantem que spiritus sunt, & conculcantem. Esau nāq; delatum sibi a Deo primogeniturā honorem, alteri cibi gratia contulit. Est autem istiusmodi inq natio diuinorum contemptus. Ostendit preterea q̄ sit voracitas improba, & mala se gnities. Si quidem qui primatū obtinuisset, sit inferior redditus, quia ferre nequie rit cibi cupidinem, & nil prorsus eiusmodi obliterit voluptati.

Esau pri  
mogeni  
ta vendi  
dit.

**SCITOTE** Enim quoniam & postea cupiens hereditare benedictionem repro batus ē. Tūc eni Esau fut reiectus, cum istiusmodi locutus est pater, si dominum tu um illum constitui, tibi quid faciam fili. Nonnulli vero a Deo fuisse reprobatum hunc dicit quia Dei instinctu deceptus sit Isaac, vt Jacob illi benedictionē prius impartire tur, & sic Esau reprobari sit visus, qui eadem illa paulo post efflagitarit a patre, & a patre. Est enim perspicuum Isaac patrem, Esau filium, pro Dei arbitrio reprobat se.

Esau a  
prepro  
batur.

**NON** Enim inuenit penitentiā locū, q̄ cum lachrymis quesiuisset eam. Dicit ali quis, tollit ergo e medio penitentiam Paulus: Nequaquā, Cur ingitur inquit penitētiā locum non inuenit: quis lachrymans quesiuisset. Primum intelligas velim penitētiā hoc loco benedictionem significare, deinde benedictionem hanc petiisse hūc quidem fateri Apostolum, sed modum in ea petenda nullum seruasse. Quod enim esse poterit penitentiā argumentum, cum Esau ipse hec iacet, appropinquet luctus dies patris mei, & interficiam fratrem meum. Ob id itaq; penitentiam non inuenit quia non vt oportuit depolico. Nam et si lachrymas fuderat, haud tamen erant penitentiā lachrymā, sed liuoris, & odii, & animi exacerbati, qui min⁹ equo animo tolleraret preferri sibi germanum. Quemadmodum nec meror quidem quem Cain il le vultu pertulerat, penitentis fuerat, sed inuidētis. Vel forte penitentiā locum nō esse prudēter Paulus dixit, vt eos, qui nondū essent in aliquod scelus prolapsi terreret, cū inquit, nullū esse grauioribus delictis penitentiā locum dispensatione quadam id a gens, vt in timore saltem hos ipos fideles contineat ne labantur, & si forsitan lapsos pspexerit aliquos a lapsu reuocet, ne prorsus desperent, sicuti & ad Galathas, Filii mei inquit, quos iterum parturio: quousq; formetur Christus in vobis. Non itaq; hoc loco Paulus reuocat penitentiam, quippe quam sepe alias predicarit, sed fidentiores reddidit ex hebreis, qui fidem acceperant, ne in posterum cadentes procumbant.

Esau etiā  
cū lachry  
mis pos  
tulās ex  
audiri nō  
meruit.

**NON** Enim accessistis ad tractabilem, & accessibilem ignem, & turbīnem, & caliginem, & procellam, & tubæ sonum. Ostendit hos maioribus esse malis obnoxios, si minus se prebeant patietes, & pollicenti Deo haud secus diffidant, q̄ prisci illi, & veteris testamenti sectatores, Aduerte autem vt nostra hec veteribus comparet, probetq; magis. Nam postq̄ hoc nostrum, vetus illud excedere magnitudine pluribus patefacit, inducit nunc que & magna, & mira videntur, si priora illa spectemus, que & in syona monte sint gesta, decernitq; hec pusilla admodum fore, & infima quedam, si nouū hoc spectes. Illis namq; multæ, & variæ inerant rerum imagines, vt harum contemplatione obstupesceret populus. Ille infanti similis. Nam ignis eo offerebatur, vt legumatores indicias preferret penas, & terrorem statim incuteret. Nebula vero, & caligo testamentum vetus illud presigurabat opertum adhuc permanere necdum fuisse tunc temporis reuelatum. Nam cum figuram noui preferret, liquet sane ad usq; ve

ritatis & Christi aduentum, subobscuras fuisse significationes illas / formas, & cū non dum essent pro earum significantia intellectæ. Vt quibus quod deerat occultū, hauri dum oculis pateret humanis, pertendebatur. Caligo enim inquit, sub pedibus eius. Atqui procella excitabat hebreos, qui tardiores essent, vt dei dictis, & rebus mirandis intenderent animos. Tubæ vero adesse regem, & Deum significabant, quod ipsa erit & in secundo Christi aduentu futurum.

Moyſi  
vox graci  
lis, & exi  
lis.

¶ **¶** Voce verborum / quam qui audierunt: excusauerunt se, ne eis fieret verbum. ¶ Deus enim loquens ex audiebatur, vt fides latius iam legibus fieret, nec crederet Moyſi verba esse, & viri mortalis. Deo nāq; vox inerat horribilis quedam sonora, & tonans. Moyſi vero gracilis, & exilis. Vnde & vocem illi huiusmodi reformidantes, Deum se nolle loquentē audire fatebantur, & Moyſi dictitabant loquere, tu ad nos, & non Deo nobis loquatur.

¶ **¶** Non enim portabant quod dicebatur. ¶ Hoc ē, quod a Dei ore prodibat, quia esset horrifonum, ne quibāt auribus suslinere. Causam ergo hi obtulere, vt deus appareret in carne, vt percipi posset ab his, & intelligi.

Bestia tā  
gēs mōtē  
lapidaba  
tur.

¶ **¶** Si bestia terigerit mōtē, lapidatur, ita terribile erat quod videbatur. ¶ Demōstrat hoc loco noui excellentiam testamenti. Verū nāq; etsi nihil haberet quod sui p̄celleret magnitudine, nec simile quicquid nouum hoc potiretur, formidini tamen erat & terrori, & adeo, vt nec beluas fas esset mōtē attingere, id est, bruta animātia, que populus possideret. Nouum vero cum perfectiora contineat, nihil p̄fert quod horridū sit, sed in eo cūcta sunt mitia, & pericunda.

¶ **¶** MOYSES Dixit exterritus sum, & tremebūdus. ¶ Si Moyſes inquit, qui sub caelestis lignine subiit mōtē, ita extimuit, q̄ debuit populus terrore comprehendī.

¶ **¶** SED Accessistis. ¶ Illi quidem monti nihil appropinquarunt, sed paulastabant vos vero ad hūc iam accessistis. Videtis ergo quāto hos iteruallo p̄stetis.

¶ **¶** AD Syon mōtem, & ciuitatē Dei viuētis Hierusalem celestē. ¶ Hoc est, sine mōte, qui & mente cōcipitur, & ciuitatē habemus, que item & animo potest, & sensu complecti, hoc est, celum ipsum / non heremū aliquam, vt illi adiuimus.

¶ **¶** Multorum milium angelorū frequentia. ¶ Pro populo scilicet angelorū nectiam sumus innumerabilem comitatum, & pro timore sumus leticiam asecuti. Id nāq; cum frequentiam inquit, expressit. Nam vbi vel hoīm aderit multitudo, ibidem & hilaritas adsit necesse est. Erit itaq; dies hic celeberrimus, qui tot angelorum frequentatur presentia.

¶ **¶** Ecclesiam primitiuorum, qui cōscripti sunt in celis. ¶ Primitiuos fideles appellat, qui vt Deo iā dedicati sanctiores etiā euasere, quorū nomina in libro vitæ cōscripta sunt, sicut & dñs dicebat discipulis, Nomina vestra scripta sunt in celis. Et quoniam Deus est omnium parens, huius & homines communiter vniuersi sunt filii, cuius & primitiuus, id est, primogenitus, quod grece habetur, erunt fideles digni quidem scdm̄ destinationem asciri in filios. Vel etiam credētes omnes dici filii poterunt, primogenitus vero, qui Deo & patri gesserint morem, & apud eundem sunt cum verbum vita ingentia dona promeriti.

Deo oīm  
futurū iu  
dex.

¶ **¶** Iudicem omnium Deum. ¶ Vel hoc loco eos perterrefacit, cum inquit omnium esse nec iudeorum modo, sed fidelium etiam futurum hunc iudicem, quocirca & vobis cauendum erit. Ostendit p̄terea q̄ ipsi priscos illos antestent, cum illi nec Deum quidem loquentem potuerint suslinere, nec p̄pius montem accedere. Ipsi vero vel iudicem ipsum, id est, Christum adierint. pater quippe iudicat neminem, sed filio iudicium omne permisit.

¶ **¶** Spiritus iustorum perfectorum. ¶ Id est, proborum animas, qui ad p̄fectionem euasere per fidem, his eritis & vos haud dubie eternæ felicitatis confortes, si eorum fueritis vitam sectati.

¶ **¶** Testamenti noui mediatorē Iesum. ¶ Non enim Moysem, qui fuit seruituti obnoxius vos adiiistis, sed Iesum dñm, qui noui mediator ē testamenti.

¶ **¶** sanguinis aspersione. ¶ Hoc est purificatiōe, Christi enim nobis sanguis in sp̄s & labibus plane deterſit, & sanctos effecit.

¶ **¶** MELIUS Loquentem / quā Abel. ¶ Abel nāq; illius effusus sanguis, hunc ē in modum locutus, Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Vel vt diximus supra: & nunc sanguis hic loquitur, quia fama apud omnes, & nomine celebratur. Sed domini sanguis vocem clariorem emittit, & maioris significantiæ cum ipsis ex rebus vniuersis inclamet se sanctitatem largiri. Vel alias quidem vocem hic edidit, cum mētem inuadit: quam integram repperit, eandemq; excitat, & loqui compellit, spiritus per gemitus quosdam loquitur ineffabiles, & suauissimos. Vel etiam / vt nonnullis videtur, Abel sanguis in germanum obclamabat, Christi vero pro nobis patrem affatur.

Cūr me  
li⁹ loqui  
dicatur  
sanguis  
Xpi q̄  
Abel.

¶ **¶** VIDETE NE Recusetis loquentem vobis. ¶ Tunc enim videmini loquentem hunc recusare, cum eius promissis nullam fidem prestabit, & omnem spem amiseritis. Quis enim loquitur nisi Christus ipse. Nam eius si sanguis verba fecerit, longe magis & viuere is arguetur.

¶ **¶** SI Enim illi non effugerunt recusantes eum qui sup̄ terram loquebatur. ¶ Quid illi non effugerunt: supplicium certe, & perditionem. Super terram autem loquentem Moyſi dicit, vel Deum ipsum descendentem e celo, sed per Moysem ad populū concionantem, Est nāq; in syna monte locutus, id est, quid esset hebreis agendum, loquendo iniunxit.

¶ **¶** MELIUS MAGIS Nos, qui de celis loquentem nobis auertimus. ¶ Christum videlicet de celo nobis loquentem, id est, qui vbi fuit assumptus: legem nobis per spiritum dedit. Nec quia discrepantem, aut diuersam tulerit legem, hec Paulus dicit, perinde aliam quandam nobis, vbi est in celum sublatus, statuerit legem. Sed modus ipse hanc statuendi, videtur differre, illam siquidem cum esset in terris induxit, hanc in celum subuectus, vt diximus, quo fit, vt magis sit ille extimescendus. Quod aut̄ min⁹ fuerit prior lex illa ab insequenti diuersa, audi que subsequuntur.

¶ **¶** CUIUS Vox mouit terram tunc. ¶ Vides ne eundem fuisse, qui tunc loquebatur: & qui nunc nobis e celo p̄fatur, vox enim eius tunc temporis, cum lex ferebatur, terrā concussitq;.

¶ **¶** NUNC Autem pollicetur dicens, adhuc semel & ego mouebo terram / non solum terram, sed & celum. ¶ Bis terrā apud sacras literas legimus fuisse succussam. Primū cum in monte syna lex ferebatur, Nam & terram contremuisse Dauid testificatur cū inquit, Terra tremuit. Secundo cum carnem Christus assumpsit, & venit in mundum, Commota enim est inquit, omnis Hierusalem: & quatentur manufacta egypti, id est, sublata sunt, ne suos fallant cultores, & deiecta est illorum potentia. Cum autem semel dicit, post secundam arguit, & tertiam fore terræ quassationē, hoc est, cum seculum hoc euertetur, cum immutata omnia a corruptione ad immortalitatem denique transferentur.

Terram  
bis fuisse  
cōmotā.

¶ **¶** QVOD Autem adhuc semel dicit: declarat mobilium translationē, tanq̄ factotum. ¶ Hoc est, corruptibilis naturæ immutationem, que mobilem in se naturam tāq̄ factorum, id est, que vt aliquid esset, principium sumpsit, vnde & necessario finem

Tertia  
terræ quassatio  
futura  
in fine  
seculi.

Angeli nō sūt p naturā p petui, sed p grām. Que sūt sc̄tis futu ra: nec mutatio nem ad mittent, nec mo sum.

fit habitura, quodcumq; enim conditum est, liquido patet aliquando cepisse, quocir ca quo ad eius naturam, & finem habet, siquidem & angeli ipi nequaquam sunt natu ra perpetui, quippe qui nec principio careant, per gratiam tamen sunt immortalitate adepti.

**¶**VT Maneant ea que sunt immobilia. Id est, bona futura. Cum enim corruptibi lia ista immutabūtur, quecūq; tñ sunt sanctis futura, nec corruptionem admittēt, nec motum, quippe que nullam sunt vel trālationem vel mutationem aliquā subitura. **¶**CITAQVE Immobile regnum suscipientes habeamus gratiam. Cum itaq; in quit tot bonis dignabimur, que nec transferri possunt, nec immutari, & spiritalibus donis in pignus acceptis, immobile regnum suscipimus, habeamus gratiam, hoc est, patienter aduersa feramus, & nullas nos subeat dolor, si quam sumus in rebus exter nis iacturam perpeffi, sed gratias illi dicamus: qui bona nobis hec contulit, & maiora est propediem collaturus.

**¶**PER Quam seruiamus placētes Deo. Per quam grām scilicet, cum gratos nos prestiterimus, tunc nostra Deus oblectabitur seruitute, sciemusq; eundem esse nosq; dominum confectos. Si autem nullas illi, vt pro ocio, & rebus quietioribus, ita & pro aduersis & quietem nostram turbātibus egerimus gratias, nec eum colere nec pla cere poterimus. Id ipsum fere & Paulus idem alio in loco commemorat, cum nolite /quit obmurmurare, & rursus Omnia facite sine murmuratione. Quin etiam israelite illi, quia in Deum obmurmurassent: vt impatientes & queruli, in heremo concide runt.

**¶**CVM Metu & reuerentia. Nil inquit, vel imprudēter, vel petulante loquamur quin preferat velim exterior facies erga homines verecundiam, & in Deum reueren tiam & pietatem.

**¶**ET enim Deus noster ignis consumens est. Cum enim veteris testamenti vni uersa dixisset formidinis esse, & terroris plena, noui vero longe secus, ne mansuetudi nem negligant, cum metu & reuerentia, Deo inquit, per nos agēdæ gratiæ sint, siqui dem qui pressuris & malis afflictorum animus, si prorsus desperet facere impudenter videbitur. Vel vester in Deum cultus, vt verecunde & reuerenter exhibeatur necesse est. Deus namq; hic noster, cum ignis sit, & consumens: erit a nobis omnino verē dus, ne veluti contēptores, & sui nullam habētes rationem tollamur e medio hoc igne absumpti. His preterea dictis & hos consolatur, subinde diceret, talem sumus domi num affecuti, qui possit aduersarios nros vt ignis absumere.

**¶**CHARITAS Fraternitatis maneat in vobis, & hospitalitatem nolite obliuisci. Non enim hec vobis dixit comparate, his namq; vt apparet, potiti iam erant. Sed cum frequentioribus vrgerentur pressuris, in discrimen propemodum veniebant, ne de cetero virtutes huiusmodi negligentius exercerent. Inquit igitur maneat fraterni tatis & charitas, & stabilis sit, nec abscedere a vobis hanc sinite. Haud secus & hospi talitatis nolite obliuisci. Fieri enim poterat, vt hi cum bonis fortune essent priuati par cius forsan & raro, hospites & pegrinos exciperent, & eos hortatur, vt prius ceperant, hospitalitatem hanc prosequantur.

**¶**PER Hanc enim placuerunt quidam, angelis hospitio receptis. Ignorauerunt grece habetur. Eo nāq; processit, hospitalitatis inquit officium, & libera peregrinorū susceptio, vt vel Abraham ipsi, & Loth occasionem prebuerit, vel ignorantibus, vt ange los domi exciperent. Non enim sciebant angelos esse, qui fuissent per se excepti hospi tio, alioquin honorifice hos excipere. Quod sane factū illos prouexit, nam si nō igna ri hospitio angelos admississent, non eo fuissent magnitudinis euecti.

De vt i gnis con sumens.

Hospita litas deo gratissia.

**¶**MEMENTOTE vincitorum tanquam simul vincti. Qui enim cuiquam vincus est caritate & fide, vel volens obliuisci non potest in te necessitudinis, vel vin ctorum dicit qui Christi ob fidem, vel in carcerem essent coniecti, vel aliis quibusuis malis afficerentur.

**¶**ET laborantium tanquam & ipsi in corpore commorantes. Laborantes siue i carcere, siue esurie, siue alia quauis pressura. Nam qui & reputauerit e patibili carne se esse obductum, ab eiusmodi se eximet malis, si proximum fuerit cōmiseratus, vere biturq; ne & ipse in eadem illa incidere permittatur.

**¶**HONORABILE connubium in omnibus & thorus immaculatus. Aduer te quotiens de continentia hic disseruit, nam & superius cum sanctimonie meminisset, hisipis vtitur verbis, & rursus vsurus est cum de fornicatoribus & adulteris dis sereret, in omnibus inquit. Non quia nuptie etate prouectionibus minus conueniant adolescentulos vero admodum deceant, sed cunctis ait honori sunt. Vel in omnibus hoc est quibusuis modis & quouis tempore. Nec quidem quia merētibz & afflictis cōnubium illud sit honorabile, ociantibus vero & prosperis in rebus agentibus mi nime. Nec quia alteram in partem honoratius, sit, in alteram vero nequaquam, sed p. assi & cunctis in rebus honore est dignum.

**¶**Fornicatores enim & adulteros iudicabit deus. Vel hoc loco cōnubium hono rem assequitur, quippe quod adulteria interpellet, prohibeatq; Iudicabit autem de us id est condemnabit, & merito quidem, nam si permisse sunt nuptie, nil poterit for nicarius aliquis vel adulter carnis illecebras excusare, sed iure excrucietur.

**¶**SINT mores sine auaricia. Neq; enim nolite bona hec presentia comparare in quit, sed si vel hec estis iam consecuti, haudquaquā fueritis illorum seruituti addicti, sed ad liberalitatem bona huiusmodi habetote, & ita vt si vel ex his est excidendum, nil egre feratis. Quod ipsum & superius dixit, direptionem scilicet substantie vestre lis benter suscipite. Et quoniam multi vbi eorum fortunas exhauserint, iterato sarciedis incumbunt, excusantes velle se in alios esse beneficos, sic inquit. Sint sine auaricia mo res, vnde & ita subiungit.

**¶**CONTENTI presentibus. Ostendit quē admodum hac ipsi possimus cupi ditate vacare, si fuerimus scilicet contenti presentibus, si nihil preter necessaria nature queramus, nam qui plura quam habeat conquisierit, & accessionem facere rei familia ri studuerit, is plane auidior erit & pecunie cupidus.

**¶**IPSE enim dixit non te deferam neq; derelinquam. Non enim inquit ille mē titur vel fallit. Posset quispiam his dictis occurrere, quid ergo nobis erit agendum si necessariis rebus carebimus? Ait itaq; ad hec Paulus, haudquaquam ita futurum ē nam deus per Esaiam sic satur, nō equidem te derelinquam, facturus est haud dubie que pollicetur. Possent preterea ex iudeis fideles, ad quos Paulus epistolam scribit, nec iniuria illud obiicere, dic Paulus, quibus nam presentibus bonis contenti esse iam possumus, qui sumus in predam dati vt quibus direpta sunt omnia & nihil sit reli quum? Ait itaq; ad hec Paulus, licebit saltem vel satis hec ducere que sunt vobis reli cta, et si tenuia sint & angusta, contenti tamne his sitis, non enim vos ille qui dicit ne quaquam te deferā deserturus est deus. Vel forte Apostolus de rebus ad vitam hanc necessariis differit.

**¶**ITA vt nos confidēter dicamus, deus mihi adiutor est, & non timebo quid faciat mihi homo. Cum itaq; istiusmodi sit deus prefatus, certiora erunt omnino que lo quitur, is namq; vobis est prospecturus, si mala illata patienter tuleritis.

**¶**MEMENTOTE prepositorū vestrorum qui vobis locuti sunt verbum dei.

H.v.

Magnū caritatis viculū.

Cōnubi um nēdū adolese tūlis sed & etate p uectisho noti est.

Cōnubi um hono noratur.

¶ Vel Thessalonicenses salibus commonefacit, ut eos vel maximo in honore haberent, qui sibi essent erudiendis perfecti, & quemadmodum illi euangelium sibi predicando impartirentur, ita & ipsi hos alerent. Id enim pretenditur eum memorate inquit. Vel ut illos imitentur, quos habuisse prepositos suadet.

¶ **Q**VORVM intuentes exitum conuersationis, imitamini fidem. ¶ Hoc est enī xius contemplantes. Utq; & pictoris discipulus in exemplar aliquod sibi propositum oculorum & ingenii intendit aciem. Sic & vos sedulo exitum considerantes, id est eorum conuersatione & vite finē qui ad fidē vos instruit, qđ optimus sit futurus, imitamini illorum & fidem, a fide namq; integer viuendi modus emanat. Ne enim futuris bonis fidem hi prestitissent, & nil hesitantem, nunq̄ tam integre & sine culpa vixissent. Lenit preterea & istorum intolerantiam, vel forte dogmatum fidem indicat his imitandam. Subsequitur itaq;

Fidei virtus

¶ **I**ESVS Christus heri & hodie ipse idem permanebit in secula. ¶ Apparet ex his fuisse nonnullos qui Christi fidem iam deprauarent asserentes, alium quempiā esse nō Christum ipsum venturum; vel eum quem ad id tēporis Hebrei opperitur. Ait igitur Christū eundem esse heri id est preteritis seculis, & hodie id est in presenti, & in futura secula & infinita, nec alterum quempiam hunc preter asserit esse venturum. Abiicite ergo errores huiusmodi. Vel quemadmodum ille ductores vestros nunquā deseruit sed tutatus est maxime, sic & vobis op̄e est allaturus, est enim qui fuerat aetate semper, & presenti permanet, & in eternum est mansurus.

Doctrinae peregrinae quaedam

¶ **D**OCTRINIS variis & peregrinis nolite abduci. ¶ Variē tunc quidem videtur cū ab aliis itē atq; aliis afferuntur doctrinae. Peregrinae vero id est a dogmatis rectitudinē aliene. Potest namq; varia esse doctrina nec peregrina dici, eoq; nec probanda, cū vero variē fuerint, hoc est aliter atq; aliter ille ingeste, & peregrinae a veritate scilicet ipsa dimote, tunc sane erit magnopere ab ipsis cauēdum. Veritas siquidem & simplex est & in aliquod vnum intendit, abduci autem & circumferri, in leuioribus viurpatur quibusdam, que hac illac circumferuntur.

Iudaica ciborum observatio vitanda.

¶ **B**ONVM est enim gratia stabiliri cor non escis qui non proficiunt ambulanti bus in eis. ¶ Hec sunt profecto peregrinae ille doctrinae. Arguit autē qui iudaicam ciborum abstinentiam & obseruationem induxerant, estis enim vos inquiens gratia, hoc est fide stabilendi, reddendiq; certiores, nil esse profusum immundum, & perperam esse credenti oia. Est itaq; fides hec, nō escarū obseruatio, necessaria, qui enim a cibus precauerint id est qui in eiusmodi escarū obseruationē semper intendunt, perspicuū est nil hos profecisse, ut qui extra veros fidei terminos diuagentur, & legi inseruiant profusum inutiles, quid enim cōmodi ex ea obseruationē assequantur, quandoquidem adeo essent flagitiosi, ut nequirent sacrificiorum fieri participes.

¶ **H**ABEMVS altare de quo edere nō habent potestatem qui tabernaculo deseruiūt. ¶ Quoniam minus esse cibaria dixerat obseruanda, ne & nostra facile possent contemni, quia nihil huiusmodi caueant instituta. Et nos inquit obseruationem habemus haud tamen in esculentis hisce, sed in ara siue in hostia illa incruenta & corpore, vitam elargiēte. Huius itaq; nil penitus licet sacerdotibus legis participare, quam diu tabernaculo seruiūt, id est legis institutis & figuris iam dissolutis & superuacaneis redditis, nam istiusmodi aliquid cum in tabernaculo dicit pretendit.

¶ **Q**VORVM enim animalium inferitur sanguis pro peccato in sancta per pontificem, horum corpora cremantur extra castra ppter qđ & Iesus vt sanctificaret per suū sanguinem populum extra portam passus est. ¶ Arguit que apud iudeos pro veris creduntur, rerum esse figuras que ad fidem nostram hanc faciāt. Aitq; nullius fuisse

momenti hostias, quarum populus particeps fieri prohiberetur nostri sacrificii nec legis, participant pontifices ipsi. Nam vetus illud, nostrum hoc nouum prefigurabat. Et quemadmodum animalium sanguinem & que pro populi delictis offererentur, in sancta pontifex deferretur cadauera vero extra castra comburebantur. Sic Christus pro mundi peccatis peressus, sanguinem quidem suum vt pontifex detulit patri, corpus vero paribulo est pro castris & extra urbem insutum. Ait igitur, pontifices vestri qui immolationis huiusmodi memoriam faciunt, domini sanguine in sancta que apud nos sunt in aram tanquam in celum important, & idcirco legis pontificibus ipsis haudquaquam fas est ex hac hostia edere, vt qui alienigeni sint & mundi huius curam suscipiant. Nos vero & mundum contemnimus & hunc vt peregrini & aduene inhabitamus.

¶ **E**Xeamus igitur ad eam extra castra improperium eius portantes. ¶ Cum enim mortem sit Christus extra portam peressus concedamus & ipsi ad hunc extra castra, hoc est extra mundum improperium eius portantes, id est eadem illa que ipse sustinuit toleremus, Foris ille vt noxius quidam & latro, cruci affigitur, nec nos itaq; pudeat ex hoc mundo excedere & honores & gloriam que mundi sunt destituere, vel si ad ignominiam nobis id cedere videatur. Simul etiam hos adhortatur vt tolerantius ferant que ab ipsis ingeruntur Iudeis siue contumelias inferant, siue bona diripiant.

¶ **N**ON enim habemus hic manentē ciuitatē, sed futuram inquirimus. ¶ Quemadmodum sit extra portā & mundū hunc abeundū confirmat, non enim quemquā habemus in hoc mundo participem, quippe qui mansurus non sit. Erit itaq; nobis ex hoc, alio concedendum, & futura ciuitas: celum videlicet, conquirenda.

¶ **P**ER ipsum ergo offeramus hostiam laudis semper deo, id est fructum laborum contentium nomini eius. ¶ Per ipsum inquit, tanq̄ per carnem pontificem, offeramus laudis hostiam, deo patri, hoc est gratiarum actiones, agende namq; per nos sūt gratie patri, quia filium eius tradiderit vt nobis sanctimoniam largiretur. Hec autē eorum de causa intulit, qui infirmiores essent & imbecilli. Istiusmodi itaq; laudis hostia & actio gratiarum laborum est contentium fructus, id est eorum qui illius nomini contententur. Fit itaq; vt neq; istiusmodi immolationis liceat legis cuiquam participare pontifici, quippe qui nequeat pro Christi sanguine gratias reddere, nec ex illo sint sanctitate donati, quandoquidem in incredulitate perpetuo persistant. Aduerte autem vt ad dicendum has gratias deo, hos ipsos compellat vt nihil obmurmurēt prohibeatq; vel audax aliquod & temerarium verbum per impatientiam fundere.

¶ **B**eneficentiae autem & cōmunicationis nolite obliuisci. ¶ Vbi nam gentium sūt qui paupertatem excusant, & nil quidpiam aliis impartiuntur? Intelligent, vel summa inopia laborantibus & bonis omnibus exspoliatis. Paulum suadere ne aliis benefacere obliuiscantur, & elemosynam stipendij indigentibus tribuant.

¶ **T**ALIBVS enim hostiis promeretur deus. ¶ Gratiarū scilicet actionis & beneficentiae, constat enim eum qui gratus sit, & liberalem esse vt qui minus declinet conferre in alios bona quibus sit ipse affectus.

¶ **O**BEDITE prepositis vestris. ¶ Hoc loco de episcopis differit, nam cum prius eos sic inquit collaudasset, fideles & dignos quos imitentur & eis vt vite magistris intederet, obedite adiecit. Nū igitur omni erit principij obtemperandū? Ita quidē vel si nequior sit ille & improbus, modo ne fidem obturbet, vel hanc vt deserat cogat. In ceteris vero nequitiam exercenti parendum censuerim; ait namque quecumque

Sanguis animalium in sancta deferretur cadauera extra castra comburebantur.

Principij obtemperandum, sed si nequior sit ille & improbus, modo ne fidem obturbet.

dixerint vobis vt faciatis facite, secundum autem illorum opera nolite facere. Id ipsi & de his qui corruptiori sunt fide dixerat Paulus: cum illud intulit, doctrinis vobis & peregrinis nolite circumferri, Quid ita? qui prave duxerit vitam, & alios vt nequiter viuant hortabitur, pudore enim ostunditur, suorum scelerum magnitudine, vt qui sua occultare facinora quibus poterit modis nitatur, & latere exultat eius flagitia, si alios vt se imitentur induxerit. Fit itaq; vt qui in fide deliquit, & nequior sit, aliquid assidue moliatur quod afferat, vt fidem impugnet, idiplumq; deductum in medium, populo promulgabit, vt & ille eodem implicetur errore.

**¶ ET** subiacete eis. Cum enim subiacete & succumbite inquit, enixe maioribus obsequendum esse demonstrat & ad fidem nos instruendis.

**¶ IPSI** enim vigilant pro animabus vestris tanquam rationem reddituri. Intellegant qui aliorum sunt duces & ceteris presunt, quia quemadmodum necesse est, vt populus obsequentem se prebeat & presidibus ipsis morigerum, ita & sacerdotem oportet vt aliorum animas curet vel noctes ducat in somnes, vt populi saluti inuigilet, vt qui rationem sit pro populi facinoribus redditurus.

**¶ VT** cum gaudio hoc faciat, & non gemeret, hoc enim non expedit vobis. Si prepositis inquit succubueritis, & his gesseritis morem, leuabitur quidem id oneris quod cumq; ex vestri cura suscepta, hos premit, quippe qui ex vestra hac facili obsequentia, hilariores reddentur. Sin vero contumaces vos presteritis, et si vobis inuigilare nihil desistant, nec contumaciam hanc vestram castigant, ingemiscendo tamen ad deum dolendoq; in vos proclamabunt, quod sane vestre salutis minus conduxerit. Adverte autem quemadmodum haudquaquam aliter sinat qui aliis presunt, nisi per lacrymas subditorum in se uelifici iniurias, quippe quorum lenitatem & tolerantiam vult culpa vacare. At discipulis ipsis p̄tinax illa & incastigata inobediencia maiore supplicii pyram succendit, vt qui seueriorem in se concitent iudicem, deum videlicet qui acerbiore est supplicia illaturus. Quocirca haudquaquam illud est egre ferendum quod discipulorum contumacia gemitum afferat preceptoribus, & in contemptum his cedat. Sed verendum id potius erit & deplorandum, quia deo traduntur hi iudicandi, penas demum acerrimas luituri.

**¶ ORATE** pro nobis, confidimus enim, quia bonam conscientiam habemus in omnibus. Cum ex iudeis fidelibus pleriq; Paulum obtrecent, quia destitendam esse pristinam legem doceret, eo hunc & inuisum habebant nonnulli, cuius odii gratia, nec eius nomen Apostolus initio Epistole huius adiecerat, presertim cum contemptum haberet hos ipsos, nec auditu quidem eius nomen laturos. Excusans itaque & quasi odium purgans. Primum illos precatur, pro se orent, quod utiq; & ipsi solemus & beneuolis & fide coniunctis deprecere. Deinde arguit se esse infontem, nec quidpiam deliquisse. In omnibus vero, hoc est non solum in gentibus ipsis, sed aliis vniuersis. Ait preterea conscientiam se bonam habere, hoc est puram & nitidam, nec se conscium esse prauis his quidpiam consuluisse, nec malum aliquod attulisse, vel hos improbasse.

**¶ BENEVOLENTES** conuersari. Hoc est neminem studentes offendere nec dissensionum causas ferere. Nam et si illud asseuerauerim superuacaneam esse redditam legem, non vt legi in sensu id dixi, sed legis potius induco nunc plenitudinem, & que illa prefigurasset, finem esse in Christo adeptam. Quis ergo quod a lege defecerim me iure potest culpate, vel cur non potius beneficis dicor, qui vos ad perfectionem traudo, & ab umbraticis illis legis figuris, abegerim.

Hereticoru  
versuta.

Que sit  
prelatis  
habenda  
cura.

Prelati  
non nisi la  
chrymis  
suas vlcif  
catur iuu  
rias.

**¶ Amplius** autem deprecor vos hoc facere, vt q̄ celerius restituatur vobis. Id sane dictum, vehementiorem quamdam prefert apostoli in hos caritatem, q̄ ita velit pro se illos ardentem orare, & omni studio preces fundere, vt oculus liceat sese illis restituere, adireq; & cum hisdem versari. Simul etiam arguit confusum se conscientie, percipere hos conuenire, quod utiq; haudquaquam optaret, si cuiuspiam sibi esset conscius mali.

**¶ DEVS** autem pacis. Cum prius ab his pressus efflagitasset, & honorẽ his ipsis, vel ex hoc detulisset, oratur & ipse p̄ his deprecari p̄inde ac si dicat. Cum enim constet deũ habeat pacis vos auctorem nequaquam vos decet inimicitias ex tenui auditione conceptas in me exercere.

**¶ QUI** eduxit de mortuis pastorem magnum ouium. De resurrectione factum apud hos olim confirmat sermonem ex Esaiã propheta dicendi modum hunc sumens. Magnum autem dixit quia & esse alios constet inferiores siquidem fuerint instructores pleriq; vnus tamen preceptor sit & magister Christus.

**¶ IN** sanguine testamenti eterni dominum nostrum iesum christum. Hoc est ex mortuis hunc excitauit, qui mortem obiuit, & eius sanguinem sudit, vt nobis traderet testamentum, non dissolutum aliquod & inane, quale legis est factum, sed sempiternum futurum. Vel suscitauit eum a mortuis & in sanguine testamenti eterni, id est illo iam resurgente, eius nobis in testamentum datus est sanguis.

**¶ CAPTET** vos in omni opere bono. Ostendit autem & si bona sint opera iam ipsi adorti, in his tamen vt perfectione adipiscatur necessarium esse quod quidem vt assequantur his compreatur. Aduerte quemadmodum nobis necesse sit vt demus ipsi rebus initium, a deo deinceps & finem ceptis his deprecamus.

**¶ VT** faciatis eius voluntatem. Qui enim in omni opere bono perfectus deprecatur, is sane dei exequitur voluntatem.

**¶ FACIENS** in vobis qd̄ placeat coram se per Iesum xpm. Fit itaq; vt cum aliquid ipsi quod rectius sit operemur, deus in nobis id peragat, per christum Iesum id est mediatore & cooperatore hoc vsus. Nec mirum qd̄, si is qui ab initio nobis est operatus salutem, in actione ipsa virtutum mediator efficitur, & patris exequitur voluntatem, collatis nobis, vt que recta sunt peragamus, & viribus. Cum vero qd̄ placeat inquit, & se coram, statim adiecit, tunc enim haud dubie illis placemus, cum in dei conspectu boni videmur, non hominum. Quod & Dauid testatur sic dicens scdm puritatem manuum mearum in conspectu oculorum eius, & Esaiã, auferre iniquitatem ab oculis meis.

**¶ Rogo** autem vos fratres vt sufferatis verbum consolatiois. Vides qd̄ nulli ante hac scripserat Paulus in presertim his scribere. Nec admonitiois dicit, sermonem, sed consolatiois verbum id est exhortatiois ad tolerantiam quippe quod oppressos & malis pleriq; affectos alloqueretur.

**¶ ET ENIM** per paucis scripsi vobis. Et si copiosius scripsit per paucis tamen & breuibus absoluisse se dicit epistolam, quia longe plura dicere concupiscet. Peride ac si dicat, & si collapsi animo estis ferte tamen adhortantem me tolerantius. nec enim quis poterit & si prolixior hec forte videatur oratio dicta mea hec refutare, qd̄ illis videmus contingere, qui moras nequeunt pati & longiorem orationem fastidiunt.

**¶ COGNOSCI TE** fratrem nostrum timotheum dimissum. Eo Paulus his prefert timotheum, quia hunc nihil odissent. Dimissum autem dicit, vel quia in carcerem fuerat coniectus, & inde iam liberatus, vel quia ex Athenis vbi antea fuerat dimissus est.

**¶ CVM** quo si celerius venerit videbo vos. Vel id quidem sat esse videtur ad illorum sedanda in Paulum odia si quidem proprior sit cum discipulo sese ad eos conferre. Forte etiam fieri id poterat, vt ab vrbe iudeam concederet cum constet hunc fuisse dimissum, vbi primus fuit a Nerone comprehensus, quemadmodum in Epistole huius exordio diximus.

Deo qm  
placem?

AD HEBREOS!

**SALVTARE** omnes prepositos vestros & omnes sanctos. \* Vide quāto hoc prosequatur honore, cum per illos & prepositis ipsis, & ceteris omnibus impartitur salutem. Fuisse enim decetius, vt scriptis ad preceptores Epistolis horum interuen- tu reliquos appellaret, hic tamē vir prudentissim⁹, vt infirmiores hos & lenit & curat.

**SALVTANT** vos de Italia fratres. \* A deo vos inquit caritate complector, vt non solum ipse saluere vos iubeam, sed alios etiam induxerim ex Italia fratres & ex tanta locorum interapedine vos ipsos vt colant obseruentq; & salutē impartiantur.

**GRATIA** cū oibus vobis amē. \* Cū itaq; cōmunis sit huiusmodi gratia cōmu- niter etiā tā presidētib⁹ q̄ subiectis Paulus hāc cōprecatur. Gratia autē cū peccato- rū dicit remissionē, tū animi puritatē, tū ipsā Spiritus sancti participationē. Verum quo pacto vobiscū est hec permāfura, nimirū si nulli iniuriā intuleritis, si dignā hac gratia ducetis & vitā, Tādū eni hec apud nos gratia manet, q̄dū operib⁹ bonis scū bīm⁹ euolat aut statū & procul abscedit vbi ei⁹ instituta & leges, male viuēdo delerim⁹ qui nobis hāc cōtulit. Velim itaq; vos istiusmodi gratia vitā ducere nō indignā, nec ad illius iniuriā viuere, qui nos tot bonis donarit qui in recta potius operādo eūdem collaudare, vt pateat tādem ex nr̄is optimis actiōib⁹ & illatorū malorū inos tolerātia nō i ingratos hunc gratiā hāc cōtulisse. Amen.

Gratia multis modis accipitur apud Paulum.

FINIS!

Beraldus Lectori!



Commentaria hęc in Pauli Epistolas, quę aliquot sã annos sub Atha- nasilii nomie ac titulo sunt circumlata, quidam Theophylacto, quę iam Vulgarium nonnulli, quidam Bulgariū a patria, aut dicecisi cui præfuerit nominant, vendicat & asserunt. Nec dubito quin opti- mis rationibus moueantur, potissimum qui gr̄ca legerunt. Porro quum hęc nuper doctissimi ac multis nominibus obseruandi pa- tris Michaelis Bodeti Episcopi Lingonensis iussu domesticis & studiis & curis oc- cupati recognosceremus, inter alia nonnulla id etiam animaduertimus, in eis non se mel citari Basilium, quem Athanasio posteriorem fuisse ex Eusebio & Hieronymo facile est colligere. Cuius rei visum est Lectorem commonefacere, ne quis nos altum dormiisse, aut historię temporum parū peritos esse putaret. Vnum hoc latē constat in his commentariis pia esse omnia & orthodoxa, lōgeq; ab iis dissidētia, quę Theo- logorum vulgus cotidie magno supercilio indoctę plebis auribus inculcat. Vbi que enim Apostolicum peccus non modo explicat operis huius author, sed etiam refert, sapit, ac spirat. Id quod quam paucis merito tribuendum sit, facile intelliget, qui noui- tios Theologos antiquis illis cum Latinis, tum Gr̄cis composuerit. Vale.

IMPRIMEBANTVR RVRSVM LVTECIAE  
DIVINA HAEC IN PAVLVM COM  
MENTARIA IMPENDIO AC  
AERE IOANNIS PARVI  
ANNO AB ORBE RE  
DEMPTO. M. D. XX.  
QVINTO CA  
LENDAS  
IUNIAS.

ATHANASII ALEXANDRINI EPISCOPI CONTRA  
Gentiles Liber primus, per Ambrosiū monachū e græco in latinū versus.

ERæ, ac diuinæ religionis, pietatisq; cognitio non tam humano ministerio indiget, q̄ ex seipsa hauritur, & discitur. Quippe, quæ quotidie operibus clamat, ac per doctrinam Christi sese clariorem se ostendit oculis. Eius tamen ardore flagranti tibi, atq; de ea audire cupienti, pauca, pro modo ingenii nostri exponere institui, Macari charissime. Qui cum hanc ex diuinis libris, & literis, affatim haurire posses, laudabili tamen discendi studio, docentes alios audire maluisti. Sufficiunt quidē sanctæ, ac diuinitus inspiratę scripturę ad omnem instructionem veritatis. Sunt preterea sanctorum patrum, magistrorūq; nostrorum plurima ad eorum intelligentiam conscripta monumenta, quę si quis studiose perleget, & scripturarum addiscet interpretationem, & eam quam cupit veritatis notionem consequetur. Verum quia hæc illorū opera ad manus modo nō sunt, necesse est quę ab illis de fidei, ac religionis nostrę veritate didicimus, ea tibi insinuare pro viribus. Ne quis dogma nostrum vile, aut contemnendum arbitretur, neu irrationabilem existimet in Christum fidem, vt faciunt gentiles, qui detrahendo veritati nos carpere, atq; irridere non desinunt, nihil aliud obiciētes, q̄ Crucem Christi. Qua ex re miserandam merito quispiam illorum censet amentiam, q̄ cum vituperent crucem, non vident eius virtutem orbem implere vniuersum, ac per ipsam Dei noticiam, diuinę opera omnibus innotuisse. Nūquam enim profecto irridere ausi essent adeo diuinam rem, si ipsius deitati conspicuę animū digne intendissent, verum agnoscerent, & ipsi hunc esse saluatorem omnium, qui cruci fuerit affixus; crucēq; ipsam non labem humano generi, sed remediū, salutemq; contulisse. Nam si per Crucem sublato iam idolorum cultu, omnis demum conqueuit error, solusq; adoratur Christus, ac per ipsum pater agnoscitur, Si aduersarii contraire presumentes confunduntur, iisq; contradicentium in dies animas inuisibili potestate conuertit, ac suę fidei subicit. Qua tandem ratione suspicari iam possunt humanum hoc esse opus, & non potius fatemur eum esse Dei verbum, redemptoremq; omnium, qui subierit crucem? Idem vero pati mihi videntur, ac si quis solem vituperet, cum nube tegitur, eiusq; admiretur lumen, omnem ab ea creaturam illustrari cernens. Nam sicuti pulchra lux est, multo tamen pulchrior qui hęc humano generi indulget sol, Ita cum sit eximium, & diuinum scientia Dei repletum esse orbem vniuersum, necesse est auctorem, ac duce[m] tanti operis Deum, ac Dei verbum intelligi, & dici. Aggredimur itaq; facultate qua possumus, imperitiam infidelium primo arguentes, vt depræhensio mendacio, veritas iam per seipsam elucescat, bonoq; sis animo O Homo te veritati credidisse, Christumq; cognoscendo non esse seductam. Arbitror autem esse conuenientissimum tibi Christi sectatori de Christo differere. Quippe huius agnitione, ac fide nihil esse tibi clarius, nihil gratius mihi ipse persuadeo. Principio quidem non erat malum, Nam ne nunc quidem in sanctis est, neq; iuxta eos omnino subsistet. Ceterum hoc postmodum homines excogitare coeperunt, Atq; in seipsis exculpere, vnde & simulachra sibi finxere, quæ non sūt esse arbitantes, Namq; vniuersitatis conditor, & rex omnium Deus, qui omnem substantiam, omnemq; excedit humanam cogitationem, quippe bonus, ac summe bonus, per verbum suum saluatorem nostrum Iesum Christum humanum genus ad su-

Christus  
hūani ge-  
neris la-  
bem sua  
cruce re-  
parauit.

Hūanū  
genus ad  
sui filitū  
dinē de-  
creauit.



am imaginem condidit, rerumque omnium spectatorem, ac peritum / per eam, quia illi  
lum honorauerat, sui similitudinem fecit, indulta illi etiam eternitatis suae intelligenti-  
tia, atque notione, ut honorem sibi prestitum seruans, neque a deivnq̄ cogitatione desiste-  
ret, neque sanctorum vita / contubernioque resiliiret. Sed fretus donatoris sui gratia, sua-  
que ipsius, quam per verbum patris acceperat, virtute subnixus / exultaret iugiter, deo quae  
familiariter fruere. Viuens foelicem vere, & beatam / atque immortalem vitam. Cui enim  
nullo a dei cognitione, & speculatione praepediatur obstaculo, contemplatur quidem semper  
per singulari mundicia imaginem patris / Dei verbum, ad cuius etiam imaginem factus  
est, obstupescitque vehementer animaduertens ineffabilem ipsius erga humanum ge-  
nus prouidentiam sensibilibus omnibus, omni-que corporali imagine superior factus,  
coelestibusque, & diuinis / atque intelligibilibus / animi virtute coniunctus. Humanus quippe  
pe animus quando corporibus nulla familiaritate coniungitur / nihilque extrinsecus ha-  
bet concupiscentiae carnalis admixtum, sed totum secum / vt ab initio conditus est, & i  
se habitat, tunc sensibilia, & mortalia cuncta transcendens, in auras vere libertatis euas-  
dit, & verbum intuens in eo etiam ipsius patrem videt. Atque hac ipsius contemplatione  
foelix / per ineffabilem ad ipsum affectum renouatur. Quemadmodum & pri-  
mum hominem / qui etiam iuxta hebraeorum linguam / Adam appellatus est, tradunt  
sacrae litterae ab initio mentem singulari confidentia intentam in Deum habuisse, &  
cum sanctis spiritibus in illa intelligibilium speculatione fuisse commoratum in loco  
illo, quem & sanctus Moyses figuratiter paradysum appellauit. Sufficit quippe mun-  
dicia animi etiam Deum per seipsam speculari. Sicut & dominus ait. Beati mundo  
corde / quoniam ipsi Deum videbunt. Sicut igitur, vt dictum est / humanum genus  
creator instituit, & permanere voluit. Porro homines / contemptis potioribus / atque ad  
ea percipienda per locordiam non assurgentes / viciniora sibi quiesierunt. Eiusmodi au-  
tem erant corpus / & corporis sensus. Vnde & aduerso ab intelligibilibus, ac spiritalibus  
animo / seipsos amare coeperunt, & corpori, ac sensibus dediti, atque in his / veluti in sua  
sede locati in sui concupiscentiam corruerunt / corporalia diuiniae contemplationi praef-  
erentes. His autem inuerti, atque viciniora deserere nolentes, animam suam volupta-  
tibus carnis concluderunt, agitatam concupiscentiis omnibus / atque turbatam. Indul-  
ti-que sibi a Deo honoris penitus obliti sunt. Hoc autem etiam ex eo qui primo forma-  
tus est homine verum licet aduertere, sicut sacra de illo tradit historia. Et ille enim quippe  
diu animum in Deum, & eius contemplationem intentum habuit, auersatus est cor-  
poris speciem. Vbi vero serpentis consilio amoto a Dei cogitatione animo, seipsum  
coepit inspicere, tunc iam etiam in concupiscentiam corporis corruit. Et cognouerunt  
inquit, quia nudi essent, & cognoscentes erubuerunt. Non autem se nudos agnouis-  
sent, nisi diuinarum rerum speculatione nudati, mentem ad ea quae sunt aduersa tra-  
stulissent. Recedentes enim ab vnico, & veri Dei consideratione / affectuque in illum  
vnico, in varias iam / & particulares corporis concupiscentias prolapsi sunt, deinde, vt  
solet fieri, cum in multa incidissent desideria, in eorum iam habitum sensim transie-  
re / adeo, vt deserere ipsa metuerent. Hinc iam & formidines, & metus, & voluptates,  
in animam irrepserunt, mortaliaque sapere incepit. Nolens enim concupiscentias relin-  
quere, mortem metuit, ac separationem corporis horruit. Rursus eadem cupiens,  
vt voti compos fieret, cedens exercere, atque iura violare didicit. Quo autem modo, &  
ista faciat rationabile videtur pro modo virium nostrarum explicare. Abutens igitur  
in foelix anima corporalibus particulatim actionibus, corporisque oblectata specie, ac  
voluptatem bonum suum esse arbitrans, falsa / ac seducta honesto nomine abusa est.

Hūanā  
mētis in-  
Deū ere-  
ctā vis  
magna.

Adā per  
specula-  
tionē cū  
angelis  
ī paradī-  
so cōmo-  
ratus.

Ipsūque verum bonum voluptatem esse putauit. Veluti si quis mente captus gladi-  
um contra quosque obuios expetat, idque sanę mentis iudicium putet. Voluptatis igitur  
amore detenta, variis hanc modis operari coepit. Cum enim sit per naturam mobi-  
lis, & si honesta sponte sua refugit / non tamen a motu quieuit. Mouetur itaque non  
iam quidem ad virtutem, neque ad videndum Deum. Sed quae non sunt versans, vi-  
res suas peruertit, abutens his ad eas, quas excogitauit concupiscentias carnis. Est quippe  
pe condita libera, potestque bona, vt eligere, ita & auerfari. Cum igitur quod bonum  
est refugit, necessario contraria cogitat. Quiescere enim a motu omnino non preua-  
let, cum sit, vt dixi, naturaliter mobilis. Agnoscens vero arbitrii sui libertatem con-  
spicit, se posse in vtramque partem membrīs corporis vti, siue ad ea quae sunt, siue ad  
ea quae non sunt. Sunt quippe bona. Non sunt autem mala. Esse quidem bona id-  
circo dixerim, quia ex Deo, qui vere est / exempla ducunt. Non esse autem mala, quo-  
niam in aduentionibus hominum / cum non essent effecta, noscuntur, Nam cum o-  
culi idcirco dati sint corpori, vt per eos intueamur creaturam, ac per huiusmodi mira-  
bilem harmoniam agnoscamus opificem. Auresque itidem, vt eloquia diuina, & Dei  
leges audiamus. Manus item, vt eas ad necessaria quaeque moueamus, & in creatione  
supplices tendamus ad dominum. Anima relicta bonorum speculatione, & agilitate  
ad ea motus sui / ad illa iam, quae sunt contraria / mouetur errans. Deinde vires suas  
iungens, vt dixi, & eis male vtens, animaduertit se etiam ad contraria quaeque mouere  
posse corporis membra. Atque ideo oculum ad videndam creaturam sibi indultum,  
ad concupiscendum magis aperuit, ostendens se istud etiam posse, arbitransque si tan-  
tum moueatur, suam se seruare dignitatem, nec peccare, si quod preualet faciat. Igno-  
rans se non vt moueatur simpliciter condita, sed vt ad ea quae oportet / moueatur. Quo  
circa apostolica quoque nos admonet vox. Omnia licent, sed non omnia expediunt.  
At vero hominum ignaua temeritas non quid expediat, aut deceat, sed solum quod  
possit inspicere contra quā iussa fuerat agere omnia coepit, motuque contrario / ma-  
nus armauit ad cedem, aures ad inobedientiam transfudit, & membra procreandis le-  
gitime liberis accommodata, perpetrare adulteria docuit, ac linguam ad benedicen-  
dum, & laudes Deo referendas, conditam, blasphemias, maledictis / ac periuris pollui-  
it. Manusque rursus ad furandū, ac sui similes homines cedendum, atque olfactum qui-  
dem ad percipiendam amatorii odoris variam suauitatem, pedes vero ad effundēdi  
sanguinis celeritatem, & vētrem ad ebrietatem / saturitatemque inexplebilem mouit.  
Quae profecto omnia animae vitium, atque peccatum sunt. Huiusmodi vero malo-  
rum causa / sola est bonorum auersio. Sicut enim auriga in stadio conscensus equis, si  
contemnat impellere ad destinatum locum, passimque praecipites quacumque valet /  
agat equos, Potest autem quocūque velit, ac sepe in obuios quosque impetum faciat  
sepe item per praecipitia impellat, agaturque quo se currentium equorum pernitas  
tulerit, atque sic currens arbitretur se non excidisse destinatione proposita, solū quippe  
pe aspicit cursum, nec videt quae longe a destinato loco temerarius se tulerit impetus. Ita  
& anima auersata viam / quae ad Deum ducit, & membra corporis ad ea, quae non de-  
cet impellens, immo ipsa quoque cum subiectis membris impulsā peccat, malūque  
sibi ipsa effingit, non intuens quantum a via aberrauerit, & extra veritatis destinatio-  
nem se deuis error abstulit. Ad quam beatus Paulus / qui Christum circumferebat,  
iugiter aspiciens dixit. Secundum destinationem persequor ad palmam supernae vo-  
cationis Christi Iesu, Bonum igitur aspiciens sanctus, ac iuxta id currens malum nū-  
quā faciebat. Ceterum gentiles quidam de via oberrantes, & Christum dominum non

Mēs oī-  
b9 libera  
creata fu-  
it, vt bo-  
nū sibi, si-  
ue malū  
eligeret.  
Oclī cor-  
porēi da-  
ti sūt nō  
ad terre-  
nā cōcu-  
piscentiā  
sed pot9  
ad oīm re-  
rū opifi-  
cē specu-  
lanam.

Mortalī-  
um teme-  
ritas non  
quae sibi cō-  
gruit, sed  
pot9 quae  
cōtrariū  
ē: frequē-  
ter eligit.

agnoscentes, malum subsistere, ac seorsum substantiam esse definiunt per duo ista peccantes, siue quod auctorem omnium quæ sunt, Deum esse negant. Neque enim esset rerum dominus. Siquidem secundum illos malum haberet, per se substantiam, & essentiam suam. Siue rursus creatorem illum omnium esse contentes, necessario mali quoque auctorem fatebuntur. Cum inter omnia, vt ipsi autumant, malum etiam sit. At istud quidem indignum simul, atq; impossibile, nemo est qui ambiget. Neq; enim ex bono malum, neq; in eo est, neq; per seipsum omnino subsistit. Alio, qui bonum non esset, siue permixtam haberet contrariam naturam, vel causa esset mali. Porro heretici, qui ab ecclesiastica doctrina exciderunt, ac circa fidem naufragii fecerunt, & ipsi mali substantiam esse desipiunt. Fingentes sibi præter verum Christi patrem, Deum alterum, & ipsum ingentem auctorem mali, & maliciæ principem. Qui etiam creaturæ conditor sit. Verum hos facile, & ex diuinis literis, & ex ipsa humana ratione reuincere possumus, ex qua ista per summam insaniam finxerit. Dominus enim, & saluator noster Christus Iesus in suis euangelis Moyse verba confutans ait. Dominus deus vnus est. & Confitebor tibi domine pater cæli, & terræ. Si autem vnus est Deus, isq; cæli, ac terræ dominus, quomodo præter hunc Deum alius est? Vbi autem erit, qui ab illis fingitur Deus, cum vnus ille, & verus omnia impleat, quæ cæli, terræq; nomine comprehenduntur? Quo item pacto erit alius eorum conditor, quorum iuxta Saluatoris vocem Deus ipse, & Christi pater est dominus? Nisi forte equalitate boni Dei creaturarum, malum quoque potuisse fieri dominum dicant. Sed si hoc dixerint, vide in quanam impietatis prærupta decidunt. Nempe inter eos quibus ea qua potestas est, maius aliquid, aut excellentius quo alterutrum superent non inuenitur. Nam si nolente altero, alterum est, æqua amborum virtus, & infirmitas est. Virtus quidem, quæ alterius, vt sit vterq; superat voluntatem. Infirmitas vero, quæ nolentibus eis, ac præter voluntatem, vtriusque contingunt exitus rerum. Est enim & bonus præter voluntatem mali, & malus itidem præter sententiam boni. Et hoc præterea dicere ad illos possumus. Si quæ videtur opera, mali sunt dei creaturæ, boni quænam opus est? Apparet quippe nihil præter solam conditoris creaturam. Quænam vero erit essentie boni Dei documentum, si non sint eius opa, per quæ possit agnosci? Ex opibus enim opifex noscitur. Quo autem modo erunt duo contraria iuicem, aut quid hæc dirimit, vt seorsum ad inuicem sint? Esse enim vtriusque simul possibile non est, quæ se mutuo perimant. Nec alterum quidem esse in altero potest, quæ impermixta, ac dissimilis sit vtriusque natura. Tertium igitur quædam apparebit, quæ eos diuidat, & ipse deus. Sed cuius id nature sit, boni, an mali, incertum relinquitur. Nam amborum illud esse possibile non est. Falsa ergo illorum deprehensa sententia. Veritas iam necessario sententia ecclesiasticæ per se eluceat. Malum, siue neq; a deo, neq; in deo, neq; ab initio fuisse, ne illa quidem ipsius mali esse substantiam. Sed homines per priuationem boni sibi, quæ non sunt, & quæ volunt coepisse contingere. Sicut enim, qui sole rutilante, cunctaq; radio suæ lucis implere, clausis oculis tenebras fingit, iamque velut in tenebris oberrans, ambulat, & sepius cadit, ac per precipitia incedit, non lucem esse, sed tenebras extimans, nihilque penitus videns, & se intueri videatur. Ita & anima humana, obscurato per quem Deum cernere poterat oculis, sibi ipsi excogitauit mala, quibus dum assiduo motu inuertatur aliquid se facere existimans, nihil se agere non videt. Ea quippe sibi fingit, quæ non sunt, neque talis permanet, qualis condita est, sed qualem se ipsa vitare perrexit. Creatura enim est, vt videret Deum, atque ab ipso illustraretur. Ipsa vero pro Deo mortalia quesit, & tenebras. Sicuti & spiritus sanctus in scripturis ait, Deus hominem fecit rectum.

Ex opibus  
noscitur  
opifex

Ipsi vero quesierunt cogitationes plurimas. Maliciæ ergo inuentio, & excogitatio huiusmodi hominibus: ita initio contigit, effictaq; est. Quoniam vero pacto in idolorum insaniam delapsi sint, iam necessario dicendum, vt sciat homo inuenta nequitia, non a bono, sed a malo sumpsisse principium. Quod autem pessimo initio nititur, in nullo vnquam celestis poterit bonum, cum sit penitus malum. Itaque non contenta inuentione mali infelix anima coepit paulatim se in deteriora porrigere. Nam cum didicisset voluptatum differentias, deique sensum obliuionem induisset, corporis voluptatibus affecta suauiter, solaque presentia, & temporalem gloriam intuens, nihil ultra ea quæ obtutibus subiacent esse putauit temporalia solum, & corporalia bona sua esse decernens. Sic autem auersa, & oblita, se ad boni dei imaginem conditam, non iam per insitam sibi vim Deum verbum, per quod facta est, cernit. Sed extra se posita, quæ non sunt cogitatione confingit. Obducto enim quod in ipsa erat, vt ita dixerim, speculo per quod solum poterit cernere prisam imaginem, corporaliumque voluptatum illecebris obsito, non iam videt, quæ intelligere oportet aiam sed passim huc, illucque circumfertur, eaque sola intuetur, quæ hauserit sensibus. Et eorum opinione turbata, iam quem in mente oblita fuerat Deum, hinc in rebus corporalibus, ac sensibilibus, fingit his, quæ sub aspectum cadunt, Dei tribuens nomen. Eaque sola glorificans, quæ ipsa vult, quorumque suaui delinitur aspectu. Precedit igitur idolatriæ causa malum. Cum enim didicissent homines malum, quod non erat, sibi ipsis effingere, eos itidem, qui non erant deos sibi finxerunt. Ac veluti si quis profundo gurgite mergatur, non iam aspiciat lucem, neque ea, quæ cernuntur in lumine, quæ eius oculi inferiora tantum mirentur, & aquarum illivis immineat desuper, sola vero quæ in profundo sunt sentiens, præter illa nihil esse arbitretur. Ipsaque sibi conspicua dominari omnibus putet. Ita & prisici illi, ac stolidi homines carnalibus concupiscentiis, imaginibusque submersi, & obliti, vera de Deo cogitare, atque opinari cæca cogitatione, & irrationabili furore visibilia quæque diuinis honoribus profecuti sunt, creaturam potius glorificantes quam creatorem, atque opera magis, quam ipsorum auctorem, opificemque Deum venerantes. Sicut autem vt a propolita similitudine non recedamus, hi, qui profundo merguntur, quanto ad inferiora descendunt, tanto vastiores, profundioresque tenebras offendunt, ita & mortalium genus. Non enim simplici idolatriæ contenti in eis persistenterunt, a quibus inchoauerant, sed quo magis prioribus immorabantur, eo vaniores sibi superstitiones adueniebant, neque prioribus exsatiati in alia rursus incidebant mala, in his quæ sunt turpissima proficicentes, impietateque suam in vteriora propagantes. Hoc autem & scriptura diuina testatur, quæ dicit, Cum venerit impius in profundum malorum, contemnit. Mox enim vt humanus animus a Deo exiit, delapsi intelligentis certis, & notionibus homines, primum cælo, soli, & lunæ, atque sideribus diuinis honores tribuerunt, illos non solum deos arbitantes, virum & subsequetium auctores esse autumantes. Inde obscuris cogitationibus ad inferiora, deuoluti, ethera, & aerem, & quæ sunt in aere deos appellarunt, atque in maliciâ proficicentes elemeta quoque, & initia corporalis substantiæ, cauidam scilicet, frigidam, aridam, humidamque substantiam deos laudauerunt. Vt autem, qui omnino ruerunt, in morem terrestris cochleæ, circa humum reptant, ita & pessimi, ipsiusque mique mortaliū cum cecidisset, a dei cogitatione, ac notionem delapsi iam homines quoque hominum figuras partim viuentium adhuc, partim etiam vita extinctorum, vt deos coluerunt. Tunc vero deteriore consilio, atque cogitatu iam ad lapides usque, & ligna, & reptantia, aquatilia, atque terrestria, irrationabiliaque, ac feras animantes, diuinam, & sacratissimam Dei appellationem transfulerunt, omnem illis honorem diuinitatis deferentes, Deumque verum, cuius eterna substantia est, præter Christi auersantes, atque vt haec tenentur amētū audacia pro-

Nequitia a  
malo sumpsit  
originem.

Anima volu-  
ptatibus  
illecebris  
que ad-  
herens  
non videt  
que nec  
re non  
oportet.

ATHANASIUS!

gressa esset, neq; vltra impietati suae adiecissent. Vtq; adeo enim pleriq; mente corrupti sunt, atq; aio itatum obcecati sunt, vt ea etiā, quae nulla oīno ratiōe erāt, neq; inter creaturas apparebāt, sibi excogitarēt, ac facerēt deos. Quippe ratiōe p̄dicta irrationabīlī miscētes, ac per naturam dīssimilia iungētes, quali deos venerāt. Eiusmodi sūt ap̄d egyptios Cynocephali, & Ophiocephali, & Onocephali, atq; apud libicos, Criccephalus Ammon. Alii rurſ⁹ corporis partes, caput, humerum, manum, pedēq; leorium diuidētes, singula i deos retulerunt, atq; vt deos coluerunt, quasi non illis satis esset ex tētro, ac toto corpore habere culturam. Alii itidē maiore impietatis furore causam ap̄ deo nephariā inuētioniſ/ maliciāq; suae voluptatē/ & cōcupiscētiam fecere deos, atq; venerati sunt. Cuiusmodi est apud illos amor, & quae paphi colitur venus. Alii quali deterioribus ex industria studētēs, aulī sunt principes suos, atq; illorum liberos in deos referre. Siue pro honore principatus, siue pro tyrānidis metu, sicuti cretenſis ap̄d illos opinatissimus Iupiter, & apud archadas Mercurius, indolēq; Liber pater, egyptios itēm Isis, & Osiris, atq; Orus, recentiorisq; memoriē Antinous Hadriani Romanorum regis delicatus puer. Quem licet hominem nouerit, & hominem minime pudicum, metu tamen imperātis colunt. Nam cum Hadrianus in egyptum aliqui venisset, illiē vita fūclū suae voluptatis ministrū colī Antinoū iussit. Qua ex re, licet post mortem quoq; adamasse puerum dephēdatur, certissimum tamē contra se, atq; aduersus omnem idolatriā argumētum, ac documētum dedit, q̄ hec apud mortales haudquaquam aliter coeperit, inuentaq; sit, q̄ per concupiscētiam/ impatiētiaq; fingētium, sicut & sapientia Dei protestatur, dicens. Inītiū fornicationis idolorum inuētio. Neq; sane aliquid est, cur admireris, aut fidem excedere, quod dicimus putes, quādoquidē & non multo ante/ immo nunc vsque Romanorum senatus quotquot illis ab inītiū fuerunt reges, siue omnes, siue quos ip̄i voluerint, atque decreuerint, intra decurum namerum celerī autumāt, atque deos consecrant. Quos enim oderunt eos, vt hostes per naturam confitentur, atque homines vocant. Quos autem in desideriiis habēt, hos prohibitis, ac virtutis grā, religioſe colī iubēt, quasi in illorū arbitrio, ac p̄tate sit deos quos volunt facere, ac de cōsilio deorum deturbare quos volunt; cum ip̄i homines sint, mortalesque esse nemo ambigat. Atque oportebat, vt qui deos facerēt, ip̄i in primis dii essent, ac diuinitate p̄staret. Q̄d enim facit/ eo q̄ ab illo sit excellenti⁹ sit necesse est, & qui iudicat, ei qui iudicatur necesse imperat, & qui dat, omnino q̄d habet largitur. Sic denique rex omnis q̄d sui iuris est p̄stat, accipientibusque p̄stator/ & maior est. Si igitur quos volunt ip̄i, eos deos esse decernunt, opep̄cium erat, & ip̄os primum deos ec. Sed mirabili p̄fecto modo ip̄i cum moriantur, vt homines fallacem fuisse sententiā suam de iis/ quos deos fecerant, arguunt. Porro hic mos, neque nouus est, neque a Romano senatu inītiū coepit. Sed porro añ p̄cesserat, excogitatū que fuerat ad inueniendū simulacrorum cultū. Nam qui dudum ap̄d gētilēs p̄ diis habitū p̄cipue sunt Iupiter scilicet Neptun⁹, Apollo, Vulcan⁹, atque Mercurius, & ex sexu foemineo. Iuno, Ceres, Minerua, Diana, Theſei illius, cuius in historiis gētilium frequēs mentio fit, decretis, vt dii dicerētur, promeruerunt. Atque illi quidem, qui eiusmodi decreta p̄mulgarunt, vt homines morientes lugentur. Quos autem decreuere, quasi dii adorantur. O incredibilē furoris amētiam. cū auctore eiusce decreti hominem nouerit, ei quos ip̄e deos dici instituit, p̄ferunt, atque vt inam, vel ad mares vsque solum hmōi velantia/ multa que licētia p̄cessisset, & non ad foemias quoque diuinā appellationē deieciſsent. Nempe enī & mulieres, quas neq; cōsiliis publicis interesse tutum est, diuinis honoribus venerantur, & colunt, vt sunt, quas a Theſeo institutas diximus, & apud egyptios Isis, &

Exēplū de hadriano. Antino⁹ Adriani

Gētilēs simlacrorū inuētio/ res

CONTRA GENTILES!

FO. CCLX!

puella, & adulescētula, & apud alios venus. Aliarum enim nomina ne referenda quidem arbitror, cum sint plena turpitudinis. Cōplures deniq; non modo veteres, verū etiam etatis nrae cum amātissimos quosq; amisissent, fratres, cognatos, & vxores, plurimā itidem orbatā vxoris, quos oēs natura prodidit fuisse mortales, hos atq; has p̄ immodicum affectum, atq; luctum pixere. Sicq; pictis, seu fictis hostias imolauerunt. Quos secuta posteritas ob elegātiā fictionis, artificisq; peritiā illos, vt deos coluerūt Rem p̄fecto minime naturalem patiētes. Quos enim parentes quasi dii non esset, laetati sunt. Neq; enim si deos illos nouissent, quasi pereūtes plangerēt. Hui⁹ enī rei grā, non solum deos non esse, verum nec subsistere quidē oīno arbitrātes eorū imagines finxere, vt quia iam nō essent, illorū saltem simulachra dum cernerēt cōsolarētur. Hiis tamen stulti quasi diis supplicant, ac veri Dei honorem iponūt. Nāq; in egypto modo quoque solemnīs amissi Osiris, & Ori, ac Typhonis, ceterorūque lamētatio agitur, & dodonea gramēta/ Creteselque Corybātes, Iouem Deum nō esse, sed hominem docent. ipsūque p̄re crudeli, ac filiorum necatore progenitum. Et quod omni admiratione dignissimum ē, ille ipse, qui apud eos sapientiā glia excelluit ceteris (Quippe de Deo veraciter plurima in suis libris p̄secutus Plato) cum Socrate descēdit in p̄reum, efficitam hominis arte Dianam adoraturus. Has autem, atque hmōi plurimas inuentiones idolorum causas iam pridem scriptura p̄docuit, dicens. Inītiū fornicationis idolorum excogitatio. Porro illorum inuētio, corruptio vitāe. Neque enim fūit ab inītiū, neque in eternum erit, vanitate quippe hominum venit in mundum, atq; ideo breuis illorum finis excogitatus est. Acerbo enim luctu cum vexaretur pater, repente sublatis filiū imaginem faciens, eum, qui tunc erat mortuus hominem, nunc quasi viuū honorauit, & subditis tradidit mysteria, ac sacrificia. In de processu temporis impia consuetudo roborata, seruatur vt lex, & p̄ceptis tyrannorum sculptilia religioſe colebantur. Quos cum nequirent coram honorare, q̄ longe habitarent, longinquam figurātes effigiem, illustrem fecere honorati regis imaginem, vt absentem quasi p̄sentem adulatione mulcerent. In augmentum autem religionis ignaros quoq; homines artifices puocauit industria. Ille enim imperātī placere cupiēs, similitudinē arte supans mutauit in melius. At vero multitudo illecta artis grā, eum qui paulo ante in honore fuit hominem nūc deū arbitrati sunt. Ex hoc factū fuerat vitē ad insidias. Calamitati enī/ aut tyrānidis seruiētes hoies, vnicū illd/ atq; nulli cōicabile dei nomē, lignis lapidibusq; imposuerūt. Hmōi igitur inītiis idolorū inuētio scriptura teste, ap̄d homines coepit, hīq; illi⁹ fuere p̄uect⁹. Iam vero aduersus eam argumēta tibi iſerēda necessario sunt, eaq; nō tam a remotis, q̄ ab his, quae iī de illis sentiunt petēda. Nam siq; eorum, qui dicūtur ap̄d illos dii/ vt primū ab his quae sunt isima, inītiū summā, act⁹ ip̄iciat, eos nō modo deos non esse, verum hoies nequissimos/ turpissimosq; fuisse cōperiet. Q̄ turpe enī, q̄ sedū ē cernere apud poetas amores, atq; ipudicitias Iouis. q̄ ipudicū audire ip̄m nunc quidē rapiētem Ganimedem/ furtiuāq; aucupātem adsteria. Nūc vero trepidātem, ac pauore sollicitum ne p̄ter sententiā suā troiā pereant moenia. Quale in quā ē videre ip̄m in morte Sarpedonis filiū mēretem, volētēque illi ferre opē nec valētē, & insidias p̄pessum a diis aliis, Minerua. s. Iunōe, ac neptūo, opē sibi ferētib⁹ Thetide muliere, cētīmāoque egeōe euasisse, supatum a voluptatib⁹/ mulieribusque seruiētē, atque illarū grā in bruta animalia quadrupedia, & volatilia sepe cōuerſum, ac p̄ hmōi imagines periclitantem, rurſusque hunc ipsum nunc quidem insidiarum p̄ris metu occultantem, nunc vero Saturnum viciētem, patrēque abscondentem, Hunc enī igitur digne Deum quisque suspicetur, qui tanta/ & tam inaudita scelera perpetrasse

Mulier es a publicis cōsiliis abdicantur.

Isis ap̄d egyptios in forma puellae colebatur.

Fornicatio idolis iuētis p̄ creata est.

Adulteria Iouis vesana poemati b⁹ declarata a scātheologia iudicatur.

Hic stū/  
pratas a  
Ioue mu  
lieres cō/  
meorat.  
Adulte/  
rinos fili  
os suos  
Iupiter i  
cēlū subli  
mauit, vt  
nephādē  
suā neq/  
tiaz vela/  
mē obdu  
ceret.  
Narrat  
deos acci  
tos i mar  
tis, & Ve  
neris lu/  
dibrium,

Nō mate  
ria artem  
sed ars  
materiā  
exornat.

insimulatur, quæ communes quoq; romanorū leges in quibuslibet hoib; acerrime pu  
niunt. Vt igitur ex multis pauca comemorē. Quis illi? in Semelē, & Ledam, Alce  
nā, Dianā, atq; Latonā, Maiāq; & Europā, Danaen, & Antiopam, supra, atque fla  
gitia audiēs, qui in fororē suā audax facin; & scel; eadē quippe fuit illi foror, & cōiū  
nō eum irideat; & mortis snia multādum censeat. Neque eni solum adulter iprob;  
fuit, verū ex adulterio quoque pgenitos liberos in deos retulit, vt p hmoi honorifici  
am nequitiaz suæ velamē obduceret. Ex his pfecto sūt Liber pater, & Hercules, & Ca  
stor, & Pollux, Mercurius, Perseus, & Sotera. Quis inq; intuens eorum, qui dicitur  
dii, inexorable aduersū se apd llium cōtentionem grecorum, ac troianorum grā, nō il  
lorum arguat infirmitatē, q; per hmoi cōtrouersias, hoies quoque aduersum se irrita  
uerunt. Quis vel a Diomede, Martem, & Venerē, vel ab Hercule Iunonē, & Hypo  
ctonium, quē Deum aidoneum vocant, vel liberū pīem, a Perseo, vel ab Archadē Pal  
lade, vulneratos aspiciat, Vulcanūque proiectum, & claudicatē, naturæ imbecillita  
tem nō intelligat, & reprehēdat, erubescatq; iā illos deos dicere. Mortales quippe, ac  
passibiles audiens, nihil eos aliud q; homines infirmos fuisse cognosceret, vulneratē,  
que merito magis q; vulnerator admirabitur, Quis item adulterium Martis, & Vene  
ris videns, Vulcanique contra vtrūque concinnatum dolum, deosque reliquos ab ipso  
ad spectaculum sceleris accitos, ipsosq; venientes, ac flagitium spectantes intuens non  
rideat, ipsorumque improbitatem reprehēdat? Quis itidem risum tenere possit, cū  
Hec culis aspicit ebrūi omphaleque concubitum? Voluptatis denique ipsorum fecer  
dos actus, & irrationabiles, illicitasq; cupidines. Atq; ære auro, argēto, re, ferro, lapide,  
ligno, expressas, fictas, ac falsas diuinitatis imagines examussim persequendas non ar  
bitror, cum sint res ipsæ per se execrabiles, euidentissimaque erroris indicia praefer  
rant, Quibus in rebus idcirco maxime quispiam illorum errores miserabitur, q; cum  
vxore sua petulanter abeuntem adulterum oderint, eiusque flagitii magistrōs deos face  
re non erubescunt? Cūque ipsi fororibus suis minime iungātur, tanti reos de decoris  
adorant. Et cum fateantur puerorum violationem esse execrabilem, huic sceleri obno  
xios colunt. Atque ea, quæ ne hominibus quidem licere permittunt leges diis suis ap  
plicare non pudet. Postremo cum ligna, & lapides diuinis prosequantur honoribus,  
non animaduertunt se similia calcare pedibus, igniq; consumere, quorum partes di  
uina appellatione venerantur. Et quæ paulo añ in vsum habuere, ea per summā stoli  
ditatem sculpta colunt. Non vidētes, neq; prorsus intelligētes, nō deos se, verum scul  
ptoris artem adorare. Q; diu enī impolitus est lapis, rudisq; materia. a pedibus cal  
cant, ac ministeriis suis, & vlibus sepe etiam vilioribus mancipant. Vbi vero artifex his  
peritiæ suæ rationes, & commēliones addiderit, & viri siue mulieris figuram in mate  
ria venusta arte formauerit, tunc agētes artificij grās, eos iam vt deos colunt, p̄cio a scul  
ptore comparatos. Sepe vero & ipse sculptor, quasi oblitus operis sui, a se conditis vota  
perfoluit, & quæ ante paululum expolēbat, atq; tundeat ea post impositam extremā  
artis manū, appellat deos. Atq; si quidem ista mirari oportebat, periti i primis op  
ficis ars suscipienda fuit, nec fuerant quelibet opera auctori suo p̄ferenda. Nec enim  
artem materia, sed ars materiam potius ornauit. Lōge igitur iustus fuit artificē eosq;  
opificium colere, q; & prior erat is qui ex arte prodierunt diis, & eos vt voluit fecit. At  
nunc peruersa ratione, ac iure violato peritiā, atque artem contemnentēs, ea quæ pe  
ritia, & ars efficit, venerantur. Et cum auctor huiusmodi homo moriatur, quæ ab  
ipso facta sunt ea vt immortalia honorant. Quæ nisi quotidie curentur, tempore  
omnino per naturam deficiunt, & obsolescunt. Quis igitur in eo quoq; non illorum

miseretur amentiam, q; visu ipi præditi nō videntes adorant. Et audientes non au  
dientibus supplicant. Cumque sint ipsi animati, & rationabiles, eos qui prorsus nō  
mouentur, & inanimes sūt, appellant deos. Et quod mirum sit, quos ipsi custodiunt  
& i ptate habēt, eis quasi dominis seruiunt. Ac ne frustra me ista prosequi existimes  
ant mentiēdo quis putet, datur hæc aurire oculis, atque in promptu volentibus ē  
huiusmodi cernere. Sed præstantius id testimonium est, quod ex diuina scriptura,  
de his mutuamus. Quæ iam pridem præmonuit, dicens. Simulachra gentiū argētū,  
& aurum, opera manuū hominum. Os habent, & non loquentur, oculos habent, &  
non videbunt. Aures habent, & non audient, nares habent, & non adorabunt. Ma  
nus habent, & non palpabunt, pedes habent, & non ambulabunt, non clamabunt in  
guttur suo. Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis. Ne pro  
phetica quidem nobis deest aduersus hæc, & grauis quidem insimulatio, dicente per  
prophetam spiritu sancto. Confundentur qui finxerunt deum, & sculpunt omnia  
inania, & omnes vnde facti fuerunt, exsiccati sunt, & surdi ab hominibus. Congre  
gentur omnes & stent simul, & reuereantur, & confundantur simul. Faber enim acuit  
ferum, & dolabra operatus est illud, & statuit ipsum brachio virtutis suæ, & esuriet,  
& infirmabitur, & non bibet aquam. Lignum quippe eligēs faber, statuit ipsum i mē  
sura, & in glutino compegit illud, & fecit ipsum vt formam viri, & velut speciem ho  
minis. Statuit ipsum in domo, & quod excidit de silua lignū, quodq; plantauit de  
minis, & pluuia porrexit in altitudinem, vt esset hominibus in combustionem, su  
mensq; illud ex eo calefieret. Succendentēq; coxerunt in eo panes, & quod reliquum  
fuit, ex eo fecerunt deos, & adorauerunt, cuius dimidium igni succenderant, & in cu  
ius dimidio aflatis carnibus comedit, & saturatus est, & calefactus ait dulce mihi est  
quod calefactus sum, & ignem vidi, & reliquum similiter adorabat, dicens. Erue me,  
quia deus meus es tu. Nescierunt vt sentirent, quoniam obscurati sunt ne viderent  
oculis suis, & intelligerent corde. Nec reputauit corde suo, neque recogitauit anima  
sua, neque agnouit sensu, quia dimidium eius combussit igne, & super carbones eius  
coxit panes, & affans carnes comedit, ac reliquum eius in abomiationem fecit, & ado  
rant illud. Scitote, quia cinis est cor eorū, & errant, & nemo potest eruere animas illo  
rum. Videte & ne dixeritis, quia mendatium in dextera mea est. Quidni ergo im  
pii omnium iudicio habeantur, quos & diuina scriptura impietatis accusat? An vero  
non summe infelices sunt, qui tam aperte arguuntur, ianimata pro veritate adora  
re? Quæ nam autem his spes, vel quæ erit venia, qui mutis, & immobilibus fidunt,  
eaque pro vero deo venerantur & colunt? Vtinam enim, vel absq; figura deos illis fin  
geret artificis manus. Ne insensibilitatis euidēs haberēt argumētū. Nā simplici ore, ita  
fortasse induxissent, vt idola sentire putarēt, nisi indicia, & signa sensuū, oculos, aures  
manū, nares, atq; os haberēt ociosa, atq; imobilia, ad sentiēdi vñ, sensibiliūq; suffragi  
um. At nūc ea hñtes nō habēt, & stātes nō stāt, sedētēq; nō sedēt. Neq; eni inest illis  
horū opatio, sed vt artificij placuit, sic manēt, nullūq; deitatis idicū p̄ferentes, stoli  
di atq; ianimes iacēt, id solū cōsecuti hūanę artis industria, vt aliquid eē videātur. Vti  
nā & huiusmodi, fallorū deorū p̄cones, poetę, scriptoresq; reliqui, deos illos simpli  
citer etiam scripserunt, nō etiā illorū act; quibus dii non esse arguantur, & actam fce  
diffime vitā monumētis tradidisset. Potuissent quippe! solo deitatis noie veritatem  
quoq; subripere imo plurius a veritate fallēdo, subducere. At nūc amores. Iouis, i  
pudicitiazq; narrantes, aliorumq; flagitia, & puerorū violationes, & zelotypias fce,  
minas voluptatis causa susceptas metusq; ac formidines, & perturbationes ceteras

Gentiles  
sifachris  
quali  
isdñis se  
uiebant.

Quid  
poetarū  
ppriū.

id imprimis efficiunt, vt non modo de diis, sed ne de hominibus quidem honestis profecti videantur, verū de turpissimis a longe ab honestate reotis fabulosa finxerunt. Sed fortassis impii ad poetica se fragmenta conuertent, dicentes poetarum esse proprium, quæ non sint fingere falsasq; fabellas ad voluptatem audientium scribere. Huius rei gratia, ista & de diis illos finxisse contendunt. At hæc plane futilis ratio omnium maxime illorum confutabit errores. Nam si poetæ falsa & ficta conscribunt, falsa profecto erit, & ipsa Iouis, saturni, Iunonis, & martis, cæterorumque appellatio. Fortassis enim, vt ipsi aiunt, nomina quoq; ipsa ficta sunt neq; omnino quicquam Iupiter, saturnus, & mars. Sed eos quasi qui sint ad audientium voluptatem finxerunt poetæ. Porro si quæ non sunt poetæ confingunt, quo pacto isti deos qui sint ita venerantur? An forte dicturi sunt nomina quidem ficta non esse, gesta vero fallaciter fuisse conscripta. At istud quoq; nihilominus eos egre tuebitur, estque plane imbecillis ratio. Nam si gesta mentiti sunt, & nomina prorsus ipsa mentiuntur, quorum esse facta dixerunt. Si autem illorum tradendis nominibus veraces sunt, necessario & operibus enunciandis veri fuerunt. Preterea, qui deos hos esse fabulose finxerunt, sciunt profecto, & quæ deos cõueniat agere, ne hominum gesta inquam diis applicarent, sicuti nec ignis opus, aquæ quispiam ascriberet, cum hic adurat, illa liqui de substantiæ sit. Si igitur digna sunt diis opera, dii, vtique, & qui illa gesserunt. Si autem hominū sunt, & hominum turpium adulteria, & cætera quæ prædiximus opera, homines non deos esse, qui ea perpetrarunt, quis tam vecors, vt non intelligat? Quippe substantiis opera congruere necesse est, vt & ex opere, qui patrauit testimonium habeat, & opus ex substantia queat agnosci. Sicut igitur, qui de ignis & aquæ substantia differit, aquam vrere, & ignem refrigerare non dicit. Qui item de sole & humo disputat, humum illuminare, solemq; herbam fructusq; ferre nõ asserit, quod si diceret stolidus & dementissimus esset. Ita & gentiliū scriptores, & ille imprimis poeta, qui excellentissimus omnium est, siquidē deos esse Iouem, ac reliquos sciissent, nunquam profecto eis huiusmodi plenos sceditatis actus impingerat, quæ deos nõ esse cõuincerent. Sed fuisse homines, eosq; parum pudicos assereret, q; si te auctore illi, vt poetæ mentiti sunt, cur & de valentia heroū mentiti non sūt. Vt pro fortitudine, imbecillitatem, pro imbecillitate fortitudinē fingeret. Oportebat eni sicuti in Ioue & Iunone fecerunt, ita & achillē ignauū, timidumq; mentiri. Therisitē contra vires valentiamq; admirari. Vlixis item excogitare imprudentiam, & nestoris, insipientiā fingere. Atq; diomedis, & hectoris muliebria facta, Hecubę vero fortia tradere. Quippe, vt ipsi volunt in omnibus poetæ fictione & mendacio, vti debuerunt. An qui vera de hominibus scripsere, de his qui dicuntur dii mentiri non timuerunt? Id quoq; asserere quidam ex ipsis solent, poetæ cum deorum flagicia dicunt mentiri. In illorum vero laudibus cum Iouem deorum patrem, & summum & olympiū, atq; i cœlo regnantem scribunt, non fingere, sed vera prosequi solitos. Hanc autem rationem aduersus eos imprimis facere non ego solum, sed quilibet facile intelligit. Nam rursus prioribus demonstrationibus sese cõtra eos veritas asseret. Nam actus quidem homines illos fuisse conuincunt, laudes vero humanæ naturæ excedunt modum ad vtumlibet horum aduersum se dissidet. Neq; enim cœlestiū est proprium ista perpetrare, neq; qui talia gerunt, deos supplicari fas est. Quid ergo intelligendum restat, nisi laudes illas quidem falsas esse, atq; ad gratiam fictas. Actus autem ad illorum perpetuum dedecus, veraciter traditos. Atq; hoc verum esse facile cõsuetudo docet.

Nõ acq;  
ritur po  
teti glia  
si debile  
supet vt  
pbatur  
de achille  
contra  
therisitē.

At vtumlibet horum aduersum se dissidet. Neq; ei cœlestiū est proprie ista perpetrare, neque qui talia gerunt, deos supplicari fas est. Quid ergo intelligendum restat, nisi laudes illas quidem falsas esse, atq; ad gratiam fictas. Actus autem ad illorum perpetuum dedecus veraciter traditos. Atq; hoc verum esse facile cõsuetudo docet. Neq; enim fere est, qui cum aliquos laudat eorum vitam, ac mores insimulet. Sed potius quorum sunt fœdæ actiones, hos occulendi probri gratia, extollunt laudibus, vt harum magnitudine seductis auditoribus illorum obubrēt, operiantq; nequitiam. Veluti si quis laudare quēpiā insitit, neq; ex vitæ bonæ actæ merito, neq; ex virtute aī occasio ne laudū vllā inueniens, alio illum extollat modo, & ei, quæ meritis suis maiora sūt, tribuat. Ita & poetæ apud illos admirabiles reueriti turpia illorum gesta, qui apud eos appellantur dii, id nomen, quod supra hominē est, illis applicuerunt, ignorantes fore, vt ex hmōi velamentis non tã obumbrantur illorum humana facta, quã ex humanis defectibus diuinos illis honoribus non congruere, cunctis innotescat. Equidem reor eis preter sententiā contigisse, vt eorū perturbationes, & gesta turpia dicerēt. Nam cū dei appellationē nemini, vt scriptura ait, cõmunicabilem, honoresq; diuinos his q non dii, sed mortales erant homines, deferre studerēt, magnū profecto, atq; impium facinus moliebantur. Quocirca inuiti, etiam veritate impellente coacti sunt illorum, exponere vitia & perturbationes, vt omnibus posthac futuris ex eorum scriptis certum capere liceret argumentum, eos non esse deos, qui hmōi patraissent scelera. Quenā ergo ratio, que demonstratio huiusce suppositionis emulis reliqua est qua deos illos esse probari possint? Ex his enim, quæ paulo ante prædiximus homines deos, & quidem parum pudicos fuisse probatū est. Sed forte se ab illa conuertent, eaq; tumidi profecerent, quæ ab illis ad vitæ vsum vtiliter inuenta leguntur, dicentes eorum gratia, ipsos etiam deos extimari, q; hominibus vtilis fuerint. Nā Iupiter quidē sigulinā inuenit artem, Neptunus gubernatoriam, Vulcanus erariam, Minerua textoriam, Apollo musicam, diana venatoriam, Iuno stolæ confectionem, atq; agriculturam Ceres, & alias alii reperisse traduntur ab his, qui illorum gesta scripsere. Atqui istas hmōi artes non illis solis, sed communi naturæ mortalium homines assignare debuerant, in quam intendentes illas inuenisse referuntur. Quippe artem plurimū naturæ imitationem esse diffiniūt. Si igitur illarum quibus studuerunt artium periti euasere, non ideo dii existimandi sunt, sed potius homines. Non enim ex eis artes emanauerunt sed in artibus, & ipsi naturam imitati sunt. Nam cum essent homines per naturam disciplinæ capaces, iuxta hominis diffinitionem, quid mirum si, & ipsi humano animo in naturam suam intuentes, huiusmodi excogitarunt artes. Porro si ob artium inuentionem ipsos appellatione diuina honorandos censent, quid prohibet aliarum, quoq; inuentores artium deos appellare. Hac enim ratione, & illi huiusce promerentur honores. Nampe enim literas inuenere phœnices, Heroicum carmen Homerus, dialecticam Zenoeleates, rhetoricam Syracusanus Corax, Apum & apiariam fructum Aristeus, Triptolemum sementem frugum, Legesq; Licurgus lacedemonius, & Solon atheniensis, At vero litterarum constructionem/numeros, mensuras/atq; momenta Palamedes repperit. Et alii alia, & varia humanæ vitæ commoda inuenere, sicut ipsi quoq; testantur. Si igitur artes, ac disciplinæ deos faciunt, atq; harum gratia sculpuntur dii, necesse est, vt qui post illos aliarum quoq; inuentis claruerunt, & ipsi dii sint. Qd si istis diuinos honores detrahunt, eosq; mortales recognoscunt, necessario Iupiter, etiam & Iuno, & cæteri, dii appellandi non sunt, sed ipsi quoque homines fuisse credantur, qui, vt prædiximus, ne honesti quidem fuere. Ita ex ipsa

Poetæ  
mēdaces  
& vani.

Artes a  
diis atq;  
reperitæ.

Ars qd.

quoque sculptura signorum nihil aliud quam homines fuisse conuincitur. Quia enim ipsi ipsi sculptores imponunt formam nisi virorum, ac mulierum, & quae his inferiora sunt, mutorum animalium, volatilium, omnigenum quadrupedum, iumentorum, beluarum, atque serpentum. Quaeque terra, & mare, omnisque aquarum natura profert. Cum enim ad vitiorum, ac voluptatum stoliditatem corruissent homines, nihilque amplius aspicerent quam voluptates, & concupiscentias carnis, quippe qui in irrationalibus animam fixerant, in his diuinitatem quoque inesse censebant, ac pro varietate perturbationum numerosos sibi finxerunt deos. Quadrupedum enim imagines, atque serpentum, & volatilium apud eos honorari videas. Sicuti ait, diuina, ac vere pietatis, & religionis interpres. Euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est incipiens cor eorum. Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt, & mutauerunt gloriam incorruptibilis dei in imaginem corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum & serpentum. Ideo & tradidit eos in passionem ignominiae. Nam cum, ut praedixi, animam irrationalium voluptatum perturbationibus subderent, ad huiusmodi sibi fingendos deos deuoluti sunt. Ipsi quoque iam, atque a veritatis soliditate deiectione, quod illis deus aduersatus sit, in his volutantur miseri, verbi quoque patrem deum in irrationalibus fingunt. Quae ex re, & hi, qui apud eos philosophi dicuntur, & eruditi cum vergeri a nobis coeperint, nihil negant hominum, & mutorum animalium formas, atque effigies esse, qui apud eos videntur dii. Verum hanc afferunt rationem, idcirco se illas imagines fingere, ut per eas sibi deus respondeat, & reueletur, non posse enim inuisibilem aliter nosse, quam per huiusmodi signa, atque teletas. Alii sapientiora his, & altiora se dicere arbitrantur, aiunt, adeo haec fingi, atque formari, ut per ea caelestes inuocentur, & appareant angeli, atque virtutes, sicque apparentes, veram illis dei insinuent notionem. Esse enim ea hominibus veluti literas, quae relegentes possint per eam, quae ex illis insinuatur, caelestium spirituum reuelationem dei intelligentiam consequi. Ita quidem illi perquam sane fabulose, neque enim logice dicunt. Nam profecto si quis eam rationem diligenti examinatione discutiat, animaduertet eorum opinionem nihilominus habere falsitatis, quam quae supra demonstrata sunt. Nam, ut eos percontemur subiudicio veritatis, dicant queso, quo pacto per haec, aut responderit aut noscitur deus. Vtrum per circumpositam illis materiam, an per inductam materiae formam? Nam siquidem ob materiam, quae iam formae necessitas ut non prius etiam, quam ista fingerentur, per omnem prorsus materiam apparuerit deus frustra vero templa quoque ipsi fabricati sunt, includentes intrinsecus unum, vel lapidem, aut lignum, aut qualibet auri particulam. Cum huiusce substantiis terra omnis plena sit. Porro si superducta effigies apparitionis diuinae causa est, quid iam auro ceteraque materia opus est, ac non magis per ipsa vera animalia, quorum formae simulachra sunt, deus reuelatur? Nam clarius profecto dei gloria iuxta eorum, quorum rationem innotesceret, si per animata rationalia, & irrationalia, quam ex inanimata, atque immobilia, manifestaretur. Quibus in rebus, maximam impietatem in perniciem suam operantur. Cum enim naturales animantes, siue quadrupedes, siue volucres, siue serpentes, ob illarum, vel feritatem, vel immundiciam exercentur, atque aduersentur Harum tamen imagines lapidibus insculptas, aut lignis, aut auro diuinis prosequuntur honoribus. Cum ipsas magis viuentes, atque animatas venerari quam illarum effigies stolidas debuerint. At fortasse nichil horum, neque forma, scilicet neque materia, diuinae reuelationis causa est, sed ars sola discipline coniuncta deum euocat. Quippe quae sola est naturae imitatio. Sed si discipline causa sculptilia deus in-

Philosophi,

Simulachra apud gentes colebantur sed tamen in eorum perniciem.

plet, quemam rursus materiae necessitas est, cum ars, atque disciplina in hominibus sit. Nam si discipline gratia se reuelat deus, atque idcirco sculptilia quasi dii honorantur, oportebat homines magis, ut artis auctores coli, atque adorari, quam & rationabiles sint & arte intra se inclusa habeant. Eni vero ad secundam illorum altiorumque rationem ista quoque merito quisquam dixerit. Si haec ob dei reuelationem. O gentiles non facitis, sed ob praesentiam illic angelorum, quid est quam obre statuas, per quas virtutes ipsas caelestes inuocatis, pluris ipsos angelos facitis. Cum ei, ut dicitis, intelligendi dei gratia sculptilis imagines, ipsi quoque simulachris appellationem & honorem dei circumdati, rem profecto minime honestam facitis. Nam cum fatemini dei virtutem simulachrorum vilia si perare signa, atque ideo non audeatis per ipsa deum, sed minores inuocate naturas ipsas transilientes cuius praesentiam metuebatis, huius appellationem lapidibus, ac lignis imponitis, deo quoque pro lapidibus, & humana arte collitis, & adoratis. Si enim ista vobis vice litterarum sunt ad intelligentiam dei, ut mendaciter dicitis, aequum profecto est signa ei, qui significatur in honore preferre, neque enim si quis regis scribat nomen, id tuto preferret regi, sed ob id facinus iudicium damnationis excipiet, licet litterae, quae regis nomen efficiunt ipsius arte formatae sint. Ita, & vos siquidem integritate vigeretis, nunquam huiusmodi diuinitatis inditia ad materiam deieceritis, ne sculpsibile quidem sculptori homini anteferetis. Nam si ut dicitis litterarum instar ista dei praesentiam signant, atque ideo, ac si deum significantia diuinis digna censentur honoribus certe, qui ea sculpsit, eis quoque effigiem dedit, rursus enim id repetam, artifex multo magis hos promerebatur honores. Quippe, qui illis longe valentior est, atque diuinius, cum pro eius arbitrio secta illa fuerint, atque formata. Si igitur litterae sunt digne miraculo, quanti ille, qui eas scripsit propter artem, atque animae disciplinam admiratione praecellit. Constat igitur ex his deos appellandos non esse. Rursus eos percontari libet, qui huiusmodi vesaniae addicti sunt. Cur queso, simulachra huiusce formae insculpsitis? Si enim quia humana sit deus effigies, idcirco hominis lineamenta formatis, cur mutorum quoque animantium illi figuras imponitis? Sin autem brutorum animalium insignitas specie, cur illi rationalium effigiem imponere maluistis? Quod si utrumque simul est, & ex utrisque compositis intelligitis deum, quod scilicet irrationalium, ac rationalium praefertat formas, quid coniuncta disiungitis: brutorumque & hominum lineamenta disiungitis: nec illum semper ex utrisque componitis. Cuius non sunt illa fabulosa signa Mercurius apud Aegyptios Cynocephalus, Iatror, anubis, Oportebat enim, ut ipsos solos sic gemina effigies pingi, aut si forma illis vnica est, non alia quoque in illorum ignominiam fingi. Rursum si masculae sunt eorum formae, cur foemineas quoque illis effigies addunt? Si autem foeminae, quid falso masculinas imponunt? Sim vero utrumque simul sunt, quid est quae obrem conexa dissiungunt? Non enim hac ratione dirimi ista, sed coniungi debuerunt, ut fierent illorum dii Herma proditi. Ne non solum impietatem, & improbitatem sed risum quoque cernentibus, tam caeda superstitione illorum exhiberet. Certe si corporea omnino specie deum esse arbitrantur, ventrem quoque illi, & manus, ac pedes, ceruicemque, & pedes, & genitalia humano more membra circumdare non verentur, vide ad quae impietatis praerupta illorum mens deuoluta est, quae talia de deo cogitare non metuit. Sequitur enim necessario, ut alia quoque corporeae imbecillitatis pati dicatur, si circumscriptur hominum instar varietate membrorum, ut scindi possit, ac diuidi, & rursus ex toto interire. At qui haec, & huiusmodi in deum non cadere, quis tam demens, quin videat? Sunt enim terrenorum corporum propria. Deus enim incorporeus est & incorruptibilis.

Mercurius apud Aegyptios colligitur.

immortalis, aternus, nulliusq; omnino indigens. Hac autem & corruptibilia sunt, & corporum liniamenta, quae & humana ope, atq; arte opus habent. Na saepe numero cernimus, ea cum fuerint vetusta renouari, & quae, vel qui diuturnitas, vel pluuia, vel animal quodlibet forte violauit, ea denuo fingi. Qua ex re merito quibus illorum carper amentiam qui eos predicant deos, quorum ipsi auctores instauratoresq; sunt & quos ipsi ingenio, & arte componunt, atq; ne defluant firmiter statuunt, ab eis salutem petunt, quosq; non ignorant sua indigere prouidentia, & cura, de his ipsi quae sibi sunt necessaria postulant, & quos paruis edibus includunt, eos coeli, ac terrae totius dominos dicere non erubescunt, Non autem ex his solum impietatis illorum scelus animaduertere possumus, verum, & ex eo qd; dissona sit illorum de simulachris variaque sententia. Si enim sunt ipsi dii, vt asserunt, qui de his philosophantur, cui ex his adhererimus, aut quem maioris auctoritatis arbitrabimur, vt deum securi, & confidentes adoremus, agnoscentesq; qui vere deus sit, nihil hesitemus: Non enim iidem apud omnes appellantur dii, sed quot per orbem nationes sunt, tot fere singuntur dii. Et saepe fit, vt vna regio, & eadem ciuitas, in huiusmodi simulachrorum cultu aduersum se magna seditione dissideat. Nempe enim phoenices aegyptiorum deos penitus nesciunt. Aegyptiiq; itidem phoenicum simulachra ignorat. Scythae itidem persarum, & Syrorum perse non suscipiunt deos. Pelasgi quoq; thracum sacra repudiunt, thracaeq; thebanos ritus cultusq; ignorant, indi praeterea aduersus arabas, & arabes contra aethyopas, hiq; ipsi aduersum se de religione dissentiunt. Syri etiam ciliquos deos minime adorant, capadocumq; genus deos alios nominat. Sed & Bithnii alios & alios Armenii sibi sinxere. Et quid me necesse est multa memorare? Epirotae alios quam qui insulas habitant, hiq; ipsi alios quam epirotae deos venerantur. Denique omnis ferme ciuitas, omnis pagus finitimorum nesciens deos, praefert suos, hosq; suos ceteris praefert. Aegyptiorum sacra sacrilegia nihil referre opus est, cum sint ante oculos omnium, vt scilicet aduersum se vrbes omnes de regione dissideant. Studeat veluti dedita opera contraria sibi inuicem, qui sunt finitimi colere. Nempe enim Crocodilus apud alios, vt deus adoratur, vicinis aliis abhominatio exitumatur. LEO item qui apud alios pro deo colitur, non solum a proximis ciuitatibus minime suspicitur, verum etiam si ab his reperiatur, ac si belua immanis occiditur. Piscis etiam quem alii, vt deum venerantur, ab aliis in cibum licenter assumitur. Hinc apud illos, & bella, & seditiones, & inuidiae occasiones, omnisq; perturbatio, & voluntas viget. Quodq; mirum sit, Pelasgi, vt tradunt, qui ista scripsere, cum ab aegyptiis deorum nomina cultusq; didicerint, aegyptiorum deos ignorantes alios quos illi colunt, Cunctarumq; prorsus gentium, quas idolorum vesanus detinet cultus, aduersa secumq; dissidens est, de religionis sententia. Vt neque apud eandem, eadem inueniatur. Et merito id quidem. Nam cum ab vnus, ac veri dei intelligentia delapsi sint, atq; a vero patris verbo saluatore omnium Christo defluerint, mentem iure re habent in multa variaq; distractam. Et quemadmodum hi, qui aduersati solem cum per obscura oberrant loca, plurimos anfractus itineris circueundo conficiunt, & cum praesentes non videantur, eos qui non adsunt, quasi praesentes conspiciunt, & dentelq; non vident. Ita, & qui auersi adeo animae incurrerint tenebras, animo nutante sunt, ac semper ambiguo. Et quae non sunt veluti ebrri, & non videntes conspiciuntur. Sunt autem profecto ista summe illorum impietatis, per quam euidentis apertumq; documentum. Nam cum sint variis, ac diuersis per regiones singulas, acciuitates dii, & alter tollat alterius deos, omnes ab omnibus vna tolluntur, Qui enim a

Leo apud  
aegyptios  
os pro deo  
colebatur.

pro alios censentur dii, deorum quos alii colunt sacrificia fiunt, atq; libamina, aliorumq; item hostias, alii pro diis venerantur. Aegyptii bouem & apim, qui est vitulus colunt, hos Ioui alii litant. Et si enim non eos ipsos, quos illi fecere deos, imolant, cum autem similia macent, eadem macrare videntur. Lybici arietem, quem ammonem vocant deum, habent. At hic ab aliis in deorum suorum victimam ceditur. Indi liberum patrem adorant ipsum signate vinum appellantes, hoc autem aliis ceteri libat. Alii fontes, atq; amnes, & aegyptii imprimis preferunt, ac deos predicant. Ceteri tamen illicq; ipsi religiosi cultores aegyptii, & suas, & aliorum sordes vndis diluunt, & quae ex his reliqua fuerit cum execratione proficiunt. Tota ferme aegyptiorum cultura aliarum gentium diis sacrificium est, vt ab illis ipsis rideantur, qd; non deos, sed quae sunt aliorum, & sua purgamenta, & sacrificia diuinis prosequantur honoribus. Ita vero quidam in id impietatis vesaniaq; deciderunt, vt ipsos quoq; homines, quorum colunt figuras, atq; formas, falsis diis suis macent, & sacrificium offerant. Nec animaduertunt felices, eas quae a se litantur hostias, primitiua esse exemplaria deorum, qui ab ipsis effecti sunt, & adorantur, & quibus offerunt homines. Similia enim ferme similibus imolante praestantiora deterioribus immolant. Animata enim in animis macant, & rationalia stolidis offerunt. Scythae deniq; illi, qui tauri vocantur, deae quae ab illis virgo dicitur, eos, qui naufragia euaserint, & quoscunq; ceperit Graecorum victimas offerunt. Adeo aduersus naturae suae socios homines impie seuiunt. Ac per id deos suos feros atrocisq; denunciant, vt quos prouidentia marinis periculis eruit, atq; seruant, hos illis immaniter iugulent. Hii profecto contra prouidentiam aperta feruntur insania, qui illius beneficium animi sui feritate nituntur obruere. Alii cum ex bellosi viatores rediere, quos ceperint ex hostibus in centenos diuidetes marti, quot quot ex numero illo centenario eligunt, macant. Neq; sane scytharum solum id facinus est, qui barbarica naturali feritate aguntur. Sed simulachrorum demonumque nequitiae proprium est. Nam & aegyptii Iunoni, dudum huiusmodi victimas cedere soliti sunt. Sed & phoenices, & cretenses Saturnum imolatis filiis placant. Prisci quoque romanum Iouem latiarium macentis venerantur hominibus. Atque aliter alii, omnesque pariter, & inquinabatur, & inquinabatur. Id quidem qd; cedens perpetrarent, hoc autem qd; sua delubra hisce nitoribus victimisq; polueret, Hinc iam profecto hominibus mali multum adiectum est. Cum enim cerneret his deos suos oblectari, continuo, & ipsi sese ad imitandum eos contulerunt, virtutis, suae interesse arbitrates, praestantiores, vt ipsi putabant imitari. Vnde homicidii, ac parricidii, omnibusque lasciuis dedere manus. Nam omnis ferme ciuitas omnibus nequitiae sordibus plena est. Dum student deorum suorum moribus similes fieri. Neque iter idolorum cultores frugi aliquis, ac pudicus est. Isque solum laudatur, qui oes impudicitiae suae testes habet. Denique phoenices mulieres oli cum sacra diis suis faceret, sese palam prostituere, huiusmodi corporum suorum foedo mercimonio deam suam se placare arbitrates, vt per haec scelera propitia facere. Viri quoque sexum suum abnegantes, nec iam maresse esse recoletes, muliebre molliuntur in sexum, vt ex his gratificetur, honoresque deferant deum matri, oesque pariter foedissime viuunt, ac deteriora quotidie certati feruntur. Et sicut ait Christi summus ille minister paulus. Mulieres eorum imutauerunt naturalem vsum, in eum, qd; contra naturam est. Sicut & mares omisso naturali vsum foemine exarserunt in concupiscentia sua, in alterutrum, masculi in masculos turpitudine operantes. Enimvero illi dum haec, & his similia faciunt, confitentur eos quoque, quos appellat deos huiusmodi fuisse vita. Na ab Ioue quidem stuprationes puerorum, atque adulteria. A venere autem fornicatione, a Rheae impudicitia, a Marte cedens, aliaque ab a

Aegyptii  
bouem colunt.

In libia  
Aries colitur.

Scythae  
populi feroces  
nales.

Nō idō  
lorū cul  
tui, sed dī  
uinis ope  
rib⁹ eē de  
bēt addi  
cti xpī  
genā.

his didicerūt, quæ romanę leges seuerissime puniūt, pudicisq; oībus in execratione sūt. An vero dignū ē eos arbitrari deos qui talia faciūt, an nō magis brutis, longe stolidiores? Ergo ne qui eos colunt, hoīes existimādi sūt. Et nō potius, vt multis, & in animatis multo deteriores miserandi. Nā si sensū aiæ suæ cogitarent, nunquā profecto in hæc tā prouisi decidissent, verumq; deū Christi patrē denegassent. Enimvero quid illi dicturi sunt, qui istos rōe trāscēdūt, creaturāq; vehementer affixi sūt, reuerentiā euidētia execrationis idētia reprehensibilia ista, & nepharia oīno esse, nec ipsi negabūt. Ceterū illā sibi supesse inuictā irrefragibileq; rationē extiabūt, q̄ mundū, ac mundi partes venerantur. Gloriabuntur enī, vt qui non lapides, non ligna, figuratq; hoīm, & mutorū aīaliū, volatiliū, serpentiū, quadrupedumq; colāt. Sed solem, & lunā cūctūq; ornatū coeli. Terrā itē oēm q; liquidā fluidamq; naturā venerentur. Dicent q̄ non esse possibile, vt quis hos non esse naturaliter deos veris ratioībus probet. Cū constet omnibus, ea neq; muta esse neq; irrationalia, sed humanam superare naturā, q̄ in coelis alia, alia i terris sint. Libet autē ista quoq; itueri, ac p̄scrutari. Nā in his quoq; verā contra eos rationē inuenire p̄ facile poterimus. Verum antequam ad argumēta veniamus, iuuat creaturam ipsam contra illos citare testē clamantē quodammodo, & auctore opificēq; suū deū patrē domini nostri Iesu Christi aperte p̄dicantē, quem inepti isti sapientes aduersatur, cū ab eo cōditam adorēt creaturam, ac diuino honore prosequantur. Ipsā inq; creaturā adorantē, & cōfiteētē dominum, quē illi sui causa denegant, aduersus illorum amentia citabimus. Ita enī homines eius partū admiratores eaq; deos arbitrantes, ipsarum ad inuicem consensum, atq; vltus rite admonebit. Nepe enim hæc ipsa cōstantia p̄dicat, insinuatq; patrem verbi suū esse opificē, ac deum, dū absq; vlla contradīctiōe ipsius paret imperio. Sicut diuina quoq; lex admonet, dicens. Coeli enarrant gloriā dei, & opera manū eius annūciat firmamentum. Neq; vero obscura ē ea rerū fides: sed aperta valde, atq; cōspicua his, qui mentis oculos non p̄nitentibus excecatos habent. Nā si quis creaturæ singulas assumens partes, eas seorsum accipiat, veluti verbi gratia, solē per se tantū, lunamq; seorsum, & terram itēdem, & aerem, & calidam, ac frigidam, & aridam, humidamq; substantiam diuidens a cōnexu, ac iunctura mutua singula seorsū sumat, separatimq; dispiciat. Inueniet p̄fecto nil ex his p̄ se sibi posse sufficere. Sed omnia sui mutuo egere, & suo vicissim vltu auxilioq; constare. Nā sol quidem vna cū celo omni circūfertur intusq; cōtinetur illiusque nūquā excedit orbem, Luna itē, & reliqua sydera lucentia testantur quid ei auxiliū a sole proueniat. Tellus item absque pluuiis fruges profecto non germinat. Pluuięque itē sine ope nubū nūquā in humū fūderētur. Ne nubes quidem absq; aere p̄ se apparere, vel constare possent. Aer quoque nō a seipso, sed ab ethere incēditur, & a solis fulgore illustratur, & fontes, & flumina nunquā sine humo consistēt humus itē nō ex seipso solidata est verū super aquarū substantiam firmata consistit, cōtineturque, & ipsa intra suos terminos, medio scilicet orbe cōnexa. Mare quoque & qui extrinsecus oēm terram alluit oceanus magnis ventis agitatur, & fertur quocunq; illū ventorū vehemens impulerit vis, Ventū quoque ipsi, vt tradunt, qui de rerum scripsere naturis, non in seipsis, verum ex incēsiōe, & caliditate etheris ad aerē, in ipso consistunt aere, ac per ipsū vbiq; spirant. Quid de quattuor elemētis dicere necesse est, ex quib⁹ natura corporū constat, calida scilicet, ac frigida, sicca, humidaque substantia: Quis tam vecors, & ita stolidus animi est, quin sciat hæc simul quidē cōiuncta cōstare. Disiuncta vero seorsū singula sibi mutuo, i ferre p̄niciē, vicente sepe qd in his abūdauerit magis. Nā calidum vī maioris algoris extinguitur, & frigidum maiore

vt calor is euanescit. Aridūque ab humore liquecit, humidūque siccat ab arido. Ita ergo quo pacto dii erūt, quę ope sua mutuo idigēt? Aut qua ratio ē ab his aliqd petē? sibi que sufficiens, ac seipso plen⁹, in quo vniuersa cōsistāt, qui que ipse oib⁹ tribuat esse. diffinitur: quō solem, & lunā, ac reliquas creaturæ partes, quæ hmōi nō sunt, indigēt q̄ foueri mutuo deos appellare fas est? At fortassis diuisa seorsūque accepta, egena esse, & ipsi fatebūtur, cum eius rei euidēs p̄batio ante oculos sit. Simul vero connectant res oīa, & quasi magnum aliquod cōficiēs corpus, id totū deum esse dicent. Nam cū cōsiterit totū nulla, iā singulis extrinsec⁹ necessitas erit. Sed totum sibi ipsi sufficere ad omnia asserent, qui se sapientes extimant. Atque hinc quoque cōuicentur, atque hęc ipsa rō impietatis ipsorū sumāque iperitiā non minus q̄ priora declarabit. Si enī cōiuncta singula totū iplet, totūque ex singulis cōstat, totū ergo ex partib⁹ cōstat, & vnū qdque pars totius est. Hoc autē ab his, quę pie de Deo sentiūtur, longissime remotū est. Deus quippe non partes, sed totum est, neque ex differentibus constat, sed ipse auctor est constantiæ oīm. Iam vero inspicie, quātū impietatis aduersus Deū, qui ita loq̄ quūtur enunciant. Si enī ex partibus cōstat, oīno videbitur sibi ipsi dissimilis, quippe quā ex dissimilibus p̄ficiatur. Nam si sol est, luna non est, & si luna est, terra non est. Si autem terra est, non erit mare. Atque ita per singula accipiens, quīs sit hęc eorum ratio impia, & inepta reperiet. Hoc vero ex humano item corpore colligens quī spīā horum merito amētiam carpet. Sicut enī oculus aurī nō est, neque auris manus, neq; vter pect⁹, neq; itē ceruix ē pes, sed horū qd q; suū iplet mun⁹, & ex his differentib⁹ vnū consistit corp⁹ cōiunctas ad vsum sui hns partes disiunctas, vbi tempus aduenerit, qn natura, quę cōiūxit ista diremerit, pro diuinæ voluntatis imperio. Ita, sed det sermo ni veniā summ⁹ ipse deus, si creaturæ partes in vnū cōnectentes corpus appellant desus pro natura partium, quę vt diuiderentur/ acceperunt. Pręterea ex ipsius quoque contemplationē veritatis arguenda illorum impietas est. Si enim incorporealis est de⁹ per naturā, nec visui/ nec tactui subiacēs, quo pacto deum corpus autumāt, & quę ob tutibus patēt, manibusque cōtrectantur/ diuinis honoribus colunt. Rursūq; si vt vera docet ratio, de⁹ sūme potēs ē, nihilq; ipsum tenet, sed ipse tenet omnia, oibusque dominatur, quo modo qui creaturæ diuinis honores deferūt, tam stolidi sūt, vt nō aiad uertant ipsam ab hac diuinæ diffinitionis norma seclusam. Vbi enim sol sub terram abiit, lucem terra ne videatur obducit. Lunāque interdiu sol claritate suæ lucis extinguit. Terra item frugibus grando sepius nocet. Ignisq; si vspiam succensus sit, aqua rum inundatione restinguitur. Atque nunc quidem hyemem arcet verna temperies. Nunc ver ipsū estas non sinit transgredi limites suos, ipamque rursus, ne suas excedat temporis metas coerces autumn⁹. Igitur si dii essent, par erat eos non ab inuicem supari/ neque subduci. Sed secum vna semper esse, beneficiaque pariter inferre communia. Oportebat solem, atq; lunam, & reliquum astrorum chorum noctu, atq; iter diu lucere simul, cunctaque ab illis vna illustrari. Estatem quoque simul, & hyemē, autūnum, & ver oportebat indifferēter eodem constare tempore. Mare misceri fontibus cōmuneque p̄bere omnibus poculum. Oportebat serenum, ventorūque flatus vna fieri. Igneque/ & aquam simul cōmunem, & vnum mortalibus prestare vsum. Nullus enim ex eis quādo dii iuxta eos sunt, ledi potuisset. Nihil quippe illi noxiū, sed vtiq; lia cuncta moliantur. Ceterum si ista fieri possibile non est, q̄ ea sibi inuicem cōtraria sint, quomodo sibi contraria, & repugnantia, nec simul constare valentia deos appo

De⁹ sibi  
ipsi suffi  
ciens.

Corpus  
ex suis  
partib⁹  
constat  
Alter al  
teri⁹ sen  
sus nō fū  
gitur of  
ficio.



pellare fas est, aut diuinis obsequiis colere. Porro, que aduersum se mutuo pernici-  
 ram dissona sunt, ea quo pacto petentibus pacem prestabunt, aut erunt eis concordie  
 presules. Igitur neque sol, neque luna, neque alia quelibet creaturæ portio multo minus  
 que in auro, & lapidibus, & materia reliqua sunt sculpta simulachra, ne illi quidem, quos  
 poeta fingunt, Iuppiter, Apollo, & ceteri dii merito dicendi sunt, ut vera ostendit ratio.  
 Sed hæc partim creaturæ portiones sunt, alia inanimata noscuntur. Alia homines tantum  
 fuere mortales. Quocirca, & homini religio, deorumque fictio non pietatis esse, sed iniqui-  
 tatis plane, ac totius impietatis inuectio, in gentilibus erroris argumentum ex vniuersis, ac  
 solius veri dei patris domini nostri Iesu Christi scientia innouit. Quonia igitur ita  
 se res habet, probatumque est eam, que apud gentiles est, simulachrorum culturam im-  
 pietatis omnino esse plenissimam, neque ad utilitatem, sed ad summam perniciem  
 esse humano generi inuectam, Age iam, sicuti in initio promissimus, detectis, & confuta-  
 tis erroribus veritatis peragamus viam, contemnemurque ducem, & conditorem res-  
 rum/patris verbum, ut per ipsum eius etiam intelligamus patrem. Sciantque genti-  
 les, quantum se a veritate detorserint. Ea quidem premissimus nihil aliud quam error humani  
 generis fuisse coniuncta sunt. Porro veritatis via ad eum, qui verus deus est, dirigit.  
 Ad eam vero cognoscendam, & exactissime intelligendam nullius extraneos politæ  
 rei opem necessariam habemus, neque sicuti deus ipse super omnes est, ita & via, que  
 ad illum ducit longe, vel extra nos, sed intra nos est, atque initium a nobis inuenire pos-  
 sibile ducimus. Quemadmodum & Moyses docuit dicens. Verbum fidei intra cer-  
 tuum est. Quod & saluator sua auctoritate confirmans, Regnum inquit Dei, intra vos  
 est. Intus igitur in nobis fides, ac regnum Dei habentes celeriter inspicere, & intelli-  
 gere possumus omnium regem, salutare patris verbum. Nec est sane cur occasiones pre-  
 ferent gentiles idolis seruientes, aut alius omnino quisquam seipsum fallat, quasi hanc  
 non habeat viam, atque ideo excusationem suæ impietatis inuenisse se putet. Omnes  
 enim profecto hanc ingressi sumus, & habemus, & si non omnes illam pergere insitu-  
 unt. Sed pretergressi eam secus transire malunt ob eas, que se exterius pellicunt blan-  
 das seculi voluptates. Quod si quis interroget quemam ista sit, vniuersi uisusque esse ani-  
 mam dixerim, atque insitam illam intelligentiam. Per ipsam enim sola deus inspicit  
 & intelligi potest. Nisi forte sicuti Deum negauerunt, ita animam quoque se habere  
 impii insiciabuntur. Iustus id quidem quam cetera. Neque enim eorum est qui sensu pri-  
 diti sint, negare auctorem suum, & opificem Deum. Quod igitur vniuersi que hos  
 minum animam, eamque rationalem habeat, simpliciores quosque paucis docendum  
 puto, ob id in primis, quod non desunt heretici, qui & istud negent arbitantes nihil esse  
 hominem, nisi apparentem corporis speciem, ut hoc ostenso apertius deinceps aduer-  
 sus idola/euidentiisque documentum habeant. Primum itaque illud haud exiguum  
 argumentum est, rationalem esse hominis animam, quod per eam ab irrationalibus dis-  
 ferat, idcirco enim illa irrationalia vocare consuevimus, quod humanum genus ratione sit  
 præditum. Deinde illud quoque ad hoc non parum valet, quod solus homo, que sunt ex-  
 tra se posita cogitare, & absentia versare animo queat. Itaque ratiocinari, discretionis  
 que iudicio, quod præstet eligere. Nam bruta quidem sola cernunt presentia, & ad ea  
 tantum appetenda feruntur, que oculis subiacent, qualibet illa in posterum noxia sint.  
 At homo non ad ea, que conspicit, impetu ducitur. Sed que oculis hauserit, ratione  
 iudicat. Sepe namque appetitum ratione continuit, & cogitans denuo recogitauit. Nul-  
 lusque est veritatis amicus, quin sentiat differre plurimum a corporis sensibus intelligen-  
 tia hominum. Idcirco nepe ipsa que aliud sit efficitur ipsorum sensuum iudex, & que illi adiu-

De aia  
 intelligi  
 p ac vide  
 si potest.

Hicis &  
 brutorum  
 discrimē

munt, ista diiudicat, & reminiscitur, eisque quid sit melius indicat. Nam oculi quidem soli  
 videre est, audire aurium, oris gustare, narium percipere odores, & manuum tangere. Verum  
 que videre oporteat, que audire, gustare, olfacere, contingere, non iam sensum munus est,  
 sed animæ/rationisque discernere proprium est. Quippe, & gladium potest manus accipere, &  
 venenum gustare os. Sed nescit que ista noceat, nisi animi dictate iudicio. Videturque hoc  
 ut iditeri in imagine inspiciamus, lyra esse simile cocinne, ac bene dispolite, & musico il-  
 lam cum disciplina tenenti. Sicut enim in fidibus lyra, que libet sonum habet proprium, alia gra-  
 uem, acutum alia, & alia medium, alia acuti tenoris, & alia alium, estque illarum secreta  
 concinētia/difficilisque sine arte discerni. Tunc enim earum, & cocinet ostenditur, & recta  
 concinētia, cum is, qui continet lyra perite percussit chordas, & congrue quaque tetigerit.  
 Eodem modo & sensibus in corpore lyra instar aptatis, cum illis perita mens preest, tunc  
 & anima quid agat, quidve operetur discernit, & nouit, hoc autem est tantum hominum proprium,  
 hoc humanæ animæ/ac ronalis insigne, quo illa utens a brutis animalibus differt, atque in-  
 dicat se aliud esse quam quod in corpore cernitur. Sepe denique homo in terra constitutus, con-  
 siliamur & conspiciat. Sepe item quiescente corpore, & dormiente, domo agitur in-  
 terius, & que sunt extra se cernit. Profectus loco/atque ambulans, & notis, ac familiaribus  
 obuians, ac per hæc diurnos actus suos crebro diuinans, ut sic dixerit, atque pronoscens. Hoc  
 autem quid aliud est, quam rationalis anima, in qua homo cogitat, & conspiciatur, que supra se  
 sunt. Sed nisi illud quoque certum erit aduersus eos argumentum, qui adhuc se ad stolis-  
 ditatis, & imprudentiæ plenam rationem conuertunt. Quo enim pacto cum sit corpus morta-  
 le per naturam homo versat animam immortalitatem, ac virtutis gratia mortem sibi sepe conscium?  
 Aut quo cum sit corpus temporale, homo tamen conspiciatur eterna. spretisque presentibus ad  
 illa desiderium transferat? Corpus nempe ipsum talia nunquam cogitaret, neque ea, que extra se  
 sunt posita volueret: mortale enim & transitorium est. Aliud igitur sit necesse est, quod con-  
 traria & præter naturam corporis cogitat. Quid ergo illud est nisi rationalis/mortalisque  
 anima? Ipsa etenim non intrinsecus plane, sed extrinsecus, sicuti lyra musicus meliora  
 corpori dicitur, & insonat. Rursus vero, quare oculus cum per naturam videat, & au-  
 ris audiat, alia quidem refugiunt, alia eligunt? Quis oculus ne videat cohibet, aure que  
 arcet auditu? Quis gustu ad officia sua naturaliter primum a naturali appetito sepius  
 us continet? Quis manum ad tangendum effictam quiddam contingere sepius prohibet?  
 Quis item olfactum ad percipiendos odores inhiantem a suo interdum auertit munere?  
 Quis ista contra naturalia corporis agit officia? Aut quomodo naturæ suæ corpus oblitum  
 ad alterius consilia vertitur, atque ad illius regitur nutum? Ista profecto nihil aliud in-  
 dicant quam ronalē animam posse corpori. Neque enim seipsum corpus agere solet, sed ab alio, &  
 agitur, & fertur. Sicuti ne equus quidem semet subiugatur, sed a rectore vi patris impel-  
 litur. Idcirco denique & leges hominibus bona quidem agere, malaque declinare iubet, bru-  
 tis vero bona/malaque discernere datum non est, quippe, que sunt mentis/ac rationis ex-  
 pertia. Igitur inesse hominibus rationalem animam ex his, que prædiximus consistare puto.  
 Quod autem illa immortalis quoque sit, id quoque necessario in doctrina ecclesiastica sci-  
 endum per confutationis idolorum certo argumento. Porro huius rei notio e vicino peten-  
 da est, ex agnitione. scilicet corporis, & ex eo, quod a corpore differat. Nam si illam ratio aliud esse  
 quam corpus ostendit, est autem corpus natura mortale, cum non sit anima naturæ corporeæ ne-  
 cesse est hanc contra quam corpus esse immortale. Rursus si mouet anima corpus, ut patuit,  
 nec ab aliis ipsa mouetur, sequitur cum a seipsa moueatur anima etiam corpore posita  
 a se rursus illa moueri. Non enim anima est, que moritur, sed recedete illa corpus extinguitur,  
 Igitur si quidem ipsa moueretur a corpore, consequens esset, ut eo, quod mouebat recederet.

Legibus  
 hoies re-  
 guntur ut  
 bona se-  
 ctetur, a  
 malis ve-  
 ro relin-  
 ant.

Mot⁹ aīe  
ē vita ip⁹  
sūs aīa.

te ip̄a, moreretur. Si autem anima mouet & corpus, multo magis necesse ē ipsa se mo-  
ueat. Ea vero si ab se ipsa mouetur, necessario & post mortem corporis uiuit. Quippe  
motus animae nihil est, quā uita ipsius. Sicuti uidelicet, & corpus tunc uiuere dicitur,  
quando mouetur, & tunc mori, cum a motu quiesuerit. Hoc autem & ex effectu ei⁹ cū  
est in corpore, manifestius cernitur. Si enim & cū accessit ad corpus, ipsi quoque con-  
nexa non ad corporis modum cōtrahitur, siue redigitur. Sed illo sepius in lectulo cubā-  
te, ac ueluti in morte quiescente, ipsa naturali vi sua uigilans naturam corporis transi-  
lit, & ueluti eius soluta nexibus, cum persistat in corpore, quae super terram sunt conspi-  
citur, & uidet. Sepe uero & his, qui a terrenis corporibus remoti sunt sanctis, atque an-  
gelis iungitur. Atque ad eos per animi mundiciam penetrat, quo modo non multo ma-  
gis absoluta corpore, quando is, qui eam illi colligauit uoluerit deus, euidentiorē in-  
uita est, immortalitatis notionem. Si enim etiam conuexa corpori extra corpus age-  
bat uitam, quanto magis & post mortē corporis uiuere, neque unquam uiuere desinet, deo ui-  
bente, qui sic illam condidit per uerbum suum dominum nostrum Iesum Christum.  
Ideo denique immortalia, & aeterna sentit, & cogitat, quia immortalis est. Et sicut mor-  
talis corporis sensus non nisi mortalia cernunt, ita immortalia uidentem, & cogitantē  
aiam necesse est imortalem esse, ac semp̄ uiuere. Namque immortalitatis cogitationes, & intel-  
ligentiae nunquam ipsam deficiunt manentes in ea, ueluti fomenta ignis in ea ueritatem im-  
mortalitatis excitantes. Idcirco denique & diuinae speculationis habet notionem, ipsa  
que sui efficitur uia, non extrinsecus, sed ex se ipsa dei uerbi scientiam, & intelligentiam  
sumens. Dicimus ergo sicut & antea diximus. Huiusmodi homines sicuti deum ne-  
gauere, & inanimata uenerantur, ita & rationalem se non habere animam existimantes,  
ex eo iam suae demeritae poenas expendere, quae inter bruta numerantur. Atque ideo, ut  
inanimes simulachra uana sup̄stitione colentes, dignos miseratiōe esse alieno que regim-  
mine, quae si se aiām habere dicit, ac de illi⁹ rōne gloriatur, quid quasi non habeat aiām  
rationi contraria molitur, & quae non conuenit sentiunt, meliores se ipsos deo quoque  
facientes. Cum enim imortali sint anima, neque sibi uisibili, deum his quae uidentur, &  
mortalia sunt, assimilare praesumunt. Cur autē sicuti a deo receperunt, sic ad illum non  
rursus cōfugiunt? Possunt enim quae ad modum a deo auersi sunt animo, & quae non sunt  
finxere deos, ita ratione mentis ascendere, rursusque ad deū cōuerti. Possunt itaque ad  
deū cōuerti, si quas induerunt totius concupiscētiae sordes deponant, ac se tādū lachry-  
mis abluant, quo ad oē quod alienum inhererat aīae deserant, ipsaque solam, ut condita ē  
purāque nitantur ostendere, ut sic demum in ea speculari uerbum patris, ad cuius imaginē  
ab initio facti sunt possint, ad imaginē enim, & similitudinem dei factus est homo, ut scri-  
ptura diuina significat, quae dicit ex persona Dei. Faciamus hominem ad imaginē, &  
similitudinem nostram. Unde & cum oēm adiectam sibi peccati labem, ab se diluerit, purā  
que in se, & integram dei seruauit imaginem, merito iam illustrata ueluti in speculo uer-  
bum inspicit imaginem patris, atque in ipso patrem, cuius est saluator imago speculari.  
At uero, si minus sufficit animae magisterium ob ea, quae extrinsecus illius intelligen-  
tiam turbant ne uideat, quid praestantius sit, possumus, & ex his, quae uidentur notionē  
Dei cōprehendere. Creatura literarum instat per ordinem, & congruentiam suam dñm  
opificēque suum significante, & clamante. Quippe cum summe bonus, ac benignus  
deus sit, curāque habeat conditarū a se animarū, quia inuisibilis per naturam, & incō-  
hēsibilis est, oēmque conditam substantiam transcendit, atque ideo humanū genus cōsequi  
illius intelligentiam, notionemque non poterat, quae haec ex non existentibus sint, ille autē eter-  
nam substantiam habeat, hui⁹ rei gratia deus creaturam uerbo suo ita distinxit, atque cō-

Vix pōt  
qs cōcu-  
piscētiae  
sordibus  
iuolutus  
ad deum  
conuerti.

posuit, ut quia ille ē natura inuisibilis, uel ex operibus agnosci mortalibus posset. Sepe enim artifex ex operibus etiam cū non uideretur agnosceretur. Sicuti autem de sculptore Phidias traditur, quod ipsi⁹ opera ex cōmensione quadam, & membrorum adinuitiē ppor-  
tionē abente quoque Phidiam cernētibus indicent, ita & ex mundi ordine, & rōne con-  
stanti huius auctor, & conditor, deus intelligi debet, & si corporeo non cernitur intui-  
tu. Non enim inuidit nobis inuisibilem naturam suam De⁹, ne quis id possit obtin-  
dere, aut se hominibus oīno demisit incognitum. Verum, ut praedixi, creaturam ita dis-  
posuit, ut et si ipse in sua natura uideri non possit, ex operibus tamen possit agnosci. Ne-  
que ego istud a me ipso nūc loquor. Sed quae a theologis uiris didici, refero. Quorum  
vnus Paulus ad Romanos quidē scribēs, ita ait, Inuisibilia enim eius a creatura mun-  
di per ea quae facta sunt, intellecta cōspiciuntur. Lycaonibus uero testas dixit, Et nos  
homines sumus siles uobis passibiles adnuntiātes uobis, ut ab inanibus cōuertamini  
ad Deū uiuū, qui fecit caelum, & terram, & mare, & omnia quae in eis sunt. Qui i pte-  
ritis generationibus permisit oēs gentes ire uias suas, quis non sine testimonio reliquit  
seipsum, benefaciens de caelo uobis, dans pluias, & tempora fructifera implens cibo,  
& leticia corda uestra. Quis enim intuens caeli ambitum, & solis, ac lunae ordinatissi-  
mum cursum, aliorumque siderum positiones, ac circuitiones, ortus, atque obitus, quae cū  
contrario motu ferantur, & uario, in ea tamen differētia similem simul omnia ordinē  
seruant, non intelligit ista non se ipse fecisse, sed alium esse, qui cuncta disponat opifi-  
cem? Quis orientem quotidie aspiciens solem, lunamque noctu apparetē eadēque semp̄  
per incrementa, & certo dierum nūero indēmutabili seruātem lege, sideraque alia dis-  
currere, cursus suos uariantia, alia nunquam uagando moueri, non statim aduertit, quae  
per naturam contraria sunt, connecti sibi, & concinnam habere harmoniam, puta cali-  
da frigidis, & humidis sicca misceri, neque aduersū se bella, seditionesque mouere, unum-  
que simul oīa perficere corpus, non consideret extra haec esse qui ista coniunxit? Quis  
hyemem uerū concedere, aestatēque uerū, & autumnō estatem uidet, at idque cum ista sibi cō-  
traria per naturam sint, quippe aliud ex his frigus, aliud calorem infert, aliudque germi-  
na nutrit, & aliud perficit, simul tamen omnia equalem, & innocuum hominibus praes-  
bere usum. nec statim cogitat praestantiorē his aliquem esse qui praestet omnibus equa-  
litate, cuiusque gubernet, & si hunc minime uideat? Quis cum uidet nubes in aere fer-  
ri, atque in nubibus aquas detineri graues, non huius opificis memoria tangitur, cuius  
ista imperio fiunt? Quis item intuens terram ipsam natura grauissimam insidere a-  
quis, ac supra fluidam materiam suam seruare firmitatem non agnoscat esse aliquem  
qui ista ordinauerit, & fecerit Deum? Quis cum aspicit humum fruges suis ferre te-  
poribus, & imbres caelitus demitti, inundare flumina, fontesque pfluere, animalia item  
ex dissimilibus nasci, istaque non semper, sed statutis quaeque temporibus fieri, quis in-  
quam in his, quae dissimilia, & contraria sunt, equalem, ac dissimilem perfici ordinem  
attēdit, non cōtinuo cogitat uerū esse uirtutē, quae ista distingat, atque disponat? Haec enī  
per se nūquam pfecto confisterent, aut apparere possent, quae naturaliter sibi inuicem cōtra-  
ria sint. Nam aqua natura grauis est, & ima petit, nubes contra leues, & supna semp̄ ap-  
petentes, & tamē grauiōres aquas ferri nubibus cernimus. Terra itidem grauissima  
est, ut ea aqua sit leuior, ab his tamen, quae leuiora sunt, quod est graui⁹ fertur, neque dis-  
labitur, sed stat immobilis terra. Masculus item non idem quod foemina est, utrumque tamen  
in unū cogitur, & ab utroque generatio una cōficitur similis animantis. Atque ut breui-  
ter dixerim, calido cōtrarium est, humidūque sicco repugnat, ubi tamen simul cōuene-  
re: non secū dissident, sed cōsensu mirabili unum corpus omniumque generationem pfici-

Artifex  
ex ope cō-  
gnoscitur.

Oīa cer-  
tis tēpō-  
rib⁹  
suū uigo-  
rē exercēt  
Velut hu-  
m⁹ fru-  
ges, ac  
pluias  
nubes, &  
sic de sili-  
bus.

unt. Nunquam igitur quæ sibi per naturam contraria, & repugnantia sunt in vnum p se ipsa coirent, nisi pstantior esset, ac dominus, qui illa coniungit, cui ipsa quoque elementa famulantur, vt domino, & prompte cedunt, & semper obtemperant, nec horum quilibet suam naturam inspicere alteri reluctatur. Sed agnoscantiam iungentem dñm, concordiam adinuicem seruant, natura quidem contraria, sed ad regētis nutum, mirabili amicitia cōiuncta cōcedere. Nam nisi pstantioris potestatis imperio facta esset omnium vna commixtio, quo modo vel graue leui, vel humido, aridū, vel rotundum, recto, vel calidū frigidū, vel humo humor, aut lunę sol, aut sydera coelo, aut nubib⁹ aer misceri, & cōuenire potuisset? Cum sit cuiuscūq; ad alterum dissimilis oīno natura. Alias enī fuisset, horum aduersum se ipsa magna dissētio, & cum aliud refrigeraret, aliud vreret, & graue deorsū traheret, leue sursum ecōtra ferret. Solq; illustraret, & aer obnuberet, astra quoq; aduersū se dissiderēt, q̄ alia quidē superius, alia sint inferius posita, nox itē diei nūquā cederet, sed pugnare aduersus illam, ac dissidere p̄sisteret. Porro si sic ista cōtingeret, nō iā mūdum cōpositum, sed summa cōfusione rerum, neq; ordinē, sed temeritatē nō constantiā, sed plane incōstantiam, nō modum, sed imoderationē viderem⁹. Vniuscuiusque enim discordia, & pugna, aut omnia simul tollerātur, aut id solū appareret, quod sopasset. Idq; rursum confusa omnia, & incomposita cōderet. Quippe solū relictum reliquorūq; vsu destinatum hoc oē icōgruum efficeret, atq; icōcinnum, veluti si pes sol⁹, aut sola man⁹ reliqua esset, toti⁹ corporis desideraretur integritas. Nā qualis quæso, mund⁹ esset, si solus appareret sol, aut luna, sola mēstruum pageret cursum, si sola nox, aut dies sola obtineret? Quenā rursum esset cōgruetia, si vel cœlū solū sine stellis vel solæ stellæ sine cœlo essent? Quid vero utilitatis afferret, si solū esset mare, vel si sola terra sine aquis, aliiq; creature partibus i suo iaceret situ? Qua autē rōne, vñ homo appareret in terris, vel vllum oīno aial si elementis aduersum se dissidētibus vnum ex his obtineret, neq; ad corporum cōstatiā sufficere posset? Nō enim ex solo calido, aut solo frigido, vel hūido solo, vñ arido quippiā oīno cōstaret. Sed essent cōfusa oīa prorsus & incōposita. Ne ipm quidē qd̄ supere videretur, sine aliorum opitulatiōe cōstare quiuisset. Ideo quippe mō consistūt, q̄ se mutuo āplectūtur, & fouēt. Quoniā igitur non temeritas, sed ordo mundo uest, neq; imoderatio, sed mod⁹, neq; icōpositio cōceda sed honest⁹, ornat⁹ mundi q; aptissima oīno cōpositio, necesse est veniat in mētem, cōgitationēq; nram, is qui ista coniuinxit, atq; cōnexuit, eorūq; cōcordiam molitus ē dōmin⁹. Et si enim minime oculis cernitur, aut ex ordine, magnoq; consensu eorū, quæ per naturam cōtraria inuicem sunt, intelligere possum⁹ horum principē, & ducē, atq; regē. Sicut enim si ciuitatē ex multis, variisque mortalib⁹ cōstātem paruulis, magnis, opulētis, inopibus, lenibus, iunioribus, marib⁹, fœminis, ordinate inhabitari videam⁹ eosque qui intus sunt, multos licet, & varios in vnam cōspirare concordiam, neq; diuites aduersum pauperes erigi, nec magnos contra paruos, neq; aduersum lenes, iuniores moueri, sed oēs sūl p̄sumā equabilitatē tueri pacē. Si in quā ista videam⁹ eiulce p̄fecto cōcordiæ causā cōiūcim⁹ p̄cipis esse p̄ntiam, & si illum minime cernam⁹. Neque enim si essent plures creaturæ: principes seruari posset hic tantus rerū ordo. Sed essent confusa oīa, dum quisque arbitrio suo oīa traheret, atque aduersum alium dissideret. Sicut enī dicebam⁹ deorum multitudinē id efficere, vt sine deo sumus, ita fateri nec iō cogimur mītorū p̄cipatū verū aufferri dñiū. Cū enī illud sibi vicissim tollant null⁹ iam erit p̄iceps. Sed p̄cipat⁹ desideratio apud omnes p̄ualebit, vbi vero p̄iceps non est, ibi omnino desideratur ordo. Sicut contra vnus multorum ordo, atque cōsensus vnū etiā idicat p̄cipē. Veluti si quis de lōge audiat lyrā ex multis, variisque fidib⁹ cōpositā, earūq; cōsonatiā miretur harmōiā, q̄ nō sola grauis vox pficiat sonū,

Vniuersi  
cōnexio.

Ornatus  
vniuersi.

neque acuta tātum, neq; sola media, sed omnes pariter modo p̄rili vnū efficiunt cōcētam, prorsus intelligit, nō a se ipsa moueri lyrā, aut a plurib⁹ ipam pullari, sed vnum est semulicum, qui singularum fidium sonum in vnam cōgruam consonantiā artis p̄ritia misceat, licet eum minime videat. Ita cum sit oīno concinnus mundi totius ordo, neque ab inferiorib⁹ superiora, neque a superioribus inferiora dissideant, sed vnum simul omnia pficiant ordinē cōsequēs, est, vt nō plures intelligamus, sed vnum creaturę totius p̄cipem, & regem, qui suo lumine omnia illustret, & moueat. Neque enim plures esse creaturæ auctores, & p̄cipēs arbitrari fas est, sed vnum eius opificem fidelissimā pietate credere conuenit. Hoc etiam creatura ipsa aperte indicat. Est enim id verum p̄fecto, certūque documentū, q̄ vnus sit, qui hoc omne creauerit, q̄ non plures, sed vnus sit mundus. Nam si quidē plures essent dii, plures quoque mundos esse oporteret, ac varios. Neque enī deceret multos vnum fabricari mūdū, neque vnum a multis fieri propter illa, quæ ex his sequeretur indigna. Primum quidē q̄ si a multis vn⁹ fieret mundus, inde illorū sugillaretur infirmitas, q̄ vnū op⁹ multi pegissent. Atque ex hoc haud breue traheretur idicium imp̄fectæ cuiusque sciētia. Si enim sufficeret vn⁹ nequaq; plurimi singulorum supplerent defectus. At vero in deo mancū aliquid dicere, non modo impium est, sed omne sup̄greditur nefas. Nam & i hominibus nemo p̄fectum opificem dicit, qui quoduis vnum opus non solus, sed multorū solatio, & ope lubnix⁹ effecerit. Si autem quilibet potuit pficere totum, socialiter tamē id egisse omnes referantur, ridiculum id p̄fecto erit. Quod si gloriæ causa vnusquisque operatus est, ne quasi impotens existimaretur, huiusmodi vanitatem in diis dicere ineptissimum est. Deinde si quilibet ad totius opificium potens erat, quid opus est pluribus cum vnus ad omnia sufficiens sit? Preterea impium simul, indignūque videtur, si cū opus vnum sit, auctores eius plurimi, differentesque dicuntur. Est quippe naturalis ratio, vnum, atque p̄fectum pluribus, differentibusque p̄stare. Ad hec illud quoque sciendum, q̄ si a plurimis mundus esset effectus, differentes vtique haberet mot⁹, sibiq; dissimiles. Nā cū ad singulos auctores aspiceret, variis etiam motibus ageretur. At vero in ea differentia, sicut antea diximus, cōceda esset incompositio rerūque vaga temeritas. Nepe enī nec nauis si regatur a multis, recto nauigabit cursu, nisi vnus sit, qui clauum teneat gubernator. Neque lyra si pulsetur a pluribus concordem efficiet sonū, nisi vn⁹ hanc feriat artifex. Igitur cū sit creatura vna, vn⁹ mūd⁹, & eius ordo vn⁹ vnum quoq; illinc opificem, & regem intelligere necesse esse. Idcirco enim & ipse conditor vnū oīno mundum fecit: ne si multos cōdidisset, multi etiam putaretur opifices, sed vnus magis opis/vnus quoque auctor esse crederetur. Nō tñ quia vn⁹ est mund⁹ d⁹. Poterat enī & alios mūdōs facere de⁹. Sed quia vn⁹ fact⁹ est mūd⁹, necesse est vnū quoque esse ip̄i⁹ opificē credere. Quis ergo erit hic talis, necessario enī id quoq; insinuādum, atque dicendū ē, ne hui⁹ ignoratiōe seduct⁹ quispiā alterū suspicetur, & i eadē rursus impietatis foueā corruat. Arbitror autē neminē de eo quispiā sit posse dubitare, si enī quos poetæ deos dicūt, deos nō eē cōiūcit rō. Et eos q; creaturā diuis p̄sequūtur honorib⁹ errare ostēdit, prorsusq; ydolatria gētū sine deo esse, atq; ipium demonstraui. His oib⁹ sublati necessario iam restat religionē nram piā solā, ac verā cōfiteri, eūque q; a nobis p̄dicatur, & colitur solū eē verū deū, & creaturæ dñm, & huic subesse oīs opifices. Quis igr̄ hic ē nisi sc̄tissim⁹, & qui oēm cōditā substantiā trāscēdit Christi p̄r̄ q; tāq; gubernator optim⁹ sapiētia sua, & verbo dño nro Iesu Xpo cūcta salubriter moderatur, regit, atq; dispōit, facitq; vt faciēda optie ip̄e celsuerit. Eavero se hñt optie quæ & facta videm⁹, & fieri cernim⁹, hoc enī & ip̄e vult, nec ē q̄ obrē q̄spiā his deroget fidē, nā si quidem rōne careret creaturæ mot⁹, & temere hoc oē ferretur, nō iniuria fortasse,

Afferit  
q̄ si plēs  
dii fuissē,  
plēs etiā mundi  
creauissent.

quibus ista non crederet. Si autem sapientia, & ratio, & scientia constat, oportet natum significari, neque esse presulem istum, & illustratorem non esse alium quam dei verbum. Verbum autem dico non quod per singula que dicuntur: inestitur, simulque procedit, quod etiam seriale verbum quidam appellare conueniunt inaiatum/nihilque cogitans, aut intelligens, sed exterioriter solum arte operans per arbitrio, & disciplina volentis, neque quale est rationalis generis verbum quod ex syllabis compositum in aere significatur. Sed boni, & dei omnium viuum, & auctorem deum ipsum verbum dico, quod cum aliud quid sit, quam genita, & creata omnia proprium, ac solum patris optimi subsistit verbum. Quod hoc ostendit, atque compositum, suaque illustrat per uideria. Quippe cum patris boni bonum sit verbum omnium distinctum, ac dispositum ordinem contrariis quidem contraria suae maiestatis virtute connectens, atque ex his unam congruentiam moliens. Hoc dei virtus, & dei sapientia est, Coelum propeo vertit, terraque suspensum, in nihilo nutu proprio, & voluntate solidauit. Hoc illustratur sol, ut orbis radiis sui splendoris effulgeat. Hoc luna mensuris vicibus varia luce nitescit, Per hoc & aqua librat in nubibus, & imbres irrigant terram, mareque suis terminis cingitur, & humus omnium arborum, frugum, herbarum, florum varietate distincta virefcit. Quod si quis forte infidelis querit ea, que dicta sunt, an verbo dei sint condita, insanit quidem, qui est eiusmodi de verbo dei verbo dei dubitare audes. Potest tamen ex visibilibus rebus admoneri, euidentissima documeto, omnia dei verbo sapientiaque consistere, neque conditum aliquid firmari potuisse, nisi verbo factum esset, & verbo dei sicut dictum est. Verbum autem hoc non humano, ut dixi, more compositum ex syllabis. Sed patris sui incommutabilis imago est. Homines enim cum ex partibus compositi sint, & ex non existentibus conditi compositum, ac solubile habent, & verbum, At vero deus, qui sempiternum esse habet, in compositum est, idcirco & eius verbum, quod pari ratione esse habet, compositum non est. Sed vnus est, atque vnigenitus Deus, qui ex patre veluti ex fonte bono, bonus procedens, cuncta disponit, & continet. Causa vero, per quam Dei verbum condita omnia fecit, est profecto mirabilis, indicatur que extra ea non potuisse aliter fieri. Nam conditarum rerum omnium natura, quippe, que ex non existentibus subsistit, fluxa est, imbecillis, mortalis si per se inspicitur. At vero Deus omnium bonus, & summe bonus per naturam est: Idcirco & clemens est, atque piissimus. Bonus vero cum sit, nullius rei inuidia tangitur. Vnde & nemini esse inuidit. Sed omnes esse vult, ut habeat erga quos benignitate uti possit. Cum igitur cerneret omnem genitam naturam conditionis suae ratione fluxam esse, atque dissolui, uti ne istud pateretur: totumque hoc rursus solueretur in nihilum & esse desineret. Sempiterno verbo suo conditis omnibus, & in substantiam prouecta creatura non eam permisit natura suapte ferri, atque iactari, ne rursus periclitaretur ad inanem deuolui, essentiaque priuari, Sed ut summe bonus verbo suo, & ipso deo totam simul regit, atque constituit, ut verbi principatu, & prouidentia, ac dispositione illustrata creatura permanere firmiter possit, utpote eius, qui vere ex patre prodiit, verbi particeps facta, ac per ipsum, ut esse possit adiuta, ne patiat, quod passa esset necessario, nisi seruaretur a verbo, scilicet ne esse desineret. Id autem est imago dei inuisibilis patris, moegenitus omnis creaturae, quoniam per ipsum, & in ipso consistunt omnia visibilia, & inuisibilia, & ipse est caput ecclesiae, sicut veritatis magistrus in sanctis literis docet. Ipse denique omnipotens, ac perfectus sanctus patris sermo inuictus omnibus, & viribus suis omnibus in locis exercitis, illustransque simul omnia visibilia, & inuisibilia, cuncta in seipso continet, atque constringit, nihil omnino relinquens sua virtute destitutum. Sed omnia, & per omnia seorsum singula, & simul vniuersa viuificans, & perfecte custodiens, Ac principia totius substantiae visibilis calidum scilicet, & frigidum, humidum, & aridum in vnum coacta coniungens secum non dissidet.

Verbum  
patris quod est.

Christus caput  
ecclesiae.

refacit. Sed vna & consona harmonia omnia simul efficiere. Per ipsum nempe ipsiusque virtute neque calidum frigidum, nec sicco humidum relucetatur. Sed amica, & veluti cognata euasere, quae per se ipsa iterum contraria fuerant. Conuenientiaque simul, & vitia visibilibus prestant & corporibus, ut sint principia fiunt. Huic sane deo dei verbo obtemperantia, & que terris sunt viuificatur, & que sunt in coelis consistunt. Atque ideo mare quidem totum, & magnus oceanus motus suos intra suos terminos cohibet. Tellus ite omnis herbida variis vestita floribus, omnigenisque, ut dixi arboribus compta, letam sui faciem cernentibus exhibet, ac ne singulis in moribus que aperta sunt, nihil est in rerum natura, quod non in ipso, & per ipsum, & factum fuerit & consistat, ut ait inclytus ille Theologus. In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, quod factum est. Velut si mulicus lyra diligenter instructa grauius acutis, & aliis media per artis peritiam iungens vnus ex omnibus consonis efficiat melos. Ita, & dei sapientia hoc totum, ac si lyra tenes, & terrenis aeria, aerisque coelestia copulas, & singulis vniuersa connectens, nutuque, ac voluntate circumagens, mundum vnus, & vnus eius ordinem pulchre, atque aptissime constituit, ipse quidem apud patrem immobilis permanens, cunctaque sua constantia mouens, ut suo est libitum patri. Quod enim mirabile est ipsius diuinitatis insignem vno eodemque suae patris nutu, non ex iteruallis, sed simul omnia porrecta, rotunda, superiora, media, infima, liquida, frigida, calida, visibilia, & inuisibilia, pro cuiusque natura agit, atque disponit. Vno enim ipsius nutu & rectum recti iure, rotundumque rotundi circumagitur lege, mediūque, ut est, mouetur, calefcit calidum, aridumque siccatur, & omnia iuxta naturae suae rationem, vitia ab eo constituta que precipiunt. Ac per ipsum mirabilis quaedam, & diuina profecto harmonia perficitur. Atque, ut exemplo proposito res tanta possit intelligi. Sit huius rei magnus quidem chorus imago. Sicut igitur constante choro ex diuersis hominibus, pueris, mulieribus, iunioribus, lenibus, vnoque chori principe significante, quilibet pro ingenio, ac virtute sua se exercet. Similitudines aptissimae. Et oculus videat, auris audiat, tangat manus, olfactus percipiat odorem, & gustus itidem gustet. Sepe vero, & alias corporis partes, ut pedes etiam ambulant. Siue, ut tertio ad hoc significandum vtamur exemplo, Sicut magna edificata ciuitate, quae a conditore suo principe, ac rege administratur, & regitur, praesente illo, & imperante, & ad omnia iaciente oculos sequuntur omnes, & alii quidem ad agriculturam. Alii rigandi gratia, ad aquarum properant, ductus, alii frumentatum proficiscitur, & hic ad curiam vadit, ille ecclesiam ingreditur, & iudex ad iudicandum, princeps vero ad danda iura legesque residet, pergitque continuo artifex quidem ad suum ministerium, nauta vero ad Mare descendit, faber item ad suum quisque opus, ad curandum medicus, cementarius ad aedes construendas proficiscitur, & ille quidem egreditur in agrum, ille ex agro regreditur, alii in ciuitate versantur alii urbem exeuntes in eam denuo redeunt. Haec autem omnia principis vnus praesentia eius que imperio, & constituto fiunt, atque consistunt. Eadem ratione, & si exemplum sit per exiguum in omni creatura, maiore tamen mente oportet intelligi. Nam sub vno momento nutus cuiusque dei, verbi simul hoc omne pulchre dispositum, & a singulis, que sunt sui mueris sunt, ac simul ab omnibus vnus ordo proficiscitur. Nutu enim ac virtute rectoris, & omnium principis diuini paternique verbi, coelum vertitur, astra mouetur, lucet sol & luna suos circulos pagit, ab ipso illustratur aer, ether iceditur, spirant venti, motes in sublimi me porrecti tendunt, vndis mare agitur, & que in ipso sunt aialia nutriuntur terra immobilis

Similitudines  
aptissimae.

ATHANASIVS:

Mira  
Athana  
sui facun  
dia.

permanens ferendis frugibus semina suo confouet gremio, formatur homo, & vitit  
& moritur, & oia profus aialia mouentur. Vrit ignis, aqua refrigerat, scaturiunt fontes  
& amnes inundant, tempora trasuolant, adueniunt horre, descendunt pluuia, nubes i  
plentur, grando demittitur, labitur nix, & in Chrystallum glacies concreta solidatur,  
volitant aues, reptilia serpunt, natant aquatilia. nauigatur Mare, humus aspecto se,  
mine suis queq; temporibus virentia profert, crescunt arbores, atque ex his alie vi  
gent, fructulq; ferunt, alie ad maturitate prouehunt genitos, alie ad incremeta proue  
ete senescunt, atq; deficiunt, & alia quidem pereunt, alia nascuntur, & i lucem prodeunt.  
Hec aut oia, & multo plura his, que pro multitudine numerare non possumus, mira  
bilis profecto, & mirabilium effector operu deus dei verbum illuminans, atq; viuifi  
cans nutu suo mouet, ordinat, regit, vnu efficiens mudu, no extra se inuisibiles vir  
tutes, aut a sua ditioe extortes dimittens, has enim illarum quoq; conditor vna co  
plexus inter omnia continet, suoq; viuificat nutu, atq; prouidentia. Nihilq; est, cur  
huic rationi fides deroganda sit. Sicut eni prouidentia ipsius augentur corpora, & ra  
tionalis mouetur anima, rationeq; ac vitam habet, idq; probatione non indiget, quip  
pe ista cernimus fieri, ita rursus dei verbum vno, ac simplici nutu potestatis suae vi  
sibilem mundu inuisibileq; virtutes mouet, & cotinet, cuiq; propriu distribues mu  
nus, vt diuinae quidem ille inuisibileq; substantie, diuinius moueantur, visibilia ves  
ro prout cernuntur agantur. Porro ipsu in omnibus diuinu verbu dux, & principes, &  
rex, atq; constantia oim est, oiaq; ad gloriam patris sui operatur, quodammodo per vis  
bilia opera sua nos docens, & clamans. Ex creaturae magnitudine, & specie creator  
aspicitur. Sicut enim intendentes in coelu, & ipsius intuetes ornatum, & siderum lu  
cem, cogitamus dei verbum, quod ista disponit, ita necessario, & ipsius patrem intel  
ligimus. Ex quo prodians, ipsius merito interpret, & nuicius dicitur. Idq; ex huma  
nis rebus colligere possumus. Nam si procedente ex hominibus verbo, fontem eius  
animum esse cogitamus, & hausto verbo significentem animum cogitatione vide  
mus, multo profecto maiore imagine, & excellentia incomparabili virtutem verbi  
intuentes cogitatione percipimus, etiam ipsius patrem, vt ipse saluator ait. Qui vis  
det me, videt & patrem meum. Hec autem, & ois diuinitus inspirata scriptura apert  
us, & excellentius predicat, ex quibus nos quoq; diuinis litteris admoniti tibi ista  
conscribimus. Eas vero tu relegens poteris, que dicimus credere. Sermo enim maio  
ri auctoritate roboratus certum, & irrefragabile habet documentum. Principio igit  
tur sermo diuinus de tollendis idolis iudeorum populum premonuit, dicens. Non  
facies tibi idolum, neq; omnem eorum similitudinem, que in coelo supra, & que in  
terra infra sunt. Causam vero, cur ea tolli iubeat, alio in loco signanter aperit, dicens.  
Simulachra gentium argentum, & aurum, opera manuum hominum, os habent, &  
non loquentur, oculos habent, & non videbunt, aures habent, & non audiet, nares ha  
bent, & non odorabunt. Manus habent, & non palpabunt, pedes habent, & non am  
bulabunt. Neq; vero omisit nos de creatura quoq; admonere. Sed illius non ignarus  
pulchritudinis, ac preuidens, ne qui forte, illius specie attracti no vt dei opera, sed vt  
deum colerent, premonuit homines, dices, Et ne aspicias oculis, & videns solem, & lu  
na, oimq; ornatu coeli, seductu adoraueris, ea q; dñs deus tuu distribuit oib; gentibus  
que sub coelo sunt. Distribuit, autem, non vt ipa illi eent dii, sed vt eoru misterio admo  
niti cognosceret gentiles creatoru oim deu, vt predictu est. Dudu enim iudeorum po  
pulus aplioris doctrinae gratia reficiebatur. Quippe qui non solum ex creaturae  
operibus, verum & ex diuinis litteris dei scientiam hauriebat. Profus vero homi

Simula  
chra gen  
tium.

CONTRA GENTILES

FO. CCLXIX

nes ab errore, & irrationabili phantasia idolorum retrahens, ait. No erunt tibi dii alii  
preter me. Nec vero quasi essent dii alii, habendos eos prohibet, sed vt ne quis, a ves  
ro aduersus deo, sibi que non sunt, deos iciperet fingere. Quales sunt, qui apud poe  
tas, & scriptores reliquos nominati sunt. Quos supra non esse deos ostendimus. Sed  
& ipsa dictio non esse illos deos manifestat, qua dicitur. No erunt tibi dii alii quod  
in futuro signatur. Quod autem in futurum fit, tunc no est cum fore predictur. An  
vero sublata gentili impietate deorsu falorum tacuit diuina admonitio, permisitq;  
passim humanum genus absq; veri dei transire noticiat. Minime id quide, sed anti  
cipat aim ibues, ac dicēs, Audi Israel. Dominu deus tuus, dominus vnus est. Rursus  
q; diliges dominum deum tuum in omni corde tuo, & in omni virtute tua, & iteru.  
Dominu deu tuu adorabis, & ipsi soli seruiēs, & ei adherebis. Qd autem & verbi per  
omnia & in omnibus prouidentia, & dispositio ab omni scriptura diuinitus inspira  
ta testimonium habeat, sufficiunt, que modo dicentur, ostendere, si demq; verbis nos  
stris facere. Sic enim autem viri illi in elyti, sumique theologi. Fundasti terram & per  
manet ordinatione tua, perseverat dies. Et rursus. Pfallite deo nostro in cithara, qui  
operit coelum nubibus, & parat terrae pluuiam. Qui producit in montibus foenum  
& herbam seruituti hominum. Qui dat iumentis escam. Per quem autem dat nisi  
per eum, per quem facta sunt omnia? Per que enim facta sunt, eius necessario prouid  
entia cuncta reguntur. Quis igitur hic est nisi dei verbum? de quo & alibi dicitur  
verbo domini coeli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum. Naq; omnia  
per ipsum, & in ipso facta leguntur, sicuti nos admonet, dicens. Ipse dixit & facta sunt  
ipse mandauit & creata sunt. Ita & manus ille per omnia Moyses in principio munda  
ne creationis affirmat, exponens qd dicitur, dum ait. Et dixit deus, Faciamus homi  
nem ad imaginem nostram, ac similitudinem. Na & coeli, & terre, & oim conditione in  
situens, verbo dixit. Pater. Fiat coelum, & congregentur aqua, & appareat arida, &  
pducatur terra herba & oia animal. Ex quibus profecto testimonis Iudeos quoq; me  
rito cofutare, & arguere cuius in promptu est, qui no recte scripturas intelligit. Cui  
eni loquebatur deus, ubi & precipiens loquitur? Si quide his que fiebat, imperabat,  
& colloquebatur, superfluus erat sermo, nec dum ei illa erant sed futura. Nemo autem  
qui no est loquitur, neq; vti fiat precipit, & loquitur ei, qui nec dum factus est. Si eni  
futuris ipabat, oportebat dicere. Esto coelu, & esto terra, & pcedat herba, & fiere ho. At  
istud qd no dixit. Sed precipit, dicit. Faciamus hominem, & pcedat herba. Ex quibus on  
datur de ad alique veluti pxim de hmo loqui, cu quo & colloques faciebat oia. Quis  
autem iste sit, nisi ipius verbu? Quo ei dicemus loqui deu nisi verbo suo? Aut quis illi  
aderat facienti oem subam condita: nisi ei? sapientia que dicit. Qn faciebat coelu, & ter  
ra, adera simul cu eo. Appellatio e aut coeli, & terre, que in caelo, & que in terra sunt co  
dita cuncta coplectitur. Pns aut vna, vt sapientia, & verbu aspicias patrem, creabat hanc  
oia, & constituebat atq; disponebat, virtusq; existens pns, cuncta, vt esset roborabat, si  
cut & saluator ait. Omnia que video patrem facientem, & ego similiter facio. Et per  
ipsu aut, & in ipso facta esse oia facti eius, discipuli docet. Quodq; bono ex bono ge  
nit, & verus exns filius virtus est patris & sapientia, & verbum, neq; per participa  
tionem huiusmodi est, neq; ista illi extrinsecus accedunt, eorum instat qui eius par  
ticipes sunt, & per ipsum sapientes fiunt, atq; in ipso fortes, ac rationabiles euadunt,  
sed ipse sapientia, ipse verbum, ipse propria est potentia patris, ipse lux, ipse veritas,  
ipse iusticia, ipse virtus, sed & figura expressa, ac splendor, & imago, & vt breuiter di  
cam, perfectus vndique patris fructus exiit, & solus est filius imago incommutabilis

Oia ver  
bodei  
creata sunt

Qd vult  
pretia fi  
lii & qd  
filiu etia  
pater

patris. Quis igitur, quis enumerans enunciet patrem, ut eius verbi quoque virtutes uenire, & explicare queat. Est enim sicuti patris verbum, & sapientia, ita & conditio, ipse vita, ianua, pastor, via, Rex, atque Dux & in omnibus saluator, atque vitæ auctor, luxque, & prouidentia omnium. Huiusmodi igitur bonum, & creatorem filium habens, ex seipso pater, non obscurum esse mortalibus voluit, sed ex constantia vitæque omnium, ipsum omnibus quotidie reuelat. In ipso autem, & per ipsum, etiam semet insinuat, sicut & saluator ait. Ego in patre, & pater in me est, ut necessario in genitore appareat verbum, genitumque cum patre sempiternus sit. Cum autem hæc ita se habeant, nihilque extra illum sit, sed cælum quoque, & terra, & quæ in eis sunt ex eo pendeant, mortales tamen stolidi huius abiecta notione, ac religione, quæ non sunt, illi in honore pretulerunt. Ac pro deo qui vere est, quæ non sunt, diuinis prosequuntur honoribus, creaturæ potius quam creatori seruientes, rem patientes stulticiæ, & impietatis profecto planam, non secus, ac si quis artificis opera, non ipsum miretur artificem, opificiæque ciuitatis obstupescens, eorum conculcet opificem. Aut si quis musicum laudet instrumentum eum vero, qui id composuit, & instruxit, abiiciat. Stulti omnino, & mentis oculis cecati. Quo enim pacto aliter nosse potuissent, aut edificium, aut nauem, aut lyram, nisi hæc, vel nauium faber operatus, vel architectus, fabricatus esse vel musicus composuisset. Quem admodum igitur, qui ista voluit, insanit, omnemque vesaniæ transcendit modum, ita mihi videri solent non sano esse animo, qui deum non agnoscens, ipsius verbum venerari negligunt, redemptorem omnium dominum nostrum Iesum Christum, per quem pater omnia disponit, & continet, & omnium prouidentiam agerit. In quem tu fideliter, ac religiosissime credens. O amice gaude, & bono esto animo nihil ambigens fructum huius in illum fidei, atque pietatis immortalitatem esse, ac celorum regnum, si modo iuxta ipsius leges animæ ordinata, & instructa fuerit. Sicut enim his, qui ex illius sententia conuersantur, premium æterna vita est, ita & qui contrariam virtuti pergunt viam, confusio ingens, & sine venia periculum in die iudicii manet, quod licet agnouerint veritatis viam, contraria tamen, his gessere, quæ nouerant.

Si quis  
opificiū,  
laudat  
etiam opifi-  
cem,

Premiū  
bonorū ē  
vita æter-  
na.

FINIS LIBRI ATHANASII  
ALEXANDRINI EPIS  
COPICONTA  
GENTILES.

Eiusdem Athanasii Episcopi de incarnatione verbi eiusque ad nos per corpus aduentu. Liber secundus incipit.



Atis quidem in his, quæ premissimus de execrabili errore, & superstitione gentilium diximus, quo pacto scilicet initio simulacra inuenta sunt, quod quia ex malicia homines huiusmodi sibi nefarium instituerunt cultum. Sed & pauca per dei gratiam de paterni Verbi deitate signauimus, deque illius in omnibus prouidentia, atque virtute, ut scilicet bonus pater per ipsum cuncta disponat, & omnia moueantur ab ipso, & in ipso viuificata, letentur. Age nunc Machari fidelissime me, quæ sunt reliqua videamus, ac religiosa deuotione de incarnatione Verbi, deque diuino ipsius aduentu ad nos, pro viribus disseramus: quem Iudei quidem in ius vocant gentiles irridunt, nos autem supplices adoramus, ut magis ex manifestata Verbi humilitate, maior, atque auctior in ipsum surgat nostræ deuotionis affectus. Eo ei maius habet sue diuinitatis testimonium, quo magis apud fideles irridetur. Quia quæ homines non capiunt ceu impossibilia, hæc possibilis, ipse monstrauit. Et quæ ut indecentia irrident, mundanæ professores sapientiæ, ea ipse pietate sua decentissima fecit. Et quæ veluti humana arguti, irrident, hæc ipse potentia sua diuina declarauit, dum superstitionem idolorum ea, quæ putatur, utilitate sua per crucem destruxit, irrisoresque illos, & incredulos inuisibiliter, ut diuinitatem ipsius, & potentiam recognoscant, quotidie inducit. Ceterum ad ista explicanda, operæ precium est priora recolere, ut etiam causam, cur tantum, ac tale dei Verbum in corpore manifestatum sit, queas agnoscere, ne putes naturalis consequentiæ ordine saluatorem corpus suscepisse, sed cum esset natura incorporeum dei Verbum, per summam tamen clementiam, & bonitatem patris sui pro salute nostra in humano corpore fuisse reuelatum. Sed enim priusquam ista eloqui aggrediamur, de creatione rerum, eiusque creatore deo, pauca dicenda sunt, ut sic eius quoque in nouatione ab eo, qui hanc ab initio condiderat, deo dei verbo merito factam, digne animaduertere possimus. Nihil enim profecto inconueniens videbitur, si per quem illam condidit pater, in ipso eius quoque salutem operatus sit. Mundanæ molis fabricam, eiusque creationem multi varie exposuerunt, & quisque prout sibi visum est, ita de ea diffiniuit. Alii enim sicut Epicurei vltro, ac fortuito facta dicunt omnia, hi etiam prouidentiam tollunt, ac seipso destruant, dum certis, manifestisque rebus contra dicunt. Si enim sponte sua, & sine prouidentia (ut ipsi volunt) facta sunt omnia, oportuit ea sibi similia, passim, ac simpliciter fieri, nullamque rerum esse differentiam. In mundo enim perinde, atque in vno corpore vnum debuerant esse omnia, aut sol, aut luna, aut vna quæuis reliquarum partium, & in hominibus itidem totum esse debuit, manus, aut oculus, aut pes. At nunc non ita est, sed videmus aliud esse solem, aliud lunam, aliud terram, & in humanis corporibus aliud manum, aliud pedem, aliud caput. Porro hic tantus ordo, tamque singularis dispositio non vltro hæc facta declarat, sed causam præcessisse significat, per quam tanti operis principem, & creatorem deum esse, datur intelligi. Alii vero, quorum est princeps magnus ille apud eos Plato, ex subiecta, infectaque materia deum omnia fecisse autumant, non enim qui uisus deum aliquid facere, & nisi ante fuisset subiecta materia. Sicuti & fabro lignum oportet subiectum esse, ut possit operari. Non intelligunt, qui sunt huiusmodi, deum se imbecillum facere. Si enim

Epicurei  
oia fortui-  
to esse fa-  
cta sene-  
runt.

Vltro seu  
fortuito  
acteme-  
re.  
Platonis  
corū er-  
ror coar-  
guitur su-  
per rerū  
creatio-  
ne.

non est ipse materiae auctor, sed ex subiecta iam, atque parata molitur omnia, infirmus est, qui sine lignis nihil rei necessarium possit efficere. Hac nempe, ratione sublata materia/deus nil fuisset operatus. Et quomodo iam conditor, & auctor diceretur, qui facere accepisset ab alio, a materia scilicet? Erit autem, si ita sit, deus tantum artifex, non etiam creator essentiae. Siquidem per materiam subiectam operatur, nec est auctor ipse materiae. Nulla enim ratione creator dici posset, nisi condidisset ipse materiam, ex qua etiam, quae sunt condita, faceret. Alii ab heresi profecti/creatorem sibi alium fingunt/praeter patrem domini nostri Iesu Christi/multum sane & circa ea, quae dicunt cecutientes. Nam dicente ad Iudeos domino/Non legistis, quia qui ab initio creauit, masculum, & feminam/creauit eos, & dixit. Propter hoc relinquet homo patrem suum, & matrem, & adhaerebit uxori suae, & erunt duo in carne una: Deinde creatorem signanter adiciens/Quos ergo, inquit, deus coniunxit, homo non separet, quomodo istum nouam, & a patre diuersam creationem/inducunt? Porro si iusta Ioan-nem, qui cuncta comprehendit, inquit/omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, quod factum est, Quomodo erit alius conditor/praeter patrem Christi? In hunc modum isti delirant. At vero diuina doctrina, & Christiana fides/hanc illorum vanitatem, vt impiam, exhorrescit. Neque enim sponte, ac fortuito, quae non sint absque prouidentia, neque ex praesubiecta materia, quia non est imbecillus deus, sed ex non existentibus, quae nusquam erant, omnia esse/iussisse deum/per verbum suum nouit, sicuti per Moysen dicitur, In principio fecit deus caelum, & terram, ille quoque Pastoris perquam sane utilis liber/primo omnium inquit. Crede vnum esse deum, qui omnia creauit, ac perfecit, & ex non existentibus ad esse produxit. Quod & Paulus significans/ait Fide intelligimus/verbo dei perfecta esse secula, vt ex non apparentibus visibilia fierent. Deus enim bonus est, immo fons ipse bonitatis. Porro autem nullius rei inuidia subest. Ideo nemini esse inuidens/per verbum suum dominum nostrum Iesum Christum ex non existentibus omnia fecit. Atque inter omnia, quae sunt in terra condita, humanum genus miseratus, vidensque illud non sufficere conditionis suae ratione/ad permanendum semper, plus aliquid illi indulgit. Neque enim tantummodo, vt caetera bruta, & terrena animalia. condidit homines, sed ad suam eos finxit imaginem/virtutis suae illos participes faciens, vt verbi sui quasdam veluti umbras habentes, rationalesque facti/permanere in beatitudine possent, viuentes veram, & foelicissimam in paradiso sanctorum vitam. Sciens item humanum arbitrium in vtramque partem posse declinare, indultam illis gratiam, & lege, & loco praemunire curauit. In paradysum enim illos inducens/legem eis dedit, vt siquidem seruari acceptam gratiam, bonique persisterent, haberent in paradiso vitam in morte omni, & dolore, ac sollicitudine vacuam/adiecta illis repromissione caelesti, immortalitate fruendi. Sin autem transgredierentur legem, atque auersi, fierent mali, scirent se naturalem mortis corruptionem esse passuros, nec iam in paradiso victuros, sed extra illum morientes/in mortem, putredinemque soluendos. Hoc autem & diuina scriptura praesignat/dicens ex persona dei. De omni ligno, quod est in paradiso, comedes, de ligno autem scientiae boni, & mali non comedatis, quaecumque autem die comederitis, morte moriemini. Quid autem est aliud dicere, morte moriemini, nisi illos non solum denuntiare mortuos, verum & in mortis corruptione permanentes? Miraris forte, quid, cum de incarnatione Verbi dicere instituerimus, nunc de natura humanae principio differamus, sed hoc a proposito, & intentione nostra alienum non est. Neesse est enim vt cum de aduentu ad nos saluatoris nostri dicimus, etiam

Aliis error sup mundi creatioe

Liber pastoris.

Dei circa genus humanum clemencia

Arbitrii hominis veritas. Quae fuerit primis parentibus in paradiso diuersitas lex data.

Morte moriemini quo modo.

hominum principia repetamus, vt scias ex causa nostra descensus illius occasionem rationemque fuisse, praeparationemque nostram/verbi accessisse clementiam vt ad nos quoque descenderet, & appareret inter homines deus. Illius enim incarnationis, & humanitatis nos occasio fuimus, & salutis nostrae causa/dignatus est in humano corpore nasci, atque apparere. In hunc igitur modum deus hominem fecit, & permanere in mortalem voluit. Verum homines per negligentiam, atque contemptum auersi a dei cogitatu/adinuerunt sibi mala, sicut in priore libro docuimus, exceperuntque prius intentata sententiam mortis. Neque iam, vt conditi sunt, permanere, sed pro cogitationum suarum vanitate/corrupti sunt, morisque aduersus illos praualuit, regnans Nam praeparatio mandati, illos ad naturam suam reuocauit originem, vt sicut cum non essent, conditi sunt, ita illius essentiae suae corruptionem pro tempore sustinerent, & merito. Si enim, cum aliquando non essent per naturam, presentia, & benignitate Verbi/ad esse vocati sunt, consequens omnino fuit, vt priuati dei cognitione homines, & in ea, quae non sunt, auersi (Non sunt enim mala, sunt autem bona, quaequidem ab eo, qui vere est, deo facti sunt) semper esse desinerent, id est dissoluti in morte, & corruptione persisterent. Est enim per naturam homo mortalis, quippe ex non existentibus conditus. Ceterum si illius similitudinem, qui vere est, seruasset, per cognitionem, & contemplationem dei/naturalem corruptionem superasset, immortalisque mansisset, vt ait sapientia. Attentio legum est immortalis roboratio, incorruptibilis autem persistens/vixisset, vt deus, secuti ferme & diuina scriptura hoc indicans/ait. Ego dixi, dii estis, & filii excelsi omnes, vos autem, sicut homines, moriemini, & sicut vnus de principibus/cadetis. Deus enim nos non solum ex non existentibus fecit, sed & secundum deum viuere nobis indulsit/verbi sui gratia. Homines vero ab aeternis auersi, & concilio diaboli ad corruptionis conuersi opera auctores sibi mortalis corruptionis/effecti sunt. Erant illi quidem, vt praedixi, natura mortales, verum participatione verbi/naturae transgressi limites, boni persisterent, Nam per consortium, ac presentiam verbi/naturalis corruptio his minime appropinquasset, quemadmodum & sapientia dixit. Deus creauit hominem ad incorruptionem, & ymaginem suae aeternitatis fecit illum. Inuidia vero diaboli mors introiuit in mundum. Hoc autem facto/homines quidem moriebantur. Iamque aduersus eos corruptio inualecebat/eo contra genus omne mortalium praualens, quo & diuina comminatio contra eos ex mandati transgressione praecesserat. Namque & in delictis homines non usque ad statutos terminos steterant, sed paulatim progressi/iam in immensum iniquitatis verticem venerant, quippe qui ab initio malorum inuatores/mortem aduersum se, corruptio nemque prouocauerant, postea vero ad iniustitiam uersi, nequitiamque omnem supergressi/neque vno contenti malo, sed praeteritis noua semper addentes/nullam peccandi satietatem capiebant. Erant enim ubique adulteria, ubique furta, rapinaeque, & cadibus omnis terra feruebat, nequitia, & iniustitia nullo legis coerebantur metu, sed scelera omnia publice, priuatimque impune admittebantur. Vrbes aduersus vrbes bella gerebant, gentes in gentes insurgent, atque orbis totus seditionibus agitabatur, ac pugnis, cum singuli studerent caeteros superare nequitia, ne ab illis quidem abstinere, quae praeter naturam sunt, verum (vt ait Christi testis/apostolus) foeminae illorum immutarunt naturalem, vsum in eum, qui praeter naturam est, similiter & masculi omisso naturali vsum foemine, exarserunt in concupiscentia sua in alterutrum, masculi in masculos, turpitudinem operantes, & mercedem, quam oportebat erroris sui, in semetipsis recipientes. Horum ergo gratia/morte magis praualente, nequitiaque

Verbū dī ppter nām salutē caro factū.

Homines auersi a dei cogitatu,

Mala non esse.

Homines naturam mortalem est,

Homines ad corruptionem conditi suam malitia mortem incurrit,

Vitia, ne compescatur, in deteriora progressi.

Humana  
nū gen<sup>9</sup>  
quomō  
deperit.

Nō dece  
bat homi  
nē pctō  
admissō  
nō mori

Sati<sup>9</sup>erat  
hoiem a  
pripicio  
nō fieri,  
q̄  
perire,  
&  
omnino  
abici.

Pœnitē  
tiæ vis &  
efficacia.

Deū esse  
vbicq; &  
i  
plere oia

in hominibus, & contra homines perseverante, humanum quidem deperibat genus  
defluebat q̄ homo rationalis / ad dei imaginem conditus, diuinumque adeo, & illu-  
stre opus interibat, Et enim mors, vt predicti iam aduersum nos per legem prauale-  
bat, neque legem effugere fas erat, q̄ a deo prauaricationis gratia fuisset imposita,  
Eratque, quod fiebat, indignum profecto, atque indecens. Indignum quidem, si in  
verbis suis metiretur deus, ac decernente illo mori hominem, per mandati prauarica-  
tionem, postquam prauaricatus esset, non moreretur, sicq; sententia diuina nutaret,  
Non enim esset verax deus, si dicente illo moriturū hominem non moreretur. Por-  
ro indecens erat, vt quæ semel ab eo fuerant condita, rationalia, verbique ipsius parti-  
cipatione honorata, perirent, rursumq; per corruptionem ad non esse redirent. Ne-  
que enim competeat diuinæ bonitati, vt quæ ab ipso facta fuerant, per diaboli sub-  
dolam malignitatem, soluerentur in nihilum. Ad hæc, indignissimum profecto fuit  
dei artem in hominibus exterminari, siue per ipsorum negligentiam, siue per diabo-  
li astum, atque fallaciam. Defluentibus igitur rationalibus, & peruentibus huiusmo-  
di operib; / quid oportebat facere deum summe bonum, num permittere corruptio-  
nē cōtra praualere, mortemq; ipsis dñari? Et quid opus erat hæc ab initio fieri? Sa-  
tius enim profecto fuisset non fieri, quā facta abiici, atq; defluere. Quippe ex hac re  
dei magis infirmitas, quā bonitas noscitur, si factum a se opus negligat, ac perire si-  
nat, Præstaretq; initio non fecisse hominem, nisi eū fecisset, non esset vn̄ illi<sup>9</sup> cau-  
satur infirmitas. Vbi vero eum fecit, atq; vt esset, creauit, indignissimum fuit, adeo præ-  
clarum eius opus, ante conditoris sui perire oculos. Non ergo permittere debuit, vt  
homines corruptione tenerentur, q̄ id dei bonitate indignum, atque indecens esset,  
verum, vt id fieri minime oportuit, ita & econuerso. Rursum obicitur plenum fuisse  
rationis, vt deus in lege, quā de morte tulerat, verax videretur, neq; enim congruum  
erat vtilitatis, constantiaq; nostræ gratia, mendacem apparere veritatis patrem, de-  
um. Quid igitur & in hoc deum facere decuit? pœnitentiam omnino prauaricatio-  
nis causa / ab hominibus exigere. Hoc enim dignum deo fuit, vt sicut ex prauaricatio-  
ne in corruptionem lapsi sunt, ita rursus in incorruptionem pœnitentiæ opere resur-  
gerent. At vero pœnitentia ne ipsa quidem a deo arceret iniuriam, permaneret  
quippe non verax, nisi detinerentur homines morte. Neque enim pœnitentia ab his  
quæ per naturam inuecta sunt, reuocat, sed solum peccata quiescere facit. Si quidem  
igitur peccata tantum essent, nec fuisset subsequuta corruptio, rite omnino pœniten-  
tia haberet locum. Sin autem ex præcedente prauaricatione naturali corruptio-  
ni mortales tenebantur obnoxii, gratiamque imaginis diuinæ perdididerant, quid fa-  
cto opus fuit / ad huiusmodi recuperandam gratiā? Illius sane illius hoc opus erat,  
qui ab initio eum non essent, condidit omnia, diuini scilicet verbi. Ipsi enim, inter  
erat, corruptibile hoc ad incorruptionem reuocare, ac pro omnibus rationabiliter pa-  
tri satisfacere. Verbum enim, patris filius, cum super omnes sit, merito, & omnia recu-  
perare poterat solus, ac pro omnibus pati, solusque sufficiebat, patrem exorare pro  
omnibus, Huius rei gratia incorporale illud, & incorruptibile, æternumque dei ver-  
bum, aduenit in patriam nostram, cum ne ante quidem longe esset a nobis, nulla  
enim creaturæ pars illo vacua remanet, sed omnia prorsus impleuit ipse, simul cum  
patre suo præsidens omnibus. Aduenit vero nostros miseratus errores, suo ad nos de-  
menti, mitiq; processu. Nam cum videret rationale perire genus, mortemque in eos  
corruptionis ratione regnare, videret item prauaricationis comminationē i nos ex  
mortis præualere sententia, indignumq; putaret, legem ante, quā impleretur, exolu-

incōuenientiam quoq; rei esse ppenderet, si quæ ipse condiderat, haberentur in nihilum  
hominūq; præterea summam nequitiam intueretur, in eorum perniciem sensim quo-  
tidie excrescere, omneque hominum genus per reatum / obnoxium morti, conditionē  
nostram, infirmitatēque miseratus, ac mortalitati nostræ condescendens, mortisq; nō  
ferens dominatum, vt ne creatura periret, ociosumq; patri ip̄ius fieret opus, assūm̄t  
sibi corpus, idque minime a nostro alienum. Neque enim simpliciter in corpore nasci,  
nec tantū apparere voluit, & per quodlibet aliu d̄stanti<sup>9</sup> diuinā suam exhibere p̄sen-  
tiā, sed accepit corpus n̄m, & hoc non quolibet, sed ex immaculata, & intemerata, viriq;  
nescia virgine purū / ac sine vlla admixtiōe virili illibatū. Ip̄e enī quippe potens, & oī-  
um opifex corpus templi in se, sibi in virginis corpore condidit, sibiq; illud peculiare  
domicilium fecit in ip̄o veluti in instrumento, innotescens, atque inhabitans. Sicque  
de massa corp<sup>9</sup> / & nostro per oīa sile / sumēs, q̄ oīs corruptiōis mortis effem<sup>9</sup> obnoxii,  
morti illd̄ p̄ oīs tradidit, Deoq; obtulit p̄ri. Id sane demētissime / ac puidētissime,  
vt quasi in ip̄o mortuis omnibus solueretur in homines corruptionis lata sententia.  
Quippe, in domini corpore impleta p̄tate omni, nullūque iam habente contra homi-  
nes ius. Vt autē in corruptionem reuersos homines, rursus ad incorruptionis excelsa  
conuerteret, eosque viuificaret a morte / obiectu corporis sui, & resurrectionis gratia /  
mortē ab eis, neq; non secus q̄ ab igne stipulā / tulit. Cum enim sciret verbum / nō ali-  
ter soluēdam hoim mortem, nisi pro oīs ip̄m moreretur, nec esse possibile ip̄m mo-  
ri verbum, quippe immortalem patris filium, corpus sibi, quod mori posset accepit, vt  
id verbi, quod est super omnia, particeps factum / idoneum fieret pro omnibus mori,  
ac per inhabitās verbum incorruptibile permaneret. Iamque corruptio fugaretur ab  
omnibus per resurrectionis eximiam gloriam. Vnde, quod ip̄e sibi assumerat, cor-  
pus, ac si victimam, & hostiam omni macula liberam, in mortem offerens / ab omnib;<sup>9</sup>  
continuo similibus, oblatione consimilis / abegit mortem. Nam cum sit super omnes  
dei verbum, digne templum suum, & instrumentum corporis animatum / offerēs deo,  
impleuit pro omnibus, quod in morte debebatur. Eoque commercio, per id quod e-  
rat omnibus simile, Dei incorruptibilis filius, merito omnes incorruptione vestiuit.  
Etea quippe corruptio mortis / non iam habet contra homines locum, verbo per vnū  
corpus in eis habitante. Ac veluti cum magnus quispiam rex ingressus aliquam præ-  
claram urbem / in vna ip̄ius ædium inhabitauerit, huiusmodi ciuitas ingēti honore ce-  
lebratur, nec iam hostis vllus, aut latro illam tentare præsumit, omni que potius digna  
censetur honore, ob morantem in vna ip̄ius ædium regem, ita & in rege omnium / cō-  
tigit. Nam cum ad nostra venisset, & in vno nobis similitum corporum / inhabitasset,  
omnis iam hostium aduersus homines inquietudo cessauit, mortisq; corruptio, quæ  
dudum in eos conualuerat, eliminata est. Perierat enim humanum genus, nisi omni-  
um dominus, ac saluator Dei filius mortis sine consummatus esset. Id quippe ma-  
gnū, diuinūque opus, diuinæ imprimis bonitati congruebat. Si enim rex domum  
aut ciuitatem ab se conditam, cum per negligentiam inhabitantium oppugnata a la-  
tronibus fuerit, non spernit, sed vt opus proprium / vlcisci, ac seruare pergit, non quid  
habeatorem mereatur desidia, sed quid deceat, intuens. Multo magis Deus verbum  
clementissimi filius patris, incorruptionem delapsū ab se conditum humanum ge-  
nus / non est aspernatus, sed eam, quæ contigerat, mortem sui corporis oblatione dele-  
uit / nostram negligentiam doctrina sua corrigens, hūanaque omnia sua virtute cor-  
roborās. Hæc autem & ex ip̄ius saluatoris discipulis, viris, quisquis illorum legit scri-  
pta facile discet, qui sic aiunt. Charitas enim Christi continet nos / iudicantes hoc, quo

Magnā  
verbi di-  
uini erga  
gen<sup>9</sup> hu-  
manū di-  
gnatio.

Corpus  
Christi  
templū dei  
& peculi-  
are domi-  
cilium.

Corpus  
Christi  
p̄hitans  
verbū in-  
corrupti-  
bile.

vt vrbs re-  
gis igref-  
sū, ita hu-  
manū ge-  
n<sup>9</sup> igredi  
ēte carnē  
dei filio /  
nobilita-  
tur.



ATHANASIVS.

nam si vnus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt, & pro omnibus mortuus est, vt nos non iam nobis ipis viuamus, sed ei, qui pro nobis mortuus est, & resurrexit a mortuis, domino nostro Iesu Christo. Et rursus, Eum autem qui paulo minus ab angelis minoratus est, respiciens Iesum per passionem mortis/gloria, & honore coronatum, vt gratia dei pro omnibus gustaret mortem. Deinde etiam causam, cur non alium, quam ipsum dei verbum incarnari oportuit, significat, dicens. Sicut non alterius erat a corruptione inuecta, eripere homines, quam Dei verbi, qui & in initio creauit eos. Quod autem verbum ipsum sibi corpus assumpserit, pro omnibus similibus hostiam, Et hoc signanter insinuat, dicens. Quia igitur pueri communicauerunt carni, & sanguini, & ipse similiter particeps illorum fuit, vt per mortem destrueret eum, qui habebat imperium mortis, id est, diabolus, & liberaret eos, qui metu mortis per omnem vitam rei tenebantur seruitutis. Namque sui corporis hostia, & finem nostrae imposuit legi, & vitam nobis inuouauit in initio spe resurrectionis inducta. Quia enim ex hominibus in homines preualuit mors, ideo rursus per incarnationem verbi, mortis destructio facta est, & vitam resurrectionis reddita, dicente viro illo Christifero. Quia enim per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum. Sicut enim in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur, & his similia. Non enim modo quasi damnati/morimur, sed vt excitati, communem omnium resurrectionem praestolamur, quam suis temporibus ostendet, quoniam hanc operatus, nobisque largitus est Deus. Ista quidem sacra incarnationis verbi/prima causa est, verum ex his quoque dementissimum ipsius ad nos aduentum/factum rationabiliter liquet. Deus nempe, qui omnium habet imperium, cum per verbum suum humanum faceret genus, naturam ipsorum, imbecillitateque considerans, vt illa non ex se sufficeret, ad agnitionem creatoris assurgere, aut omnino dei intelligentiam capere, qd ille quidem ingenuus, homines vero sint ex non existitibus conditi, & ille incorporeus, hi autem terreno effcti sint corpore, multumque illis deesse perspicuus ad intelligendum, agnoscendumque conditorem, miseratus denuo genus humanum, utpote benignissimus, no eos dimisit agnitione sua omnino destitui, ne inutilem habere viderentur essentiam. Quae enim esset utilitas conditis, nisi scirent creatorem suum, aut quo rationales essent, si patris ignorarent verbum, in quo etiam conditi sunt. Nihil enim profecto brutis excellerent, si nihil propter terrenam/cognoscerent. Quid vero vel eos deus faceret, a quibus nollet agnosci. Vnde ne id fieret, cum ipse sit summe bonus, imaginis suae domini nostri Iesu Christi, illis confortium tradidit, fecitque eos ad imaginem, & similitudinem suam, vt per hmoi gratiam imaginem, ad quam effecti essent, intelligentes, verbum scilicet patris, possint per ipsum & patris intelligentiam consequi, agnoscatelque creatorem/viuant foelicem, ac beatam vitam. Sed enim infelices, ac stulti homines, sic quoque contempta sibi indulta gratia/in tantum auersi a deo sunt, atque a deo ai am suam pturbarunt, vt non solum dei obliuiscerentur notionem, verum & p aliis sibi alia fingerent. Nam simulachra pro veritate formarunt, & quae non sunt, vero deo in honore preferentes creaturae potius q creatori seruiuerunt, & (quod est deterrimum) ad ligna quoque, & lapides, omneque materiam, & homines ipsos dei honorem deiecerunt, & his etiam plura gessere sicut in superiore libro dictum est. In tantum vero vesanae impietatis proruperant, vt iam demones quoque adorarent, deosque predicarent/desyderiis eorum satisficientes. Victimam enim ex

Scdē ad  
Corinthi.  
.v.  
hebre. ii.

Quae fuerit  
carnationis  
verbi causa.

Oportebat  
hominem  
sui creatoris  
hinc cognitionem.

hō a deo  
auersi  
dolatriā  
cecidit.

DE INCARNATIONE VERBI

FO. CCLXXIII.

mutis animalibus, & hominibus, vt ante diximus, pro illorum honore litabāt se ipsos magis, ac magis huiusce sacrilegiis sacris eorum instinctu/vincientes. Idcirco denique & magicā apud eos artes docebantur, & vaticinia per loca homines falsebant, omnesque generationis ac substantiae suae causas/altris, coelestibusque omnibus assignabant, nihil amplius, qd quae videbantur, cogitantes. Prorsusque cuncta erant iniquitate, & impietate plena, & is, qui solus verus Deus est, eiusque verbum non agnoscebatur, qd se mortalibus minime occultum esse/permiserat, neque exigua notionis suae illis indicia dederat, sed eam varie, multisque explicuerat modis. Sufficiebat nempe indulgentiae imaginis gratia ad Deum verbum, eiusque patrem mortalibus insinuandum. Ceterum praescius Deus imbecillitatis humane, illorum quoque prospexit ignauitiam, vt si per se ipsos/deum agnoscere negligerent, possent eum vel creaturae eius opera non ignorare. Quia vero haec ipsa negligentia paulatim in deteriora labebatur, prouidit iterum deus huiusmodi infirmitati/legem, ac prophetas/familiares suos mittens, vt si in caelum oculos pigeret attollere, conditoremque cognoscere, haberent e vicino magisterium, qui ppe homines ab hominibus praestantiora discere, vicini queunt. Fas ergo illis fuit/caeli attendentibus magnitudinem, & creaturae congruentiam inspicentibus/eius auctorem intelligere, patris scilicet verbum, quod prouidentia sua per cuncta diffusa patrem omnibus indicat, atque idcirco mouet omnia, vt per ipsum omnes agnoscant Deum. Aut si ad hoc illos pigeret assurgere, vel sanctis colloqui possent, ac per ipsos addiscere/opificem omnium Deum/Christi patrem, idolorumque culturam iniquitatem esse/omni impietate plenissimam. Licebat item eis accepta lege, ab omni nequitiae labe desinere, virtutisque vitam viuere. Non enim ob iudeos tunc lex tradita fuerat neque sola ipsorum gratia/prophetae mittebantur, sed cum ad iudeos missi/ab eis repellentur, orbem terrarum/nuersum/scholam sacram acceperunt, in qua homines docerent scientiam Dei, animaeque virtutes. Tanta igitur cum esset Dei bonitas, atque benignitas, homines tamen praesentaneis voluptatibus, & daemonum pompis, ac fallacis victi/non sese ad veritatem exercere, sed pluribus se malis, ac peccatis immerferunt, vt non iam rationales viderentur, sed secundum morem irrationabiliter viuerent. Sic itaque ratione destitutis hominibus, & errore daemonum omnia vbi que obumbrante, verique Dei occultante notionem/quid deum facere oportuit. An super huiusmodi se continere, & permittere homines/a demonibus falli, atque in dei ignoratione persistere. Et quid opus erat ab initio ad imaginem Dei hominem fieri. Prestare enim videbatur irrationalem fieri, quam rationalem conditum/brutum viuere vitam. Quid item profuit/illum a principio dei suscipere cognitionem. Si enim nec modo hanc meretur accipere, oportuit eam a principio ne dari quidem. Quae vero inde utilitas, quae gloria auctori Deo proueniret, si conditi ab eo homines/ ipsum non adorarent, alioque esse auctores suos extimarent. Inueniretur nempe Deus non sibi creasse, sed aliis. Deinde rex homo, profecto mortalis, conditus a se vrbes aliis seruire non sinit, neque confugere ad alios, sed eos literis admonet, sepe vero & per amicos illis nuncios dirigit, & si opus fuerit, ipse eo proficiscitur/ praesentia demum sua illos continens, vt ne aliis seruiant, iamque ociosum sit ipsius opus. Nonne multo magis Deus creaturis suis parceret, ne ab eo aberrantes/his, qui non sunt, persistant obsequi, maxime cum error huiusmodi perditionis, & exterminii causa illis, atque occasio sit. At minime oportuit perire, quae ad Dei imaginem fuerat condita. Quid

Victimam  
ex mutis  
animalibus.

Non e ob  
iudeos so  
lu lex da  
ta, neque  
missi p  
phetae.

Prestabat  
hominem  
ne irrationa  
le fieri, q  
fectore no  
agnosce  
re, vt ag  
nitum no  
adorare/  
at amare.

Redēpti  
onem no  
stram p  
Christū  
fieri oportet.

Imago  
p̄ris fili  
ad cuius  
imaginē  
nos facti  
Quid sit  
renasci.

verbū di  
uinū, vt p  
corp⁹ ag  
noscere/  
tur, & per  
ip̄m p̄  
carnē in  
duit.

igitur aliud fieri debuit, nisi vt imago iterum innouaretur, ac per eam possent illi homines rursus agnoscere. Hoc autem quo pacto fieri poterat, nisi imago ipsa dei saluator noster Iesus Christus aduenisset. Nam per homines quidem possibile non erat, cum & ipsi essent ad imaginem conditi, ne per angelos quidem, Neque enim vel ipsi imagines suam conditā recuperare hominem possent. Id autem fieri non quibat, nisi mors atque corruptio sublata esset, vnde necessario mortale corpus assumpsit, vt & mors in ipso iam destrui posset, rursusque renouarentur homines ad dei imaginem conditi. Non igitur ad id p̄ficiendum alio, q̄ imagine paterna, opus fuit. Sicut enim cū p̄ta v̄spiam imago exterioribus sordibus ferme fuerit obliterata rursus illum aduenire necesse est, cuius est forma, vt in eadem tabula possit imago renouari. Nam pro honore p̄cturæ, ipsa quoque materia minime abicitur, sed in ipsa denuo pingitur, ita & sanctissimus filius imago scilicet patris ad nostra descendit, vt factum ad imaginem suam hominem renouaret, ac per remissionem peccatorum antea perditum inueniret. Sicuti & ipse in euangelis ait, Veni inuenire, & saluare, quod perierat. Quocirca iudeis quoque dicebat. Nisi quis renatus fuerit, non carnalem profecto natiuitatem, sicut illi arbitrati sunt, signans, sed renascentem hominem, & ad imaginem Dei denuo proficientem, spiritaliter indicās. Quoniam vero & idolorum velanus cultus, & impietas sacrilega, orbem continebat vniuersum, dei que cognitio occulta erat, quā nam oro, debuit orbē docere de patre. Num homo? At homini possibile non erat terram omnem peruagare, cum nec per naturam ad tātum sufficeret cursum, nec dign⁹, cui de re tanta crederetur, haberi posset. Neque aduersus dēmonum fraudes, atque fallacias per se quiret obliuiscere. Cuncti quippe percussis animo, ac deceptione diaboli, & idolorum vanitate turbatis, quomodo possibile fuit humanam mentem, atque animum persuadendo ad fidem, inclinare eum, qui conspicuus oculis esse nō posset? Quem vero quisque non videt, quo pacto is aliquem in tanta rerum perturbatione inducere ad credendum potest? Sed forte dicat quispiam, creaturam potuisse sufficere. Sed si creatura sufficeret, nunquam tam multa mala, tam inaudita scelera admiffa essent. Nempe enim creatura non deerat, & nihilominus homines iisdem de Deo volutabantur erroribus. Quoniam ergo dudum opus fuit, nisi Dei verbo, quod & animam nostram, sensumque intuetur, & omnia vt creatura mouet, ac per ea insinuat patrem? Qui enim per suam prouidentiam, & dispositionem omnium, homines eatenus de patre docuerat, eius profecto intererat, eādem renouare doctrinam. Quo modo igitur id factum esset? Fortassis enim putet aliquis, ad eam innouādam creaturæ operibus (vt dudum) licuisse vt, at id minime tutum fuisset. Id quippe magisterrii genus, iam antea spreuerant homines, neque iam oculos ad superiora tollebant, sed eos prorsus ad inferiora deprefferant. Vnde rationabiliter omnino mortalibus prodesse cupiens, aduenit vt homo, sumens sibi corpus, illis per omnia simile, atque ex inferioribus videlicet per corporis opera, sese insinuauit hominibus, vt qui illum ex eius in omnia manente prouidentia, & gubernatione, intelligere, & scire neglexerant, vel ex operibus ab eo in carne consummatis, verbum Dei agnoscerent, in corpore positū, ac per ipsum, etiam patrem. Sicut enim magister optimus discipulorum commotis caute prospiciens, eos, qui proficere ex maioribus nequeunt, per ea, que infima sunt erudire non renuit. Ita & Dei verbum fecit, sicuti & Paulus ait. Quia enim in sapientia dei non agnouit mūdus p̄ sapientiam, deū, placuit deo p̄ stultitiā p̄dicatiōis, saluos facere credentes. Quia enim auersi homines a cōtemplatione Dei, ac veluti in profundo

demersi, oculis humi depressis, in genethliacis, & sensibilibus deum requirebāt, mortales homines, ac demones sibi met fingentes deos. Idcirco benignissim⁹, communis que redemptor omnium Deus, Dei verbum, sibi corpus assumpsit, & inter homines vt homo conuersatus est, sensusque mortalium rapuit, vt qui in rebus corporalibus deum inquirebant ex eis, que dominus per corpus operatus est, intelligerent veritatem, ac per ipsum ad intelligentiam patris assurgerēt. Homines autē cum essent, nilq̄ nisi humanum intelligerent, quocūq̄ suos verterent sensus, ibi & se cernebant a Deo p̄ueniri, & vndiq̄ sibi aperiri veritatem. Siue enī creaturā mirarētur, attoniti, videbant eam, Christum dñm n̄m confiteri, siue ad homines illorum raperetur intētio, & cogitatio, vt deos extimarent, saluatoris opa illis conferentes, solum inter homines deum, dei filium, saluatorem n̄m agnoscebant, cum apud illos nulla hmōi signa inuenirent, tur qualia per verbum dei p̄petrata sunt. Si autē & ad id rapti fuissent, vt demones crederent deos, videntes eos a domo figurari, solum esse deum dei verbum intelligere cogebantur necessario. q̄ si ad mortuos cofugeret illorū mens quippe qui heroas, & quos poetæ dicunt deos, colere consueuissent, resurrectionem saluatoris admoniti, falsos illos, & mendaces esse fatebātur, solūq̄ Deum verum esse, patris verbum, quod etiam mortis haberet imperium. Idcirco nāq̄ natus est, & apparuit homo, mortuusque resurrexit, vt p̄fecto obtunderet, & obscuraret operum suorū gl̄ia, queq̄ mortales oēs vnquam antea gesserant, vt quocūq̄ incidissent homines, in de illos educeret, ac doceret verum patrem suum, quemadmodum & ipse ait, veni saluare, & inuenire, quod perierat. Prolapsis enim penitus ad visibilia humanis animis, voluit per corpus apparere verbum, vt in se, atq̄ i amorem sui traduceret hoies, eorūq̄ in se raperet sensus, eis q̄ iam cernētibus sibi similem, ex opibus p̄suaderet non hominem se esse solū, sed deum quoq̄, & dei veri verbum, ac sapientiam p̄ris. Hoc autem & Paulus significās dicebat. In charitate radicati, & fundati, vt possitis comprehendere cum omnib⁹ sc̄tis, que sit latitudo, & longitudo, sublimitas, & p̄fundum, Scire etiam supereminētē sc̄itiæ charitatem Christi, vt impleamini in omnem plenitudinē dei. Verbo enī sese vbiq̄ exerente, & supra, & infra, & in profundo, & latitudine se explicante (supra quippe in creatiōe rerum, infra vero in humanitate suscepta, in profundo autem inferni, & i orbis latitudine oīno diffudit) omnia dei sc̄itiā impleta sūt. Quocirca cum venisset ad nos, non ideo sacrificium se obtulit, tradens corpus in mortem, & exulcicans illud, vt per hoc se ipse deiceret, sed vt per id potius innotesceret mūdo, p̄sistens in eo, & ea p̄ficiens signa, atq̄ opera, que illum, nō iam hominem, sed deum, deiq̄ verbum declararent; vtrūq̄ enim saluator summa benignitate molitus est, per incarnationis suæ sacramētum. Nāq̄ & nos morte a nobis repulsa, renouauit, & cum occultus esset, atq̄ inuisibilis, se ip̄m operibus sacris insinuans, ostendit esse patris verbum, totiusque mundanæ machinæ p̄cipem, ac regem. Non enim circūscriptus erat corpore, neq̄ ita erat i corpore, vt alibi non esset, neq̄ ita illud agebat, vt reliqua ipsius operationem, prouidentiaque desiderarent, sed mō omnino mirabili, cum verbum esset, a nullo continebatur ipsūque continebat omnia. Et sicut cum in omni creatura sit, extra omnia quidem p̄ substantiam est, in omnibus autē potestate diffunditur, disponens omnia, & in oibus suam prouidentiam explicans, & seorsum singula, & simul vniuersa viuificans, contineatque omnia, cum ipsum a nullo contineatur, sed in solo sit patre, totum in toto, ita & in humano corpore constitutum, ipsūque viuificans, merito etiam viuificabat vniuersa, & in omnibus, & extra omnia erat, sed cū esset in corpore, p̄ opa diuina noscebatur, neq̄ ex effectu operū delitescere poterat. Nā vt aiā quidē officiū est, ea etiam, que

Ois crea  
tura chri  
stū eē de  
um cōfesi  
sa est.

Quid p  
trinā di  
mensionē  
intellexit  
ap̄ sua

Quis sit  
icarnatio  
nis verbi  
fruct⁹, &  
utilitas.  
Nota sin  
glare Athanasi  
facūdiā.

Aiā offi  
cium,

Deo in  
oib9 & ex  
tra oia

Apta fili  
tudo ver  
bi dei ad  
solem.

Deo sui  
corporis  
formatio  
ne ex vir  
gine agno  
scitur &  
alioru co  
ditor.

sunt extra corpus, cogitatione perspicere, non tamen extra propriu corpus operari, quae ab eo longe sunt, sua mouere presentia. Neque enim homo, cum loquinqua, ac remota quaeque mente pertractat, ea iam etiam mouet, ac transfert, nec si domi sedeat quis, coelestia cogitet, iam etiam agit at solem, coelumque conuertit, sed cernit ea quidem moueri, ut sunt condita, non tamen haec ipse valet operari. Non ergo tale est in homine suscepto Dei verbum, neque enim colligatum erat corpori, sed corpus ipsum continebat, ut & in ipso uerbo, & in omnibus esset, & extra omnia existeret, & in sinu patris accumberet. Quod excedit omnem admirationem, quasi homo uersabatur in terris, & ut uerbum, omnibus vitam ministrabat, & ut filius cum patre, & in patre erat. Unde neque pariente uirgine patiebatur, neque cum esset in corpore, inquinabatur, sed ipsum potius sanctificabat corpus. Neque enim cum sit in omnibus, sit omnium particeps, sed omnia vitam ab ipso, nutrimentumque percipiunt. Si enim & sol ab ipso conditus, nobisque conspicuus, eius sui lineam in caelo tenens, cum terrestria tangit, nulla sorde inquinatur, nullisque obtegatur tenebris, sed ipse potius omnia illustrat, & mundat. Multo sane dignius sanctissimum illud dei uerbum (cuius est sol & opus, & famulus) in corpore preles, nulla tamen potest labe, sed cum esset incorruptibile, mortale uiuificabat corpus, atque mundat. Qui peccatum (iquit) non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Cum igitur edere illum, ac bibere solitum, & partu editum, theologi diuine asserunt, constat, quia corpus quidem ipsum more corporis genitum, necessariis reficiebatur alimentis. Ceterum, Deus ipse uerbum preles in corpore disponendo omnia, etiam ex his, quae in corpore gessit, non hominem, sed Deum declarauit. Dicuntur autem ista de illo, quod scilicet & corpus, quod edere, & nasci, & pati poterat, non alterius cuiuslibet, sed domini fuit. Neque uero aliter, cum homo factus esset, de illo dici oportebat, ut corpore amicus, ueritas, & non phantasia putaretur, uerum sicuti ex his agnoscebatur corporaliter preles ita & ex operibus, quae per corpus faciebat, filius esse Dei noscebatur. Unde & Iudaeos infideles clamabat, dicens, Si non facio opera patris mei, nolite credere mihi, si autem facio, & si mihi non creditis, operibus meis credite, ut sciatis, & cognoscatis, quia in me est pater, & ego in patre. Sicut enim inuisibilis existens, ex creaturæ operibus noscitur, sic homo factus, & intra corporis angusta receptus, ex operibus non esse homo cognoscitur, qui ista operatur, sed uirtus Dei, atque uerbum. Nam profecto imperare demoniis, eosque suae potentiae uerbo fugare, non humanum opus, sed diuinum est. Quis illum sanare morbos omnes aspiciens, quibus subiectum est mortalium genus, hominem iam, ac non magis Deum arbitretur? Leprosos enim mundabat, claudos ambulare faciebat, surdorum aperiebat aures, illuminabat caecos, morbosque omnes, ac langores ab hominibus potestatis suae precepto pellebat. Quibus ex rebus, nemo tam brutus, quin illius intelligere diuinitatem possit. Quisquam uidentem id restituentem, quod per naturam deerat, & cecum nati oculos apientem subiecta illi non intelligat humanae iura naturae, ipsumque eius auctorem, atque opificem esse? Qui enim, quod homo a natiuitate non habuit, reddidit, liquet sane eum humanae natiuitatis esse dominum. Idcirco & ad nos principio descendens, corpus sibi ex uirgine finxit, ut diuinitatis suae haud exiguum omnibus preberet indicium. Qui enim id sibi mirabiliter finxit, ipse aliorum quoque conditor est. Quis enim absque uiro sola ex uirgine corpus progredi cernens, non reputet, qui in illo appareat, eum esse aliorum quoque conditorem, opificem, ac dominum? Quis aquarum immutari substantiam intuetur, atque in uinum conuertit, non agnoscat, qui hoc fecit, esse aquarum omnium substantiae conditorem. Idcirco enim quasi dominus, pedibus calcabat mare, & ueluti arida pabulabat, ut indicium euidentis dominationis suae omnibus exhiberet. Pa-

scens itaque ex pauculis escis tantam multitudinem, & inter humanae cogitationis ambituosa potestatis opulentia pandens, ita, ut ex panibus quinque, quinque milia hominum minus satiarentur, superessetque ingens fragmentorum copia, nihil se profecto aliud, quam prouidentiae totius dominum docebat. Haec autem omnia rite saluatori facienda uidebantur, ut quia in omnibus ipse erat prouidentia ignorata mortalibus, neque ex conditione rerum ipsius intelligebant diuina miracula, saltem ex operibus ab ipso in corpore gestis, respicerent, ac per ipsum intelligentiam paternae notionis, acciperent a singularibus, ut praedixi, pertingentem in omnia ipsius prouidentiam respicientes. Quis enim uidentem ipsius aduersus demones potestatem, ipsosque demones fateri illum dominum suum, ambigere adhuc animo poterit, hunc esse Dei filium, sapientiamque, atque uirtutem? Neque enim uel creaturam ipsam facere permisit, sed ingenti sane miraculo. Et cum moreretur, immo de morte trophaea in ipsa cruce referret, creatura omnis eum, qui patiebatur in corpore, non esse simpliciter hominem, sed dei filium, & saluatorem omnium cofitebatur. Cum enim sese auerteret sol, & luminis sui subtraheret radios, quateretur humus, montesque scinderentur, omnes territi sunt. Porro haec appensum in patibulo Christum Deum esse clamabant, creaturamque omnem ipsius famulam, metu attestari sui presentiam domini. Ita igitur Deus, uerbum per opera se ipsum manifestauit hominibus. Iam uero tempus admonet, ut finem conuersationis eius in carne, uitaeque clausulam dicere aggrediar, & explicare, cuiusmodi fuit ipsius corporis mors, maxime, cum haec summa sit fidei nostrae, & de ea omnes profus homines iactant, ut appareat ex ea nihilominus, quam ex ceteris, Christum Deum, ac dei filium nosci. Causam itaque aduentus eius ex parte, ut ipsi potuimus intelligere, diximus. Quod scilicet corruptibile nostrum in incorruptionem uertere, ipsius erat, non alterius munus, qui ab initio ex non existentibus condiderat omnia. Nec poterat alius renouare in nobis abolitam peccato imaginem Dei, nisi patris imago, nec erat alterius mortale nostrum immortalitate donare, nisi uitae ipsius domini, scilicet nostri Iesu Christi. Nec poterat alius nos docere de patre, demonumque euacuare culturam, nisi quod omnia disponit, uerbum solius patris, uerus, & unigenitus filius. Enimuero quia & quod debebatur ab omnibus, iam reddi oportebat, mori scilicet, eiusque rei gratia in primis aduenerat. Post eius diuinitatis operibus ostensa documenta, sacrificium iam pro omnibus obtulit, templum suum morte pro salute omnium tradens, ut omnes a reatu antiquae prauaricationis absolueret, ac liberos faceret, seque ostenderet mortis habere imperium, cum resurrexerit, & ceteris omnium primitias, immortale proprium corpus preberet intuentum. Et nihil sane est, cur mireris si eadem sepe dicimus, quod enim de Dei gratia loquimur, idcirco eundem sensum pluribus explicare, contendimus. Ne igitur aliquid uideamur omittere, crimenque nobis inuratur, qui minus plene diximus. Praestat enim idem sepe repetere, prolixitatisque argui, quam ea relinquere, quae scribi necessario debuerat. Ergo corpus ipsum eiusdem substantiae commune cum ceteris, corpus quippe erat humanum, & si nouo miraculo ex uirgine sola constabat, mortale tamen, nihil discrepando a similibus moriebatur. Verbi autem in illud immoratione, non iam iuxta naturam corporum, solum in putredinem poterat, sed in habitatioe uerbi dei, corruptionis euasit iniurias, contigitque utrumque in eodem mirabiliter fieri, ut scilicet omnium mors in domini corpore acciperet finem, morsque, & corruptio per uerbi presentiam effugaretur. Mortis enim causa, mortem illum oportuit subire pro omnibus, ut quod debebatur ab omnibus, fieret. Unde ut praedixi, quia uerbum ipsum mori possibile non erat, quippe

Christus  
puideti  
dñs ex es  
uagelica  
illa hoimi  
refectioe  
oniditur!

Triplex  
nobis in  
carnatio  
nis mys  
terio col  
latu bñfi  
cium.

Corpus  
Christi  
cur ut a  
lia putre  
dini ob  
noxium  
fuit.

immortale corpus sibi, quod mori posset, assumpsit, ut ipm quasi proprium, pro omnibus immolaret, & non secus ac si pateretur ipse pro omnibus, illi inherendo, equa-  
 cuaret eum, qui mortis habebat imperium, id est, diabolus, eosque liberaret, qui  
 metu mortis per omnem vitam tenebantur obnoxii. Denique communi saluatore  
 omnium pro omnibus mortuo, nō iam, ut olim secundum cōminationem legis mor-  
 te morimur, qui in Christo fideles sumus. Cessauit enim huiusmodi damnationis  
 elogium, sed corruptione cessante, & oblitterata, in resurrectionis gratia iam sola cor-  
 poris mortalitate dissoluimur tēpore, quod singulis p̄destinauit deus, ut meliore frui  
 resurrectione possimus. Nam in morem seminum, que iaciuntur in humum non res-  
 soluti perimus, sed ut sati resurgimus. destructa per saluatoris gratiam, morte. Idcirco  
 nempe & beatus Paulus, resurrectionis fidei iussor omnibus factus, ait. Oportebat  
 corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem.  
 Cum autem mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet sermo, qui scriptus est.  
 Absorbta est mors in contentione, ubi est mors contentio tua? ubi est mors stimulus  
 tuus? Cur ergo dicit quispiam, si quidem necesse erat illum pro omnibus corpus su-  
 um morti tradere, non ipm ut homo, communi naturæ lege deposuit, sed ad crucem  
 vsque peruenit. Decebat enim corpus ipsum potius cum honore deponere, quam  
 eiusce cum iniuria perpeti mortem. Videamus sane, quam sit hæc obiectio inutilis. Ne  
 pe enim, quod a Saluatore gestum est, diuinum reuera fuit, ac sua diuinitate dignis-  
 simum, pluribus ex causis. Primum quidem quod hominibus accidens mors, ex na-  
 turæ illis imbecillitate contigit. Cum enim diu permanere non possint, tempore dis-  
 soluuntur, ac defluunt. Ideo enim illis, & morbi proueniunt, fessique langore mori-  
 untur. At vero dominus imbecillus non est, sed Dei virtus, & Dei verbum, ipsaque  
 vita rectissime creditur. si quidem igitur seorsum alicubi iuxta consuetudinem ho-  
 minum deposuisset corpus in lectulo, & ipse utique putatus esset, id ex naturæ inli-  
 mitate peressus, nihilque habere amplius, q̄ homines ceteri. Quia vero & vita erat, &  
 Dei verbum, oportebatque mortem pro omnibus fieri, idcirco & ut vita quidem, ac  
 virtus, corpus in seipso roborauit. Quia vero mors fieri pro omnibus debuit, non a  
 se, verum ab aliis occasionem consummandi sacrificii accepit, quia neque tentari mor-  
 bo debuit dominus, qui aliorum curauerat morbos, sed neque infirmari corpus oport-  
 uit, in quo & aliorum infirma roborabat. Cur ergo non ab se mortem abegit, sicut  
 ti abegerat morbum? Quia eius causa corpus acceperat, indecensque erat illam pro-  
 hibere, ne per id etiam resurrectio impediretur. Morti tamen præire morbum non  
 decuit, uti ne infirmitas in corpore ipsius fuisse putaretur. An vero non eluxit? Eluxit  
 sane, proprietatem corporis seruans, non tamen fame contabuit, presentis, ferens-  
 tisque illud domini gratia. Quocirca & si pro redemptione nostra mortem subiit,  
 corruptioni tamen non fuit obnoxium. Integrum enim resurrexit, quippe quod nō  
 alterius, quam ipsius vitæ corpus erat. At inquires, insidias Iudeorum declinare de-  
 buerat, ut corpus suum prorsus immortale seruaret. Audiatur, qui ista sentit, & hoc  
 fuisse indecens domino. Neque enim decebat, ut illatam ab aliis fugerent mortem,  
 sicuti nec verbo Dei, quod vita erat, conueniens fuit, illam corpori suo vltro consciscere,  
 immo vero conuenientissimum fuit, eam vsque ad interitum persequi. Vnde rati-  
 onaliter omnino neque per seipm posuit corpus, neque iudeorum fugit insidias, sed  
 magis saluatorem se, ac vitam ob id in primis declarauit, quia mortem ad eam peri-  
 mendam, tolerauit, inuictamque studuit pro omnium salute perferre. Præterea non su-  
 am ipius, sed hominum mortem saluator consummaturus aduenerat. Vnde non sua

Paulus re-  
 surrectio-  
 nis fidei-  
 iussor.

Cur mor-  
 bū Xps  
 ab se poti-  
 us, q̄ ta-  
 mē, aut si  
 ti abeges-  
 rit.

morte, quam non habebat (vita enim erat) deposuit corpus, sed ad hominibus illa-  
 tam/exceptit, ut hanc admittam corpore/prorsus extingueret. Ad hæc ratioabiliter  
 omnino eosine consummatum/ita colligimus. Magna imprimis cura fuit domino/  
 de ea, quam facturus erat, resurrectione corporea, id quippe trophæum de morte fuit/  
 hanc omnibus declarare, ac persuadere delectam a se/corruptionem nostrā, inuictam  
 que iam in corruptionem corporum cuius/veluti pignus, & futuræ in omnes resur-  
 rectionis indicium/incorruptum seruauit corpus suum. Si quidem igitur morbo  
 (ut id repetam) permittum fuisset corpus, atque in oculis omnium a verbo destitu-  
 tum, indignum profecto videretur, ut qui aliorum curauerat morbos, instrumentum  
 proprii corporis/morbis tapescere sineret, quando enim creditus esset, aliorum fugas  
 se infirmitates, si in eo infirmaretur, eius sanctificans templum. Aut enim, ut qui  
 morbum a se nequiuisset arcere, irrisus esset. Aut si id posse, nec fecisse crederetur  
 inhumanus, & aduersus alios/putatus esset. Sin autē, & absq; morbo, & dolore ali-  
 quo seorsum, solusque in angulo, aut deserto loco, aut domi, seu alibi, vsq; iam solum  
 in mortem/deposuisset corpus, ac denuo repente viuus apparens /diceret se ex mor-  
 tuis resurrexisse, fabulas quidem prosequi/apud omnes putaretur, multoque illi ma-  
 gis derogaretur fides, de resurrectione dicenti, cum nullus esset penitus mortis ipsi  
 us testis. Quippe resurrectionem præcedat mors, necesse est, quia neq; sequeretur il-  
 la, nisi ista præiret. Quocirca si clam, & absque arbitris/mors illa corporis facta fuis-  
 set, cum obscura esset mors, nullisque celebris testibus, obscura profecto itidem, & sine  
 testimonio resurrectio fuisset. Quid autem erat causæ, ut qui resurgens/resurre-  
 ctionis miracula mortalibus predicare aduenerat, mortem obscure vellet admittere?  
 Ut quid enim, qui demones in conspectu omnium fugarat, cæcum a natiuitate vi-  
 dere fecerat, mutarat aquas in vinum, & cætera patrarat / suæ maiestatis iudicia, ut  
 per ea dei verbum crederetur, is mortale corpus coram oibus immortale non ostende-  
 ret, ut vita quoque itidem esse putaretur? Quam vero fiduciam habuissent discipu-  
 li de resurrectione verba faciendi, si dicere non possent, illum prius fuisse mortuum?  
 aut quomodo fides eis habita fuisset, dicentibus præisse mortem, secutamq; esse resur-  
 rectionem, nisi eos ipsos haberent mortis eius testes, quos cum fiducia alloquerentur?  
 Si enim, & quando in conspectu omnium celebris fuit ipsius mors, & resurrectio, ne sic  
 quidē credere Pharisei voluerunt, eosque qui viderat resurrectionē, negare illam mo-  
 dis omnibus cogebant, si occulte ista facta essent, quot illi infidelitatis occasiones in-  
 uenissent? Quo autē pacto patuisset mortis finis, atque victoria, nisi prouocatam pa-  
 lam omnibus mortuam, iamque per incorruptionem corporis exinanitam, compro-  
 basset? Enimvero, quæ ab aliis obiici solent, eis quoq; respondere necessario debemus.  
 Si coram omnibus (inquiunt) mortem obire illum oportuit, ut & resurrectioni fides  
 haberetur, debuerat saltem gloriosam sibi aliquam excogitare mortem, modo igno-  
 miniam crucis effugeret. Atqui, si hoc ageret, suspitioni clam locum dedisset, q̄ non  
 aduersus mortem oem potentiam haberet, sed solum contra eam, quam sibi elegisset  
 neque sane defuisset occasio, non credendæ resurrectionis. Quocirca non sibi ipsi  
 delegit mortem, sed aliorum insidiis inuictam tulit, ut quam ipsi intulerant, necesse  
 ipse aboleret. Atque in morem gnouit luctatoris, prudentiaque, & fortitudine præstā-  
 tis, qui non sibi ipse cōparem elegit, ne formidare quempiam existimetur, sed id spe-  
 ctantium permittit arbitrio, maximeq; si illi inimici sint, ut eo in humum eliso, quē  
 illi aduersum se ad certamen elegerint, cunctis præstare credatur. Vita quoq; omnium  
 dominus, ac saluator noster. Christus, non sibi corporis elegit mortem, ne quasi ges-

Oportebat  
 xpm  
 sic pati &  
 ita resur-  
 gere.

Fugati  
 demones.

Xps pa-  
 lam mori  
 debuit.

Cogrua  
 similitu-  
 do.

nus aliquod mortis formidasse videretur, sed quam alii, & imprimis inimici inferre  
 bant, horrendam scilicet, ut illi arbitrabantur, plerumque iniuriæ, & ignominie, hanc  
 ipse in cruce suscipiens, toleraret, ut ipsa quoque destructa, & ille vita esse crederetur, &  
 mortis penitus euacuaretur imperium. Modo ergo in sperato, atque mirabili, quam  
 ipsi pro summa inferebant ignominia, ea contra mortem ipsam trophæum fuit. Id  
 circo neque in morem Ioannis cæso capite mortuus est, neque ut Isayas lectus, ut & in  
 morte integrum, & indiuisum seruaret corpus, & diuidere ecclesiam volentibus, nul  
 la daretur occasio. Ista quidem illis dicta sunt, qui sibi forinsecus rationes afferunt.  
 Porro si quis ex nostris non contentiose, sed discendi studio inquirat, cur non aliter,  
 quam cruce consummatus sit, audiat, & hic non aliter nobis expedisse, dominumque  
 propter nos, id imprimis genus mortis, pertulisse. Nam si maledictum, quod erat  
 contra nos, portare ipse venerat, quomodo maledictum ipse factus esset, nisi mortem  
 illam, quæ pro maledicto erat, excepisset? Ea vero crux est. Sic enim scriptum est, Ma  
 ledictus omnis, qui pendet in ligno. Præterea, si mors domini redemptio omnium  
 est eiusque mortem medius paries maceræ, soluitur, sitque vocatio gentium, quomodo  
 nos ad se inuiteret, nisi crucifixus esset? Sola enim in cruce expassis manibus quisque  
 moritur. Idcirco merito dominus hanc pati debuit, & manus extendere, ut alia lu  
 deos, alia gentiles attraheret, amboque in seipso coniungeret. Hoc enim & ipse dixit,  
 rat, signifi cās, qua morte esset moriturus, omnesque redempturus. Cum exaltatus (in  
 quit) uero, omnes traham ad me ipsum. Ad hæc, si hostis generis nostri, diabolus e  
 caelo lapsus, circa hunc aerem inferius oberrat, ibique demonibus cum eo lapsis, ut  
 per inobedientiam similibus imperans eos, qui falluntur illorum misterio, imaginibus  
 ludit, atque ad alta tendentes, impedire conatur, de quo & apostolus ait. Secun  
 dum principem potestatis aeris huius, qui nunc operatur in filiis diffidentia. Pro  
 fecto & dominus idcirco venit, ut & diabolus deiceret, & mundato aere iter nobis  
 ad caelos ascendendi, prepararet, sicut ait Apostolus, Per verbum, hoc est, per carnem  
 suam. Id vero oportebat per mortem fieri, qua autem morte, nisi, quæ in aere fieret,  
 id est, cruce? Solus enim in aere moritur, qui in cruce consummatur, ideo hanc merito  
 sustinuit dominus. Sic enim exaltatus, aerem ab omni diaboli, ac demonum incur  
 sione purgavit, dicens. Videbam sathanam, quasi fulgur, cadentem, ascensumque ad  
 caelos iter faciens, innouauit iuxta illud. Tollite portas principes vestras, & eleuami  
 ni portæ æternales. Neque enim ipsum verbum aperiri sibi ianuas, opus habebat, qui  
 erat omnium dominus, aut creatori suo clausa erat creatura vlla, sed nos eo indigeba  
 mus, quod ille in corpore suo ad superna prouexit. Sicut enim illud morti pro om  
 nibus obtulit, ita per ipsum rursus viam, qua ad caelos ascenderemus, aperuit. Fuit  
 igitur congrua, atque conueniens, pro nobis suscepta crucis mors, eiusque causa per  
 omnia plena rationis, innotuit, iustissimeque defenditur non aliter, quam per cru  
 cem oportuisse salutem omnium fieri, Namque nec sic obscurum se, neque intestatū in  
 cruce dimisit, sed ex abundantia, & creaturam auctoris sui præsentia attestari fecit,  
 templumque corporis sui non diutius ita iacere permisit, sed ubi ex congressu mor  
 tis, mortuum ostendit, protinus die tertia illud suscitauit, trophæa, atque victorias  
 contra mortem referens, incorruptionem, atque immortalitatem. Poterat nempe  
 corpus suum continuo a morte excitare, & viuum rursus ostendere, sed id facere salua  
 tor noluit, & merito quidem. Dixisset enim quispiam, ipsum penitus non fuisse  
 mortuum, neque omnino mortem illud attigisse, si resurrectionem continuo facta  
 morte celebrasset, obscuraque item, & incerta maneret incorruptionis gloria, si nihil

Sicut cor  
 p<sup>o</sup> xpi in  
 diuisum  
 seruari  
 debuit,  
 ita & ec  
 clesia.

Xps non  
 nisi i cru  
 ce mori  
 debuit.

Aposto  
 li dictū  
 notādū.

Curnō  
 fuerit cor  
 p<sup>o</sup> xpi cō  
 tinuo a  
 morte ex  
 citatum.

Interualli rem vtramque dirimeret, Vnde ut mortuum ostenderetur corpus, & media  
 die subit, mortem, & die tertia a verbo excitatum est. Itaque ut mors ostenderetur  
 in corpore, triduo exacto, illud excitauit, & ut in illud, postquam diutius perduras  
 set, mortuum, corruptumque peritus esset, excitans non ipsum, sed corpus aliud fer  
 re crederetur. Nō enim defuissent, qui ob temporis moram, apparenti non crede  
 rent, præteritaque obliuiscerentur, non vltra triduum iacere permisit, nec eos diuti  
 protraxit, qui fore ipsius resurrectionem crebro perceperant, Sed tā recens adhuc es  
 set in auribus eorum sermo, & adhuc ipsorum oculi præteritarū rerum imagines cer  
 nerent, suspensoque essent animo, viuerent quoque illi ipsi interfectores in ipso ne  
 cis loco, ac testimonium perhiberent de morte dominici corporis, ipse dei filius tri  
 duū interposito spacio, mortuum corpus immortale declarauit, & incorruptibile, pa  
 tuitque omnibus non imbecillitate naturæ, inhabitantis verbi corpus esse mortuū, sed  
 ut in ipso saluatoris virtute, mors aboleretur. Nam destructā quidem mortem, & vi  
 ctoriam aduersus illam, per crucem factam esse, nec iam posse aliquid, sed esse reue  
 ra profirratam, documentum profecto magnum, & certa fides est, quæ ab oibus Chris  
 sti discipulis ipsa contemnitur, cunctique illam calcant, nec iam eam expauescunt, sed  
 signo crucis, & fide Christi, eam quasi mortuā, aspernūt. Nam olim quidem, anteq  
 fieret diuinus a nos saluatoris aduentus, erat ipsis quoque sanctis viris, terribilis  
 mors. Cunctique morientes, ac si pereuntes, iugebant, ubi vero suum saluator excitauit  
 corpus, non iam pauenda mors est omnesque, qui in Christum credunt, ipsam, ut in ni  
 hilum, calcant, & mori nullies malunt, quæ fidem Christi abnegare. Sciunt enim, quia  
 moriendo non pereunt, sed viuunt, & immortales per resurrectionem, fiunt. At ve  
 ro, qui dudum insultarat morti, diabolus solutis eius doloribus, solus reuera mortu  
 us perstitit, cuius rei certum documentū est, quod antequam in Christum crederet hos  
 mines, terribi formidabant mortem postquam se ad illius fidem, doctrinamque con  
 uerterunt, ita eam contemnunt, ut illam promptæ, libenterque, suscipiāt, testesque sint  
 resurrectionis dominicæ, aduersus eam celebrare. Nam & paruuli adhuc per gratiam  
 festinant mori seque aduersus eam parant exercitatione iugi, non modo viri, sed fo  
 minæ. Adeo enim infirma facta est, ut & muliebris ab ea seductus sexus, eam mo  
 do ac si mortuam, remissamque deludit, Nam sicuti, cum tyrannus a vero rege de  
 bellatus, manus, ac pedes nexibus dedit, omnes enim transeunt, illudunt, cadentes  
 illum, ac pertrahentes, nec iam ipsius velaniam, ac feritatem timent, victoris regis vi  
 ribus freti, ita & morte superata, atque a saluatore in cruce suffixa, & pedes, manus  
 que reuincta, omnes Christi fideles ipsam transeundo, contemnunt, & eam Christo  
 attestantes, irrident, illudentes ei, & ea repetentes, quæ dudum contra illam scripta  
 sunt. Vbi est mors contentio tua? ubi est mors stimulus tuus? An vero exiguum hoc  
 argumentum, quæ sit imbecilla mors, aut obscura probatio consumatæ aduersus  
 eam, a saluatore victoriæ? Cum Christiani pueri, & teneræ virgines hanc vitam cō  
 temnunt, & quotidie mori meditantur. Nempe enim homo per naturam expaue  
 scit mortem, & resolutionem corporis timet. Magno vero, stupendoque miraculo, qui  
 crucis induit fidem, contemnit naturalia, & mortem Christi gratia, non reformidat.  
 Ac veluti cum igni assit per naturam vrere, si quis aliquid esse asseueret, quod illius  
 non formidet incendium, ipsumque etiam probet infirmū, eiusmodi dicitur apud In  
 dos amiantium, qui dicenti non credit, experiri, quod dicitur, vult ea se materia, quæ  
 non vritur, inducet, mediisque in flammarum globos inuectus, ignes quæ sit imbecillus  
 agnosceret. Aut quo modo si quis tyrannum vinctum, videre cupiat, ad victoris om

Cur tri  
 duo &  
 nō vltra  
 in sepul  
 chro iac  
 uerit.

ante xpi  
 aduentū  
 erat etiā  
 viris san  
 ctis mors  
 terribilis

Hō natu  
 raliter ti  
 met mor  
 tem.

nino regis prouinciam, & imperium transiens videt eum, qui fuit aliquando terribilis, imbecillum factum, ita & si quis infidelis est, & post adeo illustra signa, post tam multos martyrum populos, post tantam rerum fidem, qua quotidie cernit irrideri mortem, ab his, qui Christianam militiam legitime profitentur. Adhuc tamen non dubius est, an euacuata sit, sinemque acceperit mors. Rite quidem ille admiratur magnitudinem rei, verum tamen duritiam infidelitatis abiiciat, neque aduersus tantam euidentiam impudens fiat. Ceterum ut is, qui cepit amiantum, agnoscit se non posse ab igne contingi, qui que tyrannum vincitum cinere vult, ad victoris transit imperium, ita & qui mortis victoriam factam esse non credit, accipiat Christi fidem, & ad eius magisterium transeat, ut debet profecto infirmitatem mortis, & magnam aduersus eam, insignemque victoriam. Complures enim qui ante non credentes ista ridebant, cum post modum crederent, ita contemplerunt mortem, ut & Christi martyres fierent. Quod si crucis signo mors, & Christi fide perfundatur, constat sub veritatis iudicio alium non esse, quam Christum, qui aduersum mortem trophaea, ac victorias tulerit, illamque infirmari penitus fecerit. Quamquam enim prius preualeret mors, ac per id terribilis esset, post aduentum tamen domini saluatoris, & ipsius corporis mortem, resurrectionemque contemnitur, ut ex eo constet, mortem ab eo, qui crucem subiit, esse superatam. Sicut enim cum post nocturnas tenebras orto iam sole, atque rutilante, omnis ab eo terra illustratur, dubium non est, quin sol fuls ubique locis suarum radiis, & fugarit tenebras, & cuncta sua luce compleuerit. Ita & ex quo saluatoris in corpore illuxit salutaris aduentus, finisque crucis impletus est, contempta, & conculcata morte manifestum est, ipsum esse saluatorem, qui carne vestitus apparuit, mortemque destruxit, qui & discipulis suis contra eam victorias quotidie, trophaeaque largitur. Quis enim, si viderit homines per naturam infirmos, mortem constanter appetere, neque ipsius expauescere corruptionem, neque descensus ad infernum formidine contrahi, sed prompto animo illam prouocare, nihilque metuendo supplicia, mortemque pro Christo fideli amplectendo constantia, eam presentem vite longe preferre, aut si inspexerit viros, atque mulieres, iuuenes, paruulos, virgines, ad mortem profunde Christi subeundam, ardenti properare constantia, quis inquam si tantum mortis contemptum, in sexu quolibet, & etate consideret, adeo sit stolidus, aut infidelis, quis ita excecatus animo, quin intelligat, & reputet Christum ipsum cui testimonium perhibent homines, singulis aduersus mortem prestare victoriam, illamque infirmari facere in omnibus, qui illius custodiunt fidem, crucisque signo se muniant. Nullus enim serpentem calcari intuens, cum priorem eius feritatem non ignoret, vltra iam ambigit mortuum, & omnino infirmatum (nisi forte mente auerlus sit, neque salubritate sensuum vigeat. Ita & qui leonem ludibrio esse pueris cernit, intelligit protinus illum, aut mortuum, aut omni virtute sua destitutum. Sicut enim haec vera esse datur oculis, ita & cum mors ab eis, qui in Christum credunt, & illudatur, & contemnatur, nemo iam ambigat, nemo incredulus sit, illam a Christo fuisse destructam, eiusque corruptione soluta, omnino delisse. Quod igitur profligata sit mors, & aduersus eam domini crux trophaea reportauit, non minimo indicio sunt ea, quae dicimus. Porro eius, quae iam peracta est, immortalis resurrectionis in corpore a communi saluatore, & vera vita omnium, Christo certior fides, euidentiusque documentum ex apertis rebus accipitur, quam possit ex verbis eis duntaxat, qui sano viget mentis obtuitu. Si enim euacuata est mors, ut superius patuit, eamque omnes pro domino calcant, multo sane magis ipse eam primus suo calcavit in corpore, atque destruxit.

Imbecillitas mortis quomodo dignosci queat.

Fide christi & crucis signo mortem pessumdati.

Christiana non constantia.

Simile.

Mortis a Christo profligata indicia.

xit. Morte autem ab eo profus extincta, quid fieri oportuit, nisi ut resurgeret corpus, essetque aduersus eam trophaeum, ipsa resurrectione quo pacto enim apparisset destructa mors, nisi dominicum resurgeret corpus? Si autem minus sufficit hoc resurrectionis eius documentum, vel ex his, quae fiunt iugiter ea astruatur. Nam si mortuus quisque nihil operari potest, gratiaque tantum illi ad monumentum usque perseverat, solum vero viuentium est operari, & humana tractare, videat, qui vult, iudexque sit, & veritatem grate fateatur, visibilibus rebus admonitus. Cum enim tam multa saluator operetur in hominibus, & tantam vndique in dies multitudinem ex grecis, & barbaris inuisibiliter ad fidem suam trahere, mirabili virtute suadeat, omnesque (ut doctrinae suae obtemperant) vi suae potestatis inducat, quispiam ne dubitare adhuc audeat factam esse a saluatore resurrectionem, & viuere Christum, imo ipsum esse credentium vitam? An vero mortui est immutare hominum mentes, ut abdicatis patris legibus, Christi obtemperant monitis? quo autem pacto, si quidem nil operatur, quod mortui proprium est, ipse operantes, ac viuentes actione compescit, facitque, ut qui adulter fuit, non iam moechetur, qui caedes exercuit, non vltra homicidium perperet, qui iniuriosus fuit, iniuriis temperet, qui impius, pietatem colat. Quomodo si non resurrexit, sed mortuus durat falsos deos (quos viuere infideles dicunt, atque colunt demones scilicet) fugat ipse, persequitur, deicit? ubi enim Christi nomen resonat, eiusque tenetur fides, inde omnis idolorum cultura destruitur, omnisque demonum fallacia prestigiosa detegitur, sanctumque nomen nullus demonum tolerat, sed eo auditu protinus labitur, hoc cunctis obsecro mortui hominis, & non magis viuentis dei opus est? Praeterea ridiculum est, fugatos ab eo demones, destructaque simulachra viuere, asserere, qui vero illos fugat, & sua virtute ne apparere quidem vspiam sinit, qui que dei esse filius a cunctis predicatur, eum mortuum esse, contendere. Magnum vero contra resurrectionis infideles indicium preferunt, quando quidem Christum, quem mortuum dicunt, demones omnes, & qui ab his coluntur, dii non persequuntur sed eos magis oes Christi ipse plequitur, ac mortuos arguit. Si enim verum est mortuum nil posse operari. Saluator autem, tanta in dies operatur, trahens ad pietatem, imbuens ad virtutem, de immortalitate docens, amorem caelestium cordibus inferens, reuelens agnitionem patris, aduersus mortem potentiam suae inspirationis vi indulgens, se ipsum singulis indicans, idolorumque impium destruens cultum, nihilque horum facere possunt, qui apud infideles dii, ac demones sunt, magisque Christi presentia mortui deprehendantur, ociosam inanemque pompam preferentes. Sin inquam signo crucis magica omnis pellitur ars, omne veneficium tollitur, linquuntur idola, omnisque irrationalis voluptas arceatur, omnesque de terra in coelum suspiciunt quis iam mortuum talia patrantem asserat Christum? Mortui quippe proprium est non operari, & non illum magis, qui nihil agit, & iacet exanimis, quod est idolorum, ac demonum proprium. Nam dei quidem filius, & viuus, & efficax est, quotidieque operatur, & salutem omnium perficit, mors autem indies infirma deprehenditur, & simulachra, atque demonia mortua esse comprobantur, ut ex hoc iam nullus de corporis ipsius resurrectione sit scrupulus. Porro, qui non credit resurrectionem dominici corporis, virtutem diuini verbi, ac sapientiae ignorare, videtur. Si enim sibi corpus assumpsit, idque iuxta rationis consequentiam, sibi proprium fecit, ut supra monstrauimus, quid debuit de illo dominus facere, aut quem oportebat esse corpus sine finem, ab eo semel assumpti? Nempe non mori illud possibile, non erat quippe mortale, & quod pro omnibus offerebatur in mortem. Cuius rei gratia, ipsum sibi

Miraculum la queda quae id est christi virtute fuerit, ipsum resurrexisse manifeste comprobatur.

Quae sit signi crucis virtus & efficacia.

Resurrectionis fides.

Propriū  
ē dei nō  
videri,  
sed ex  
operib⁹  
nosci.

Nota.

Christū  
nasci de  
virgine &  
p nobis  
pati pro  
pheta  
rum vati  
ciniis ad  
struitur.

saluator aptauerat. Permanere item mortuum eque erat impossibile, q̄ vitæ ipsius  
fuisse venerabile templum, Quocirca mortuum est quidem, quasi natura mortale,  
reuixit, autem propter immortalem in se omnium vitam, Suntque nota resurrectio  
nis officia, si autem, quia non cernitur, etiam resurrexisse non creditur, negabunt in  
fideles, & quod secundum naturam est. Est enim dei proprium non videri, verum ex  
operibus nosci, sicut etiam superius diximus. Si igitur non assūt opera, recte ei, qui  
non cernitur, fides derogatur, si vero illa clamant, & aptius indicant, quid sponte ab  
ne gant, a deo certam resurrectionis vitam? Quodlibet enim mente cæcati sint, vel  
exterioribus sensibus cernere licet, irrefragabile Christi virtutem, atque deitatem  
Nam & cæcus quamuis non videat solem, eius tamen calore suscepto, solem super ter  
ram esse cognoscit, ita & qui reluctanter nobis, & si nondum credunt, cæcutiuntque  
hactenus ad veritatis lucem, at vel credentibus aliis, virtute dei cognitam, non ne  
gent deitatem, celebrantque ab eo resurrectionem fateantur. Constat enim, quia si  
mortuus esset Christus, profecto demones non insequeretur, nec simulachra sua vir  
tute distraheret, mortuo enim nunquam cederent homines. Quod si i eius nomine  
manifeste pelluntur, liquet utique non esse mortuum, maxime cum demones, etiam  
que homines non intuentur, aspiciant, neque ignorare possint, sit ne mortuus Chris  
tus, constetque mortuo nunquam parituros. At nunc vident demones, quod impii  
credere nolunt, hunc esse deum, atque ideo fugiunt, & adorant, ea dicentes, quæ cum  
esset in corpore, locuti sunt. Scimus te, qui es sanctus dei. Et dimitte, quid tibi, & no  
bis est fili dei? obsecro te ne me crucies. Igitur cum fateantur demones, & opera teste  
tur indies, liquet profecto, nullusque contra veritatem impudens sit, saluatorem sus  
um excitasse corpus, deique esse filium, ex vero patre verum, utpote verbum patris, &  
sapientiam, atque virtutem, qui nouissimis temporibus pro salute omnium corpus  
accepit, & orbem totum de patre docuit, mortemque destruxit, cunctisque immortali  
tatem resurrectionis re promissione largitus est, primitias eius suum filium corpus  
ex uscians, ac ligno crucis ostēdens mortem, eiusque corruptionem esse superatam.  
Que cum ita se habeant, manifesta que sit probatio resurrectionis, habitaque contra  
mortem a saluatore victoria, Age nunc Iudæorum quoque in credulitatem, & irri  
sionem gentilium arguamus. Hæc enim Iudæi quidem non credunt, gentiles vero  
etiam irrident, cruci, atque incarnationi verbi turpitudinem obiciētes. Verum ni  
hil pigebit, contra utroque pugnare, maxime, cum certa aduersus illos nobis argu  
menta non desint. Iudæi namque de scripturis, quas & ipsi legunt, habent suæ inhide  
litis interpretationem, cum omnis diuinitus inspirata pagina, ista futura prænun  
ciet, sintque dicta ipsa sole clariora. Prophetæ namque dudum de miraculo virginis  
nascituroque ex illa filio, ita prænunciant. Ecce virgo in utero habebit, & pariet fili  
um, & vocabūt nomen eius emanuel, quod est interpretatum, nobiscum deus. Moy  
ses autem ille magnus, veraxque apud illos habitus, de incarnatione saluatoris di  
ctum illud admodum probans, utrunque cognoscens, ita posuit, dicens. Orietur stel  
la ex Iacob, & homo ex Israel, & confringit duces Moab. Et rursum quam pulchre  
domus tuæ Iacob tabernacula tua Israel, quasi valles obumbrantes, & quasi paradisi  
super flumina, & quasi tabernacula quæ fixit dominus, quasi cedri iuxta aquas,  
egredietur homo de semine ipsius, & dominabitur gentibus multis. Rursumque  
Esaïas. Antequam sciat puer vocare patrem, & matrem, accipiet virtutem damasti,  
& spolia samariæ, coram rege Assyriorum. Quod igitur homo venturus sit, per  
hæc aperte predicatur, quæ autem sit venturus, omnium dominus, rursus ita prænun

ciat. Ecce dominus sedet super nubem leuem, & veniet in ægyptum, & mouebuntur  
simulachra ægypti. Nam deinde pater eum reuocat, dicens, Ex ægypto vocaui filiu  
um meum, ne mors quidem ipsius reticeretur. Sed & nimis lucide in sanctis expri  
mitur literis, nam & mortis causam, qui eam non propter se, sed pro omnium salutē  
pertulerit, Iudæorumque insidias, iniuriasque ab eis in illum irrogatas, dicere non timue  
runt, ut nullus eorum, qui ista non audierit, erroris, aut ignorantie excusare se possit.  
Aiunt itaque. Homo in plaga constitutus, & sciens ferre infirmitatem, quia auersa ē  
facies eius, ignominia affectus est, nec reputatus, ipse peccata nostra fert, & pro no  
bis dolet, & nos reputauimus eū esse in dolore, & plaga, & afflictione, ipse autem vul  
neratus est, propter peccata nostra, & infirmatus est, propter iniquitates nostras. Di  
sciplina pacis nostræ super eum, liuore eius nos sanati sumus. Admitate clementi  
am verbi, quia nostri gratia inhonoratur, ut nos honorabiles simus. Omnes enim, in  
quit, quasi oves errauimus, homo via sua oberrauit, & dominus tradidit illum peccā  
tis nostris, & ipse, qui male tractetur, non aperit os suum, quasi ovis ad occisionem dū  
ctus est, & sicut hagnus coram tondeute sine voce, sic non aperuit os suum, in humili  
tate sua iudicium eius, ablatum est. Deinde ne quis hominem esse communem, ex  
passione suspicetur, suspiciones hoīm præuenit ipsiusque potentiam, ac nature nobiscū  
dissimilitudinem prænunciat, dicens, Generationē autē eius quis enarrabit, quia tol  
litur de terra vita eius, ab iniquitatibus populi ductus, est ad mortem, & dabo i quos  
pro sepultura eius, & diuites pro morte ipsius, quia iniquitatem non fecit, nec inuen  
tus est dolus in ore eius, & dominus vult mundare illum a plaga. Sed forte prophe  
tias de ipsius morte loqui audiens, queris etiam, ubi nam de cruce signanter loquan  
tur, adiscere ne id quidem ab eis, omnissum est, sed lucide nimis, & euidenter expressū.  
Primus namque Moyses magna voce prænūciat, dicens. Videbitis vitam vestram pē  
dere ante oculos vestros, & non credetis. Et qui post illum fuere, prophete, de hoc rur  
sus præcinerunt, dicentes. Ego autem quasi hagnus innocēs ductus ad immolandum  
nesciebam, super me cogitauerunt malum, dicentes. Venite, & mittamus lignum in  
panem eius, & conteramus eum de terra viuentium, Et rursum. Foderunt manus me  
as, & pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea. Diuiserunt, vestimenta mea si  
bi, & super vestem meam miserunt sortem, porro sublimis mors, in ligno perfecta,  
aliam non est, quam crux. Rursumque in nullo mortis genere fodiūtur manus, & pe  
des, nisi in cruce sola. Quæ vero saluatoris aduentu omnes vndique gentes deum agno  
scere ceperint, ne id quidem intactum reliquerunt prophetæ, sed huius quoque rei  
memoria in sanctis literis est. Erit enim, inquit, radix Iesse, & qui exurget dominari  
gentibus, in ipso gentes sperabūt. Hæc interim paucis pro fide gestorum. Cæterum  
scriptura omnis iudaicam castigat infidelitatem. Quis enim vnquam ex his, quos  
diuina tradit historia, iustis, scilicet prophetis, & patriarchis, ex sola natus est virgine.  
Aut quenā absque viro mulier ad cōceptū hoīs idonea fuit. Nōne ex Adam ortus est  
Abel? Enoch ex Jared. Ex Lamech Noe, Abraham ex Thara, Isaac ex Abraham, ex  
Isaac Iacob, Nonne Iudas ex Iacob, Moyses, & Aaron ex Abraham, Nonne Samuel  
ex helcana, Dauid ex Iesse, Nonne Salomon ex Dauid, Nonne Ezechias ex Achaz,  
Nonne ex Amon Iosias, Esaïas ex Amos? Nōne ex Elchia Hieremias, Et Ezechiel  
ex Buxi nati sūt. Nonne singuli habuere patrē, & gnationis auctorem. Quis ille er  
go ē, quæ sola edidit virgo. Magna nepe hui⁹ significandi prophete cura fuit, Cuius  
autē ortū stella præcurrit in caelis, natūque significauit orbi. Nat⁹ nāque Moyses occultatus  
a parentibus est. Dauid natiuitas ne vicinis quidē agnita ē, quoniam quidē nec magn⁹ qui  
de ille Samuel ipm agnoscebat, sed sciscitabatur, an esset adhuc Iesse alius filius? Abra

Christū  
cruci affi  
gēdū p  
phete te  
stati sūt.

Genera  
tiones va  
riæ.

Prophe-  
tias non  
nisi xpo  
cogruere

ham, ubi iam meritis insignis effulserat, a vicinis est cognitus. Enimvero Christi nati non homotestis, sed stella in caelo apparens fuit, unde ille descenderat. Quis vnq̄ genitus rex priusquam patrem, aut matrem vocare posset regnavit. & accepit hostiū spolia: Nonne Dauid cum triginta esset annorum suscepit regnum, Salomonq; iam adultus regnare cepit: Nonne Ioas annos septem prouenit ad regnum. Nonne Iosias a uo posterior, sed meritis clarior, septem item annorum imperium sumpsit: Sed hi tamen eam agentes aetatem: patrem, aut matrem, vocare poterant. Quis ergo est, qui ferme antequam nascitur regnat, & spolia hostiū diripit: Quis huiusmodi fuerit rex israel, & iuda, dicant Iudei, in quem sperauerunt gentes oēs, ac pacem habuerunt, illisq; non sint aduersatae vndiq;. Quando enim stetit illa Hierusalem, bellum eis perpetuum fuit, omnesque pugnant contra Israel. Assyrii namque premebant, persequebantur aegyptii, Babylonii vastantes vrgebant, & quod mirabilis sit, finitimos syros hostes, illi semper habuerunt. Nonne Dauid moabitas oppugnavit, syrosque concidit: Iosias nonne item vicinas obseruauit nationes: & Ezechias tantam Sennacherib regis expauit: Nonne aduersus Moysen Amalech aciem instruebat, & Amorres, qui Iericho inhabitabant, Iesum naue aduersabantur: Nullaq; prorsus amicitiae foedera gentes cum Hierosolimis iungere poterant: Quis sit igitur in quem sperauerunt gentes, dignum reor inspicere. Esse enim aliquem oportet, quia non potest prophetia mentiri, quis item sanctorum prophetarum, aut patriarcharum mors in cruce pro salute omnium legitur facta. Aut quis vulneratus, ac pro salute omnium occisus est. Quis igitur iustorum, aut regum in aegyptum descendit, cuius descensu aegyptiorum idola manu facta corruerint: Abraham nempe illuc descendit, sed tamen ad ingressum eius idolorum minime cultura quieuit. Moyses illic natus est, neq; tamen feruere impietas/cultusq; sacrilegus destitit. Quis testimonio scripturae manus, ac pedes perfolius/asseritur, aut in ligno pependisse, ac pro salute omnium in cruce fuisse consummatus. Abraham enim lectulo decubans, sancto sine quieuit. Isaac, & Iacob extensis pedibus, & ipsi morimur in lectulo. Moyses, & Aaron in monte defecerunt, Dauid domi obiit, nullas a populis passus insidias. Et si enim inquisitus a Saul fuit, illesus tamen (deo protegente) seruatus est, Elaias lectus quidem est, sed non in ligno suspensus, Hieremias iniuriis affectus est, non tamen cruce damnatus/interiit, Ezechiel passus est, non pro salute populi sed qui aduersus populum futura signaret. Deinde hi cum paterentur homines erant, nulloq; teris natura dissimiles. Qui vero per scripturas significabatur pro omnium salute passurus, non homo simpliciter, sed vita omnium dicitur, & per naturam hominibus similibus. Videbitis enim, inquit, vitam omnium pendente corā oculis vestris, & generationem eius quis enarrabit. Nam si quis superiora repetens/querat, inueniet per singulos sanctos, quis vnde fuerit, ubiq; sit natus, eius vero, qui vita est, generationem esse inenarrabilem, scripturae diuinae, significant. Quis ergo est de quo sanctae litterae loquuntur, aut quae eius merita, de quo prophetae tanta denuncient. At alius nemo in scripturis inuenitur, nisi communis saluator omnium/deus, Verbum dominus noster Iesus Christus. Hic enim qui natus ex virgine, & homo in terris visus, inenarrabilem habet secundum generationem. Neq; enim est qui possit eius/secundū patre, dicere, cū ipi? corp? nō ex viro sed ex virgine sit sola pcreatum. Quē admodū ergo dauid Moysi, patriarcharūq; reliquorū patres retexere per generationū seriē possim?, ita saluatoris scdm carnē gnationē, ex viro enarrare nemo est qui possit. Hic igitur ē, qui stellā signare fecit corporeā natiuitatē suā, oportebat enī vt quod de cœ-

Nullū a/  
te Chri/  
sti aduē/  
tū iter Iū/  
deos &  
gentiles  
foedus i/  
tum.

Iudeorū  
error cō/  
futatur.

Quo ge/  
nere mor/  
tis patri/  
archae, ce/  
teriq; p/  
phetarū  
mortui  
sunt.

Soli xpo  
ppheta/  
rū vatic/  
inia con/  
gruere.

Natiui/  
tas xpi  
cōueniē/  
ter p stel/  
lā signa/  
ta est.

lo descenderat, verbum coelesti quoq; signaretur indicio, pdiensq; ex vtero creatura/  
omniū Rex apte toto terrarū orbe nosceretur. Denique in Iudaea natus/ex pside su/  
plices adorare venerunt viri. Hic est, qui & antequam nasceretur in carne contra ad/  
uersarias potestates/victoriā cepit, trophaeque aduersus idolatriam tulit. Omnes  
igitur ex gentibus vndique confluentes, adiurata consuetudine patria, & impio ido/  
lorum cultu/in Christo spem ponunt, eiq; seipos deuouerunt. Id autem quotidiano  
experimento/haurire oculis licet. Nunquam enim alias aegyptiorum quieuit impie/  
tas, nisi cum dominus omnium/corpore illuc descendit, ac si nube deuectus, profliga/  
toque errore idolorum/omnes ad se, & p se/ad patriam transtulit. Hic est crucifixus De/  
us noster, sole teste/ & creatura omni, eisque sibi impias iniecerē manus, cuius morte  
solus omnibus quesita, & creatura omnis redempta est. Hic est omnium vita, qui qua/  
si ovis pro salute omnium tradidit in mortem, corpus suum, licet id iudei credere ab/  
nuant. Quibus, si satis ista non sunt, vel ex aliis, quae apud eos itidem leguntur, sacris  
eloquiis credat. De quo enī dicūt pphetae, Manifestus factus sum nō querentibus me,  
inuētusq; ab his, qui nō interrogabant me. Dixi, ecce sum genti, qui nō inuocauerunt  
nomen meum, expandi manus meas ad populum non credentem, & contradicentem.  
Quis ergo est, qui manifestus factus est, vt iudeos pcontemur. Nam siquidem pro/  
pheta est, dicant quando delituerit, vt postea manifestatus sit: Quis autem hic ppheta  
est, qui ex abdītis manifestus apparuit, manusq; suas expandit in cruce? Iustorum  
pfecto nemo. Solus itaq; Dei filius est, qui cum sit incorporalis p naturam, ppter nos  
apparuit in carne visibilis, ac pro salute nostra passus est. At vero si ne istud quidem il/  
lis sufficit, vel ex aliis admoneantur tam apte veritati nō reluctari. Ait enim scriptura,  
Confortamini, confortamini, nolite timere, ecce Deus noster indicium retribuit, ipse venit,  
& saluabit nos, tunc apientur oculi caecorum, & aures surdorum audient. Tunc sa/  
liet claudus/quasi ceruus, & disertā erit lingua mutorum. Quid igitur & de hoc dice/  
re possunt? An ad id quoq; cōtra obfistere audebunt? Prophetia nempe Deum adue/  
nire denunciat, signaq;, & aduentus eius tempus insinuat, tunc enim fore vt aspiciant  
caeci, claudi ambulant, audient surdi, mutorūq; lingua soluetur, cum aduenerit domi/  
nus predicant. Quando igitur in Israel haec facta sunt signa, aut ubi in iudaea tale ali/  
quid contingit, dicant. Leprosus mundatus est Naaman, sed surdus minime audiuit  
neq; claudus ambulauit, mortuum suscitauit Helias, Heliseusq; similiter, sed caecus a/  
natiuitate non vidit. Magnum quidem reuera est suscitare mortuum, non tamen hu/  
iusmodi, quale est patratum a Salvatore miraculum. Nam profecto scriptura, quae su/  
scitatum mortuum retulit, leprosumq; mundatum, si claudum ambulare contigisse,  
caecumq; respicere, id dicere non omisit. Quia vero ista non retulit, constat ea, neq;  
prius facta fuisse. Quando igitur haec facta sunt, nisi cum ipse Deus/dei verbum in car/  
ne ad homines venit, quando enim aduenit ille, tunc ambulauerunt claudi, muti locu/  
ti sunt, & surdi audierunt, caeci q; a natiuitate viderunt. Idcirco enim & iudei haec signa  
videntes, vt qui nunquā alias haec facta compererent, admirati dicebant. A seculo non  
est auditum, quoniam aperuit quis oculos caeci nati, nisi esset hic a Deo/non posset fa/  
cere quicquam. Sed forsitan & ipsi aduersus tam aperta resistere, & contraire non valē/  
tes, non quidem scripta negabāt, sed expectare se ista, nondūq; Dei verbum aduenis/  
se asseuerabunt. Hoc enim vltro, citroq; iactare non desinunt, neq; erubescunt aduer/  
sus apertam veritatem/esse impudentes. Sed enim hoc euidentius, q̄ de ceteris conui/  
cendi sunt, non a nobis, verum a sapientissimo Daniele, qui & presens tempus, & di/  
M. i.

Signa &  
miracula  
fecisse  
Christū  
quē nez/  
mo aliq;  
cit.



uinum saluatoris predicauit aduentum, dicens. Septuaginta hebdomadae abbreviatae sunt super populum tuum, & ciuitatem sanctam, ut consumatur peccatum, & lignetur peccatum, & deleatur iniustitia, & propinetur iniquitas. abducaturque iustitia lempiter, na, & signetur visio, & prophetia, & vngetur sanctus sanctorum, & scies, & intelliges, ab exitu sermonis, ut discernatur, & edificetur Hierusalem usque ad Christum ducentis fortassis in ceteris qualem in qua occasione inuenire possunt, & in futurum tempus differre, que scripta sunt. Quid autem ad haec dicere, aut contra aspicere audebunt, ubi & Christus signanter exprimitur, & vngetur, non homo simpliciter, sed sanctus sanctorum esse describitur, & usque ad ipsius aduentum Hierusalem constare pdicitur, ac deinceps quietura pphetia, & visio in israel pnunciatur. Vncti quidem olim sunt David, & Salomon, & Ezechias, sed rursus Hierusalem, & locus ille constabat, & pphetia futura pcinebat. Gad, & Asaph, & Nathan, & post illos Esaias, & Oseas, & reliqui. Ad haec illi, qui vncti sunt, homines sancti vocabantur, non sancti sanctorum. At vero, si obiciant captiuitatem, ac per eam Hierusalem non stare contendant, quid de prophetis quoque dicturi sunt: Nam cum olim populus in babylonem duceretur, erat illic Daniel, & Hieremias, pphetabantque Ezechiel, & Ageus, & Zacharias. Fabulosa igitur ludaei profectuunt, & adesse modo tempus dudum predictum, scire, ac nosse, dissimulant. Quando enim cessauit prophetia, aut visio ab Israel, nisi modo cum sanctus sanctorum Christus aduenit: Signum enim euident, magnuque aduentus sui indicium est, iam non stare Hierusalem, nec pphetiam, ex iudeis exurgere, neque visionem eis reuelari, & iustissime id quidem. Nam cum is qui significabatur adueniret, qui ultra opus est umbris: Idcirco enim & illi tam diu pphetabant, donec venit ipsa iusticia, & qui cunctorum peccata redimeret. Ideo & Hierusalem diutius constitit, ut illic prius ad veritatis typos exercerent. Merito itaque presente sancto sanctorum signata est visio, & pphetia, iudeorumque desinit regnum. Tandiu enim apud eos vncti sunt reges, quo ad sanctus sanctorum vngeretur. Moyses quoque ad illum usque perseveraturum regnum iudeorum predicens ait. Non deficiet princeps ex iuda, & dux de femoribus eius, donec veniat cui repositum est, & ipse erit, expectatio gentium. Vnde & saluator ipse clamabat, lex, & prophetae usque ad Ioannem prophetarunt. Si quidem igitur apud iudeos nunc, aut regnum, aut prophetia, aut visio, recte forsitan Christum inficiatur venisse. Sin autem nihil horum penes eos inuenitur, clausaque iam & signata sunt omnia, Capta ciuitas, incensum templum, quid in id prauaricationis impietatisque, profluunt, ut cum facta omnia cernant, horum auctorem Christum Dei filium negent: Cur gentiles idola deserere, ac per Christum in Deum Israel sperare cernentes, abnegent eum, qui de radice Iesse (secundum carnem) iam natus est, Christus: Nam si quidem Deum alium gentes adorarent, quam deum Abraham, Isaac, Iacob, & Moyse, non iniuria occasiones obtenderent, negarentque aduenisse Deum. Porro, si eum, qui Moyse tradidit leges, & Abraham promissiones dedit, cuius verbum spreuere Iudei, hunc gentes colunt Deum, cur non agnoscunt: imo cur sponte despiciunt, auertuntque oculos, ne videant eum, quem scripturae prophetabant, illuxisse orbi, atque apparuisse corporeum, sicut sanctae literae continent. Dominus Deus apparuit nobis. Et rursus. Misit verbum suum, & sanauit eos. Et iterum. Non legatus, non angelus sed ipse dominus saluauit eos. Idem vero ferme patiuntur, ac si quis mente captus terram illustrari sole cerneret, eiusque illustratiouis auctorem solem denegaret. Quid enim amplius is habet, qui ab eis expectatur, cum venerit facere: At iam vocatae sunt, vocare gentes: At iam vocatae sunt, finem pphetiae, ac regno, visionisque imponere: &

Fuidetis  
sima si  
gna xpm  
ia venisse

Iudeoru  
arguitur  
infidelitas,  
& puicacia.

hoc iterum factum est, idolorum prophanos, impiorumque cultus arguere, & hoc iam pridem ille mirabili, diuinaque virtute, operatus est. Nam vero desituere mortem, de uita quidem illa est, penitusque deleta. Quid ergo restat faciendum, quod Christum facere oportuit, quid implendum reliquum est, ut iudei suam perfidiam tueri possint: Si enim, uti nunc cernimus, neque regnum, neque prophetia, neque sacrificium, neque visio apud eos est, omnique orbis dei agnitione plenus est, omniaque impietate/gentiles ad Deum Abraham, per verbum dominum nostrum Iesum Christum tota fide confugiunt, constat profecto (quatenuslibet illi impudetes sint) aduenisse Christum, ipsaque omne suo illustrasse lumie, ac de patre suo veritatem docuisse, rectissimamque doctrinam tradidisse mundo. His igitur & huiusmodi plurimis de scripturis sanctis Iudeos arguere, & conuincere possumus. Gentiles vero quis non summe admiretur, ea ridentes, que minime sunt irridenda, atque in suo errore perdurantes, quo ligna, & lapides pro Deo miserabili cecitate/venerantur: verum cum sit veritatis ratio, & causa probationibus non inferenda, age hos quoque probabilibus rationibus/his quoque nobis maxime conspicuis cofutare/studeamus. Quid oro ineptum, quid risu dignum/apud nos est: an quod verbum apparuisse dicimus, carne vestitum: At qui hoc & ipsi iustissime factum confitebuntur, si quidem fuerint studiosi veritatis. Nempe enim si Dei verbum esse negant, stulte omnino irrident, quod ignorant. Si autem verbum Deum esse confitentur, cumque mundi principem, in quo pater cuncta creauit, huiusque prouidentia illustrari, & viuificari, & esse omnia, ipsaque super cuncta regnare, ut ex prouidentia operibus ipse noscatur, & per ipsum pater, per quam sane inepte contra se risum, dum nesciunt, mouent. Mundum hunc magnum corpus esse aiunt gentiliu sapientes, verissime id quidem, videmus enim illum, eiusque partes nostris ingerunt se sensibus. Si igitur in mundo, quod corpus non negant, Dei verbum est, cunctaque ipsius simul, ac singula peruagatur, quid aut mirum, aut incongruum dicimus, si hominem quoque ipsum subiisse fateamur. Nam si omnino indignum putant, ipsum in corpore apparuisse, indignum dicant & hanc omnem mundi machinam perustrare, & omnia sua prouidentia mouere, atque moderare. Corpore enim & hoc totum est. Si autem mundum ab eo perustrari, & in toto nosci ipsum de cet, profecto & in humano ipsum apparere corpore, idque ab eo illustrari, atque ad operandum excitari, non indecens erit. Pars enim totius/ipsaque non vilis genus humanum est. Et si partem instrumentum eius fieri ad notionem deitatis mortalibus insinuandam/indecens est, ineptissimum erit & per totum ipsum insinuari deum. Sicut enim cunctum corpus ab homine agatur, & illustretur, si quis indignum dicat, etiam in digito pedis hominis esse virtutem stultissimum habetur, quippe qui in toto ipsum esse, & operari fateatur/in parte deneget, ita & qui fatetur, & credit Deum, dei verbum in toto esse cunctaque ab eo & illustrari, & moueri, non indignum arbitrabitur, humanum etiam corpus/ab illo agi, atque moueri. Porro, si quia genitum est, & ex non existentibus conditum genus humanum, idcirco indecenter nos asserere putant humanum ad homines saluatoris aduentum ipsum hac ratione creatura quoque omnium/deturbabunt, & ipsa enim ex nichilo per verbum, ut esset, condita est. Si autem cum sit facta creatura, indignum non est/in ea esse verbum, ne in homine quidem esse/indignum erit. Nam quaecumque de toto cogitaueris, ea de parte quoque intelligas/necesse est. Pars autem totius, ut praedixi, & homo est, igitur in homine esse verbum nulla ratione indignum est, omniaque ab ipso, & in ipso agi, & moueri, atque viuere, sicuti ipsorum etiam scriptores dicunt, quia in ipso viuimus, mouemur, & sumus. Quid ergo risu dignum dicimus, si in quo est

Vccatio  
gentilium

Gentiliu  
error cor  
arguitur

Non esse  
indignum  
verbu pa  
tris appa  
ruisse car  
ne vesti  
tum.

Nota

verbum eo ad demonstrationem sui, ac si in instrumento vtitur: Nam si in illo non esset  
 vti pfecto ipso nequiuisset. Si autem vti ante iam dedimus, in toto, & in singulis est,  
 quid mirum aut incredibile dicimus, si verbum in his, in quibus est, seipsum manife-  
 stare fateamur? Quemadmodum in viribus suis, totus in singulis, atq; omnibus pre-  
 sents, suauiterq; dispones omnia, si per solem, aut lunam, aut coelum, aut terram, venis-  
 set, aut aquam, nullus ipsum incongrue voce vsum esse dixisset, & se, ac prem suum in-  
 timasse, cum simul contineret omnia, atque in omnibus ita, & in ipsa parte esset, ac se,  
 ipsum inuisibiliter panderet, ita neque dici indignum potest, si cum disponat om-  
 nia, cunctaque viuificet, seque per homines, motum fieri voluerit, instrumento huma-  
 ni corporis, ad manifestationem veritatis, patrisque cognitionem, vti summa pietate  
 voluerit. Pars quippe totius, vt supra iam diximus, & homo est. Et sicuti mens, cum i-  
 toto diffusa sit homine, ex parte tamen corporis, id est, lingua, signatur, neque tamen  
 ideo quisquam mentis substantiam dicit imminui, ita & verbum cum per omnia sit  
 indignum, aut indecens, minime videri debet, si humano vti voluerit ad se, ac patrem  
 indicandum, iustrumento. Nam si, vt iam diximus, indecens est, corporis vti instru-  
 mento, indecens erit ipsum, & in toto esse. q; si obiciant, cur non per alias presantio-  
 res creaturae partes, apparere voluerit, & pulchriore instrumento, sole scilicet, aut luna  
 aut stellis, vel ethere, aut igne vti. sed tantum homine, sciant dominum non osentant,  
 di, sed curandi, ac docendi homines gratia venisse. Osentantis namque erat, ap-  
 parere solum, presentesque virtute, ac maiestate, terrere. Curantis vero, ac docentis  
 non modo aduenire, verum indigentium commodis, vilitatque prospicere, atq; ita  
 vt hi, qui patiuntur, ferre possunt, se prebere visibilem, ne si se ad patientium non cohi-  
 beat modum, perturbet opis egentes, inutilisque illis sit, aduentus Dei. Nulla igitur  
 creaturae pars, a diuina cognitione deuaauerat, nisi solus homo, videlicet non solus,  
 non luna, non coelum, non sidera, non aqua, nec ether, suos immutauerunt ordies,  
 sed omnia opificem, ac regem suum Deum verbum agnoscentia, vt sunt condita,  
 permanet soli homines auersi a vero, iam que non erant, sibi pro veritate finxere, di-  
 uinosque honores demonibus, atque hominibus in lapidibus, ac lignis stulti, amentel  
 que detulerunt. Vnde non immerito, quoniam Dei bonitate indignum erat, tantam  
 operis sui non curare iacturam, cum nequirent homines in tota mundi machina go-  
 bernantem ac regentem cuncta cognoscere, partem totius assumens sibi, corporis scili-  
 cet humani, instrumentum illud precipue subiit, vt quia se non poterant in toto cogno-  
 scere, vel in parte, illis se noscibilem faceret. Et quoniam in inuisibilem ipsius virtutem  
 intendere non valebant, vel ex sibi similibus cogitare ipsum, atque intelligere possent  
 homines quippe per conditionis suae corpus, eiusque diuina opera, celerius, atque vi-  
 cinus, ipsius nosse poterant. Patrem cum animaduenterent, non humana, sed diuina  
 esse opera, que ab eo gererentur, in carne. Sin vero, iuxta illos indignum fuit, ver-  
 bum per opera corporis nosci, indignum item sit, ipsum ex operibus creaturae totius  
 agnosci. Sicut enim cum sit in creatura, nil habet cum creatura commune, sed magis  
 omnia virtuti ipsius, potentiaeque communicant, ita & corporis instrumentum, vtens ni-  
 hil ipsius iniquationis attraxit, sed ipm potius sanctificauit corpus. Si enim Plato il-  
 le apud gentiles admirabilis, ac summus ait genitorem mundi deum, cum ipsum ia-  
 ctari fluctibus cerneret, ac periclitari in locum dissimilitudinis vergeret, insidentem  
 gubernaculis animae tulisse opem, & emendasse peccata omnia, quid iam nos incredi-  
 bile dicim, si oberrante humano genere, dei verbum illi in sedisse, homineque appa-  
 ruisse, asseramus, vt iactatum fluctibus sua gubernatione, ac benignitate seruaretur.

Apta fili-  
tudo.

Cur i ho-  
mie poti-  
usq; i alia  
quis crea-  
tura ap-  
parere de-  
us volue-  
rit.

Solus ho-  
mo ordi-  
ne sibi a  
deo datū  
puerit.

Rōnes  
notadae.

Mūdū a  
deo fa-  
ctū Pla-  
to credi-  
dit.

At fortasse pudore consentient, dicent tamen oportuisse Deum, cum saluare homi-  
 nes, & erudire decerneret id solo nutu perficere, neque ipsius verbum debuisse corpus  
 attingere, sicuti & pridem fecerat, cum ex non existentibus conderet omnia. Sed hanc  
 illorum obiectionem hac ratione refellimus. Olim quidem, cum nihil vnquam esset  
 ad creanda omnia nutu solo, ac voluntate opus erat, vbi vero factus est homo, exegitq;  
 necessitas, non ea, que non erant, sed que iam fuerant creata, curare debuit Saluator,  
 & medicus: his apparere, que fuerant condita, vt & que iam erant facta, curaret. Factus  
 autem fuerat homo, ideo & humano instrumento vltus est, corpore. Quoniam vero  
 modo alio, prebere se visibile debuit verbum, cum vti instrumento decerneret. Aut vn-  
 de hoc oportuit sumere, nisi ex his, quae iam fuerant condita, erantque ipsius diuini-  
 tate seruanda? Neque enim, quae non erant, salute indigebant, vt solo agere pre-  
 cepto sufficeret, sed homo, qui iam conditus, in corruptionem, mortemque deflu-  
 xerat. Quocirca rectissime omnino humano instrumento vti instituit, seque in om-  
 nia Dei explicuit verbum. Et hoc preterea sciendum, q; semel inuecta corruptio non  
 extra corpus erat, sed ipsi potissimum accefferat corpori, eratq; necessarium, vitam  
 illi pro corruptione succedere, vt sicuti in corpore contigerat mors, ita in ipso & vita  
 contingeret. Si enim exterius erat corporis mors, extrinsecus vita quoque ille accede-  
 re debuit. Porro, si corpori congressa mors, illudque complexa, superauerat, necessa-  
 rio & vita debuit congregi corpori, vt corpus vita vestiret, mortemque desiceret. Ad-  
 haec si extra corpus, & non in ipso fieret verbum, mors quidem ab eo naturali pote-  
 state vinceretur, quippe qui vitam nequiret obistere, nihilominus tamen permaneret  
 in corpore semel inuecta corruptio. Idcirco necessario omnino Saluator induit cor-  
 pus, vt vitae connexum, non iam quasi mortale permaneret in morte. Sed vt iam im-  
 mortalitate vestitum per resurrectionis gloriam, immortale permaneret. Nam quod  
 erat semel corruptione indutum, nunquam pfecto resurgeret, nisi indueret vitam.  
 Preterea mors ipsa per se, nisi in corpore apparere non posset, ideoque induit corpus,  
 vt inuentam in corpore mortem aboleret. Qua enim ratione se dominus ostenderet  
 vitam, nisi quod mortale inuenerat, viuificaret? Quemadmodum stipula cum ab  
 igne corripitur, si quis ab ea ignis arceat impetum, permanet nihilominus stipula, is  
 gnisque expauescit naturaliter minas, a quo solet absumi. Ceterum, si quis stipulam  
 multo illinat amianto, quod ignis impetum eludere fertur, non ignem nutrit stipu-  
 la contraria vi subnixam amianti. Pari ratione & de corpore, & de morte dixerimus,  
 si enim solo iussu ab illo esset prohibita mors, esset tamen rursus corruptibile, atque  
 mortale, iuxta rationem corporum, quod vti ne fieret, incorporale Dei induit verbū,  
 atque ideo iam nec mortem, nec corruptionem pertimescit, cum sit indutum vita,  
 omnium in illo corruptione deleta. Pleno igitur rationis ordine, Dei verbum corpore  
 assumpsit, humanoque instrumento vti voluit, vt & viuificaret corpus, & sicut in crea-  
 tura per opera noscitur, ita & in homine operaretur, ac per id vbique notesceret, nihil  
 sua diuinitate, & scientia vacuum, relinquens. Rursusque enim priora repetens, di-  
 cam, idcirco Saluator hoc fecit, sicut omnia vbique presens implet, ita & omnia sciē-  
 tia, & sui agnitione compleret, sicuti & diuina scriptura testatur. Impleta est omnis  
 terra cognitione Dei. Siue enim in coelum quis intendit, eius ordinem, distinctio-  
 nemque miratur, siue id non valens, in homines tantum intuetur, anima duertit per  
 opera Dei in hominibus incorporalem vim, agnoscitque hunc solum Deum, Dei-  
 que verbum esse. Siue demones miratur attonitus, videt ab ipso illos effugari, illorū-  
 que dominum iudicat, siue ad aquam deuolutus, lapsus causa Deum exilimat, sicut

Cū crea-  
ta sūt oia  
solo nutu  
op<sup>9</sup> erat  
ex diuina  
volūate  
in repati-  
one vero,  
etiā cor-  
poris as-  
lūptione

ATHANASIVS

Ois crea-  
tura testi-  
moniu p  
hibet ver-  
bo Dei.

egyptii, qui illam colunt, hanc ab illo immutari / considerat, agnoscitque dominum il-  
lius esse conditorem. Siue ad inferos lapsus, illic heroas miratur, vt deos, huius resurre-  
ctionem, atque aduersus mortem victoriam cognitam, reputat Christum solum ve-  
rum esse dominum, ac Deum. Omnes quippe creaturae partes attigit dominus, om-  
niaque liberauit. Atque vt Paulus ait, Principatus, ac potestates exiit, & eas in cruce tri-  
umphauit, ne quis iam falli, ac decipi possit, sed vbi que verum Dei inueniat verbum.  
Ita enim vndique conclusus homo, & vbi que i coelo, in inferno, in homine, in terra, verbi  
deitate lucere cōspiciens, non iam de Deo fallitur, sed hunc adorat solum, ac per ipm  
rite patrem agnoscit. His gentiles quoque probabilibus rationibus victi forte acquies-  
cent. si autem minus ea sibi sufficere existimant, vel ex his, quae ante oculos omnium  
apparent, eorum / quae dicimus eliciant fidem. Quando enim idolorum cultum de-  
serere homines coeperant, nisi ex quo salutare Dei verbum illuxit terris, & hominem  
induit: quando & apud gentiles falsa vbi que vaticinia, deorūque conticuere responsa  
nisi cum se mundo Saluator ostendit: Quando hi, qui apud poetas dii, heroelque di-  
cuntur, homines fuisse mortales, deprehensi sunt, nisi ex quo dominus trophaeum re-  
tulit mortis, & quod acceperat corpus, incorruptum seruauit, illud a mortuis excitās.  
Quando item demonum fallacia / insaniaque contempta est, nisi cum Dei virtus ver-  
bum, & horum, & omnium dominus mortaliū, infirma miseratus apparuit: Quā-  
do magiae praestigiosa ars, atque doctrina calcari vbi que coepta, nisi cum diuina ver-  
bi apparitio insinuata est mundo: Quando deniq; gentiliū sapientia stulta facta  
est, nisi cum vera Dei sapientia se terris aperuit: Dudum enim orbis omnis, om-  
nisque locus, falsa que demonum cultura tenebatur, nihilque aliud, quam simulachra  
Deos homines putabant. At nunc per omnem orbem idolorum superstitionem ho-  
mines linquunt, atque ad Christum confugiunt, Deūque ipsum adorantes, per eum  
etiam quem ante non nouerant, patrem agnoscunt, & quod est omnino mirabile, cum  
sint variae, & infinitae culturae, locaq; singula proprium habeant Deum, nec possit is,  
qui apud singulos dicitur Deus, vicinos transgredi limites, vt proximos quosque se  
colere inducat, vix apud suos diuinis fruatur honoribus. Nullus enim proximi cuius  
que deum veneratur, sed quisque suum idolum obseruat, & colit, ipsum esse omnium  
Deum putans. Solus Christus apud omnes vnus, & vbi que adoratur, quod que deo-  
rū facere nequiuit infirmitas, vt vlt vicinas nationes ad sui induceret cultum, id Chris-  
tus effecit, qui non vicinas modo regiones, sed omnē prorsus orbem suasit, vnum, &  
eūdem dominum colere, & per eum ipius patrem venerari. Ad hec, olim quidem oia  
falsis vaticiniis vbi que plena erant. Delphis nāque, Dodone, Bœotia, & Licia, Libia,  
Aegyptus, & Cabiri, & Pithia huiusmodi miraculis celebrabatur, erantque in admira-  
tione, & honore mortalibus. Nunc vero / quando predicatio Christi innotuit mun-  
do, conticuere omnia, nec iam vllus apud eos vates, nulla furentium vaticinatio est. Ac  
prius quidem hoibus demones phantasiis variis illudebant, fontes, aut flumina, aut li-  
gna, aut lapides praecipue occupantes, atque ita praestigiis inanibus falliebant stultos. Vbi  
vero diuinus reuelatus est Saluatoris aduentus, inanitas horum pompa cessauit. Si-  
gno enim crucis tantum vtens homo, omnes horum fallacias pellit, & antea quidem  
quos poetae dicunt deos. Iouem, Saturnum, Apollinem, heroas mortales colebant, eos  
que venerantes errabant. Vbi vero mundo Saluator apparuit, illi mortales fuisse dephē-  
si sunt, solusque Christus hominibus innotuit deus verus, deique filius. Quid autem de  
magia dicim⁹, quam illi in primis admirati sunt: Praeualuit illa quidē ante Saluatoris  
aduentum apud Aegyptios, & Chaldaeos, & Indos, intuentescq; in stuporem vertit.

nato xpo  
pslignia/  
magicas  
artes / ido-  
lorū cul-  
tū / & fal-  
sa vatici-  
nia sine  
recepisse

DE INCARNATIONE VERBI

Fo. CCLXXXIII

Postea vero quam reuelata est veritas, & verbum caro factum est, detecta illa penitus  
atque destructa est. Porro de gentili sapientia, philosophorumque magniloquen-  
tia / nihil opus esse arbitror vt rationibus nostris, cum liceat omnibus id miraculum  
haurire oculis, qui cum tam multa scripserint gentiliū sapientes, neque potuerint,  
vel paucis vi illa, ac timore dicendi persuadere immortalitatem, ac virtutis vitam.  
Solutus Christus paucis purisque verbis per homines simplices, & imperitos, tam in-  
numeros per orbem induxit hominum populos / contemnere mortem, immortalia  
sapere, despiciere temporalia, atque ad aeterna aciem mentis intendere, nihilque est  
mare terrenam gloriam, & solis inhare cœlestibus. Hec autem / que dicuntur a nobis,  
non verba tantum sunt, sed habent ex experimento ipso veritatis testimonium. Assit  
enim qui vult, atque in Christi virginibus imaginem probitatis aspiciat, admiretur  
adolescentiam, fulgore castitatis illustrem, immortalitatisque fidem in illo innume-  
rabili martyrum grege / conspiciat. Veniat qui harum rerum experimenta querit ad  
discere, ipsius scilicet demonum pompae, diuinationumque fallaciae, & magiae mi-  
rabiliū, vtatur signo ridiculae, vt ipsi putant, crucis, Christum solum modo nomi-  
nans, videbit per ipsum fugari demones, vaticiniaque conticescere, & magiam om-  
nem, omneque beneficium destrui. Quis igitur, qualis, quantumque sit Christus,  
qui nomine suo, atque praesentia haec omnia operuit, atque fugauit, solusque praualuit,  
& orbem totum doctrina sua, & praedicatione repleuit. Dicant nimium ridiculosi, &  
sine vlllo verecundiae rubore gentiles. Nempe enim, si homo ille est, quo pacto valuit  
homo, omnes deorum suorum vires excedere, eosque nihil esse, sua virtute monstrare.  
Sin vero magnum illum dicunt, qua ratione potuit magis / magiae finem imponere,  
cuius erat mueris ea magis asserere: Nam si quidem homines vicisset magos, aut ad-  
uersus vnum solummodo praualuisset, recte hunc putarent artis eminentia ceteris ex-  
celluisse. Porro / si contra omnem magiam, ipsumque magiae nomen, crux eius victo-  
riam retulit, constat profecto Saluatorem / non fuisse magum, quem acciti a magis ali-  
is demones, vt dominum fugiunt. Quis ergo iste sit dicant, qui soli irrisioni student  
gentiles. At fortasse demonem / & ipsum fuisse, atque ideo in tantum praualuisse, di-  
cent, sed ita quoque ridiculi prorsus euadent, Nam superior ratione facile conuinci pos-  
sunt. Quo enim modo / demon esse, aut dici potest, qui demones fugat: Si enim de-  
mones simpliciter pelleret, putari posset in demonum principe / contra inferiores viri-  
bus praualere. quod iudei quoque illi probro obiciebant. Ceterum / si omni insania  
demonum huius inuocatione propellitur, liquet & in hoc errare illos, necesse, vt pu-  
tant daemone dominum nostrum Iesum Christum. Igitur si neque homo solum  
neque magus, neque demon aliquis Saluator est. Sed omnia insup poetarum figmen-  
ta, omnēque demonum pompam, & gentiliū sapientiam diuinitate sua pressit, atque de-  
struxit. Constat profecto & apud omnes pro cōfesso habetur, hunc vere Dei filium, ver-  
būque, & sapientiam, ac virtutem patris esse. Idcirco ne humana quidem sunt ipsius opa,  
sed sup hominem, Dei que reuera esse noscuntur. Quod cum ex rebus ipsis, tum ex ho-  
minum collatione cognoscimus, quis enim ex oibus / qui vnq; fuerunt mortalibus, ex vir-  
gine sola sibi corpus effecit: Quis vnq; hoim eiusmodi curauit morbos, quales cōmu-  
nis omnium dñs: Quis id, quod per naturam deerat, reddidit, & a natiuitate ceco re-  
stituit lumē: Esculapi⁹ apud eos diuinis honoribus colitur, qui medicinae arte clarue-  
rit, herbarūque virib⁹ aduersus incommoda corporis sit vsus, cum nō ipse eas ex humo  
produxerit, sed naturali arte adiuenerit, sed ista quid momenti habēt, si Saluatoris com-  
paretur opib⁹: Ille enim / nō vulnus curauit, sed naturā effixit, corpusque restituit. Hec  
M. iiii.

Magia  
apud egypti-  
os, Cal-  
deos / &  
Indos an-  
te Chris-  
ti aduen-  
tū pualu-  
it.

Crucis si-  
gnovl so-  
lo xpi no-  
mie mira-  
fieri.

Explodi-  
tur error  
dicentium  
Christū  
i principe  
demoni-  
orū eiice-  
re demoni-  
nia.

Esculapi-  
us qd me-  
dicinae ar-  
te claruit  
p deo hū-  
tus est.

cules apud eos adoratur, ut Deus, qui aduersus equales homines pugando praeua-  
 luit, feratque dolis, & arte peremit. Quid haec ad ea, quae a Salvatore patrata sunt? Mor-  
 bos enim ille, ac demones, & mortem ipsam ab hominibus repulit. Libero patri cultum  
 illi exhibet, qui ebrietatis magister hominibus fuerit. Saluator noster, ac dominus ca-  
 stitatis, frugalitatis praecipitor irridetur ab eis. Sed sunt sane ista illorum opa quae ad  
 reliqua ipsius diuinitatis insignia. Quoniam quae homo mortuus est, quae ad  
 sol/terrae commota? Ecce quae multi modo moriuntur homines, & haec hactenus mortui sunt,  
 quae ad aliquod in eis eiusmodi miraculum contigit. Atque ut ea missa faciam, quae per corpus  
 effecit, & ea memorem, quae post ipsius resurrectionem corporis sunt facta miracula,  
 Cuius vnquam hominum doctrina a finibus ad fines terrae, per omnes vna, eademque praeualu-  
 it, ut per orbem vniuersum ipsius religio, cultusque maneret. Aut si homo, iuxta illos, Chri-  
 stus est, & non dei verbum, cur ab eorum diis prohibitus non est, suam ubique praeparare cul-  
 turam, illorumque per sua quorumque loca destruere? Verbum enim ipso aduentu suo, atque  
 doctrina, profano cultui finem indixit, omnemque daemorum fallaciam omnino per-  
 sudedit. Plurimi eatenus fuerant reges, multique tyranni, apud Chaldaeos, Aegyptios,  
 & Indos, sapientes. & magi fuisse traduntur. Quis vnquam horum non dico post  
 mortem, sed vnus adhuc orbem totum doctrina sua implere praegualuit, tantamque mul-  
 titudinem a simulachrorum vana superstitione conuertere, quantum Saluator noster ad  
 se ab idolis transtulit. Gentilium philosophorum verborum vi, ac dicendi arte instructi,  
 complura scripsere, quid ergo omnium horum, si cruci Christi conferatur, appareat? Vix  
 enim illi paucis, quoad vixere argutiis suis persuadere potuerunt, sed quod posse vide-  
 batur, admittebant. dum & secum ipsi diffiderent, & aduersum se inuicem perpetua dimi-  
 catione contenderent. At contra dei verbum, maximo profecto miraculo, nudis, aper-  
 tisque dictionibus docens sapientissimos illos, & dicendi acrimonia pollentes obtinuit, il-  
 lorumque inuenta destruxit, cunctos ad se attrahens, & ecclesias suas foeliciter semper incremen-  
 to multiplicans. Quis illud satis digne miretur, qui ut homo degustata morte, sapienter  
 illam magniloquentiam, in deorum suorum laudes pertonantem, tanta facilitate  
 compescuit, inanisimamque monstrauit? Cuius enim vnquam mors demones expul-  
 sit? Cuius inquam mortem demones, ut Christi, timuerunt? Vbi enim Saluatoris nomen  
 edicitur, inde demonia fugantur omnia. Quis vnquam animarum perturbationes tanta  
 auctoritate sedauit, ac suscipit, ut nequiciae libidinis deditos, castimoniam studere, homi-  
 cidas abicere gladios, & qui antea fuerant timidi, fortes iuberet, & cunctantes euadere?  
 Quis vnquam barbaras antea, ferocissimasque nationes, naturalem feritatem, ac velania po-  
 nere, pacemque sectari persuasit, nisi fides Christi, crucisque signaculum? Quis alius imor-  
 talitatis fidem ita insinuauit hominibus, ut crux illa venerabilis Christi, corporisque ipsius  
 resurrectio? Nepe enim gentes quilibet mortiri omnia soliti, nunquam tamen deorum suorum relur-  
 rectionem ausi sunt fingere, id penitus conspiciari non valentes, an post mortem possit  
 esse iterum corpus. Qua in re illos quisque non ingratis suscipiat, qui ita sentientes,  
 & ibecillitatem diis suis applicarunt, & Christo concessere potentiam, ut ex eo quoque apud  
 omnes dei filius esse noscatur. Quis vnquam hominum, aut in vita, vel post mortem, vir-  
 ginatatem seruare homines docuit, eaque virtutem putauit esse possibilem? At qui salua-  
 tor noster, & rex omnium Christus ea ita humanis affectibus insinuauit, ut & impubes pue-  
 ri hanc tantae excellentiae virtutem sponte gestiant, ac tota animi alacritate, protiteri.  
 Quis vnquam tantum terrarum peragere potuit, & Scythas, Persas, Armenios, Goe-  
 thos, & qui ultra oceanum, & Hircaniam esse dicuntur, Aegyptios quoque, & Chaldaeos pe-  
 netrare gentes, & magicę in primis deditas, & ultra quam dici possit, superstitiones, ac

Quae fue-  
 rint post  
 resurre-  
 ctionem  
 corporis  
 facta mi-  
 racula.

Solus xpi  
 virginita-  
 tem serua-  
 re hoies  
 docuit.

singulariter feras, & de virtute, de pudicitia, veraque religione, contra simulachrorum  
 cultum predicare, ut omnium dominus, & dei virtus Christus Iesus dominus noster, qui  
 non modo per apostolos suos praedicauit, verum feros illorum induxit animos de-  
 posita feritate, deserere primos deos, ipsumque cognoscere patrem deum per ipsum, &  
 cum ipso venerari. Olim enim deorum suorum cultibus gentiles, ac barbari dediti  
 aduersum se inuicem bella gerebant, & contra propinquos imanes erant, nec poterat  
 quisquam, aut terras, aut maria transire, nisi gladiis armasset manus, pro in exorabili  
 contra se inuicem pugna, oequae illis vitae institutum per arma tranlibat, & erat illis  
 pro baculo/omni que adminiculo gladius. Cumque, ut praedixi, seruirent idolis de-  
 monisque litarant, nihil tamen ex illa superstitione ad ingenitae feritatis emendationem  
 proficere, ubi vero ad Christi se disciplinam contulere, tunc iam mirabiliter profecto mu-  
 tati, compunctique animo, deposita immanitate cediunt/non iam bella tractant animis,  
 sed pacifica sunt illis omnia, amicitiamque, & charitatem ad omnes totis affectibus ser-  
 uant. Quis ergo haec fecit, aut quis alternis feroces odiis in pace coniunxit, nisi filius  
 dilectus patris, cuiusque seruator, ac dominus omnium Christi Iesus, qui omnia pro nostra salu-  
 te sustinuit? Fuerant olim ista praedicta, & de pace, quam ille mortalibus contulit, scri-  
 ptura signauerat, dicens. Concident gladios suos in aratra, & lanceas suas in falces,  
 non accipiet gens contra gentem gladium, nec discant ultra bellare. Eius profecto prophe-  
 tia fides licet haurire oculis, nam modo quoque barbari ingenitae feritate, quae diu idolis im-  
 molant, aduersum se inuicem feruntur insaniam, nec sine gladio, vel vnam horam ma-  
 nere patiuntur. Vbi vero doctrinam perceperint Christi, continuo omissa bellandi  
 studio/ad agriculturam se conuertunt, & manus quas olim armare ferro conueuerant  
 innocuas gaudent ad studium orationis expandere, ac pro bello, quod contra se inui-  
 cem conferebant, iam aduersus diabolum, ac demones arma corripunt, eoque casti-  
 tate, ac virtute animi debellare nituntur. Est autem hoc paternae deitatis iudicium, quod  
 ab eo id didicerint, homines, quod ab idolis nequiuertant discere. Est item daemorum  
 atque idolorum infirmitatis singulare documentum, haud enim imbecillitatis suae igna-  
 ri demones, idcirco homines aduersum se inuicem pugnare suadebant, ne si mutua con-  
 tentione desisterent/aduersum demones bella consuecerent. Denique Christi discipuli  
 minime aduersum se pugnant, aduersum demones moribus, virtutisque actibus dimi-  
 cant, illosque persequentes, eorum principi diabolo illudunt, ut in adolescentiae feruore pu-  
 dicitiam, in tentationibus patientiam, in laboribus tolerantiam perferant, iniuriis arte-  
 cti taceant, nudatique rebus suis pro nihilo ducant. Quodque mirabile est, contem-  
 nant mortem, & Christi martyres fiant. Atque ut vnus illius diuinitatis praecipuum indi-  
 cium dicam, quis vnquam homini, siue ille magus, siue rex, siue tyrannus fuerit, aduersus tot  
 hostes simul congregari potuit, contraque omnem idololatriam, omnemque militiam de-  
 monum, & cunctam magicam, & totam gentilium sapientiam, tam validam, hactenusque  
 vigentem, ac mouentem plurimos quiuit obsistere, omniaque simul vno momento de-  
 bellare, sicuti dominus noster verus dei filius, qui cuiuslibet errores inuisibiliter ar-  
 guens/solus ab omnibus spolia detrahit, ut qui colebant idola, iam ipsa conculcet, qui  
 magica insignesserant, impie vanitatis libros incendiis tradant, sapientia clari/ euange-  
 liorum interpretationem omnibus praferant, & quos antea colebant deos/ deserentes,  
 quae paulo ante crucifixum irridebant, hunc supplici venerentur obsequio, Christum deum  
 esse verum confitentem, & qui prius dicebantur dii, signo crucis effugiunt. Crucis vero salua-  
 tor affixus, toto orbe deus praedicatur, ac dominus, quosque gentiles adorabant deos, ut foedi iam  
 turpesque abiiciantur ab ipsis cultoribus suis, Quisque christi doctrinam secuti honesti

Discipu-  
 lorum xpi  
 virtus &  
 patientia.

DE INCARNATIONE VERBI

lis, & castius viuunt. Hec igitur, & his similia, si quidem humana sūt, ostēdat qui vult priorū quoq; huiusmodi fuisse facta, sin vero nō hoim illa, sed dei opera, & videntur & sunt, quid adeo impij, infidelesq; sunt, vt nō agnoscat horū patratorem dominū ac deū esse? Idem ei fere patiuntur, qd̄ ii, qui ex creaturę opificio ipsius creatorē deū intelligere nequeūt, nā si ex virtute eius cuncta disponēte, ipsius diuinitatem intelligerent, agnoscerent profecto Christi quoq; in carne opera non humana, sed saluatoris oim dei verbi esse, ipsaq; agnitione freti, vt ait apostolus, nunq̄ dominum glorię crucifixissent. Quodmodū igitur si quis inuisibile p naturam deum, neminq; conspicuum videre cupiat, ipm̄ ex opibus illius agnoscat, atq; cōprehēdi, ita & qui mentis oculis non intuetur Christū, vel ex operibus corporis ipm̄ addiscat, probetq; hūana ne sint ipsius opera an dei. Ac si quidem humana deprehenderit, rideat, sin vero diuina intellexerit, grate suscipiat, neq; ea, quę sunt veneratione dignissima, irrisideat, magis miretur q̄ negocij tā vilis gratia, diuina sese nobis aperuerit, & p̄ ipsius mortem immortalitas in omnes emanauerit, ac per humanitatē verbi rerum sit pro uidentia cognita, cuius auctor, & opifex ipse dei filius, patrisq; verbum sit. Idcirco enim hominem assūpsit illa maiestas, vt nos efficeret deos, atq; ideo se manifestare per carnem voluit, vt nobis inuisibilis patris intelligentiam largiretur, humanatq; omnes tolerauit iniurias, vt nos immortalitatem hereditario iure caperemus. Ipse quidē nihil violatus est, quippe impatibilis, atq; inuolabilis deus, ac verbum, homines vero passioni obnoxios, quorū gratia ista passus est, in suam transfudit beatissimam, secretissimamq; quietem. Prorsusq; saluatoris opera, quę i carne gessit, talia, ac tanta sunt, vt si quis enarrare velit, eis merito cōferri possit, qui maris vastum intuentes profundum, eius enumerare fluctus velint. Sicut enim possibile non est, vt quis vndas omnes oculis colligat (cum nouę semper preteritarū intercipiāt solum) ita & qui Christi opera in carne comprehendere cupit, oino oia nequibit cogitatione percipere, cum plurima ipsius intelligentiam fugiant, ex his etiā, quę se intellexisse arbitrat. Satius igitur, & melius est eis ommissis, quorum nec partem quidem digne quis enūciare potest, vnus tantum meminisse, tibiq; omnia miranda relinquere, cuncta enim sunt digna miraculo, & quocunq; acie veritas, idē se verbi diuinitas aperit. Id, igitur te post illa, quę diximus, considerare dignum est, vt finem iungamus initio, vehementerq; mirari, q̄ post saluatoris aduentū nō iā idololatria crescit, sed que erat, idies minuitur, senlinq; deficit, non vltra gentilium sapientia proficit, & quę prius erat, iam penitus labitur, non iam demones prestigijs, vaticinijs, magicisq; carminibus fallunt, sed solo conatu confusi, signo crucis abcedunt. Atq; vt breuiter dixerim, ilpice saluatoris doctrinam, q̄ se vbiq; diffuderit, feliciaq; incrementa percipiat, contraq; cultus omnis demonum, & oia, quę fidei Christiane aduersantur, iugiter minuātur, infirmentur, ac defluant, & ea consideratione permotus, saluatorem oim, ac redemptorem dei filium toto pietatis affectu venerare, & quę ab eo idies minuuntur, & euacuantur a corde, & cogitatione tua longius abice. Sicut enim sole rutilante, nihil iam tenebrę preualent, sed & sicubi fuerit, ipsius radijs illustratę fugantur, ita & diuino saluatoris aduentu apparenē, nihil iam idolorum obscuritas valet, sed oēs orbis ptes doctrinę illius fulgoribus rutilant, & quemadmodum rege aliquo se domi continente plerūq; nonnulli improbi eius captantes absentiam se prædicant reges, meritoq; habitu regio simplices quosq; decipiunt, solo enim nomine falluntur homines, audientes quidē eē regē, sed illum minime vidētes, ob id scilicet q̄ regię domus secreta penetrare non possint, vbi autē verus processerit rex, tūc iā ipsius præsentia huiusmodi

Quę fuerit verbo dei assumpsit medi carne causa vel occasio.

Multa si gna fecit se christū que non sunt scripta.

DE INCARNATIONE VERBI

seductores arguuntur, hominesq; conspecto rege vero eos linquunt, qui se interim improba simulatione secellerant, ita & pridem fallebant demones humanos aios, dei sibi honorem, ac nomen imponentes. Postquam verō apparuit in carne dei verbum, nobis insinuauit patrem, demonum iam error omnis aboletur, ac deficit, hominesq; intuentes verum deum, dei filium relictis idolis recognoscūt. Hoc autem q̄ sit Christus deus verbum, ac virtus dei, præcipuum documentum est. Cum enim cessent humana omnia, Christi q; permaneat verbum; quis iam ambigat, quę desinunt fuisse temporalia, qui vero permanet illum esse deum, ac dei filium verum, vnigenitum verbum? Hæc tibi interim paucis Macari charissime pro institutione tua de Christiana fidei norma & diuino saluatoris aduentu dixisse sufficiat. Tu autem ex his occasione sumpta, si diuinas literas legeris, eisq; diligenter applicueris animum, disces ex eis planius, atq; perfectius, eorū, quę diximus, veritatem. Ille enim a theologis, ac dei spiritu plenis hominibus cōscriptę sūt. Nos quę ab ipsarū peritis doctorib; & Christi martyres fuere, didicimus, ea tuę industrię, ac dilectioni grate communicauimus. Disces præterea secundum ipsius ad nos plenum glorię, & maiestatis aduentum, cū non iā in serui habitu, sed in gloria sua, nō in hūilitate, sed in maiestate, nō vt patiatur sed vt crucis suę fructū oibus reddat, adueniet, resurrectionē scilicet, atq; immortalitatem. Non enim ille vltra iudicabitur, sed iudicabit omnes, retribuetq; singulis, quę gesserunt in corpore, siue bona, siue mala, vbi bonis quidem cœleste regnum, & præmia eterna, malis vero sempiternus ignis, & exteriores reddētur tenebrę. Ita enim & ipse dominus ait dico vobis, amodo videbitis filium hominis sedentem a dextris virtutis dei & venientem in nubibus cœli in gloria patris. Idcirco & salubriter admonens, ad illam nos diem præparat, dicens. Estote parati, & vigilate, quia nescitis quā hora dominus veniet. Nam iuxta Pauli vocem, omnes nos assistere oportet ante tribunal Christi, vt recipiat vnusquisq; quod gessit in corpore, siue bonum, siue malum. Verum enim, ad indagationem scripturarum, veramque scientiam, necessaria est virtus probitas animęq; mundicia, & Christiana pietas, vt his præmijs animus, quę cupit, consequi possit, quantum humanę naturę fas est de verbi diuinitate comprehendere. Nam absq; munditia animi, & vita sanctitatis gmula, possibile non est, sanctorum dicta intelligere. Quemadmodum enim, si quis intueri solis lucem velit oculum purgat, clarioremq; reddit seipsum, ferme ad eius, quem cernere cupit, similitudinem mundans, vt ita lux effectus oculus, solis lucem queat intueri, aut quemadmodum si quis ciuitatem, aut regionem inspicere cupiat, pergit ad locum inspicendi gratia, ita & qui theologorum consequi intelligentiam cupit, abluere prius animam debet, atque detergere, & per vitę, morumque similitudinem ipsos adire sanctos, vt quasi vnus ex illis effectus, effugiat peccatorum periculum, & ignem eis in die iudicii præparatum, recipiatque reposita sanctis in regnis cœlestibus præmia, quę oculus non vidit, nec auris audiuit, & in cor hominis non ascenderunt, quę his parata sunt, qui virtutis sequuntur viam, diligentes deum, & patrem in Christo Iesu dominum nostrum, Cui est cum patre, & spiritu sancto honor, & imperium in secula sæculorū.

Amen.

Absq; munditia animi sanctorū dicta vix possunt intelligi.

ATHANASII DISPVTATIO CONTRA ARRIVM!

Disputationis, atq; controuersie super fide catholica inter diuum Athanasium prius diaconum, deinde quoq; episcopum, coram proba iudice gentili a Constantio imperatore delegato habite, prelatio, docens cōtemporaneos fuisse, inter quos lis acta dicitur.



Um in manus strenui lectoris, beatissime papa Materne, liber iste a catholico sacerdote, & probatissime vitæ beato Athanasio contra hereticos, idest, Sabellium Fotinum, & Arrium disputatus, peruenerit illico respondebit. Et quomodo fieri potest, vt cum sancto Athanasio successore beati Alexandri episcopi habuerit Arrium conflictum, cū cōstet eū, sicut in ecclesiastica historia legitur, turpissima morte, id est, ex ēplo Iudæ traditoris dñi nostri Iesu Christi fuisse fufum, vt quod foetida mente cōceperat, fetido terminaret sine. Sed si illud recolat, qd in chronica sua beatę mēorie Sulpiti⁹ Severus posuit, dicens. Duo Arrii, tanquam duo serpentes ex vno ore sibilabant, duos Arrios fuisse euidenter reperiet. Vnde intelligitur, aut cū Arrio super stite, nō cū illo, q̄ fufus est, aut cū aliquo Arrianita, sanctum Athanasium inisse cōflictum. Qua propter oportet opus, vt credimus a domino ipletū, a catholicis sæpe relegatur, vt cognoscant qualiter hereticorum possint vitare venena, & fidem suā abq; vlla hēsitatione, domino auxiliante, valeant custodire.

Arrii duo.

Nicenu cōciliū.

Arrius exulat.

Gen. iiii. Cōstātia arriana. Cōstātinus sit arrianus.

Arri⁹ ab exilio redit. Synod⁹ alexādriana. Cōstātin⁹ n⁹ moritur. Cōstātin⁹ iperium init.

Eiusdem disputationis introductio originem eius, & Arrii perfidiam declarans.

VM apud Niceam urbem, a trecentis decem & octo episcopis, ex euāgelicis, apostolicisq; doctrinis spūali vigore præditis, fides ecclesie cōfirmatur Ibi Arrii perfidia, Cōstantino imperatore presente detegitur. Et cum eius perfidie dogma eorundē episcoporum sententia, refutatur, Arri⁹ ab ecclesia separatur, ne tā impia doctrina diu in ecclesia latens, cūctorū inficeret mentes. Sed vbi imperator comperit integram ab episcopis fidem ecclesie, vt est ab apostolis tradita, sanctius confirmari, præcepit eundem Arrium, vt rebellem sacre fidei, exilio relegari. Sed sicut Euam serpēs in paradiso dolosis persuasionibus laqueauit, ita quoq; constantiam germanam eiusdem principis, per quendam satellitem, Arrii perfidia irruit. Et latuit in ea diaboli virus, donec tempus erumpendi, quo eam impleuerat, inueniret. Igitur cum in vltimo sui obitus die frater visitatione eius perfruitur, statim ab ea innocenti fratri veneni pomum verbo porrigitur. Et illico, exemplo primi hominis, nescius in pertrāgressiōnis viam dilabitur, qui viperinis expositulationib⁹ sensum accommodare videtur. Arrius ergo, qui dudum ab eo tanq̄ sacrileg⁹ fuerat relegatus, ad necem fidelium animarum ex exilio reuocatur, & fidem suam principi callidis seductionibus pandens, frustra se affirmabat, ab episcopis fuisse damnatum. Ea scilicet causa, idem imperator præcepit apud alexandriam synodum congregari, vt si vera eius assertio doceretur, venia post sententiam subsecuta, ecclesie redderetur, & vt omnes de eius correctione gaudentes existerēt, & exinde ad dedicationem Hierosolymitanę ecclesie pacatius pergeretur. Deniq; cum causę eius ab episcopis diutius cōtractaretur, idē Cōstātin⁹ imperator i suburbano quodā, cui Nichomedia nomen est, finali ordie trigesimo prio iperii sui anno, diē clausit extremū. Quam ordinationē prædicto satelliti tradidit, Constantio referuādā. Qui dum post sui

DISPVTATIO CONTRA ARRIVM!

genitoris obitum adueniens, suscepisset imperiū, sicut a Constantino delegatum fuerat, ab eodē Cōstantino testamentū cōtradicitur. Qui ob huius rei gratiā in tanta apud eū idē presbyter familiaritate ē habit⁹, vt nō iā presbyter, sed pater iperii vocaretur. Et qui ob imperandū iperator fuerat eleuatus, sub huius presbyteri iperio videbatur additus. Ad cuius iussione Arrius est in ecclesiam reuocatus, cuius doctrinam rudis princeps impiis sensibus retinens, fidem catholicam respuit, & a paternis traditionibus sacrilego more, desciuit. Qui tēporibus suis non leuem ecclesie dei, vel sacerdotibus infecutionem, intulisse videtur. Quo etiam tēpore plurimos martyres multosq; confessores fecerit. Alios quoq; effossis oculis, ac poplitib⁹ amputatis semiuuos reliquit. Nonnullos vero rabido furore arreptus infania, propriis sedibus religando damnauit. In quibus domini dictum videtur esse completum. Si me, inquit, persecuti sunt, & vos persequentur. Hic igitur prius quam arimino, vel se leuciam ex vniuerso orbe dolo congregaret domini sacerdotes, totum vnum facere cupiens, quēdam iudicem nomine probum sua auctoritate suffultum, arbitrum inter eundem. Arrium, atq; Athanasium adesse præcepit, illū vtiq; quem fidelem in regno suo, & omnium mundanarum literarum, artium præ cæteris hominibus, probauerat eruditum. Qui omnibus curis publicis procul amotis, iniuncta sibi omni celeritate maluit adimplere, vt iussis imperialibus pareret, & fidem veracissimam suo examine comprobaret. Hic itaq; cum apud Laoditiam urbem syrię secundo Constantii imperii anno venisset, pro tribunali in auditorio sedens, turbis hinc, atq; inde astantibus, Arrium, atq; Athanasium his alloquitur verbis.

Arrius iperato rī iperat.

Cōstātin⁹ psecutor fidelium

Ioan. xv.

Prob⁹ iudex.

Antedictę disputationis Laoditię habite initium, in qua interloquuntur Prob⁹ iudex, signabitur autem Prob⁹ Athanasius pro quo Atha. Arri⁹ pro quo Arri. Et iterum qui hæc traduxit auctor, pro quo Au. subscribetur hoc modo.

Loriosi, ac piissimi imperatoris constantii epistola sacra commonitus, præcipi inter vos negocium fidei ventilari. Atha. Et quis tam vecors audeat, p̄cipalia præcepta renuere? Prob. Ergo venerandi augusti sacra legatur epistola. Au. & recitata est. Cōstantinus Constantius pius, perpetuus victor, ac triumphator, semp Augustus, Probo iudici salutē. Diuino munere paternum adeptus iperium, illud est nobis primitus enitendum, vt heretica cōuersione deleta, sacre nostre fidei coniunctus orbis gaudeat vniuersus. Quoniam, qui a peruerso itinere conuertit impium, saluat animam eius, & suorum multitudinem peccatorum cooperit. Et quoniam nunc plerosq; reperimus huius sceleris socios, hanc perfidiam ritu sacrilego percolentes, afferentes se, integram fidei regulam retinere, qui non solum homines impia seductione fallentes, verum etiam, & ingenitæ maiestati iniuriam irrogantes, & filii creatam substantiam eius diuinitati iungentes, monemus itaque, vt nostre maiestatis auctoritate percepta, inter Arrium venerabilem presbyterum, & Athanasium eiusdem auctorem erroris diaconum huius negotii examen facias ventilari, præcipue suadens, vt animi peruersitate deposita, veræ fidei, ac probatæ colla submittant, ne nostre mansuetudinis, ac pietatis præcepta solita temeritatis audacia, contemneris, ad grauem nos concitent iracundiam. Et licet huius fidei munus necdum perceptis, sapientia tamen, qua præ ceteris polles, cuncta te credimus posse, sine cuiusquā susceptione persone fideliter definire, deo plusquam homini placitum. (Et alia manu) Optamus te bene valere. Datum Constantinopoli sub die. xii. kalendas. Ia

Alterca tiōis fidei iūtiū.

Epistola iperato ris recita tur.

ATHANASII.

Finis epi  
stole.  
Probus  
se fidei  
addicit.

nuarii. Prob. Venerandi principis sacra, quæ lecta est, gestis indatur. Au. Et adiecit.  
Prob. Prospiciens in idolorum cultura nullam veri numinis maiestatem consilire,  
re, christianus memetipsum dogmatibus subiicere volo, quibus astruitur vnus, & ve-  
rus deus esse, qui vniuersa, quæ videntur, & quæ non videntur virtute verbi sui crea-  
uit. Et quoniam cum plures christiani nominis titulo censeantur, a veritate eius fidei  
procul aberrare dicuntur, diuersa, & varia dogmatis instituta, sectando, scire nunc ma-  
gnopere desydero, quæ sit recti dogmatis fides, cui remotis dubietatibus, ambagi-  
busq; omnibus, tenaciter inherere queam, ne erroris cæcitate exui cupiēs, maioribus  
tenebrarum errorib; implerem. si passim, & sine vllō examis discrimine alicui; secte, que  
primo occurrerit, imitator existam, quæ vtrū praua sit necne, an veritate suffulta, igno-  
ro. Et ideo si placet, immo quia placere debet, vnusquisq; vestrum in conspectu no-  
stro fidei sue sententiā pandat, vt examinatione habita, quæ firmior cūctis, & verior  
reperita fuerit, huic omnes iure credamus, & huic indubitanter spreto falsitatis errore  
obsequamur. Arri. & Atha. Quomodo tantū mysteriū secreta cōmittere possumus,  
& rei in experte arbitrū collocare, cum necdum gentilitatis maculam veri dogmatis  
perceptione ablueris? Prob. Hoc est vtique, quod totis viribus cognoscere cupio, qd  
sit rectum, & veridicum dogma, in quo me oporteat occultū mysteriū sacramenta per-  
cipere. Neq; enim modo mihi profunda mysteriorum archana patefieri desydero,  
sed illa nunc flagito demonstrari, quæ in vestra fide extrinsecus habentur, & publice  
předdicantur, id est, quod vnus, idemq; verus deus, visibilium, & inuisibilium conditō-  
tor sit rerum. Et quia hoc vos vno ore profiteri non nescio, quæ causa extiterit, vt in-  
tam varias diuidamini sectas, & quæ sunt vera, & quæ sunt falsa itelligi a nobis omni-  
no non possint, priusquam vestro certamine digno patientiæ moderamine habito  
quid sit cōgruū diligentius cognoscamus. Atha. Cum sis oī literarum genere imbu-  
tus, & philosophicis disciplinis admodum eruditus, mirari vsq; quæ non debes, plu-  
rima penes nos, & varia nouitatum dogmata, extitisse, cum apud vos tot sententiā  
nouitates emerferint, quot pene nomina ipsorum continentur auctorum. Nam cum  
tres sint in mundo religiones, Iudeorum, Paganorum, & Christianorum multis, &  
longe discretis sententiā diuersitatibus vnaqueq; religio a seipsa discedens, in va-  
rias proprię institutionis sectas diuisa est, dum vnusquisq; suauitate recentioris sen-  
tentiæ non veritatem, sed veritatis similitudinem preferentis illectus, antiquitas a pa-  
tribus traditam lineam derelinquit, eo irremediabiliter per auia prauæ oberrans, quo  
nouitate pro vetustate vtitur, tanquam antiqui limitis, & a patribus traditi, viam ince-  
dens. Aut enim multum sentit, & minus credit, & ideo mediū, & rectum iter, incede-  
re nescit. Hæc ideo præfatus sum, vt tibi clarissima veritatis explorandę indicia de-  
monstrarem, vt agnoscere facillime queas illum, prauitatis errore inuolui, qui prisca  
apostolicę fidei fundamenta deserens, ipse sibi pro suæ voluntatis arbitrio fidem,  
quam sequi debeat, somniat. Arri. Optime Athanasius errorem perfidię in abiectis,  
& nuper inuentis rerum nouitatibus consistere profitetur, apostolico in hoc ipsum  
congruente testimonio, quo ait Profanas autem vocum nouitates euita. Vnde oble-  
cro, vt ab hoc inquisitionis tramite non recedas, diligentius, atq; attentius inuesti-  
gando, quis nouo, quis ve antiquo vtitur fidei sacramento. Prob. Vt hac quæ asseri-  
tis facile innotescant, & ad lucem veritatis remota omni ambiguitatis caligine veniat  
antiquę fidei regulam pandite, & ita vt est ab apostolis tradita, nostris auribus intima-  
te. Arri. & Atha. simul. Credimus in deū patrē oīpotentem, & in Iesum Christum  
filium eius, dominum nostrum, & in spiritum sanctum. Hęc est fidei nostrę regu-

Nō mirā  
dū de di-  
uersis in  
fide opi-  
nionib;.  
Religio  
triplex.

Aposto-  
lica do-  
ctrina p-  
fertur no-  
uę.

Thi-  
mo. vi.

Regula  
fidei.

DISPVATIO CONTRA ARRIVM!

FO. CCLXXXVII!

la, quam cœlesti magisterio dominus tradidit apostolis, dicens. Ite, baptizate om-  
nes gentes in nomine patris, & filii, & spiritus sancti. Prob. Magno miraculi stupore  
attonitus hereo, tres a vobis deos p-redicari conspiciens, a quibus ad vnus dei singu-  
laris potentiæ maiestatem confugiendum esse credideram. Vnde, quæ sit huius ra-  
tionis fides, vel quid ista trium rerum, triumq; vocabulorum indicent, quæ nos bre-  
uiter informare dignemini, Arri. Non q; tres deos in fidei numero professione fa-  
teamur, sed credere nosi patrē, & filiū, & spiritum factum fideliter cōitemur. Prob.  
Satiū fidem vestram exponite, & quæ, vel qualis sit in eadem vestra credulitate, de-  
clarare. Arri. Ego enim confiteor ingentum patrem ante omnia tempora filium in-  
effabiliter genuisse, per quem, & in quo visibiles creaturas, atque inuisibiles fecit. Qui  
nouissimis temporibus propter humani generis salutem a patre missus, verum ho-  
minem in mundo gestauit, atque inuolabiliter de Maria virgine sine humani pudo-  
ris permixtione suscepit. Que cum sit creaturę suæ dominus, non tamen potest ge-  
nitori suo, aut in omnibus conferri, aut in aliquo coæquari, quem & deum, & sui ori-  
ginis profiteamur auctorem. Nec tamen ideo duo dii, quia & hic deus, nec ideo non  
deus, quia solus pater deus, sicut non ideo non bonus, quia solus pater bonus, cum sit  
& filius non solum bonus, sed & bonorum creator. Sed sicut ei non admittitur ne bo-  
nus sit, cum solus pater ipsius filii professione sit bonus, sic ei non aufertur vt deus sit,  
cum solus pater sit deus. Et sicut bonitas filii non p-udicat singularitati paternæ  
bonitatis, sic eius deitas non officit patri, ne vnicus, ac singularis sit deus. Et hoc mo-  
do vnum deum profiteamur, non negando, vt dixi, filium deum, sed pene solum pa-  
trem vnus diuinitatis auctorem constituentem. Atha. Bene patrem filium ineffabili-  
ter ante omnia tempora genuisse, Arrius sua professione diffiniuit. Sed vtrum fili-  
um ex ipsa patris essentia, vel natura, vel aliunde genitum velit asserere, hæc interim  
sua prosecutione reticuit. Ego enim patrem, & filium, & spiritum sanctum vnus ef-  
se substantię, vnusque nature confiteor. Itavt non ex nihilo, neque ex aliquo, sed de  
patre filium, & de patre spiritum sanctum credam procedere. Et licet tres in sua pro-  
prietate subsistentes, profitear esse personas, horum tamen natura vna est, vnaq; diui-  
nitas comprobatur. Probus. Quamquam hæc varia, & longe dissimilis sententi-  
rum vestrarum diuersitas magnam confusionis caliginem mentibus nostris incuti-  
at, tamen vt cito his ambagibus exiamur, & quæ sit veræ fidei professio cognosca-  
mus, dignamini euidentioribus scripturæ diuinæ testimoniis assertionum vestrarū  
sententias communire. Et ne longo orationis ambitu ipsius permixtæ disputatio-  
nis confusione procul euagemini, singillatim fidem vestram, vt dixi, edicite. Sed nūc  
Arrius prosequatur, & suam fidem veridicis testimoniis astruere nō grauetur. Arri.  
Quoniam me primitus congregi p-cepisti, Respondeat Athanasius, vtrum simpli-  
cis nature sit deus Atha. Quis hoc impius negauerit? Arri. Respondeat vtrum etiā  
oīa, quæ de deo dicuntur, secundū essentiā accipienda sunt. Atha. Non temere pro-  
nunciauerim vniuersa, quæ de deo secundū essentiā dicuntur, debere accipi, propter  
nonnullos relatiuos noīm casus, secundum vsitatum humani sermōis eloquium proba-  
tos. Qui nō proprie de deo, sed personis, & temporibus, vel quibuscūq; rerū generi-  
bus coaptatur, id est, cū se nescire, vel se iterū cognouisse fatetur, aut cum rerum a se fa-  
ctarū pœnitudinē gerit, & nūc se iratū, nūc placatū ostēdit. Que omnia, si secundū  
essentiā volumus accipere, passibile sine dubio, & improvidam diuinā profitebimur ef-  
se naturam, in qua aut ignorantia aut ex tempore orta cogitatio cadat, quam & tri-  
sticia pœnitendo conficiat, & læticia subleuet vegetando. Quod quid aliud erit, nisi

Marci vi  
ti.

Arrii fi-  
des.

Fides  
Atha.

De sim-  
plicis e-  
naturæ  
Nō oīa  
deo attri-  
buta, es-  
sentię eius  
cōgruūt

mutari, ac perpeti, & instabili mobilitate, huc illucque defluere. Vnde manifestissime comprobatur non omnia de deo secundum essentiam debere intelligi, sed aliquanta dispensationi respondentia non naturæ eius conuenientia, certo certius profitemur. **¶** Prob. Licet sufficienter, & doctius, laudabiliterque responderis, non omnia de deo secundum essentiam dici, latius tamen hæc abs te audire desidero, cum tui loci disputationis tempus affuerit, nunc interim (vt antea fassus sum) Arrius, vt ceperat, prosequatur. **¶** Arri. Si ea quæ in principio profecutus sum, diligenter aduertas, illic omnem fidei nostræ credulitatem inuenies. **¶** Atha. Subsistere ante secula filium, veraciter Arrius proficitur, quod autem de patre natus sit, sono tantummodo vocis, & simulata verborum confessione, non veritatis professione confidit, dicit eum a paternæ naturæ substantiâ separat, & conditione naturæ, non dispensationis ratione patri subiectum affirmat. **¶** Prob. Clarissimum fidei vestræ iudicium date, & quemadmodum credatis recenti prosecutione signate, quo possit ad normam propositæ confessionis, disputationisque materia coaptari. **¶** Atha. Ne vos gramen oratione longissima sensus, fidem meam breui sermone concludo. Patrem, & filium, & spiritum sanctum deitate, potestate, magnitudine, natura vnum esse, potestor, nec aliquid in hac trinitate nouum, extraneum vel, ac si antea non fuerit, postea vero adiectum sit, assero, sed vt dici, vnius eam naturæ, vniuscusque substantiæ credo. **¶** Arri. Si tres personas in sua proprietate manentes, ita tres substantias esse patris, & filii, & spiritus sancti, confiteor. Alia est enim patris, alia filii, alia spiritus sancti substantia. Nec potest vllomodo ingenite substantiæ, aut genita filii, aut creata spiritus sancti conferri natura. Vnde nec in potestate æquales, nec magnitudine similes, nec natura consortes a nobis fidei confessione creduntur. **¶** Prob. Si hoc totum est, in quo a vobis inuicem dissentire videmini, id est, quod vnus diuersas, alius trinitatis vnã dicit esse substantiam, id nunc disputationis ratio poscit, vt assertiones vestras non subtilitate argumentorum, de industria dialecticæ artis venientium, sed simplicibus, & puris diuinæ scripturæ documentis, robustius fulciatis. **¶** Arri. Credo quod memorabilibus prudentiæ vestræ sensibus Athanasii prosecutionem nequaquam subtraxit obliuio, qua id elegantius perorauit illum debere prauitatis errore, notari, noua, & inusitata verborum commenta sectatur, adiciens apostolicis dogmatibus, quod ab eisdem constat, traditum non fuisse, Prob. Ita memini. **¶** Arri. Ergo niceni concilii decreta lectione pandantur, & agnosces Athanasium, vel eius auctores, apostolicam fidem nouorum adiectione verborum, eatenus corrupisse, eosque qui antiquis patrum in hebreæ doctrinis, ambitione regia vsque censuerint, seralibus relegendos edictis, Prob. Si presentis negocii ratio postulat, vt decretum niceni recitetur concilii, hoc quoque Athanasius sua prosecutione designat vt ex vtriusque voluntatis assensu, si quid illud offert extrinsecus, recitetur. Athana. Causæ congruit, vt rerum gestarum lectionis copia non negetur. Prob. Ergo, vt desiderat præfati decreti lectio, ventiletur. Au. Et lectum est ita. Credimus in vnum deum patrem omnipotentem, visibilibus, & inuisibilibus factorem. Et in vnum dominum nostrum Iesum Christum filium dei, natum ex patre vnigenitum, hoc est de substantia patris, deum ex deo, lumen de lumine, deum verum de deo vero, natum non factum, vnius substantiæ cum patre (quod greci dicunt homouision) per quem facta sunt omnia siue in celo, siue in terra, qui propter nostram salutem descendit, & incarnatus est, homo factus est, passus est, resurrexit tertia die in celos ascendit, inde venturus est iudicare viuos, & mortuos, Et in spiritu sancto

Pater & filius & spiritus sanctus vnus sunt.

Arrius hereticus.

Niceni concilii decreta super fide catholica

sum. Eos autem qui dicunt, erat quando non erat, & antequam nasceretur non erat, quod & de non extantibus, vel ex alia substantia, aut essentia, dicentes mutabilem, aut conuertibilem deum, hos anathematizat catholica, & apostolica ecclesia. Arri. Peruides virorum optime Probe istius decreta concilii in sigillationem apostolicæ fidei ausu temerariæ assumptionis, fuisse conscripta. Qui enim opus erat, nouum hoc homouision vocabulum antiquis dogmatum regulis inseri? Nunquid enim apostoli, vel eorum discipuli, atque omnes per ordinem successores, qui vsque ad illud tempus viuentes, in Christi confessione homouision vocabulum ignorabant? Impietatis sacrilegium in fidei veritate secutos esse dicemus, pro eo scilicet, quod huius nominis notione priuati, sine ipsius predicatiois assertioe perrexerunt ad Christum. Si enim a nobis, vt isti penitus mentiantur, noua introducebatur contra apostolorum statuta doctrina, quid vti que conueniens erat, noua a nobis ingestæ doctrinæ, antiquis apostolorum obuiare doctrinis, & nouitatem vetustati præscribere, non vetustatem nouitate peruertere? Vt quid mihi hoc nomen sequendum imponit? Vt quid me ad huius rei nouitatem violentius trahit? Vt quid hoc apostolicæ fidei superadiicit verbum, cuius nec prophetæ quidem, nec apostoli vsquam faciunt mentionem? Quod illud queso nomen est, sine quo fides integra esse non possit, sine quo Christiani Christianæ religionis abdicatur honore. Vnum enim e duobus in hac causa sequi necesse est. Si vera est homouision assertio, falsa erit apostolorum predicatio, quæ sine hoc nomine longa per tempora floruerat. Si vero apostolica fides, huius nominis expers, vera est, sicuti & est, hæc sine dubio falsa erit, quæ antiquæ fidei nominis nouitatem adiecit. Reuolue cuncta noui, & veteris testamenti volumina, vtrum alicubi homouision inditum paginis, poteris reperire. **¶** Prob. Quid his refertur? **¶** Atha. Nominis tantum offenderis nouitate, an etiam ipsius rei virtutem, quæ hoc est sortita vocabulum, refugis? **¶** Arri. Quid dicas, non satis intelligo. **¶** Atha. Quoniam res antiqua nouum nomen accepit, non vocabulo nouo nouæ rei virtus accessit, hoc vti que requiro, vtrum res, quæ antiqua est, simul a te cum nominis nouitate damnetur. **¶** Arri. Res loqueris tortuosas, & omni stultitiæ miraculo dignas. Si enim homouision nouum nomen est, non dubium, quin & res noua sit, quam significare videtur. **¶** Atha. Ergo pariter res, nomenque condemas? **¶** Arri. Ita plane. Atha. Igitur si demonstrauero rei antiquæ, & ab apostolis traditæ nouum nomen attributum fuisse, victum tandem fateberis? An etiam sic rem antiquam, simul cum nois nouitate condemas? **¶** Arri. Hoc non ostendes. **¶** Prob. Et quæ ratio causæ flagitabatur, vt res antiqua nomen acciperet nouum? Nunquid enim priusquam huius nominis vocabulum sortiretur, sine nois proprietate manebat? Hoc mihi nullam rationis consequentiam habere videtur. **¶** Arri. Optime. **¶** Atha. Ecclesiasticæ semper moris est disciplina, si quando hereticorum noua doctrina exurgit, contra insolentes questionum nouitates rebus immutabiliter permanentibus nominum vocabula immutare, & significantibus rerum naturas exprimere, quæ tamen existentium causarum virtutibus congruant, & quæ magis easdem antiquitas fuisse demostrent, non ortus nouitatem mensurent. Et, vt quod dico planius fiat, vt exemplo in ipso Christianæ religionis predicatiois nuncio. Omnes qui credebant domino nostro Iesu Christo, non Christiani, sed discipuli tantummodo nominabantur. Et quia multi nouorum dogmatum auctores extiterant doctrinæ obuiantes apostolicæ, omnes sectatores suos discipulos nominabant. nec erat vlla nominis discretio inter veros, falsosque discipulos, siue qui Christi, siue qui Dositæ, siue Theodæ, siue Iudæ cuiusdam, siue etiam Ioannis sectatores, qui se quasi Christo, ecclesiæ fatebantur, vno discipulorum nomine censeretur. Tunc apostoli conuenientes An

Sigilla re non famare. Homouision con substantia lis.

Vocabuli mutandi ratio.

Christiani nominis origo.



thiochiam, sicut eorum (Luca narrante) testatur acta, omnes discipulos nouo nomine, id est Christianos appellat, discernentes a comuni falcorum discipulorum vocabulo, ut & diuini per Esaiam oraculi sermo impleteretur, quo ait. Seruicibus uero mihi, vocabitur nomen nouum. Hanc ergo ab ap[osto]lis traditam, nouis utendi nominibus formam ecclesia tenens contra diuersos hereticos, ut sane fidei ratio postulabat, diuersas edidit nomina nouitates. Denique primum nouum inascibilitatis nomen ecclesia imposuit. Cum enim Sabelliana heresis genitum ex uirgine primum uolisset asserere, ingenitum contra hanc confitendo ecclesia tradidit primum. Vtque in diuinis scripturis ingenitum nusquam legitur primum. Potest ergo Sabellius audaciam suam in huius calumnie obuertere questionem, & simili, ut tu, propositionis genere uti, quo dicat. Cur diuinis scripturis sine illo p[ro]p[ri]o actu pudoris uolentiam facitis, profitendo inascibilem primum, quod scriptum ostendit reuoluitis? Item quia eum non solum genitum, sed & passum impio dogmate, idem Sabellius profitetur, uobis in uinum conuenientibus, inter ceteras quas promulgatis fidei sanctiones, dixistis primum impassibilem esse, quod religiose, sancteque uos statuisse p[ro]bamus. Sed hoc itidem ille proclamatur. Ergo uisusque uoluntatis audaciam protenditis, profitendo, quod scriptum non legitis impassibilem primum, quod nec prophetę tradiderunt, nec symboli autentici tradidit auctoritas, sed hoc & uestra temeritate presumptum. Rursus prosequuntur iidem ipsi, qui Symion conuenerant. Et hanc religiosę confessionis fidem, de filio statuisse deum, eum dicentes ex deo, lumen de lumine. Iam hic Fotinus, qui ex humane generationis natura initium tribuit filio, quanta calumniandi occasio patet, at ipsum te quoque metiri non pigeat. Cur enim non similem querimoniarum causas intendant, cur non simili uociferatione ipse quoque inlaniat, dicens. Quid dicitis, quid statueris, quid sequendum uestro iudicio posteris traditis, confitendo filium deum, ex deo, lumen ex lumine? Ostendite mihi, utrum in eadem filii dei forma, id est, in autentico symbolo, quod apostoli tradiderunt, hoc scriptum legeritis. Sed contentus sum, cum ibi scriptum non fuerit, saltem mihi de prophetis legatur, de apostolorum literis ostendatur. Quis has uocum tulerit nouitates? Quis hoc rudis admittere sensibus patiat, quod nec prophetę, nec apostoli tradiderunt? Item similem primum filium multis, & creberrimis concilio uestrorum decretis statuisse. Exurgat nunc Eunomius, qui dissimilem confitetur, & dicat, ubi hoc legistis, ubi hoc repperistis, utrum ne pater, aut filius. hac de se usus est uoce? Ergo tu Arrius, qui me hodie tali constringis articulo, ut homouision proprie positum in scripturis ostendam, aut facere contra insolentes, & furtiuas hereticę intelligentię prauitates, quędam confessionis nomina non temere presumpta, sed ex consequenti ratione collecta, fidei auctoritatibus fuisse inserta, ita, ut tot nouorum uerborum religioso intellectui extiterint absolutioes, quot fuerint quesite, uel subministratę p[ro]f[er]entia occasiones, aut si id fateri nolueris, tuis tecum obiectioibus agam. Ostende mihi non ex coniecturis, non ex uerisimilibus rebus, non ex ratione uicini sermonis, non ad intelligendum p[ro]p[ri]etate rebus, non ad profitendum pietate fidei sua dente, sed pura, & nuda uerborum proprietate, unde scriptum ingenitum primum, aut impassibilem filium, uerum deum ex deo, lumen de lumine, aut primum simile esse. Nolo mihi dicas, hoc fidei ratio poscit, hoc pietas docet, ad hanc me nois p[ro]fessionem scripturarum consequentia puocat. Nolo inquam mihi talia obtendas, quia & in me similia de homouision probatione, respicis proferentem. Sed ferro in manibus diuinorum voluminum codices, & eodem sono, uel idemque syllabis p[re]dictorum uocabula nominum indita lege. Aut ostende scriptum filium patri similem, aut fateri dissimilem, Quo hinc erumpas, quo rursus euadas? ne tuis obiectioibus implicitum prop[ro]positiois nexus enodandi tibi facultas nulla suppeditet, aut

Ex Esai. lxii. Innascibilitas patris dicitur

P[ro]p[ri]o passibilis dicitur

Fotini heresis

Eunomii heresis

concede mihi, ex consequentibus probare homouision, id est, unius substantię fidem, aut si concedere nolueris, neganda sunt tibi uniuersa, quę ipse fateris, quia ea nude posita inuenire, nusquam poteris. ¶ Prob. Si ecclesiasticę consuetudinis mos est, uel aliqua uerborum uocabula pro coercedis hereticorum motibus, in fidei auctoritate nuda ponantur, quę tamen ratione consequentium rerum existentium ueliantur, dum eorum ueritas, ex qua originem sumunt, diuinis contineri literis inuenitur, quid dicis Arrius, concedis homouision, sicut Athanasius dicit de diuinis scripturis per convenientes professionum qualitates probari, an non? ¶ Arrius. Iste, nescio qua syllogisticę artis uersutia, obiectioe meę conatur eludere. Ego enim hoc mihi ostendi desidero, utrum homouision in diuina sit lectiois auctoritate, & scriptum, & ideo aut proprie positum legat, aut ab eius confessione recedat. ¶ Prob. Vides quemadmodum in te, tuam referat questionem, & iisdem te, quibus ueris, constringat articulis, p[ro]fessionis tuę manifestiore, ut ipse exigis documento, aut ei de canonicis literis nude positum ostendas inascibilem, aut impassibilem primum, aut deum ex deo, aut lumē de lumine, aut patri filium similem esse, quę omnia, si proprie posita, minime demonstrare ualueris, negandi tibi necessitas imminet, cui discrimini illa, ut uidetur mihi, sola poterit ratio subuenire, ut concedatis uobis ea, quę in conciliis uestris nude sunt posita, de scripturarum fontibus emanasse. Nam hoc contentiois uitio deputabitur, ut documentum nudum sermoneis exigas, cui si dei sensum scripturis copiosius noueris redudare. Sensum igitur quere, unde uocabuli huius natura traxit originem, & cum sensum inueneris, nomen te inuenisse pariter non dubites. ¶ Athanasius. Quantiscumque rationibus agat, nullatenus potest ab hac intentione, descensu, ut ex consequentia scripturarum unam esse patris, & filii substantiam, quę est homouision, doceatur facillime se posse superari, & ideo diffidentis, ac timoris periculo auctus, nudum sermonis flagitat documentum, sed suis est iterum p[ro]fessionibus constringendus. Exigis a me ut unam patris, & filii substantiam, id est, homouision scriptum ostendam, tu autem tres uisias, id est, tres substantias, confiteris. Ostende igitur mihi, ubi legistis tres uisias. Si enim ego unum, hoc est homouision, ideo negare debeo, quia hoc nude scriptum non inuenio, tu quemadmodum audes tres uisias confiteri, cum hoc scriptum nusquam poteris demonstrare? ¶ Prob. Si extat aliquid ex auctoritatibus diuinis documentum p[ro]p[ri]e, & specialiter positum, quo approbetur patris, & filii, & spiritus sancti, tres uisias, tresque, ut fateris, esse naturas, p[ro]feratur, quo possit Athanasius a confessione unius substantię, quod est homouision, declinare. Cum enim triouision p[ro]p[ri]e in scripturis ostenderis positum, apparebit Athanasium temeritate p[ro]tinacissimę obstinationis in homouision confessione, haecenus perdurare, quod p[ro]p[ri]e positum non potuit demonstrare. Si uero, nec tu ipse tres uisias demonstrare ualueris, pari mihi conditionis necessitate astrictus esse uideris. ¶ Athanasius. Doceat tres uisias, p[ro]p[ri]e positas, & facio unius substantię quę est homouision confessionem. ¶ Arrius. Si tres sunt pater, & filius, & spiritus sanctus, necessarii tres sunt substantię, in quibus unaqueque p[ro]p[ri]a separati, & distinctius p[ro]p[ri]e cognoscatur. ¶ Athanasius. Hic nulla profunt argumenta, hic ueritas ex consequenti ratione colligitur, testimoniorum p[ro]p[ri]etas flagitur, lege specialiter triouision positum, & non licet conuincendo dicere, si tres sunt pater, & filius, & spiritus sanctus, necessario sunt tres substantię, quia & ego simili coniectura possum ueracius opinari, si unum sunt pater, & filius, quia ipse ait, ego, & pater unum sumus, quomodo non est una substantia? Sed hanc disputatiois uiam ingredi penitus noluisse, dum a me specialiter positum homouision demonstrandum exigeres testimonium, Simili ratione, tres uisias specialiter, & p[ro]p[ri]e posita.

Gręci uisias scribunt.

Arrii argumentum.

fitas doce. Si eni ideo homouſii vocabulū negare debeo, quia hoc ſcriptū nude demōſtrare non valeo, neceſſario tunc triouſion fateri debeo, ſi pprie poſitum, hoc te oſtende te cognouero. ¶ Arri. Subſiſtit pprie pater, an non? ¶ Athana. Niſi mihi tres vſias pprie poſitas legeris, nullum tuis interrogationibus dabo reſpōſum. Quis enim nō videat, quo tua intendat obiectio? Viſ enim argumento callidę interrogatiōis diuerſas approbare p̄ris, & filii ſubſtantias, ſed hic argumentis, nō opus ē operiri, vbi maniſeſtiore teſtimonio pprietatis triū ſubſtantiarum exigitur documētum, ſed ſi a pprietate teſtimoniorum, aut rerum cōſequentia tranſire deſideras, hoc ip̄m publice conſcientię innotefcat, non te potuiſſe tres vſias pprie poſitas demonſtrare. Et cum vtrinq; hoc articulo ſolueris obiectiōibus, v̄l interrogatiōibus tuis ſatiſſaciā neceſſe ē. ¶ Prob. Quantum veſtrę diſputatiōis intentio mōſtrat, nec tu homouſion, nec iſte triouſion pprie, & ſpecialiter poſitum valetis oſtendere. Vnde ne puerili cōcertatione in rebus ſupfluis diutius immoremini, ab hac exactione documēti tandem vtrinq; delimitē, homouſion, aut triouſion de ſcripturarum auctoritate colligite. Non enim ſas erit, de nominis appellatione dubitare, quod teſtimoniorum copioſa cōgeſtio firmius poterit roborare. ¶ Arri. Quoniam hoc tua decreuit ſententia, debere nos rationum perſuaſionibus ex rerum cōſequentium cauſis p̄dictorum nominum virtutes colligere, nec id Athanaſio videatur difficultate nudi me demōſtrandę veritatis vocabuli pprietatis documenta queſiſſe, ita faciam, vt tui ē decreti ſententia promulgatum. Ego enim compendio magis vtī volebam, ne lōgius orationis intentio euagata ambiguis ſenſibus veritatem obumbret. ¶ Atha. Non poteſt fides venire in dubium, que veritatis ſulta p̄ſidio craſſiora mēdaciōrum nubila fulgidę claritatis lumine diſſipat. Nō enim poteſt propriis carere viribus, que non eget extrinſecus ſuffragiorum adminiculis adiuuari.

## ¶ IN DIE SEQUENTI



**ROBVS IVDEX DICIT, QVONIAM VOS INITI FERIS** pacta in edlinabili ſententia ſeruare non dubito, quibus ſd vobis inuicem conſeſſiſſe videmini, vt vnus ſubſtantię, vel trium ſubſtantiarum profeſſionem, ex diuinarum conſequentium ſeruum lūculo diſputatiōis examine, comprobetis, omiſſa ſcilicet queſtione puri vocabuli, atq; proprie poſiti, exigatis iam nunc, & ipſius placiti ratio poſcit, vt cuncta humanę argumentationis cauillatione remota, de ſacris diuinarum auctoritatum voluminibus patris, & filii, & ſpirituſſacti, aut vnę, aut diuerſas p̄teratis eſſe ſubſtantias. Ad quam rei probatiōem non tantum, vt opinor mea, ſed cunctorum pene mortalium mens ita eſt pendula expectatione ſuſpenſa, vt ſi tanti negocii merita paterentur, ſine vllius diei conferendę ratione, vel alicuius momenti intercapedine, ad ſummam veritatis, atq; ad calcem maniſeſtiſſimę notionis deſideret p̄uenire. Vnde ne tam religioſa fidelium, & veritatis cupida fruſtretur intentio, omni leuocinatio luxurioſę orationis exploſo, de re, de cauſa, de competentibus, de neceſſariis agite rebus, omnem, vt dixi, verborum ambitum, & procul a cauſa euagantes locutionum phaleras, leporęq; ſermonum cautius euitates, vt diſputatiōis veſtrę narratio veritatis magis, q̄ cothurno mentis ornatur eloquio. ¶ Athana. Licet etiam dudum crebro, ac ſepius de vnitate ſubſtantię citra acta diſputauerim, meaſq; diſputatiōes ſcripto mandauerim, quibus a me in hac diſputatiōe aliquid amplius addi poſſit, tamen quia hec extrinſecus nullo eminus aduerſante dicta ſunt, neceſſe habebō hec eadē rursus repetere, & i hac publicę actiōis examine cōprobare, quo poſſit tui iudicii ſn̄ia cōprobare. Prob. Si nō fuerit Arrii replicatiōib; tenuata tūc v̄ra poterit firmari ſn̄ia, Arri. Vt qd hec fraudū tēticle p̄ponūtur? Vt qd i primōio nefadę aſſertiōis iudicis ſn̄ia prouocatur? Agamus primū quod nobis agendum neceſſitas demōſtrandę veritatis imponit. Inculcet̄ humano auditui fidei noſtrę p̄ſeſſio, percipiant indicia, quibus modis, quibusq; rationibus, quibus deniq; documentis noſtra ſulciatur aſſertiō, & tum demum promulgationem ſententię, quę in noſtro vtiq; nequaq; pendet arbitrio, de iudice poſtulabimus. ¶ Prob. P̄ſeſſionis meę nuper in hoc actiōis principio habite, & ſp̄ſionis veſtrę dudum p̄teritis geſtis inſertę meminiffe oportet, quibus id peroratum eſt, vt omiſſis ſupfluis ad arcem negocii debere deſcēdi, quod debet iſtandem aliquando actitate. ¶ Arri. Doceat patrem, & filium, & ſpiritum ſanctum vnus eſſe ſubſtantię, vnus poteſtatis, vnus dignitatis, vnus glorię, vnus maięſtatis vnus virtutis, vnus honoris, quod ſatis improvide, nimisq; incauta profeſſione ſolet populus iactitare. ¶ Athana. Proſiteris filium vere de p̄re natum, an non? ¶ Arrius Proſiteris ip̄e p̄rem alicuius diriuationis, vel diuiliōis vicio ſubiacere nō poſſe an nō? ¶ Atha. Valde p̄ſiteor. ¶ Arri. Ego quoq; p̄ſiteor filium ex p̄re natū eſſe. ¶ Athana. Id eſſe arbitraris natum ex patre, quod etiam de patre? ¶ Arri. Sufficit tibi q̄ ex p̄re dixerim natum, quod etiam facillime oſtendo. Quid callidis vteris argumentis? Ceterum de patre natum nuſq; mihi interim ad p̄ſens occurrere potuit. Ex patre vero ſcriptum eſſe recolo, Ioanne apoſtolo dicente. Qui diligit patrem, diligit eum qui natus eſt ex eo. ¶ Atha. Ergo nihil intereſſe putas, vtrum ex ipſo, an de ipſo natus dicatur. ¶ Arri. Si mihi demōſtrare volueris, pprie poſitū filium de p̄re natum, tūc quid

Sequētis  
diei diſ-  
putatio.

inde sentire debeam/estimabo. Verum, quia in plerisque exemplaribus varie positū esse nō nescio, vt in iisdem locis/ quibus de ipso legitur, in aliis codicibus ex ipso legitur, sed vtrum hoc interpolantium fraude, an huius rei significatione, id est, vt hoc sit ex ipso, quod etiam de ipso factum sit, non satis video, nec hoc nostrae fidei aliquid potest afferre prauiudicium. **Athana.** In hac tua prosecutione diligenti admodum cura exposita ratione aduertit, Sed quod tantum nostrae dixeris, & non vtrorumque designaueris fidei non posse prauiudicium in his verbis afferri, satis miratus sum, & ar bitror quod fidem tuam munire festinans/ ita posueris, sperans me exinde leuiter/ ne aliquo documento posse transire. In euangelio quoque de Patre dominus dixit, Spiritus est. Et vt se de Patre natum ostenderet, ait. Quod natum est de carne, caro est, & quod natum est de spiritu, spiritus est, quia Deus spiritus est. Ego de Deo patre exiui. Ecce filium de patre natum, ipso filio docente, ostendi. **Arrius.** Satis callidis, & suspitiosis vteris disputationibus, quo dicas quod ad fidei meae mutationem hoc dixerim. Sed vt de sensibus tuis omnis suspicionis ambiguitas auferatur, vt superius fatus sum, vtrorumque fidei, siue ex ipso, siue de ipso natus dicatur, nullum potest penitus afferre in aliquo prauiudicium. **Athanasius.** Generans pater Deus ex se, id est, de seipso filium, hoc genuit/ quod est ipse, an aliud aliquid? **Arrius.** Hoc vtiq; quod ipse est/ genuit, quia Deus Deum genuit, lux lucem genuit, perfectus perfectum genuit, omnipotens omnipotentem genuit. **Athanasius.** Ergo non extrinsecus, neque ex nihilo, neque ex aliqua praecedente, aut subsequente materia, sed ex seipso genuit, & non aliud, quam id quod ipse est/ genuit. **Arrius.** Alius alium genuit. **Athanasius.** Et nos confitemur, quia alius alium genuit, id est, Pater filium. Sed sic de seipso, id est, de eo, id est, quod ipse est/ genuit, quia alterius substantiae, vel diuersi generis filius esse non potest, ac si vnus, atque eiusdem cum patre substantiae erit. **Arrius.** Si nosse in quantos perfidiae errores vnus substantiae professio vergat, nunquam profecto inter Patrem, & filium huius nominis faceres mentionem, nec disputationem tuam, quibusdam interrogationum gradibus incisam, tali conclusisses articulo, vt ad hunc impiae professionis deduceres finem. **Athanasius.** Quod sit impium, atque sacrilegum, diuersas Patris, & filii, & spiritus sancti profiteri substantias, & quod pium sit, atque religiosum vnus eos religiosae, ac pie substantiae confiteri, scias me o Arri/ penitus ignorare non posse. Et hoc non humana opinione collectum, nec coniecturis, & argumentis inuentum, sed coelestis doctrinae magisterio traditam demonstrabo. **Probus.** Prius mihi vim, qualitatemque rerum assignate, tum demum poterit demonstrari, vtrum patri, filioque conueniat. **Athanasius.** Substantia quidem duobus appellationum generibus distinguitur, & est quidem vnus generis qualitas, haec/que existentis naturae essentiam indicet, aliud vero est substantiae genus, quo ille, qui habet ab his, qui non habent/ diriuatur. Et vt planius fiat quod dico, manifesta expositione assigno. Verbi gratia. Homo generis sui, ac naturae substantia est, Rursus si quid illi est, quod extrinsecus est, id est, in materia auri, vel argenti, aliarumque specierum possidendarum, substantia eius dicitur, & cum eiusdem vocabuli vna/videtur appellatio, duas tamen res significare videtur. Sed nos de illo substantiae genere disputamus, qua vnaqueque natura ob id/ quod est, vel subsistit, substantia nuncupatur, & quicquid ex se de seipsa genuerit, non aliud esse potest, quam id/ quod ipsa est. Denique homo pater generans filium sui generis, id est, sine substantiae

Filius de  
prenat?

Alio aliu  
genuit,  
du pr fili  
um de eo  
qd ipe est  
genuit.

substantia  
duplex.

Alibi ab  
eo qd est.

minem generat, quia homo hominem generat. Et recte suae substantiae hominem generat, quia veritas nouitatis substantiarum diuersitatem non recipit. Diuersitas autem substantiae est, vt exempli gratia dixerim, si homo pecudem gignat, vel si cuiuslibet generis pecus alterius generis pecudem generet, id est, si bos generet alinum, vel si onis generet capram, quae quoniam in diuersitatem generis pergit, monstruosa generatio erit, suae naturae proprietatem minime seruans. Rursum in elementorum qualitatibus, quae sit substantiarum diuersitas, vel proprietates opere precium est aduertere, vt verbi gratia. Vniuscuiusque ignis, vel luminis natura id ex se, quod ipsa est/ ministrare videtur, vt lux fulgorem, vt ignis incendium, & in hoc officii sui genere subsistens/ substantiae suae intemeratam videtur seruare naturam. Si vero lux ex se tenebras gignat: mutationi obnoxia erit, alterius a se generis materiam tribuens, quia in hoc immutabilitatis suae illibatam poterit seruare substantiam. Si hoc quod ipsa est/ ministrat ex se. Ceterum si, vt dixi, id quod ex se tribuit, aliud erit, quam ipsum quod tribuit, tunc alterius substantiae dici poterit, quod omnino naturarum omnium qualitas, vel ordo, vel ratio non admittit. Age nunc/ si videtur iam a terrenis ac visibilibus in superiora mentis oculum erigamus, vt ex his, quae facta sunt, infecte virtutis substantiam cognoscamus, apostolice auctoritatis edocti magisterio, qui ait Inuisibilem diuinitatis virtutem, per ea/ quae sunt, intelligi debere dixit Arrius, ergo filium ex patre natum esse, & Deus Deum genuit, lux lucem, in qua professione vnus erit e duobus procul dubio retinendum. Aut enim ex seipso generans, id quod ipse est/ genuit, & ob hoc filius vnus cum patre substantiae erit, aut si alterius a se generis Deum genuit, vera nativitas dici non poterit, quae proprietatem substantiae generantis seruare non potuit. Et eo disputationis ratio deducitur, vt aut omnino natus non sit, aut degeneratus sit, quod vtrumque fateri per absurdum, & impium esse videtur. **Probus.** Si quid sibi contra haec Arrius competere nouit, edicere non moretur. **Arrius.** Simplicis, atque immutabilis naturae Deum esse non reor Athanasium ignorare, qui si vt idem asseruit, de sua substantia generauit, mutabilis procul dubio erit. Necessse est enim ex se generando, aut partem substantiae per diriuationis generationem perdidisse, aut diuisionis vitium perpeti potuisse. Ego enim Dei patris substantiam/ neque ex se aliquid dedisse, neque in partium qualitates diriuatam fuisse, neque accessionis, vel detractionis, aut aliquid huiusmodi, quod sit passioni obnoxium sensisse, vel sentire potuisse confiteor. **Athanasius.** Sed neque nos passionum conditionibus diuinam credimus subiacere naturam, sed impassibilem patrem impassibiliter ex seipso, id est, Deo, Deum, quod ipse est, filium generasse fideliter confitemur. Nec nos diuisionum, vel diriuationum, ac partium/ cunctarumque rerum, vel passionum genera, quae inani sollicitudinis timore auctus obicere noluit a professionis veritate deflectunt, vt negemus Deum, ex se ipso ob hoc generare non potuisse, ne videatur his passionibus subiacere. Quid igitur religiosius, quidve sanctius, ac diuinis sit magis congruum legibus, equa obsecro vos o auditores iudicii lance pensate, erigite mentis oculos, & terrificum futuri examinis diem metuentes, quid magis catholicae, & apostolice veritati congruat, religiosa mentis intentione respicite, vtrum fateri omnipotentem Deum impassibiliter ex seipso filium generasse, an illud potius opinari debeamus, ne passionis vitio subiaceret ex seipso, id est, ex sua substantia filium generare non potuisse. Ego enim id asseruo, id clarissima vocis professione asseuero, quod sicuti Deus impassibilis, ita &

Roma. 11

De pass  
sioni non  
subiacet.

N. iiii.

De non  
circūcri-  
bitur si-  
guris cor-  
poralib⁹,  
nec linea-  
mentis.

omnipotens est. Credo ergo eum de sua substantia potuisse si **M**um generare, nec ta-  
men alicuius passionis vitio subiectum fuisse, quoniam diuifio, ac diuifio, contra-  
ctio, accessio, fluxus. vel si qua similia huiusmodi esse possunt genera passionum  
corporeis, & contractilibus, atque ex diuersitate compositis conueniunt rebus. De  
vero, qui nullis corporeis schematum circūscribitur signis, nec aliquibus distingui-  
tur membrorum lineamentis vitio subiacere potest passionis. Et recte in eodem gene-  
rationem proficor, quia genuit, & recte impassibiliter nihilominus confiteor, quia pas-  
sibilis nunquam fuit. **¶** **Arrius.** Num igitur, quia in Deo omnipotente negari  
non potest, idcirco ea eum perpeti non posse fatendum est, quæ omnino incorrupta  
eius diuinitatis substantia non recipit? Vnde valde inhonestum, & satis impietate  
plenum esse videtur, vt per vnus professionem substantiæ nec patrem proprie substi-  
tere, nec filium in sua proprietate extare credamus. Illuc enim nephandæ perfidiæ  
huius vergit intentio, vt permixtis, & in vnus rei copulationem e diuerso collectis,  
atque confusis patris, & filii personis, in sua (vt dixi) proprietatis singularitate mi-  
nime subsistere valeat. Illud etiam nimis horridum, & procul a fidelium mens-  
tibus emouendum in hac tua professionis perfidia continetur inuolabilem patrem  
de sua substantia generando, corruptionis, ac diuifionis vitium declinare minime  
potuisse. **¶** **Athanasius.** Veritate diuinæ generationis, velut nodis inso-  
lubilibus arctius obligatus per nescio quæ nephandæ intentionis molimina quæ di-  
uinam certum est carere naturam, euadendi suffugium queris, an corruptionem in-  
corrupto, passionem impassibili, impotentiam obiciis omnipotenti. Sed hæc re-  
bro, ac sepius repetens, nullatenus diuinæ maiestatis reuerentia / a tam nephandis  
obiectionibus arceris, sed quantum video, sine vilo pudoris intuitu, iniuriam ve-  
nerandæ filii natiuitati obuius properare contendis. Sed te effrenatius euagantem,  
& velut vndoso equoris gurgite naturali quadam licentia fluctuantem, diuinæ au-  
thoritatis testimonio cohercebunt, & inter certos diuinæ professionis limites coar-  
ctatum legalium constitutionum metas egredi non sustinebunt. Inculcat igitur hu-  
manis sensibus sacro illo professionis suæ oraculo diuina maiestas, ac se filium de oc-  
cultis substantiæ suæ archanis ineffabiliter genuisse testatur, & dixit. Ex vtero an-  
te luciferum genui te. Vnum est ergo in hac diuinæ professionis contestatione tes-  
tandum. Aut de sua ineffabiliter substantia filium incorruptibiliter genuit, aut ne  
corrumperetur omnino non genuit. Sed ego hanc integræ fidei partem eligo, quæ  
me religiosum contestanti de le Deo suadeat famulari, nec vlla humanæ passionis ob-  
stacula ex infidelitatis sacrilegio defendat. Nullatenus enim potero reuocari, vt me-  
rito non credam Deum generare potuisse, nec humanæ consuetudinis more corrup-  
tionis putuerit subiacere, cum hoc mihi satis esse non dubitem profitendum de Dei  
substantia natum esse, quem constat de patris vtero processisse. **Arrius.** Quan-  
tum tuæ prosecutionis intentio monstrat, compositum nobis, & corruptioni obno-  
xium / vis introducere Deum, qui etiam in eum corporalem vteri appellationem ac-  
cipere non metuis. Necessè ergo erit, vt aut membris compositus sit, si vterum ha-  
bet, aut corruptioni, vt dixi, obnoxius, si de sua substantia generauit. **Athanasius.**  
Recte hoc me sensisse argueres, si ego Deum habere vterum, propria temeritatis  
presumptione, sine villo legis diuinæ testimonio affirmassem. At cum ipse Deus  
ad refellendam credere nolentium insaniam / hoc de ipso pronunciare dignatus sit,  
quo euidentius per vteri nuncupationem, non extrinsecus, non aliunde, sed de seipso

ps. cix.

De sine  
corrupti-  
one ge-  
nuit.

id est, de sua substantia se filium generasse doceret, cur mihi viciose credulitatis no-  
tam infigis, cum potius deo dicere possis, si habes vterum compositus eris, si de seip-  
so genuisti, corruptioni obnoxius eris. Nam ita dei vterus sine aliqua membrorum  
compositione accipitur, sicut oculi, & manus, & pedes, sine vllis distinctionum linea-  
mentis mere referuntur. Sicut ergo oculos, quia omnia videt, aures, quia omnia au-  
dit, manus, quia omnia operatur, pedes, quia vbiq; est, ita vterum, quo de seipso ineff-  
fabiler genuit, accipere debes. Nec te oportet infideliter opinari, quia, & si de seipso  
genuit, corrumpi vtiq; non potuit, quem, vt omnipotentem, & incorruptibilem ge-  
nerare potuerit, & ne hac ipsa generatione corrumpi potuerit, fideliter conuenit pro-  
fiteri. Nam si mirabiliter ex virgine contra rerum naturam incorruptibiliter cre-  
ditur natus, quanto magis ex patre credendus est incorruptibiliter genitus. Si enim  
substantialis natura virginis, quæ ex seipsa vtiq; corruptibilis natura conditione pas-  
sioni, & corruptioni potuit subiacere intemerata pudoris integritate & infractis vir-  
ginalibus claustris, mirabili incorruptionis integritate filium genuit. Cur non ma-  
gis, vt dixi, incorruptibilem deum, genito ex se incorruptibiliter filio, corrumpi non  
potuisse credamus? Et vt nouum, atq; infandum monstruose opinionis genus dam-  
nabile metuis fateri, virginem partu non potuisse corrumpi, & formidare deum, ne  
corruptionis vitio subiaceret, si de sua substantia generaret. Volente igitur deo, corru-  
ptibilis naturæ virgo sine vilo pudoris damno filium generauit, & ipse, qui incom-  
parabiliter cunctis naturis incorruptibilior permanet, hoc sibi prestare non potuit, vt  
de sua substantia filium incorruptibiliter generare potuerit. Ergo quia deum de  
seipso filium generasse, & diuinarum scripturarum testantur eloquia, & in sua id **Ar-  
rius** superiori prosecutione falsus est, iudica virorum optime **Probo**, quis magis cum  
diuinis conueniat scripturis, vtrum ne ego, qui ob hoc vnus substantiæ cum patre fi-  
lium esse confiteor, qd videlicet ex ipso, & non aliunde dignoscitur natus, & ob hoc  
rursus incorruptibiliter genuisse profiteor, quia excellentissima diuinæ maiestatis  
substantia per suam ineffabilem potentiam corruptioni subiacere nullatenus potuif-  
set, an iste, qui in tam ancipitis intelligentiæ discrimine positus, quo fidei suæ pes-  
dem referat nescit. Nollens enim confiteri deum, de sua substantia incorruptibili-  
ter genuisse, in ea confessionis necessitate attrahitur, vt neget omnimodo genuisse,  
sed hoc ipsum negare obuiantibus vndiq; & clara vociferatione exclamantibus, siue  
propheticis, siue apostolicis vocibus nunquam sine dubio poterit. **¶** **Probo.**  
Quicquid in hac prosecutionum vestrarum assertione agnoscere potui, vltima exa-  
minis nostri sententia retinebit. Nunc vero, si qua vos adhuc de diuinis scripturis fi-  
dei vestre congruentia superesse putatis, proferre dignamini, quo facillime queamus  
processu disputationis, quid veri ratio contineat indagare. **¶** **Arrius.**  
Quod tam breuibus, & exiguis questionibus omni illa disputationis meæ narratio-  
ne / visum Christiani pudoris ac verecundiæ, fuit, vt disputationis nostre trames le-  
uibus inchoaretur initiis. Sed quia video **Athanasium**, perspicue veritatis robustissi-  
mam firmitatem quibusdam arietantium impulsione quater, acrius contra eum  
& validius opinor dimicandum. Dic ergo patrem, & filium, vnus esse substantiæ.  
Sed illa intemerata, ineffabilisq; essentia, quæ pater est, nec redundans vnquam in se-  
ipsa fuit, vt merito, quasi exuberatione quadam, sine damno sui i eadē substantia gene-  
rit filium cū eius essentia, quæ aliis omnibus infinita, atq; immensa sit, & incorporea ni-  
hil esse possit exuberans. Siquidē determinatorū sit exuberare, quod est quasi extra se  
N. v.

Vterus  
oculi, ac  
manus.  
dei.

Xps sine  
corru-  
ptione  
ex virgine  
natus.

aries ma-  
china  
bellica.  
Arrii  
argu-  
mentatio  
plures  
substanti-  
as pbas.

effluere. Deus autē, qui vniuersa complectitur, nihil extra se habet, aut quod effluere potest, aut infinitus ē, quo poterit redundare, tunc quid effluere eorum ē, qui accipiunt incrementa, qui si accipiunt, aliquando necesse ē, vt semper accipiant, & nihilominus pari exuberatione semper, & generent. Sin autem incrementa non accipit, quod ipsi etiam fatemur, nec effluit, nec redundat, quod equale cum patre esse dicatur, cū filium genuit ex se, substantiam vtiq; diuisit in filium, & pater nam tantummodo ante substantiam pro rata parte secretam a se, ac relectam filium nominauit, tantūq; sibi detraxit pater, quantum in filium contulit, quo tamē ipso, quicquid est filius, aut hodie caret pater, & perfectus non est, aut eo si non indiget, quasi superfluo abundauit. Quod vtrumq; in deum non cadit, cum & in hoc ipso quidem patris, & filii nominem esse non possit, vbi non habita generatio est, sed potius facta discissio. Tunc quidem necesse est, omne quod diuidi potest, posse corrumpi. Quę si, vt manifestum est, in deo esse non possunt, cur non potius voluntatis, & charitatis esse filium contemur. Quę quidem voluntas de in hominibus quidem non libera est, nedum in deo aliqua lege teneatur, qui si non est filius voluntatis, superest, vt coactus deus, quasi aliqua lege naturę, filium edidisse videatur. In qua quidem generatione id genitum, quod erat pater, quędam patris pars filius nominatur, incertumque est, quid pater, quid filius debeat nominari, cum in duas partes dei sit diuisa substantia. Illud vero, quod quasi ad proprietatem substantię naturalis demonstrandam paterni oculi testimonium protulit, vt merito patrem ex eo, quod ipse est, filium generasse credamus, quia dixit, ex vtero ante luciferum genui te, quam id absurdum, quamque ineptum sit, apertissime demonstrabo. Si quidem non solum aliqua in ordine rationabilium creaturarum consistens, sed in sensibili elementorum qualitate subsistentia de dei vtero legimus processisse. Ait enim, Quis est pluuie pater vel de cuius vtero procedit nix? Num igitur, quia hæc frigens, & torpidi elementi qualitas diuino legitur vtero procedere, idcirco vnus, eiusdemque cum eo creditur esse substantia? Aut quia rursus homines deum legimus genuisse vt ipse ait, filios enutriui, & exaltaui, & iterum primogenitus meus israel est, ac rufus, omnis, qui natus est ex deo, non peccat, idcirco rectius opinabimur homines cum deo vnus esse substantia. Aut quia idem Apostolus totius creaturę vniuersitatem generali pronuntiatione comprehendens, ex deo asserit esse, dicens, quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia, ob hoc prodeuntius coniciemus vniuersitatem creaturę hoc esse, quod deus est, aut vnus cum eo esse substantie, quod videlicet ex ipso legitur subsistisse. Sic ergo, & filium cum ex dei patris vtero processisse fatemur non ad indicium vnus naturę, sed ad inuestigabiliū secretorum archana multum competenter debemus accipere. Athanasius In ludis theatralibus hi, qui figurarum varietate mutantur, diuersi quidem alii apparent oculis intuentium. Nam idem ipse, qui aptatę imaginis specie rigidius quondam inceserat, iterum vultu in hoc ipso aptato alterius membrorum motibus ludens, in molliorem resoluatur forminarum, ita nunc videtur mihi Arrius, quęstionum imaginibus immutatis, velut diuersa iniiciens, similitudinis varietate formari. Nam hoc quod dudum cōptis, & breuissimis disputationum obiectionibus intentauerat, sub alterius pretextu imaginis, iterum, ac sepius repetens a proprietate quęstionis illatę omnimodo non recessit. Neq; enī, quia nunc latius, & diffusius perplexa a verborū ambage, seriem propositionis extendit, idcirco aliud egisse videndus est, quā superius conuincitur actitasse, Dixit

Esa. i.  
Exo. iiii.  
i. Ioh. iiii.

enim ob hoc patrem, & filium vnus non posse esse substantia, q̄ eadē paternā substantia nec exuberatione amplissime diriuationis in augmenti copiam effluere possit, vt pote, quę nullis metarum terminis aucta finalibus nequeat modis arceri, quoniam eius est exuberationis copia redundare, quę certo, vt diximus concluditur sine nec rursus, velut integram, & intemeratam portionis defectionem aliquam pertulisse. Sed hæc omnia passionis genera diuine naturę non conuenientia, iam superius calumniolosus magis, quam verius dignoscitur intentasse, quibus nos religioso fidei intellectu, competenter constat dedisse responsū. Neq; enim exuberatiōe substantię redundantius filium dicimus, neq; rursus defectę naturę portiunculā nominamus, sed perfectum patrem, perfectum filium, non ex his, quę in eo superfluis exuberationibus redundabant (quod dictū nefas est) sed ex seipso, id est ex eo, quod ipse est, impasibiliter, indiuisibiliter, incorruptibiliter, sine diminutione, sine discissione, sine afflūtis copię redundatione, sine vilo omnino passionis genere, ineffabiliter credimus naturam. Et idcirco fatemur vnus esse substantia, quia non aliunde, non ex nihilo, non ex subiacentibus, vel precedentibus materialium qualitibus, sed proprie deum deo, lumen de lumine, virtutem de virtute, sapientiam de sapientia, extitisse fideliter fetemur. Nam si alterius, ac diuersę substantię, vt Arrius arbitratur, filius esset, non diceret, sicut pater habet vitam in semetipso, sic dedit, & filio vitam habere in semetipso, Nam sicuti est pater, ita, & filius, Et si idem habentes se, vnus sunt proculdubio substantia. Neq; aliud est viuere patris, & aliud viuere filii, sed hoc est viuere, quod & esse, id est non aliud est ipse pater, aliud vita eius, sed vita essentia. Alioquin compositus videbitur, ex diuersitate subsistens, si aliud ipse, aliud vita eius significare videatur. Quia ergo apparet vitam patris, hoc esse quod ipse est, sicut enim habet vitam in se sic dedit filio vitam, id est, sic est esse filii, sicut est esse patris, non dubium est patrem, & filium vnus essentia, atq; vnus esse naturę. Nam, & quod ait, Sicut nouit me pater, & ego noui patrem, vnitatem proculdubio voluit indicare substantia, quia secundum superioris disputationis intelligentiam, non aliud est nosse patris, & aliud esse, hoc ipsum enim, quod est nouit, & quod nouit est, quia non aliter nouit, & aliter est, & quia filius sic nouit patrem, sicut pater eum nouit. Notionem vero, in deo essentiam esse diximus, non dubium, quod sicuti est pater, ita, & filius: ac si diuersitatem non admittat, resq; vno, ac simili modo subsistat. Denique, vt hanc patris, & filii vnitatis substantiam plenius nosceremus, quędam nobis diuinę scripturę rerum visibilibus exempla posuerunt, quibus nos ad inuisibilem intelligentiam religiosius prouocarent. Nam paterni luminis splendorem, & bonitatis eius imaginem filium posuere, non q̄ ad res diuinas metiendas corporalium satisfaciant exempla specierum, sed quia ineffabilis illa natura exprimi non potuit, quędam ex his, q̄ videntur similitudinis proferuntur testimonia, vt sicut splendor, & ignis, diuersę nō sūt substantię, vel sicut imago ab eo, cuius imago est, in aliquo differre non potest, ne fictum in se aliquid, aut diuersum retinens perfecta, & vera, esse non possit, ita pater, & filius, non diuersę, sed vnus credantur esse substantia. Et quia nonnulla, exempli gratia, protulit testimonia, quibus astrueret, ita esse omnia ex deo, vt non tamen de eius credantur processisse substantia. Interrogo, vtrum sic filium ex patre asseret extitisse, sicut vniuersa ex ipso extitisse narrantur. Quid ergo dicis? Sic ne debemus accipere filium, de patris vtero processisse, vel ex patre genitum esse, sicut homines ex deo natos, vel sicut nix ex eius vtero, legitur procedere, an longe aliter? Sed quęso, vnū e duob; rñdeas, aut similer, aut nō similer dicas. Arri. Nō similer vniuersa

Filius nō  
ex substantia  
exuberante, at  
defecta  
genitus ē

filius vnus  
substantie  
cū patre.

Ioh. v.

Viuere, &  
esse in deo idē  
sunt.

Vita patris & patris vnus sūt,

Ioh. x.

Nosse, & esse patris vnus sūt. Notio i deo essentia ē.

Res diuinę non metiuntur corporaliū specierū exemplis.

Imago.

**ATHANASII**

ex deo extiterunt, vel genita sunt, sicut filius. Aliter enim filius, aliter extitit creatura. **Atha.** Si filium longe aliter, quam creaturam extitisse fateris, cur in eius natiuitatis generatione rerum factarum exempla protulisti? Hi enim, qui disparibus modis proprie originis sumplere principia, non ex quo intelligentie sensu corporari mihi videntur. Quod quia illuc prosecutionis tue intentio vergit, apparet te Fotiniani dogmatis errorem sacrilegum defendere. Namque, & ipse cum filium dei de patre genitum abnegaret, atque talibus testimoniorum documentis coartaretur, quibus luce clarius demonstratur filium dei, deum vere, & proprie de patris substantia genitum, illucim pietatis suae molimina vertit, ut iisdem modis, eodemque rationis ordine filium de patre assereret natum, sicut homines, per adoptionis gratiam, in diuinae generationis prolem legimus consecratos, quo tu quoque, licet aliis viarum iudiciis gradens, ad eundem tamen infidelitatis compitum peruenisti, asserens non ob hoc de illa ineffabili patris substantia filium natum debere intelligi, quod ex deo genitus, vel ex patris vterolegitur processisse, cum ratione consimili non solum homines ex deo natos, verum etiam insensibilium elementorum qualitates paterni vteri generatione processisse legantur. Et licet etiam prosecutionis tuae narrationes vnius sermonis pronuntiatione dissolueris, quod dixisti longe aliter filium quam creaturam diuinitus extitisse, tamen quia breuitate sermonis obscurius, & perplexius probati, intentione legentium tuis quibusdam nebulis obruiti. Idcirco nunc ego lucidius, & planius, quae obscurae sunt, & veritate obubrantes, in luce manifestissime clarissimeque proferam notiois. Offendam igitur, quantum ad proprietatem diuinae generationis pertinet, hoc esse ex deo nasci, quod est de ipso generari. Et ut manifestioribus diuinarum scripturarum testimonis utar, euangelicum proferam documentum. Angelus ad Mariam loquitur dicens. Spiritus sanctus superueniet in te & virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoque quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius dei. Et item apostolus. Cum autem venit plenitudo temporis, misit deus filium suum, natum ex muliere, factum sub lege. Num igitur, quia angelus Mariam sic affatus est, ut non de ipsa, sed ex ipsa genendum diceret filium, & quia apostolus ex muliere, non de muliere natum asseruit filium, ob hoc Christo veri hominis natiuitatem nequaquam profitebimur, aut extrinsecus, & non proprie, virginali credemus vterolegitur processisse? Cernis igitur superflue te in diuinae generationis natiuitatem visibilium creaturarum exempla protulisse, cum euidentioribus testimoniorum documentis appareat, id esse ex ipso, quod est etiam de ipso genari. Vnde mirari me fateor, cum creature nomine in filium refugas, & non factum, sed vere sicuti est profitendum, ex patre genitum credas. Fotini te quodam modo, & si non integris, verisimilibus tamen prosecutionum generibus impietatis fuisse dogmata imitatum. **Arri.** Quis potius Fotini sectetur perfidiam, utrum ego qui ea, quae filius ad demonstrandam diuinitatis suae longe inferiorem, & non in omnibus similem naturam locutus est, secundum suam deitatem dictum accipio, an ipse tu, qui ponis cuncta humilitatis exempla non fucatis verbis, nec simulata operis efficientia peractis homini reputans assumpto? Namque, ut non solum alterum se, verum etiam inferiorem patre ostenderet, ait, Pater maior me est. Qua professione euidenter declarat patris, & filii diuersas esse substantias. **Atha.** Duas profiteris in Christo esse naturas, an non? **Arri.** Quis hoc impius negauerit Christum deum & hominem confitendum? **Atha.** Debemus igitur eorum, quae Christus locutus est, aliquanta diuinitati, aliquanta humanitati ascribere, an sine villo partitionis discrimine vniuersa, aut deo, aut homini assignare? **Arri.** Hoc non solum irreligiosum,

Fotini  
heresis!

Nasci ex  
deo &  
genari ex  
deo idem  
sunt.

Luce. i.

Gal. iiii.

Ioh. xiiii

**DISPUTATIO CONTRA ARRIVM**

Fo. CCXCIIII

sed summè putabitur esse dementis, ut omnia eum, aut secundum diuinitatem, aut secundum humanitatem locutam fuisse putemus. **Atha.** Si ergo secundum professionis tuae sententiam, aliquanta diuinitati, nonnulla vero humanitati, ascribenda sunt, cur non hoc, quod ait. Pater maior me est, humanitati, & quod ait. Ego & pater vnum sumus, diuinitati reputamus? Namque, ut noueris, secundum id quod homo erat eum dixisse, pater maior me est, ait, si diligeretis me gauderetis vtiq; quia vado ad patrem, quia pater maior est. Rogo itaque, cum filius secundum diuinitati suae potentiam vniuersa impleat, nec sit aliquis locus eadem diuinitate vacuus, ut pote, qui caelum & terram, atque inferna pari omnipotentia impleat, quomodo ait vado ad patrem cum quo, & semper erat, & a quo nunquam recesserat? Eius enim est ire, & venire, qui aliquibus locorum terminis circumscribitur, & eum, in quo erat, deserens locum, ad eum ubi non erat, veniat. Nisi, quia vtiq; de illo, quem assumpserat hominem loquebatur, quod erat iturus ad patrem, a quo, & venturus est iudicare viuos, & mortuos. Ceterum vbi diuinitas vniuersa implens, nullis locorum terminis separatur, sicut nihil est vnde discedat, ita nihil est quo veniat. Et hoc modo apparet, secundum id, quod homo est, non solum patre, verum etiam angelis minorem. Nam, si secundum id, quod deus est, eum minorem accipere volueris, pari conditionis necessitate etiam angelis, secundum diuinitatis naturam minor esse videtur. Denique Apostolus ait necnon, & Psalmographus Minorasti eum paulominus ab angelis. Si ergo nulla ratione admittitur, ut secundum id, quo deus est, maior angelis habeatur, apparet hoc minorationis officium, non deo verbo, sed homini reputandum assumpto. **Prob.** Ut tua in omnibus iulciatur assertio veritate, conuenit a tuis partibus, patrem, & filium, & spiritum sanctum diuinarum testimoniorum lectione vnius approbare substantiae. **Athana.** Quoniam excellentiam tuam perspicio, huic rei instantissime, ac fideliter innuere ut patrem, & filium, & spiritum sanctum vnius esse substantiae demonstremus, atque filium de patris substantia natum, ex diuinis voluminibus approbemus. Quamquam omnium prosecutionum mearum sententia ita se habere monstratur, ut sicuti hominum, vel quorumlibet animalium genus suae substantiae similes gignat, nec homo bouem, nec bos hominem generet, sed ad suam similitudinem, id est, suae substantiae, vnaqueque res procreetur, mirari vtiq; non debeo, deum potuisse de sua substantia filium generare, cui totum posse subiectum est. Sed, ut scripturarum testimonio mea oratio peruagetur, aggredior, ipsius opitulatione munitus, filium de patri substantia ineffabiliter natum esse diuinis oraculis approbare, ut dum luculento disputationis tramite, non ex argumento philosophicae artis veniente, sed, ut dixi, de diuinis scripturis demonstrauero documentis, tum demum Arrius obmutescat, cum filium de paterna substantia genitum, legibus eloquii me docente cognouerit. Paulus apostolus de filio ad hebreos scribens ait. Cum sit, inquit, imago inuisibilis dei, & figuram substantiae eius gerens. Hieremias quoque prudentissimus prophetarum de dei patris persona concionatur, & dicit. Si stetit in substantia mea, & audissent verbum meum, auerterem eos ab istis diis eorum pessimis, & ut eum de filio dixisse probaret, subiungit idem propheta, & dicit. Quis stabit in substantia mea, & videbit verbum meum. Verbum enim esse filium de patris substantia Dauid propheta testatur, dicens. Erucauit cor meum verbum bonum. Ioannes quoque euangelista sciens apud patrem verbum, id est, filium in principio apud patrem esse, & a patre verbum nunquam separatum fuisse, in principio euangelii, id est, annuntiationis suae posuit, dicens. In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum. Item alio loco scriptura tradit, dicitur

Verborum  
Christi que  
dicitur diuini  
tati, quae  
dicitur humani  
tati con  
gruunt.  
Ibidem.  
Ibidem.  
Oportet  
tiam dei  
omniplere!

Christi  
homo, ange  
lic inferior  
est. I. I. I. I.  
ii. viii.

Hebre. i.  
secundum a  
liam literam,  
Hierem.  
xxiii. se  
cundum ali  
am literam  
Verbum est  
filius.

ps. xliiii.  
Ioh. i.

ens. In itū operis verbū. Non q̄ in creatione verbi, id est, a filii creatione ceteras coe-  
perit facere creaturas, sed quia per verbum dei, id est, per filium omnia creata noscun-  
tur. Vnde Dauid propheta ponit, & dicit, Verbo domini caeli firmati sunt. Et ut spi-  
ritum sanctum huius operis socium ostenderet, ait. Et spiritu oris eius omnis virtus  
eorum. Multa sunt enim, quae de filio scripturae diuinae perhibent testimonia, quae de  
substantia patris id est, de eo quod ipse est, genitus demonstratur, de qua substantia,  
non tantum similis, sed coequalis patri filius comprobatur. Haec fides est quam Chri-  
stus apostolis tradidit, & ab apostolis ad nos usque peruenit, nec possumus eam in aliis  
quo immutare, quam constat nos debere ab initio, ut data est, fideliter conseruare.

**¶** Arri. E superiori prosecutione mea, ita exorsus sum, quod Athanasium perfidia caeli-  
tatis praecipit in profundum. Dum enim vult facundiam sui sermonis ostende-  
dere, nescius in crimen versatur scripturae diuinae, eo, quod in substantia dei coaequet filii-  
um genitori, cum ipse filius de se protestetur, & dicat. Pater maior me est, & qui me  
misit, ipse mihi mandatum dedit, & non ego veni, sed ille me misit, & non veni fa-  
cere voluntatem meam, sed eius, qui me misit, & sicut dixit mihi pater, sic loquor, &  
quod dedit mihi seruauit, & omnia, quae dedit mihi nemo auferit a me, & rogabo eum,  
& exhibebit mihi plusquam duodecim legiones angelorum, & si hic calix non potest  
transire nisi bibam illum fiat voluntas tua, & transeat a me calix iste, non sicut ego, vo-  
lo, sed quod tu, & quae sunt ei placita facio semper, & sedere ad dexteram meam, vel ad si-  
nistram, non est meum dare vobis, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen,  
& exaltauit puerum suum, & propterea vnxit te deus, deus tuus, & excitauit eum a  
mortuis, & sedere fecit ad dexteram suam, & multa his similia, quae studio breuitatis  
omitto. Si ergo maiorem habet, si missus est, si spontanea voluntate non venit, si vo-  
luntatem suam non fecit, si quod ei dicitur, loquitur, si sibi data custodit, si rogat, si pro  
calice deprecatur, si nomen ab alio accepit, si sedens discipulis petentibus propria po-  
testate non tribuit, si quae sunt patri placita facit, & ab ipso a mortuis suscitatur, equum  
non videtur, ut qui de sua subiectione, tanta, ac talia dicit, patri efficiatur aequalis.

**¶** Prob. Si aduersum tam copiosa diuinae auctoritatis testimonia, quae ab Arriode  
subiectione prolata sunt, aliquid Athanasio competere videtur, edicere non moretur,  
superstitione sermonis exclusa, & ex diuinis potius voluminibus, aut similis, aut dis-  
similis patri, filius, vel coequalis demonstratur, ut agnita veritate, quae sanae fidei, ac  
rationi conueniunt reborentur. **¶** Athanasius. Quantum velit percurrat in elatio-  
ne sermonis Arrii calliditas, & sibi de auctoritate diuinae legis plaudent testimoniis,  
quibus videlicet nititur ab equalitate patris filium sequestrare, & cuncta, quae ab eo  
prolixius inserta noscuntur, si idem etiam testimoniis a nobis eius intentio absque vl-  
la difficultate prosterneatur, Christus igitur filius dei, in forma serui, quam assump-  
sit ex virgine, patri dicitur esse subiectus, apostolo Paulo nihilominus affirmante.  
Vbi venit, inquit, plenitudo temporis, misit deus filium suum natum ex muliere, fa-  
ctum sub lege. Ille itaque dicitur esse subiectus, qui sub lege ex muliere nascitur gene-  
ratus & in ea forma minorem iudicat patre quam assumpsit ex virgine. Nam in for-  
ma dei patris angelicus ei chorus probatur praebuisse ministerium. Ita enim in eu-  
gelio scriptum est. Et discessit ab eo diabolus, & venerunt angeli, & ministrabant ei. Obiit  
cit quod voluntatem patris fecerit, & non suam. In hoc magis laudabilis huius verbi dis-  
cussio debet agnosci, quia qui patris voluntatem facit, equalitatem ostendit, apostolo  
confirmante. Haec enim voluntas dei in Christo Iesu. Nam, quia addidit. Sicut dixit  
mihi pater, sic loquor. Quis hominum genus, quod rectum est intelliges, audito

hoc verbo turbetur. Si enim aliter Christus quam deus pater loqueretur, tunc magis  
patri inequalis vel dissimilis diceretur. Si vero quae loquitur pater, ea loquitur filius  
nunquam inequalis patri, aut dissimilis inuenitur. Quod dedit mihi, inquit, serua-  
ui, & omnia quae mihi dedit, nemo auferit a me. Dona enim diuina hoc modo intel-  
ligenda sunt filio attributa. Dedit enim filio pater omnipotens omnipotentiam, ma-  
iestatem maiestati, virtutem dedit virtuti, prudentiam dedit prudenti, praescientiam  
praescienti, eternitatem eternitati, diuinitatem diuinitati, coequalitatem equalitati, im-  
mortalitatem immortalitati, visibilitatem inuisibilitati, regi regnum, vitam vitam, &  
non aliam ab ea, quam habet dedit, & quantam habet tantam dedit, vel si qua alia,  
quae pater filio indiuisibiliter, & inseparabiliter contulisse monstratur. Sed haec om-  
nia nascendi potius quam idigenti dedisse probatur, cui a filio dicitur, omnia mea tua  
sunt, & omnia tua mea sunt. Si ista omnia quae perhibetur pater filio contulisse, alia  
eo & alia videntur esse in filio, mendacem sine dubio facimus filium, qui dicit sua esse  
quae patris sunt. Sed si in his, quae dixit mendax filius inuenitur, & euangelista, qui  
dicit equalem se faciens deo, omni veritate fallatur, Ac si ita erit, ut nec pater filio inte-  
gre, aut veraciter aliquid contulisse monstratur. Sed si vera sunt sicuti sunt, quae pater  
inseparabiliter, & indiscrete contulit, conticescant dementium hominum linguae quae  
nituntur filium a paterna substantia separare. Rogat filius patrem, ut hominem verum  
se gestare contendat. Nam ut diuinitatis suae intimaret potentiam, mari imperauit, &  
uentis, & quinque milia hominum de quinque panibus saturauit. Calicem passionis, ut  
homo tristis accepit, ut deus autem fontem aquae vitae salientis in vitam aeternam cre-  
dentibus propinauit, Accepit nomen, ut in hoc nomine caelestia & terrestria, & inferna  
eum adorent. Exaltatus est de imis ad superiora id est, de carne humanae fragilitatis ad  
deum conscendens sedet ad dexteram maiestatis, ut eum non dubitet humana infirmi-  
tas sequi, ubi caput suum viderit gloriarum. Vinctus est, ut chrismatis ipsius vnctione  
malo prioris hominis delicto purgemur. Excitatus a mortuis est, ut nos exemplo suae re-  
surrectionis a mortuis aculeo liberemur. Sed & discipulis petentibus non se posse  
dare testatur, ne inter eos diuortium nasceretur. Nam, qui ait. Non est meum dare no-  
bis, ipse iam dudum discipulis duodecim iudicandi tradidit potestatem. Quae sunt  
patri placita fecit, quia contraria facere nescit. Nam, qui ait, veni non ut faciam volun-  
tatem meam, sed voluntatem eius, qui me misit. Dixit ut faciam voluntatem tuam  
deus meus volui & voluntarie sacrificabo tibi. Qui ait, pater maior est, dixit ego &  
pater vnum sumus, & sint in nobis vnum sicut ego, & tu sumus vnum, & omnia mea  
tua sunt, & tua mea sunt, & creditis, quia ego in patre, & pater in me est, & quae pater  
meus operatur iustissime, & ego operor, & sicut pater suscitatur mortuos, & viuificat,  
sic & filius quos vult viuificat, & qui me videt, videt & patrem quia ego & pater vnum  
sumus, & qui me odit, & patrem meum odit, & clarificat filium tuum, ut filius tuus cla-  
rificet te, & ego te clarificauit super terram, & manifestauit nomen tuum hominibus.  
Et ut omnis humanae cauillationis quiescat intentio, Ioannem euangelistam cuius su-  
perius vltus sum testimonio, proferam testem, qui ait. In principio erat verbum, & ver-  
bum erat apud deum, & deus erat verbum. Si hac tantae diuinitati conuenientia quibus  
patrem & filium vnum esse docuimus perfidis non sufficiunt, alia si videtur super  
adiiciam. **¶** Prob. Si huic tam valide, & certe persecutioni Arrius nihil fuerit obuia-  
re, certum est eum non rationem sequi, sed verborum irrationalium campos effrenatius  
euagari, qui usque nunc trium substantiarum rationem, ut superius fastus  
est, sicut Athanasius vnus permultis docuit documentis, per nescio quam nebu-

p. xxxii.

gala. iiii.  
Christus  
deus aequa-  
lis maior  
patri coe-  
qualis est  
Math.  
iiii.

i. Thess.  
sa. v.

Quae pater  
filio dedit.

Ioh. v.

Cur filius  
patrem ro-  
gavit.

Nomen  
Iesu.

De spū  
sctō, an  
coequa/  
lis sit.

Spūssan  
ct⁹ nō ē  
creat⁹ sed  
de⁹.

Spūssan  
ct⁹ crea/  
tor est.

Spūssan  
ctus non  
xpī pī.

actuū. x.

Spūssan  
ct⁹ de⁹ ē

Iosam caliginem circūiens assertionem suam nequiuert demonstrare. **Arri.** Num  
quid quia ex diuinis oraculis Athanasius, nescio quibus iam articulis, filium vni⁹ sub  
stantiæ, & patri coequalem esse ausu temerario nisus est affirmare, & spiritum sanctū  
qui patris, vel filii minister est, iisdem debet equali confessione conferre, cum ipse filius  
us dicat, ille me clarificabit, quia de meo accipiet, & mittam vobis spiritum veritatis,  
& spiritus a me procedet, & quem pater mittet in nomine meo, & pater ad mortuorū  
ossa dicit. Dabo spiritum meum in vos, & viuetis. Nunquid is, qui a patre mittitur,  
vel procedit, iisdem debet equari, cū pp heta in psalmo de eo testatur, dicens. Ecce do  
minus formans tonitruum, & creans spiritum, prorsus nunquam mihi vlla ratio po  
terit persuadere, q̄ creatura poterit coequari creatori, aut vna cum eodem possit pote  
state potiri. **Athana.** Si iudicis clementia permissum tribuit, & largitur, ex diuinis  
auctoritatibus etiam spiritum sanctum non creaturam esse, sed deum & creatorem  
cū patre, & filio breuiter demōstrabo. **Prob.** Vt tua professio continet, approbare  
uiter quod ratio exigit documentum, non ex argumento sermonis, sed ex diuinarū  
scripturarum testimoniis spiritum sanctum patri, vel filio coequalem esse, aut sicut ip  
se factus est deum, vel creatorem communi operis esse ostende, vt dum hæc veridicis  
testimoniis approbaueris. **Arrius** a sua intentione vere fidei professione conuictus ab  
scedat. **Athana.** Priusquam spiritum sanctum deum esse perdoceam, eundem crea  
torem esse cunctorum verbis legalibus approbabo. Scriptum est enim Verbo domi  
ni coeli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum. Et in salomone. Et ipse,  
inquit, creauit ea per spiritum suum. Et in psalmo. Emitte spiritum tuum, & creabun  
tur, & innouabis faciem terræ. Et in libro Iob. Spiritus diuinus est, inquit, creauit  
me, Et in libro Iudith. Tibi, inquit, seruiet omnis creatura tua quoniam dixisti, & fa  
cta sunt, misisti spiritum tuum, & edificauit. Tante enim potestatis, vel creationis spi  
ritus sanctus ostenditur, vt ipso cooperante corpus domini Iesu Christi, qui nobis  
in sacramento fidei datus est, in vtero virginis formaretur, euangelista dicente. Neti  
meas Ioseph accipere Mariam coniugem tuam, quod enim in ea natum est, de spiri  
tu sancto est, & item, priusquam, inquit, conuenirent, inuenta est in vtero habens de  
spiritu sancto, non q̄ saluatoris nisi pater dicendus est spiritus sanctus, vt duo cre  
dantur patres, sed q̄ cum patre, & filio idem spiritus sanctus cooperarius, & vnus po  
testatis est, cum iisdem socius inuenitur, domino affirmante. **Ite** (inquit discipulis)  
baptizate omnes gentes in nomine patris, & filii, & spiritus sancti. Ergo si minister  
est (vt tua sacrilega continet professio) quousque eo in sacramento fidei nihil confer  
tur credentibus. Nam sicut dominus apostolos ad prædicandum destinauit, pari  
etiam modo spiritus sanctus facere declaratur. Ita enim in actibus apostolorum repe  
rimus scriptum, Petro enim cogitante de visione, dixit ei spiritus sanctus. Ecce viri  
querunt te, exurgens vade cum eis nihil dubitans, quia ego misi eos ad te. Et iterum  
Segregate mihi Barnabam, & Paulum, in opus quo assumpsi eos. Et iterum. Atten  
dite vobis & vniuerso gregi in quo, vos spiritus sanctus constituit episcopos. Nam &  
si vniuersa cum patre & filio, vt superius ostensum est, procreauit, i quo minoris vel  
ministri personam, vt ipse fateri non metuis, tanta maiestas habebit. Sed & deum  
esse, sicut promississe me meminit, his testimoniis approbabo **Dauid** propheta di  
cente. Audiant quid loquatur in me dominus deus. Nulli itaque dubium est q̄ om  
nes prophete, non nisi per spiritum annuncient, vel loquantur, sicut in euangelio scri  
ptum est. Cum venerit, inquit, spiritus ille sanctus, quem mittet pater in nomine meo,  
ipse vos docebit, & ventura annūciabit vobis, & item per prophetam dominus dicit.

Noluerunt audire sermones meos, quos madaui in spiritu meo p̄ os pphetarum prio  
rum, dicit dominus. Sed nolo passifera prata diuinæ legis testimonio pcurrentes, lon  
gius a nostra ppositione euagemur, ad id quod pmissimus reuertamur. Ad hebreos  
quoq̄ Paulus gentium prædicator scribens ait. Testificatur autem nobis spiritus san  
ctus, & hoc est testamentum, quod dispono ad eos, post dies illos, dicit dominus in  
actibus apostolorum, ad Ananiam dixisse Petrum meminimus. Vt in subsequenti  
bus dicit. Non es mentitus hominibus, sed Deo. Et Paulus ad Corinthios. Diuifio  
nes autem donationum sunt, idem vero spiritus. Et diuifiones ministeriorum sunt i  
demiple dominus. Et diuifiones opationum sunt, idem vero deus, qui opatur omnia  
in omnibus. Ecce spiritus sanctus prædicante Ap̄lo, idem Deus, idem dominus decla  
ratur. In euangelio, sicut iam dictum est, ipse dominus dicit, Spiritus est deus. Item  
ad Corinthios Paul⁹ scribens ait. Dominus autem spiritus est. Et ad Ephesios. Nos  
lite, inquit, contristare spiritum Dei. Item ad Corinthios. Nescitis, inquit, quia corpo  
ra vestra, templum in vobis est spiritus sancti, quem habetis a Deo. Et ostendes eum  
in humanis corporibus habitantem adiungit, & dicit. Glorificate ergo, & portate De  
um in copore vestro. Nam, vt Deus, & domin⁹ esse manifestissime spiritus sanct⁹ de  
monstretur, ad Mariam angelus dixit. Spiritus sanctus supueniet in te, & virtus altif  
simi obumbrabit tibi, propterea, & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei  
Ecce quantis diuinorum testimoniorum documentis, Spiritum sanctum Deum, &  
vnus potestatis, v̄ societatis cum patre, & filio esse docuim⁹ quid adhuc in perfidis re  
maneat, responfionibus ignoro. Paulus itaq̄ apostolus, Spiritum sanctum cum Patre  
& filio vnā societatem habere apertissime demonstrauit, dicens. Gratia domini no  
stri Iesu Christi, & charitas, & societas spiritus sancti, cum omnibus vobis. **Prob.**  
Si post innumerabilia testimonia remansisse aliquid **Arrius** videtur, proponere non  
grauetur, q̄ quam (vt reor) nihil illi responfionis remanserit, qua videlicet possit **A**  
thanasium de vnus substantiæ, id est, homousii ratione depellere. Sed ne post modū  
de aliqua oppressione causetur, a nobis nullus ei ad respondendum adimitur locus.  
**Arrius.** Nulli dubium est, quin magicis artibus Athanasius non desinat iudicium  
peruerrere sensus, vt recte fidei tramitem erga eos qui eam religiosæ sectantur, & co  
lunt, tenere non possint. Et idcirco quod in examine tui culminis explicare non valeo,  
principis iudicio referuabo, vbi veritatis indago p̄polet, & magicas artes ob vere fidei  
obseruantiam præualere non posse credendum est. **Athanasius.** Qui suis assertioni  
bus adesse non possunt, quibuslibet fallacibus argumentis, vel cauillationibus excusa  
tionem sibi inuenire non desinunt, sicut nunc facere **Arrium** plenius vestra perspicit  
magnitudo. Mihi vero ad omnia, que ab eo in culminis vestri presentia posita sunt, ve  
ram fidem vendicanti respondiisse sufficiat. **Prob.** Imperitoris, & minus de scien  
tia p̄sumentis est, prauitati potius studium dare, q̄ veritati patientiam commodare,  
cum id assertoribus fidei conueniat, veritatem potius sequi, q̄ erroris, vel falsitatis com  
pede præpediri. Horum igitur mos est, qui cum suæ perfidiæ causam ad finem vsque  
venire conspexerint, metuentes ne cunctis hominibus eorum perfidia innotescat, ad  
potioris se conferre presentiam, ignorantes, quoniam & illic veritati victoria tribuitur  
vbi potentie liberalis inia promulgatur. Frustra igitur **Arrius** videtur de nro iudicio  
ad principis appellare presentiam, cum in conflictu certaminis nihil aduersus se sen  
serit prauitatis, qui suam ignauiam, quibuslibet modis obtegere cupiens, nisus est ad  
principis conferre presentiam, quem constitit Athanasium, ab homousii defensione, qd  
est vnus substantiæ diuellerenon potuisse. Sed (vt eius supflua decreuit in  
O. i.

Actuum  
v.Snia iud  
dicis



**ATHANASIVS!**

tentio, cum ne faciat, nullo modo refrenabo, ne victi personam non sustines de adem pro temporis spacio gloriatur. Mea vero solertia erit vniuersa, que ab vtrifque in nostra cognitione prolata sunt gloriosi sensibus printipis intimare, vt falsidicis ambagibus procul amotis ad victoria palmam Athanasius pure fidei assertor, valeat peruenire.

FINIS.

**MAGNI ATHANASII IN PSALMOS  
OPVSCVLVM ANGE. POL. INTER/  
PRETE.**


**M**MNIS QVIDEM SCRIPTVRA DIVINA MAGI-  
stra est, & virtutis, & vere fidei, sed liber psalmorum habet etiam quo-  
dam modo imaginem status animarū, vt enim qui adit regem, prius  
ipse habitum, verbaque componit, ne forte imperitus habeatur. Sic diui-  
nus hic liber currentes ad virtutem, & eos qui vitam Saluatoris in cor-  
pore cognoscere gestiunt, admonet, prius per lectionem motionum  
omnium, quibus anima afficitur, deinde variis format/instruitque sermonibus. Potest  
igitur vnusquisque in psalmis motum, statūque animæ suæ deprehendere, atque ita signu-  
ram quifque disciplinæ suam quibusque verbis placere Deo possit. Et quibus verbis se  
se corrigere valeat, & Deo agere gratias. Ne si propter quod fas est dicat, incitat in impietatem  
Non solum enim de operibus, sed de omni ociofo verbo reddenda apud iudicem, re-  
tio est. Si igitur beatum aliquem dicere velis, habes quomodo, & quomodo, & quem  
dicas in psalmis. i. Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum. xxxi. Beati quorū  
remissa sunt iniquitates, & quorum testa sunt peccata. xl. Beatus qui intelligit super  
egenum. cx. Beatus vir qui timet dominum in mandatis eius volet nimis. & cxxxvii  
Beati omnes, qui timent dominum,

¶ Si conqueri iudges contra Saluatorem vides, habes psal. ii. Quare fremuerunt ge-  
tes, & populi meditati sunt. & c.

¶ Si te tui persequuntur, & multi insurgunt aduersum te. iiii. psalmum dicas, Domi-  
ne quid multiplicati sunt. & c.

¶ Si autem ad hunc modum tribulatus inuocasti dominum, & quoniam exaudiuit  
agere vis gratias, canito quartum, Cum inuocarem, & c. cxliiii. Dilexi quoniam exaudi  
et dominus vocem orationis meæ. & c.

¶ Si vides insidias tibi a malignantibus fieri, & auribus percipi cupis orationem tu-  
am, canito psalmū. v. Verba mea auribus percipe domine. & c.

¶ Si minas dei sentis, & inde territum te vides, dicere potes psalmum. vi. Domine ne  
in furore. Et. xxxvii. Domine ne in furore. Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt. & c.

¶ Si autem consilium ineūt aliqui contra te, quemadmodum Architozel contra Da-  
uid, & hoc aliquis tibi nunciat, Cane. vii. psal. Domine deus meus in te speraui, & con-  
fide in deo, qui liberabit te. & c.

¶ Cernens autem gratiam Saluatoris cū quaque diffusam, & restitutum saluti gen-  
humanum, si aloqui dominum vis, Cane octauū. Domine dominus noster, quā admi-  
rabile est nomen tuum in vniuersa terra.

¶ Rursus si canere vis pro torcularibus deo gratias agēs, habes octauū Domine dñs  
noster. Et. lxxx. Exultate deo saluatori nostro.

¶ Si coherceri inimicum vis, & creaturam saluari, non cōfidens in teipso, sed in deifis-  
sio, dic nonū psal. Cōfitebor tibi domine in toto corde meo.

¶ Si quis te metu afficere velit, tu cōfidens in dño, Cane decimum psalmum, In do-

**IN VIM PSALMORVM!****FO. CCCVII!**

mino confido.

¶ Si multorum superbiam, & maliciam vides abundare, ita vt nihil sit inter homines  
sanctum, Confuge tu ad dominum, & dic vndecimum psalmum. Saluum me fac do-  
mine. & c. Si diutius perseuerent aduersariorū insidias, ne te ipsum negligas, quasi tui  
dominus sit oblitus, sed inuoca dominum, canens vigesimū sextū psal. Dominus illu-  
minatio mea, & salus mea. & c.

¶ Si quos audis blasphemantes contra prouidentiam, ne sis tu quidem particeps im-  
pietatis eorum, sed ad Deum confugiens, dic psalm. xiiii. Dixit insipiens in corde suo  
non est Deus. & c.

¶ Si scire vis qualis est regni cœlorū ciuis, Cane decimū quartum psalmum. Domi-  
ne quis habitabit in tabernaculo.

¶ Si tibi oratione opus est, propter resistentes tibi, & circumdantes animam tuam, Cane  
decimū sextum psalmum. Exaudi domine iusticiam meam. Et. lxxxv. Inclina domi-  
ne aurem tuam. & c. lxxxviii. Misericordias domini in eternum cātabo. & c. Et. cx. Do-  
mine clamaui ad te, exaudi me. & c.

¶ Si scire vis qualiter Moyses orabat, habes psalmum octuagesimū nonum. Domine  
refugium factus es nobis.

¶ Si euasisti ab inimicis, & liberatus es a persequentibus te, Cane tu quoque decimum  
septimum, Diligam te domine fortitudo mea. & c.

¶ Si miraris ordinem rerum creaturarū, & diuinæ prouidentie gratiam, Cane psalmū  
decimum octauum, Cœli enarrant gloriam dei, & opera manuum eius annūciat fir-  
mamentum, Dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat scientiam, & c. & psalmus  
vigesimus septimus. Ad te domine clamabo, & c.

¶ Si tribulatos vides, consolare eos, & pro eis orans, dic verba psalmi decimū noni, Ex-  
audi te dominus in die tribulatio. & c.

¶ Si te custodiri a dño vides, & psalpe agere, gaudens cane psalmum vigesimū secundū  
Dominus regit me, & nihil mihi deerit: in loco pascue ibi me collocauit. & c.

¶ Si contra te irruunt inimici, eleua aiam ad deum, & dic psalmum vigesimū quartū  
Ad te dñe leuaui animam meam, & c. frustra eos inique agentes videbis.

¶ Si perseuerauerint inimici, & sanguinolentis manibus abstrahere, vel occidere te que-  
runt, ne des homini iudicium, suspecta enim sunt humana omnia, sed deum iudicem  
postulans, ipe cū solus iudex est, & dic vigesimū quintū, Iudica me domine, quoniam ego,  
& c. cxxxiiii. Iudica domine nocentes me. Et. xlii. Iudica me deus & discerne causā. & c.

¶ Si autem sequi istet, & multitudo instar castrorū sint inimici despicientes, quā ne vincetus  
quidē sis nihil formidās, cane. xxvi. psalmum. Omnes gentes plaudite manibus, & c.

¶ Si rursus impudentes sint, qui insidiantur. minime eos curans, cane ad dominum,  
que sunt in psalmo vigesimo septimo, Magnus dominus, & laudabilis nimis, & c.

¶ Si scire vis quomodo gratias acturus, accedere ad deum debes, intelligibiliter intel-  
liges, Cane psalmum vigesimum octauum. Audite hec omnes gentes, & c.

¶ Deinde renouās domū tuā, & aiam, que dñm suscipit, & sensibilem domum, iniqua  
corporaliter habitas, age gratias, & dic vigesimum nonum psalmum. Deus deorum  
dominus locutus est. Et ceterū vigesimū sextum, Nisi dominus edificauerit, & c.

¶ Si te odio haberi propter veritatē ab amicis, & propter quos vides, ne remitte studiū, neue  
aduersates extimesce, sed futura cogitans, cane. xxx. psalmum, In te dñe spauī. & c.

¶ Si baptizatos vides a corruptibili generatiōe liberatos, diuinam benignitatem ad-  
mirans, Cane trigessimū primum psalmum, Beati quorum remissa sunt. & c.

O. ii

¶ Si canere vis inter multos iustos viros, & recte viuentes, colliges, Cane trigésimum secundum psalmum, Exultate iusti in domino, &c.

¶ Si incidisti in hostes, & eos prudenter euitasti, atque insidias effugisti, & ob id agere vis gratias, conuoca mites homines, & cum eis cane psalmum trigésimum tertium, Benedicam dominum in omni tempore, &c.

¶ Si vides iniquos in multum certare, ne putes secundum naturam inesse illis peccatum, quæ admodum heretici quidam, sed dic psalmum, xxxv. Dixit iniustus ut delinquat in semetipso, non est timor dei ante oculos eius, & videbis quod ipsimet peccandi causa sunt.

¶ Si malos iniqua agentes cernis, & contra paruos superbientes, & admonere vis alios, quos, ne istos attendant, aut emulantur, quoniam cito extinguentur, dic & ibi, & aliis, trigésimum sextum psalmum, Noli emulari in malignantibus, &c.

¶ Si statuisti habere tui curam, & vides insidiantem aduersarium, maxime enim contra tales excitatur, ac vis temetipsum parare, Cane, xxxviii, psal. Dixi custodiã vias meas

¶ Si multos vides pauperes, & mendicos, ac misereri vis, potes eos, & qui iam sunt miserti probare, & alios ut idem agant, hortari dicens, psalmum quadragesimum Beati qui intelligit super egenum, & pauperem, &c.

¶ Si desiderium habes erga deum, inimicos audis exprobrantes, ne perturberis, sed intelliges immortalem fructum, qui ex hoc desiderio nascitur, consolare animam tuam, spe erga deum & hac reuelans, mitigansequitæ dolores, dic psal. vii. Quem admodum desiderat ceruus ad fontes aquarum, &c.

¶ Si recordari frequenter vis beneficia dei, quæ patribus fecit, & in exitu de egypto, & in deserto, & quomodo deus quidem bonus, ipsi autem ingrati, habes, xliiii. Deus auribus nostris audiuimus, Item, lxxvii. Attendite popule meus, &c. lxxviii. Misericordias domini in æternum cantabo, &c. ci. Domine exaudi orationem meam, & clamor meus, &c. cv. Confitemini domino quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius, &c. cvi. Confitemini domino, quoniam in seculum misericordia eius, &c. Dicat qui centesimum octauum psalmum, In exitu israel de egypto, &c.

¶ Si confugiens ad deum, euasisti, quæ aduersus te dicta sunt, & gratias agere vis deo, & narrare eius erga te benignitatem, habes quadragesimum quintum psalmum, Deus noster refugium, & virtus, adiutor in tribulationibus, quæ inuenerunt nos nimis.

¶ Si peccasti, & conuersus penitentia afficeris, & vis misericordiam consequi, habes confessionis verba in psalmo quinquagesimo, Miserere mei deus secundum magnam misericordiam tuam, &c.

¶ Si calumniam passus es apud malum regem, & diabolum vides gloriantem, secede, & dic, quæ sunt in quinquagesimo primo psalmo, Quid gloriaris in malicia, qui potes es iniquitate.

¶ Si qui te persequuntur, & caluniantur prodere volentes, sicut pharisei Iesum, & alii generis David, ne tedio marcescas, sed confidens in domino, cane quinquagesimum octauum, Deus in nomine tuo saluum me fac, & in virtute tua libera me, Et quinquagesimum quintum, Miserere mei deus, quoniam conculcauit.

¶ Si autem concurrant persecutiones, & non cognoscens in speluncam ingrediatur, in qua tu absconderis, ne metue, habes enim in hac necessitate vtilia, cum ad consolandum, tum ad memoriam recolendam verba in quinquagesimo sexto psalmo, Miserere mei deus, miserere mei, quoniam in te confidit anima mea, Et, cxli. psalmo, Voce mea ad dominum clamaui, voce mea ad dominum deprecatus sum.

¶ Si obseruari iusserit domum, qui insidiatur, iusserit, ut effugeris, age gratias deo,

& in tabulis animæ tuæ rem incidens, dic, xliii. Eripe me de inimicis meis deus meus ¶ Si exprobrant inimici, qui tribulant te, & loquacius detrahant, qui amici esse videntur, & in exercitatione tua labores aliquatulum, potes inuocare tu quoque Deum dicens, quæ sunt in quarto psalmo. Cum inuocarem exaudisti me deus, in tribulatione dilatasti mihi,

¶ Contra hypocritas, & in facie gloriantes, dic ad eorum conuersionem quinquagesimum septimum psalmum, Si vere utique iusticiam loquimini, &c.

¶ Si asperere irruant in te, & capere animam tuam velint, oppone illis subiectionem tuam ad deum, & bono animo sis, quo enim magis inscuiunt illi, eo magis domino subiciuntur. Dic autem psalmum, xli. Nonne deo subiecta erit anima mea?

¶ Si persecutionem fugiens in desertum conuerteris, ne metuas, quasi solus ibi sis, sed habens deum, & ad ipsum diluculo surgens, cane sexagesimum secundum, Deus deus meus ad te de luce vigilo, &c.

¶ Si perterrefaciant inimici, nec struere insidias desinat, & omnia inquirunt aduersum te, etiam si plurimi sint, nec cesseris. Sagittæ enim paruulorum erunt horum plagæ, si cecideris sexagesimum tertium psalmum, Exaudi deus orationem meam, cum deprecor: a timore inimici eripe animam meam. Et, xlvii. Exurgat deus, & dissipetur inimici, & fugiat qui oderunt eum a facie eius, lxxix. Deus in adiutorium meum intende, domine ad adiuuandum me festina, Et septuagesimum psalmum, In te domine speraui, non confundar in æternum: in iusticia tua libera me, &c.

¶ Si canere deum vis, habes, lxxiii. psal. Te decet hymnus deus in syon, &c.

¶ Si quos imbuas resurrectionis misterio, habes, lxxix. Qui regis israel intende, &c.

¶ Si misericordias a deo petis, cane psalmum sexagesimum sextum, Deus misereatur nostri, & benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri.

¶ Si videas impios in pace prosperari, ne scandaliferis, ut commouearis, dic tu quoque septuagesimum secundum. Quia bonus israel deus his, qui recto sunt corde.

¶ Si irascitur populo deus, habes verba, quibus hinc consolaberis, lxxiii. ps. Ut quid deus replisti

¶ Si confessio tibi est opus, Cane septuagesimum, In te domine speraui, &c. lxxiii. psal. Confitebitur tibi deus confitebitur, &c. xci. Bonum est confiteri in domino in psal. &c. ciii. Confitemini domino, & inuocate nomen eius, cv. Confitemini domino, quoniam bonus, &c. cvii. Paratum cor meum deus, cx. Confitebor tibi domine in toto corde meo, cxvii. Confitemini domino quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius, psal. cxxxv. Confitemini domino quoniam bonus: quoniam in æternum misericordia eius, Et, cxxxvii, Confitebor tibi domine in toto corde meo: quoniam audisti verba oris mei.

¶ Si vituperare gentilem vis, & hereticos, ut apud quos dei cognitio non est, potes intelligendo canere, & dicere, quæ sunt in psalmo octuagesimo quinto, Inclina domine aurem tuam, & exaudi me, quoniam inops, & pauper sum ego.

¶ Si occupauerint inimici effugia tua, & magnope tribuleris, quæque perturberis, ne despera, sed ora, & si clamans exauditus fueris, age deo gratias dices, quæ sunt in psalmo septuagesimo sexto. Voce mea ad dominum clamaui, voce mea ad dominum deprecatus sum.

¶ Si perseverantes inimici irruerint, & polluerint domum dei, ac sanctos occiderint, & eorum corpora volatilibus cœli proiecerint, ne metuas illorum crudelitatem, sed copatiens patientibus, dic psalmum septuagesimum octauum. Deus venerunt gentes in hereditatem tuam, &c.

¶ Si canere vis domino in celebritate conuocatis dei seruis, cane octuagesimum psalmum, O. iii.

num. Exultate deo adiutori nostro: iubilate deo iacob. &c. xciii. Venite exultem<sup>9</sup> domino, iubilemus deo salutaris nostro: preoccupemus faciem eius in confessione, & in psalmis iubilemus ei.

¶ Si rursus inimici congregentur vndique, & minentur domui dei conspirantes contra pietatem, ne te multitudo, & potentia illorum perturbet, habes velut anchoram spei verba, que sunt in lxxxii. Deus quis similis erit tibi, nec taceas, neque con. dic, & tu.

¶ Si vides domum dei, & eterna eius tabernacula, & desiderium habes ad illa sicut habebat ap<sup>9</sup>lus, dic & tu octuagesimum tertium. Quod dilecta tabernacula tua, &c.

¶ Si cessauerit ira, & soluta captiuitas fuerit, habes quibus gratias deo agas. lxxxiiii. Benedixisti domine terram tuam, &c. Et psalmum cxv. Credidi propter quod locutus sum, &c.

¶ Si discordiam catholicæ ecclesiæ aduersus schismata cognoscere vis, & illos conuertere, potes dicere que sunt in psalmo octuagesimo sexto, Fundamenta eius in montibus sanctis, diligit dominus portas syon super omnia tabernacula iacob, &c.

¶ Si exhortari te ipsum vis, & alios ad religionem, ac persuadere, quod spes in deum non confidit, sed in trepidam reddit animam, Lauda deum dicens, que sunt in psalmo nonagesimo. Qui habitat in adiutorio altissimi.

¶ Si canere vis sabbato, habes nonagesimum primum, Bonum est confiteri domino, & psallere nomini tuo altissime.

¶ Si gratias agere vis dominico die, habes decimum tertium, Dixit in insipientes in corde suo, non est deus, &c.

¶ Si canere vis in secunda sabbati, habes, que sunt in nonagesimo quarto, Venite exultemus domino, iubilemus deo salutaris nostro: preoccupemus faciem eius in confessione, & in psalmis iubilemus ei, &c.

¶ Si canere vis parasceue, habes laudationem in nonagesimo secundo, Dominus requirit decorem indutus est, &c. Tunc enim domus edificata est, quis circuire conati sunt hostes, Atque ideo triumphale carmen canendum est ipsi deo.

¶ Si captiuata fuerit, ac vastata domus, rursusque edificata domus, cane que sunt in nonagesimo quinto, Cantate domino canticum nouum, &c.

¶ Si vexata terra fuerit ab hostibus, & deinde quiescat regnante domino, habes quem canas xcvi. psalmo, Dominus regnavit exultet terra, letentur insulae multae.

¶ Si vis quarta sabbati canere, habes nonagesimum tertium, Deus ultionum dominus deus vl. Tunc enim traditus vlcisci mortem coepit, & de ea triumphare, quomodo igitur euangelium legens, videris iudgos consilium ineuntes aduersus dominum, & ipsum audacter stare pro nobis aduersus diabolum, Cane que sunt in nonagesimo tertio, vt supra.

¶ Si vides prouidentiam domini in omnia, & dominum ipsius, & vis imbuere aliquos ipsius fide, & obedientia, cum persuaseris prius vt confiteantur, cane nonagesimum nonum Iubilate deo omnis terra, seruite domino in leticia, &c.

¶ Si potestatem iudicandi in eo cognoscis, & misericordiae iudicium admittes iudicat deus, atque accedere ad ipsum vis, habes ad hoc verba centesimi psalmi, Misericordiam, & iudicium cantabo tibi, &c.

¶ Si propter imbecillitatem naturæ nostræ assidue vitæ malis aliquando, ceu medicus, tedio afficeris, & consolari te vis, habes psalmum centesimum primum, Domine exaudi orationem meam, & clamor meus ad te veniat, &c.

¶ Et quoniam conuenit semp. & in omnibus agere deo gratias, quoniam ipsi benedicere vis, habes quoniam tuam animam adhorteris. cii. Benedic anima mea domino, & omnia, que intra me sunt nomini sancto eius, &c. Et. ciii. Benedic anima mea domino, domine, d. mag. es vehementer.

¶ Si laudare vis deum, & scire quomodo ob aliquod oportet laudare, & que verba dicere laudans debet, habes, cxii. Laudate pueri dominum: laudate nomen domini, cxvi. Laudate dominum omnes gentes, laudate eum omnes populi, cxlv. Lauda anima mea dominum, laudabo dominum in vita mea, psallam deo meo quod diu fuero, cxxxii. Ecce quod bonum, &c. cxlvi. Laudate dominum quoniam bonus est psalmus, cxlvii. Lauda hierusalem dominum, lauda deum tuum syon, cxlviii. Laudate dominum de cœlis, &c. cxlix. Cantate domino canticum nouum, laus eius in ecclesia sanctorum. cl. Laudate dominum in sanctis eius, laudate eum in firmamento virtutis eius, &c.

¶ Si habes fidem, que ad modum dominus dixit, & credis in his, que orans loqueris, dic centesimum quindecimum, Credidi propter quod locutus sum, &c.

¶ Si te ascendetem sentis actionibus sic, vt dicas his obliuiscor, his autem, qui procedunt confendo, habes in vnoquoque processu, que dicas quindecim graduum cantica.

¶ Si captiuatus es alienis cogitationibus, & sensisti te abduci, & penituit, desine deinceps, & manens, vbi te peccantem deprehendisti sede, ac lege tu quoque, quem ad modum fecit populus dicens, que sunt in centesimo trigesimo sexto psalmo. Super flumina Babylonis illic sedimus, &c.

¶ Si tentationes putas esse tui probationem, age post tentationes gratias deo dicens, centesimum trigessim octauum, Domine probasti me, & cognouisti me, &c.

¶ Si teneris rursus ab inimicis, & liberari vis, dic centesimum trigessim nonum psalmum, Eripe me domine ab homine malo: a viro iniquo eripe me, &c.

¶ Si orare vis, & deprecari, dic. v. psalmum, Verba mea auribus percipe domine: intellige clamorem meum. clx. Domine clamaui ad te, exaudi me. cxli. Voce mea ad dominum clamaui: voce mea ad dominum deprecatus sum, cxlii. Domine exaudi orationem meam auribus, &c. cxlv. Lauda anima mea dominum, laudabo deum meum in vita mea, psallam deo meo quod diu fuero.

¶ Si inimicus tyrannus insurrexerit aduersus populum: tu quoque, sicut David Goliath, ne timeas, sed vna cum David crede, & canens dic, cxliii. Benedictus dominus deus, qui docet manus meas ad prelium, & digitos meos ad bellum.

¶ Si bonitatem dei, & in te, & in omnes recolis, & benedicere deo vis, dic verba, que David dixit in octuagesimo quarto, Benedixisti domine terram tuam.

¶ Si carere vis domino, habes quid dicas. xc. Cantate domino canticum nouum, &c. xcvi. Cantate domino canticum nouum: quia mirabilia fecit.

¶ Si paru<sup>9</sup> forte in aliquo vsu fratribus ante poneris, ne extollaris contra ipsos, sed das gloriam deo, psalle tu quoque. ps. li. Quid gloriaris in malicia, qui potens es iniquitate, qui prius dei es, alias. cl. Laudate dominum in sanctis eius, &c.

¶ Si canere vis obedientiam habentem Alleluia, habes centesimum quartum, Confitemini domino, & inuocate nomen eius. cv. Confitemini domino, quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius, quis loquetur p. d. cvi. Confitemini domino, quoniam bonus, quoniam in seculo, mi. eius. Dicant nunc qui, &c. cx. Confitebor tibi domine in toto corde meo, cxii. Beatus vir qui timet dominum, in mandatis eius, &c. cxii. Laudate pueri dominum, laudate nomen do. cxiii. In exitu israel de egypto, cxiiii. Dilexi quoniam exaudiet dominus, cxv. Credidi propter quod locutus sum. cxvi. Laudate dominum omnes gentes, cxvii. Confitemini domino. q. b. q. in. l. mi. ei<sup>9</sup>. Dicat nunc israel, cxviii. Beati immaculati, cxxiiii. Laudate nomen domini. cxlv. Lauda anima mea dominum, &c. cxlxi. Laudate dominum, q. b. est psalmus, cxlvii. Lauda hierusalem dominum, cxlviii. Laudate dominum de cœlis, cxlix. Cantate domino can. &c. Et. cl. Laudate dominum in sanctis, &c.

ATHANASII

¶ Si leorū canere vis de Saluatore, habes de eo i quouis psal. Preceptū vero habes xlii. Ad te dñe leuaui aiām meā. cix. Dixit domin⁹ domino meo sede a dextris. &c. ¶ Indicantes ipsius ex patre legitimam generationem, & corporalem eius presentiam x. In domino confido. Et. lxviii. Saluū me fac deus. &c. ¶ Predicentes de diuina cruce, Et quantum pro nobis insidiarum suscepit, & q̄ multa passus est. ii. Quare fremuerunt gentes. Et. cxviii. Beati immaculati. ¶ Significantes iudeorum insidias, & malignitatem, & Iudæ Schariotti prodicionem. xx. psal. Domine in virtute tua. xlix. Deus deorum dominus locutus est. &c. lxxi. psalmo. Dñs deus iudici. ¶ Ostendentes regnum eius, & iudicandi potatem, & eius presentiam in carne. xv. Conserua me domine, quoniam speraui in te, &c. ¶ Indicat eius in carne resurrectionem gloriosam. xxiii. Domini est terra, & plentudo eius. Et. xlv. Omnes gentes plaudite manibus. &c. Annunciant eius incolum ascensum. xcii. Dominus regnauit. xc. Cantate domino canticum nouum. cantate domino omnis terra. xcvi. Cantate domino canticum nouum, quia mirabilia fecit. xcvi. Dominus regnauit irascatur populi. Si leges, speculari poteris, quæ dñs nobis beneficia per passionem contulit.

¶ Talis est igitur stilus, & character psalorum ad hoim vtilitatem.

ATHANASII EPISCOPI ALEXANDRINI LIBER DE EXHORTATIONE MONACHORUM.



¶ Si quid gloriari, in Christo licet, huiusmodi principis initiati, ut sit inchoatio vestra perfectio, & ad veram viuendi frugem gradus interpositos preuolantes apice ipsius culminis occupato, disciplina suam teneatis, ut in votis habere debeat, & imitari quisq; vos q̄ posse credat. Instituti mihi tamē huius licentiam prerogative paternus ascriptus affectus, & amplectenda mihi vestra expostulationis exactio, quod dum me auditis non solum libenter, sed etiam auide, impudētē me vestro amore sistis. Precedentes duco, & ultra mensuram meæ possibilitatis extensus, quos sequi cupio, ducere compellor. Pergam igitur per tramitem vitæ vestræ, ut quasi, qui primis literarum imbuatur elementis depictis, adumbratis prerogationibus, notas stilo imitare calcabo, accedentibus ad sperata beati instituti premia, quæ sequenda sunt. Primum abstinentiæ cura, ieiunij, patientiæ, orandi assiduitas, & legedi, vel si quis adhuc literarum expers sit, audiedi sit, desiderij cum cupiditate discedi. Hæc enim sunt prima quasi laetentium cunabulorum in dei agnitione erepudi, a quibus homo admonitus ortus sui, diuini tramitis ingredi viam velle incipiat, dum posse consuecat. Et quidem ista tradens, non de vulgi promiscua fide loquor, quod omnipotentis dei tantum insinuata confessio, & innocentia singularis instillata doctrina, venia sola efficit esse contentum quamquam dominus noster, sicut legimus, omnes velit saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, tñ quia preminētis gratiæ cuncti capaces esse non possunt, nō enim omnes, qui ex israel sunt, israelitæ sunt, Nam & Ismael a consortio fraternæ hereditatis excluditur, & compugnantes Iacob, & Esau vnus vteri claustra ruperūt, vel contenti patre aqua viuæ, nos in holocaustum nostri, hostiam voluntariæ oblatiōis aptemus, de

AD MONACHOS EXHORTATIO.

Fo. CCCX.

syntes ef cas, & parantes, ac primatibus illis ad mensuram viæ hanc sententiam largietes. Omnis creatura dei bona, & nihil abiiciendū qd̄ cū gratiarū actiōe percipitur nos ad premiū gloriæ illo labore nitentes, bonum est non manducare carnem, neque bibere vinum. Et rursus. Omnis qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet, & illi quidē, vt corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam. Abstinentia enim continentia nutritrix est, quæ innupta, siue nupta, facilius possibilitatis frenos patitur, si non deliciarum calcaribus incitetur, Quā sic eos, qui ad summa nituntur, vel cupio, vel mando colere, ne putent in aliis crimen esse nuplisse, scientes scriptum esse. Bonū est nubere, melius est non nubere. Qui hoc enim illicitum credunt, ipsi premiū sui laboris imminuunt. Illicitis enim cauere, iugum necessitatis est, permissa vincere, munus arbitrii. Malis abstinere, disciplinæ merces est, bona supergredi, libertas meriti est, non finis imperij. Illud legis indultū est terminis hoc gratiæ referuatum ē incrementis. Ieiuniorum quoq; non sit volentibus certa mensura, sed in quantum possibilitas valet nisi laborantis extensa, quæ præter dominicam semper sint solemnia, si votia sint. His sese Moyses beatissimus præparans, affatib⁹ dei, dignus ingessit. His prædictas per ionā niniuite minas in placidam rursus flexere sententiam. His Getulie populus affyria obsidione conclusus, & vsq; ad deditionem sui, experta plurima virtute conterritus, ab olofernis tumentib⁹ minis constantis manu sceminæ meruit vindicari. His Mardocheus amā crudelē superbia preparato sibimet ligno, accepte pœnæ conuersione suspendit. His Iesus saluator noster in carne hominis quem assumperat, eruditus suadellas diaboli temptantis obtūdīt. Quas, & si aliter potuisset expellere, docēdos tamē populos voluit hac imitatione formare. Orationibus vero ita frequenter instadum est, vt vix eas aliquod tempus interpolleret. Scriptum est enim. Orationibus inflate, vigilantes in illis. Et iterum. Querite, & inuenietis, pulsate, & aperietur vobis. Per has amicus dormiens excitatur. Et quamuis omnem familiam sopor altus obsederit, depromi tamē sibi ac porrigi panes importunos expostulator extorquet. Has, si fieri potest, sola intercapedo dirumpat. Cuius rei cura in canonicis ponenda ē salubriter monimētis, nō quod apocripha debeamus præsertim ignorata damnare, sed quod ad sciētiam dei digestam, canonis seriem putem⁹ posse sufficere. Illa ei si consentiunt, superuacua sunt, si discentiūt, vitāda sūt. Sine legendi studio neminem ad deū itētum sine aut legendi studio nemo ad dominum eē valebit itētus. Primum quod huiusmodi opera ab aliis actibus caduce occupationis adducunt, & diuersorum exemplorum insinuata cognitio, vel honorum appetitiā, vel malorū factā esse cantellam. Neq; enim alias petrus apostol⁹ admoneret nos dicēs, parati semp estote ad rōnē reddendam, ad oēs poscētes vos de verbo spei vestræ, & fidei. Et apostolus. Non cessamus pro vobis orātes, vt impleamini agnitione ei⁹ in omni sapientia, & intellectu spiritali, & rur⁹. Verbum Christi habitet in vobis abundanter in omni sapientia. Nam, & in veteri testamento similem hominibus curam sacre præreptionis inculcauit eloquium. Sic enim Dauid ait. Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentia non sedit. Sed in lege domini voluntas eius, & in lege eius meditabitur die, ac nocte. Et ad Iesum naue deus loquitur. Non recedet liber iste de manibus tuis, & meditaberis in eo die, ac nocte. His quoq; negociis malarum cogitationum lubrica frequenter interserunt, & quamuis ipsa sedulitas animum ad deum præstet intentum, efficit tamen in sese mordax seculi cura sollicitum. Quod si hæc frequēter importune patitur religiosi labori deditus nunq̄ profecto illis carebit ociosus. Nam quoniam stude

O. v.

piorū membra digressimus, morum augmētā cumulemus. Illud autē extrā cōmō-  
 tionē puto, vt sit victus facilis, vestitusq; vilis, cum hæc tegēdi corporis gratia reperta  
 sint, non ornandi, & illa sustinende animæ potius, quam obruendę. His ergo, quæ su-  
 pra ostēdimus actibus mancipatus, oē odiū deponat inimici. Nec hoc tātum sine cō-  
 tiā fortī vincat imperio, & præcipue linguam custodia taciturnitatis obsep̄iat, ne in li-  
 tigium controuersia feruelcat, ne in maledictum procurrat, ne in obrectationē male-  
 dica serpat, ne in iurationē facilis prolatur, ne in mēdaciū ficta simulet, ne in circūue-  
 tiōe astuta calleat, ne in elationē superba iactetur, sed obleruans tempus tacendi, & tē-  
 pus loquēdi, omne verbum ociosum obnoxium sciat esse rationi. Nam ideo & Da-  
 uid beatissimus, ori suo custodiā deposcit. Et condiendū sale, benedicti Pauli pagina  
 sacra, sermonē constituit, & nullum indomabile mēbrum esse quā linguam, testifica-  
 ta Iacobi præcepta signarūt. Sit igitur qui huiusmodi viā scandit tacit⁹, mitis, bēign⁹  
 & quia charitatis insolubilis habetur abiect⁹, in studio parili semper alium iudicās po-  
 tiore. Hoc enī freno astringit inuidiam, quam vicinē sibi elationis sepi⁹ incitatā iudi-  
 cio, dum gratias referendi sibi honoris appetit, notā miseri liuoris incurrit nec primū  
 adeo vnusquisq; percipit si ab hominibus id requirit. Deus enim superbis resistit, hu-  
 milibus autem dat gratiam. Qui cum de huiusmodi studio discipulos erudiret, ip-  
 sum pronunciat maximum, qui minūsus velit esse cūctorū. Esto ab aliquibus frater  
 tuus propēsius honoretur, nec illos quasi minus amicos habeas, nec hūc, quia si emulū  
 prælate venerationis attendas, quin immo iudica circa te augmētū illius honoris acere  
 scere, sciens scriptum, si enim gloriatur vnum membrum congaudent omnia mēbra.  
 Vos autem estis corpus Christi, & mēbra. Nā quicūq; aliquē vestrū diligit omnē di-  
 gnitatem deo in quē vos coitis ascribit. In hoc silentium placet, in hoc affabilitas blā-  
 da diligitur. Hūc rudis, & innata simplicitas, hunc scientia erudita cōmendat. Huius  
 ius in ierūnī iugitate patientia, huius in abstinentiæ virtute cōtemptus, huius lectio-  
 nis assiduitate sedulitas pro diuinorum munerum diuersitate laudatur. Hęc autē  
 sicut scriptum est, operatur vnus, atq; idem spirit⁹ diuidēs singulos prout vult. Sicut  
 enim corpus vnum membra habet multa, omnia autē mēbra corporis cum sint mul-  
 ta, vnum tamen corpus sunt, ita & Christus. Omnes enim nos in vno spiritu, in vnum  
 corpus baptizati, sumus. Singuli vobis potestis oim honorū sumā præsumere, si nul-  
 lus se incipiat in eo, quod altero præcellit eferre. Sed enim vos inuicē nexu astricte cha-  
 ritatis arctabitis, tūc eos, qui foris sūt, & i seculari actu adhuc mūdialibus viculis colli-  
 gantur, nolite atentioris vitæ austeritatem damnare, scientes scriptum. Nolo iudicēs  
 tis, ne iudicemini. Et iterum. Tu quis es, q iudicas alienum seruum? domo suo stat,  
 aut cadit. Potens est enim statuere illum deus. Magis benignitatis adhortationibus  
 & illiciente blandimento viā veritatis ostensa. Nubem erroris aperite, vt non trahi in-  
 cipiat vnusquisque, sed sequi prædetenti. Semper duriora plectenda sunt, ne viribus  
 inclinata curuatio priusquam in circulum veniat fatiscens fragmem effundat.  
 Huic enim sepius scandala vulgi dicaciter gignūtur. Dum ad religionis iugum cen-  
 sorium arogatur imperium, vita nostra iubeat, lingua persuadeat, quia plus auctori-  
 tatis gestat exemplū, & iugerit appetentiā sui morum lenis formatio. In oi igitur actu  
 vestro quasi speculo relucente fulgere. Vbiq; circūspecti, vbiq; solliciti, nequid liuor  
 inueniat, ne quid rumor vel falsus infligat. Fœminas probas & religionis studio ves-  
 tro deditas, cum mensura venerationis honorate, vt nec austeritas inhumana, nec sedu-  
 litas sit remissa. Accessus ad vos inuicem vester non ingessus sit, sed innatus, quem

causa fecerit non quem causa sibi relaxarit. Plures audite cum pluribus, aut si quā alte-  
 rius sexus frequentia deerit, vel annorum cuiusquam est probata grauitas, vel celebra-  
 tas loci, vel ratio temporis, id hōesse, quia præcipue vobis etas, hora, sollicitudo, vitāda  
 sunt nunquo mihi fas sit, de his qui vere semel deuota deo pectora dicauerunt, secus  
 estimare aliquid, sed vt ex habundanti lic omne quod fingi potest, tanq̄ possit & cre-  
 di caueamus ne in nullo famę nostræ vulnere serpat nata ab occasione suspitio. Ip-  
 sa famę semina priusquam linguis nutriantur intereant. Non tamen nobis fides fas-  
 ti, sed possibilitas etiam religanda mendacii. Beata enim vita est præclara, de qua ni-  
 hil licet falsitati. Neq; in ego hoc iudicium meum austerus censor arripui, sed coele-  
 ste imperium monitor blandus assumpsi, nam & sic ait apostolus, zelans vos dei ze-  
 lo despondi enim vos vni viro virginem castam exhibere christo, sciens scriptum esse,  
 ne ponatis offensionem, vel scandalum fratri. Et iterum sine offensione estote iudeis  
 & gentibus, & ecclesiæ dei. Et iterum. Non ergo blasphemetur bonum nostrum. Et  
 iterum. Vt quid enim libertas nostra iudicetur ab infideli cōscientiā Et iterum. Om-  
 nia autem vestra, honesta fiant. Et iterum. Commandantes vosmetipsos ad omnem  
 conscientiam hominum coram deo. Et iterum. Prouideamus bona non solum cor-  
 ram deo, sed etiam coram hominibus. Et iterum. Vt is qui ex aduerso est, confunda-  
 tur, nihil habes dicere mali. Neq; me præterit secularis laboris inuidia in obrectatio-  
 nem semper religionis ardere, & mordacem malignis rumoribus dentem ipsū  
 dicacitatis infigere. Vtatur sua mundus natura, dum nihil in nostra inueniat discipli-  
 na. Falsitas ex more iactetur, dum nec verisimile quidem possit esse qd dicitur. Ne-  
 mo ideo debet contemnere vulnus infamie, quia semper consueuerit rumor simula-  
 re. Sed eo attentius præcauere, quod soleat etiam ficta componere. Nemo ab obrecta-  
 tionis metu redditur, obrectandi solemnitate securus, neque est negligentia causa  
 sollicitudinis continuata materia. Sit igitur pudoris ac reuerentiæ vestræ tuta, ac cit-  
 cunctis custodia. Neccarius e domo, & rarus egressus, quem aut religionis ratio  
 extulerit, aut ad substantiam victus causa excercendi operis ordinarium. Muneribus  
 cunctis, nisi quæ ad quotidianum cibum annuumq; vestitum suppetant, abstinen-  
 tes scientes scriptum esse. Habentes autem alimēta, & quibus tegamur, his contenti  
 simus. Et iterum. Vt honeste ambuletis ad eos, qui foris sunt, & nullius aliquid desy-  
 deretis. Nec quidem præbendæ elemosinę gratia vltra supradictos victus ab vilo  
 quippiam præsumatis, scientes scriptum. Si enim voluntas prompta est secundum  
 id, quod habet, acceptum est, non secundum id, quod non habet. Sic illa euangelici  
 sermonis diuina sententia annum pauperem inter larga locupletum munera ge-  
 mina tantum gra mittentem magnifica accepta largitione ditauit, quia non potest  
 parum esse, quod totum est, neq; quisq; amplius dedit, q̄ qui sibi nihil reseruauit.  
 Hęc si cui præter vos nimium videbuntur astricte, qui dei claustra pulsare tentauerit,  
 prout ratio sua tulerit, relaxabit ne quis forte, aut connexus sit coniuge, aut liberis  
 impeditus. Habet præter hæc carta substantię plurima, quæ sequatur, neq; se repul-  
 sum credat, sed aditu alterius vocationis admissum, sicut scriptum est. Vnusquisque  
 in qua vocatione vocatus est, in ea permaneat, non tamen vt propensioem curam pa-  
 trimonio, quam religioni in caducis magis occupatus impendat, agnoscens scriptū  
 esse. Et possidentes tanquam non possidentes, si quē tamē posteritatis cōpede felicio-  
 natura, si intelligatur, absoluerit, causam herendi in mundo, nisi ignarus est dei mu-  
 nerum, non habebit. Cur enim viuendi voluntatenon soluat, quod moriendi leg erū-  
 pendum est, faciens de sorte mercedem, vt de necessitate virtutem augeat. Quin

imo, qui in sua re familiari de patris magna, de vilibus præciosa æterna facit de caducis, solus est postquam peruenerit in sempiternum patrimonium sui possit esse possessor. Si avarus non est, debet desiderare perpetua, sciens scriptum esse. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, ubi tinea & rubigo exterminat, & ubi fures effodiunt, & furantur. Thesaurizate autem vobis thesauros in celo, ubi neque tinea neque erugo exterminat, & ubi fures non effodiunt, nec furantur. Hoc enim ei, qui non aret filiis hortamentum est, qui caret imperium. Ista vos cuncta congrua temporibus apta personis, referta exemplis condita blanditiis, affatu illice hortamenti mitis integritate facilius hoc potest persuadere, qui facit. Neque enim aliquo horum omnium fructu iuvidi estis, cuiusquam estimatio ne fraudandi. Erat vobis certe corpus firmum, ætas integra, rudes animi, quamvis angustia pro huius generis varietate patebat, vel negociandi visus, vel studium militandi. Diuersas artes innumerari actibus mundi augere facultatis officia. Postremo non deerat, vel pauperum vxor, quæ viuendi pararet voluptatem, & in ista humanis sensibus pignorum blandimenta. Que vos omnia cui de corpore, & castis sensibus respuentes diuinae sententiae formam religiosi actibus custoditis. dicite scriptura. Quicumque plures me fecerit domum, aut vxorem, aut filios non est me dignus. Vestra igitur ita exempla, nec illi de meritorum summa angustia sui estimatio desperet. quæ substantia parili ad studium vite huius aduenerunt. In hoc ergo filii Charissimi viuendi tramite constituti, vacate, & videte, quoniam in suauis dominus dies, noctesque lectioibus, atque orationibus ducite, & mei semper, quæ in opere, & scientia abortium omnium sacerdotum præceptoribus vobis tantum habuistis eligere. memoretote, vigilate, state fide, viriliter agite, confortamini, omnia vestra in charitate fiant, & deus pacis erit vobiscum.

**R**elatio Miraculorum Domini nostri Iesu Christi, quæ per imaginem ipsius facta sunt, in Beritho ciuitate, quinto Idus Nouembris.

**I**N PVD CAESAR EAM Cappadocię vrbe præmaximam conuenientes de singulis vrribus Asiae sanctissimi præsules, pro stabilitate sanctae ecclesiae inierunt consilium. Si quidem apud eos, de cruore lateris domini nostri Iesu Christi non exiguus error exortus esse videbatur. Quia ex re, ut præfati sumus, in iam dicta vrbe maximus congregatus esset sanctorum Episcoporum conuentus, ut ex hoc errore in unum tractare deberent. Sed dum cuncti ex more in sanctam ecclesiam ad residendum se contulissent, Petrus beatissimus Nicomedię vrbis antistes, in medio eorum consurgens, ita ad vniuersos exorsus est loqui. Si placet, inquit, vestre sanctitati, o sanctissimi patres, libellum vnum Athanasii Alexandrinę vrbis magni episcopi, me vobis referre delectat. Sancta synodus respondit, Placet plane, & ut legatur optamus. Ad hæc ille libellum in medio protulit, & materiam ipsius tituli taliter aggressus est legendo.

**I**ncipit Libellus Athanasii Episcopi Alexandrinę vrbis, de passione imaginis domini nostri Iesu Christi, qualiter crucifixa est in Syria, in vrbe, quæ Berithus dicitur, temporibus Constantini senioris, & hyrenę vxoris eius.

**M**LECTISSIMI itaque omnes filii sanctae ecclesie, mentis vestre oculos simul, & aures erigite, & considerantes admiremini rem gestam quam ad vestram scientiam transmittere cupimus. Cernite cuncti infinita dei omnipotentis mirabilia, & ei laudes incessabiles reddite per sæcula. Contemplemini eius ineffabilem per cunctas generationes benignitatis magnitudinem multis modis luce clariorem super humanum genus resplenduisse semper. Considerate sublime dispensationis eius mysterium, & ideo ex nimia eius pietate permoti assumite planctum, lacrimasque amar-

ras proferre mementote, ac singultibus super tale miraculum in nostra generatione patratum, quod pene omnibus sæculis est mandatum. Deo quippe nihil impossibile, sed etiam nec aliquid est difficile. Nam super ea, quæ ipse modernis dignatus est patrare temporibus omne cor obstupescit, audientium fugit visus, hebetatur auditus. Sicut enim in passione vnigeniti ipsius expauit celum, dei cæca imago est redempta, radii quoque solis luce obtenebrati sunt, quinetiam terræ motus suo horrendo sonitu abyssi fundamenta valide exterruit, & mortuos plurimos quos tenebat, eructauit viuificatos, ita & nunc secundo eadem signa pariter sunt innouata. Igitur audientes intelligite, intelligentes obstupescite, & ea, quæ vobis intimare curamus, plena fide, & aure intenta cordis percipite, Est autem huiusmodi series narrationis.

## CAPITVLVM PRIMVM

**E**ST quedam ciuitas, in Syria inter terminos Tyri, & Sydonis posita, Berithus vocata. Antiochię vero subdita. In hac vrbe innuerabilis multitudo erat hebreorum, quamuis eodem tempore ciuitas Metropolitana obtineret dignitatem. Accidit autem, ut iuxta synagogam hebreorum, quæ magna valde habebatur, quodam suscepisset cellulam, celsamque ei ex ea redderet. In qua dum ingressus esset ad habitandum iconam domini nostri Iesu Christi, quam apud se habebat, fixit in pariete contra lectuli sui faciem, quæ etiam continebat in se integram domini staturam. Euoluto denique non paruo temporis spacio, iam prelibatus deicola perquirere studuit in alio loco eiusdem vrbis spaciosam domum ad habitandum. Quam cum reperisset, tollens cuncta, quæ ad se pertinere videbantur, egressus est de cellula. Domini autem prouidentia id agente, Iesu Christi domini nostri iconam ibi neglectam reliquit. Hoc autem domini occulto peractum est consilio, qui vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, ut ostenderet cunctis se colentibus suorum miraculorum virtutem ad increpationem impiorum, firmamentum quoque suorum fidelium. Factum est autem post hæc, ut Hebræus quidam eandem cellulam suscipere ad habitandum. Quam ingressus, cum suis omnibus cepit habitare in ea, minime contemptus locum illum, qui domini cam iconam apud se retenebat absconditam. Die vero quadam idem Hebræus, de suis contubernibus inuitauit vnum ad prandium, Epulatis illis eleuauit Hebræus, qui inuitatus fuerat, oculos, & vidit in interiori loco cellule eius iconam domini cam parieti connexam. Tunc vehementi furore exarscens, cepit fremere dentibus aduersus eum, qui ipsum conuocauerat, dicens. Tu Hebræus cum sis, quomodo apud te Iesu illius Nazarenæ iconam habes repositam? Conuitia quoque, & opprobria tanta aduersus dominum saluatorem emisit, quanta nec aures fidelium sufferre possunt nec nos scriptis tradere præsumimus ob iniuriam nostri redemptoris. Iudeus vero, qui illum maluolum conuocauerat ad prandium satisfacere illi cupiens, sacramentis terribilibus profitebatur se aliquando minime, quam præmonstrabat vidisse iconam. Ad hæc, qui inuitatus fuerat, siluit, finito autem conuiuio abcessit, & abiit ad summos sacerdotes, & principes, & dixit eis. Notum vobis sit, quoniam hebræus ille talis Iesu nazarenæ iconam apud se retinet clanculo. At illi hæc audientes, dixerunt ad eum. Nunquid possunt vera esse, quæ asseris? non credimus, nisi demonstra ueris. Ipse vero affirmabat, quia ego in domo eius eam demonstrare curabo. Hæc illi audientes maximam in iram deciderunt, sed die illo, quia iam hora incumbebat

Quo pa-  
cto ora-  
tionibus  
instandū

vespertina siluerunt. Mane vero facto summi sacerdotes, principes, & maiores nati-  
plebis iudeorum assumptes secum illum, qui deum accusauerat, ad domum ipsius  
velocius festinauerunt. Videntes autem vera esse, quae dicta fuerant, facto impetu  
cum eo, qui haec testificauerat irruerunt in eum, multisq; contumeliis, ac variis crucia-  
tibus affectum/extra synagogam semiuiuum proiecerunt.

## CAPITVLVM secundum.



**E**PONENTES autem domini nostri Iesu Christi iconam in ter-  
ra, dixerunt ad inuicem. Quoniam aures nostras tetigit non exigua  
opinio, quod Iesum Nazarenum patres nostri diuersis modis illu-  
serunt, ita & nos hinc faciamus. Tunc ceperunt spere in faciem  
imaginis domini saluatoris nostri, & percutiebant eum alapis, & in-  
de dicentes. Quanta Iesu Galileo nostri genitores fecerunt, ea-  
dem & nos huic eius imagini faciamus. Innumerabilibus itaq; illusionibus domi-  
nicam illuserunt iconam. Iterum dicunt, in eius passione scriptum esse agnoscimus,  
quod eius pedes, & manus in cruce confixae sunt, nos vero quamuis modernior  
res tempore nil, praetermittentes addamus & haec. Tunc cruciigentes iconam do-  
minicam/clauos acutissimos adhibuerunt in manibus, & pedibus illius imaginis.  
Post haec permoti magis, ac magis fellis amaritudine dicunt inter se. Audiuimus  
quod patres nostri Iesu Galileo acetum, & fel in potum cum spongia prebuerunt, hoc  
hinc & faciamus, quod & sic fecerunt, apponentes ad os sanctae icone nostri redem-  
ptoris acetum cum felle mixtum. Nec sic itaq; cordis sui maliciam refrenantes, iterum  
dicunt. Didicimus quod nostri maiores coronam contextam de spinis capiti illius  
crucifixi circumponebant, postmodum arundine percutiebant/inultantes ei, & nos  
igitur nequaquam postponentes id ipsum faciamus. Cumq; coronam spineam ca-  
piti illius circumposuissent, accipientes arundinem, percutiebant caput imaginis  
illius, qui caput est omnium sanctorum. Ad extremum vero, cum insaniam suae me-  
ris tolerare non possent, dixerunt, sicut veraciter didicimus, patres nostri Iesu  
lancea aperuerunt. Nos vero ne aliquid minus fecisse videamur, & hoc ipsum adii-  
ciamus. Nullam adhaec moram mediam fecerunt, & afferrē lanceam iusserunt, & pre-  
ceperunt cuidam hebreo collere eam, & valido ictu Iesu dextram icone illius transcodere.  
Cumq; tam maximum facinus fuisset perpetratum, res mira, & vehementer stuper-  
da, nulloq; vnquam saeculo vnquam audita/ibi repente est effecta. Nam ipsius vulneris locus  
aqua, & sanguine illico coepit decurrere. Et sicut in passione dei filii saluatoris mundi  
olim contigit caelum expauisse, ita nunc quoq; pariter deo praestante eadem innoua-  
tur, siue reparatur. Vere enim in hoc facto non solum elementa mundi concuti potue-  
re, sed etiam virtutes superne tali facinus exhorruere. Tibi ergo Christe cum patre, ipsi  
rituq; sancto sit gloria indeficiens. Quis enim est sicut tu domine, & quis est deus facies  
mirabilia signa, & terribilia, & obstupescenda in caelo, & in terra? O admirabilis media-  
tor dei, & hominum, hominibus mundi redemptor, ac saluator totius bonitatis, & pietatis  
fons, & origo. O quantus es domine Iesu in humilitate, qui cum esses deus morticinium nostrae  
carnis suscipiendo homo fieri dignatus es, pro salute generis humani, quem impij, & cru-  
deles paulominus ab angelis minoratum cernentes, horribili morte plectere non erubue-  
runt. O quam magnus es noster saluator in patientia, qui in tempore tuae traditionis tuo proditori  
ad te veniedi oculum prebere non renuisti, & seruo Malcho apostoli gladio abscissa au-  
ricula reditegrasti, quoniam ad passionis ictum velut ouis mansuetam ducebaris. O quam  
es in misericordia Christe, spes vnicam mundi, qui cum in cruce te ipsum hostiam deo patri exhibuisses san-

ctam, & immaculatam, pro tuis crucifixoribus veniam postulasti, dicendo ad patrem  
Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Tunc quidem pro nostra salute iur-  
uatus, in eadem carne, quam ex virgine sancta, & immaculata assumpseras, mortem per-  
tulisti crudelē, & qui eras in substantia cum patre, sanctoq; spiritu vnus, & impassibilis  
existens, & inuisibilis, condoluisti humanam perire naturam. Et ideo in hac lachry-  
marum valle descendens pro nostris erratibus, & piaculis formam seruilem suscepisti, in  
qua te permisisti ab iuicis teneri, flagellari, ad ultimum vero crucifigi. Nunc autem in facta  
immagine tua crucifigeris domine iterum ad confusionem imperiorum omnium fidelium, &  
ad corroborationem omnium ite credentium. Et ideo tibi omnipotenti deo, vna cum patre, spirituq;  
facto gloria sit, per cuncta saeculorum saecula decus, & fortitudo, virtus, atq; victoria. Amen

## Capitulum tertium.



**V**DATE OMNES ecclesiae filii cetera, quae postmodum facta sunt,  
ipsius enim misterii sunt dispensatio. Postquam enim, ut superius dictum est  
latus sanctae imaginis illius lancea apertum est, continuo exiit sari-  
guis, & aqua. Dixerunt autem principes sacerdotum, afferatur vas  
ad locum vulneris, & videamus exitum rei. Qui illico detulerunt Hy-  
driam, & ad locum vulneris, vnde sanguis, & aqua decurrerent, statuerunt.  
Quae absque vlla mora subito repleta est. Dixerunt autem ad inuicem. Quoniam susurrat Chri-  
stus colentes quae signa, & mirabilia multa iaudita fecerit in mundo, quae nemo alius potuit  
agere. Accipiamus hunc sanguinem, & aquam hanc, & deferam ad nostram synagogam, &  
congregemus vniuersos, qui se male habent, & ex hoc perungamur eos, & si vera sunt ea, quae de  
Christo dicuntur, continuo sanabuntur. Sin alias, ostentui habeantur a nobis cuncta, quae a  
suis sequacibus astruuntur de eo. Haec dicentes, Hydriam deferunt ad synagogam estis,  
matres se Christo Iesu domino nostro aeterni regis filio maximam inferre posse iniu-  
riam. Congregauerunt igitur quoscunq; reperierunt languidos, & in conspectu cunctorum  
hebreorum introducti in synagogam, inter quos quidem prouectus aetatis erat homo, quem a nati-  
uitate sua grauissima possederat corporis molestia, quae graecae locutione peralysus, la-  
tina vero dissolutio membrorum dicitur. Hic dum primum ab eis fuisset perunctus  
repente de suo grabato, quasi ceruus exiliens, ad laudem filii dei incolumis redditus  
ad propria remeauit. Deinde adducentes cecos nonnullos, loca eorum luminum perunge-  
re studuerunt. Qui ipsi statim in Iesu Christi nomine discussa cecitate post multos  
annos lumē amissum recipere meruerunt. Egrotantes autem plurimi ad hoc spectaculum  
sunt aducti manibus post terga reuinctis. Cuius & illi fuissent peruncti, mirabili dei  
virtute vndiq; perfusi, solum re integrato pristino, ad propria dum reuertuntur sanissimi.  
Miles laudes dei omnipotentis filii Iesu Christo domino saluatori nostro persoluunt ab omni  
populo. Tumultus autem exortus est magnus pro tota eandem urbem concurrentibus omnibus, propter  
innumerabilia, quae fiebant miracula. Et quicumq; variis langoribus infirmos possessos ha-  
bebant apud se, illuc eos deducetes perungebant, & statim sanitatem quam desideraba-  
bant, consequerentur. Omnes autem ad quoscunq; peruenire potuit opinio, afferentes infirmos,  
quos habere poterant in domibus, palaticos, cecos, claudos, surdos, mutos, & leprosos si-  
ue aridos, deducebant eos ad synagogam iudeorum, ubi haec fiebant signa diuinitus.  
Sed quauis maxima esset haec eadem synagoga, nequaquam tamen recipere poterat super-  
uenientium multitudinem. Infinitus enim erat populus cateruq; quae vndiq; illuc confluebant propter  
innumerabilia miracula & prodigia, quae pro sua nimia prolixitate ne fastidium ge-  
nerent, transgrediendo praetermittuntur. Omnes autem principes sacerdotum, & senio-

res, & omnis turba iudeorum paruulorum, ac maiorum, & mulierum videntes, quæ facta fuerant, crediderunt in dominum nostrum Iesum Christum, & dicebant. Gloria tibi sit eterne deus, & omnipotens pater, qui nobis indignis, quamuis sero, reuelasti unicum, filium tuum dominum nostrum Iesum Christum, quem ut Ysaie vaticinium cecinit, virgo concepit, & virgo peperit, ac post partum virgo permansit. Gloria sit tibi Christe, quem patres nostri verum deum, & verum hominem in cruce morte horribili afficere non metuerunt, qui nunc etiam a nobis iterum passus es in imagine tua cruci affigere. Gloria sit tibi Christe fili dei, qui tanta mirabilia nobis miseris demonstrasti. Te credimus, tu nobis esto propicius, & nos suscipere dignare, quia ex toto corde, & tota anima, atque virtute ad te confugimus. Hæc & his similia clamantes dicebant, lachrymas autem amaras emittebant, & singultus.

## Capitulum quartum.



**OSTQVAM** autem curati sunt cuncti, qui egritudine detinebatur occurrit omnis multitudo iudeorum ad domum sanctæ ecclesiæ, que in eadem vrbe erat, vbi Metropolitanus Cuius prouolutive stigitis, se peccasse se grauiter deliquisse magnis vocibus fatebantur. Qui cum ab eis perquireret omnem rei geste veritatem, factam iconam domini saluatoris eidem demonstrantes annuntiauerunt cuncta, que in ea exercuerant. Et qualiter ab ictu lancee sanguis, & aqua emanauit ex latere ipsius, necnon & de mirabilibus ab ea ostensis, illi retulerunt per ordinem. Ille vero interrogabat, qualiter icona ipsa ab eis fuisset reperta, & si ab aliquo eam excerpissent. At illi retulerunt, ei, quod quidem christicola per obliuionem in cellam synagoge proximam dimisisset eandem iconam, dum se ad alium locum transferret hospitandi gratia. Qui statim iubetur inquiri, & repertus in presentia domini metropolitani statuitur. Cumque ab eo studiosissime fuisset interrogatus, quomodo icona apud se deuenisset vel a quo tam mirabiliter posita esset, respondit dicens, quod Nichodemus qui ad Iesum nocte venerat, propriis manibus eam composuisset, & moriens gamalieli tradidisset. Gamaliel autem doctoris gentium pauli Didiscalus, cum diem sibi cerneret adesse extremum, Iacobo eam reliquit, & Iacobus, symeoni, & Symeon, Zacheo, & sic per successores temporum in Iherosolima perdurauit, usque quo subuersio illius urbis patrata est quadragesimo, & tertio anno post ascensionem domini saluatoris ad celos. Sed biennium antequam titus, & vespasianus eandem subuerterent urbem, admoniti sunt a spiritu sancto fideles, atque discipuli Christi, ut relicta vrbe ad regnum se transferrent agrippe regis, quia ipse tunc agrippa romanis foederatus erat. Qui egressi ab vrbe, omnia, quæ ad cultum nostræ religionis, vel fidei pertinere videbantur, secum auferentes in has regiones transtulerunt se. Quo tempore etiam icona, cum cæteris rebus ecclesiasticis deportata, usque hodie in syria permansit, quam ego ipse a parentibus ex hac luce migrantibus traditam iure hereditario usque nunc possedi. Hæc certa, & manifesta ratio est de icona sancta domini saluatoris, qualiter de syria in iudeæ partes deuenit. Auditis his sermonibus reuerendissimus Metropolitanus valde hilaris reditus, conuersus ad populum israeliticum dicebat. Conuertere israel ad dominum patrem vniuersorum viuientium, & adora nobiscum eius filium per quem sunt omnia creata, & spiritum sanctum, qui est viuificator cunctorum viuientium, & illuminator nostrarum animarum, festina debitum absol-

uere votum. Omnis aut turba stirpis iudaicæ, clara voce coepit catere, & dicere. Vnus Deus pater, & ipse ingenuus, vnus filius, & ipse vni genitus Christus, quem patres nostri crucifixerunt, & nos ipsum agnouimus verum dominum, vnus Spiritus sanctus, & ab utroque procedens, per quem veraciter nos credimus esse saluandos. Hæc dicentes prostrati genibus ipsius veniam postulabant de suis consequi sceleribus, per baptismi remedium. Quos suscipiens beatus antistes cum suis clericis, per dies plurimos de disciplina erudiuit Christiana. Ad vltimum vero catecuminos factos, & triduo peracto ieiunio, ex aqua, & spiritu sancto regenerauit eos.

## Capitulum quintum.



**OSTQVAM** vero baptismum consecuti sunt, rogabant enixius sanctum virum, ut synagogam suam ecclesiam consecraret in honore sancti saluatoris mundi, quorum petitionem minime aspernatus synagogam illorum, quæ maior esse videbatur in nomine vni geniti dei filii redemptionis mundi consecrauit. Extunc itaque per diuersas orbis terræ nationes, & prouincias mos inoleuit, ut basilicas plurimas, & oratoria pontifices christianæ legis in honore sancti Saluatoris mundi condere, & dedicare non desinat. Nam antea antiquiores nostri, vel maiores hoc peragere minime presumpserunt. Sed ad narrationis vestrae ordinem reflectamus articulum. Rogauerunt autem Metropolitanus presatum virum, ut ceteras synagogas eorum in honore quorundam beatorum martyrum consecrando reconciliaret. Itaque & huic petitioni libenter animi accommodauit, & quæ illi suggererunt, dei iuuamine fretus cuncta expleuit deuotus. Factum est gaudium magnum in ciuitate illa non solum de sanitate corporum, quæ emanauerat maxima, sed & de tantis animabus, quæ ab iteritu Sathanæ ad vitam eternam fuerant reuocatae.

## Capitulum sextum.



**ENERABILIS** Vero, & summus antistes die, noctuque variis fluctuabat cogitationibus de ydria, quæ dñicum intra se retinebat cruorem, valde hesitans quid de ea opportunum fuisset peragere. Tandem autem salubri reperto consilio omnium ecclesiarum, quæ per orbem terræ longe, lateque consistebant inestimabile, atque profuturum prouidit consolationis remedium. Denique ampulas precepit fieri vitreas in quibus portiones misit singulas de sanguine, & aqua, quæ de imagine domini Saluatoris nostri decurrerent, quas etiam per asiam, affricam, europam, per suos nuncios dirigens cuncta, quæ apud urbem iam dictam suo tempore contigerant, deuenisse suis scriptis, vel eloquiis manifestissime vniuersis sanctæ ecclesiæ filiis viriliter declarauit. Hoc insuper ab eis efflagitans, ut per annos singulos in mense nouembris, qui apud hebreos est nonus apud nos vero mensis vndecimus, nono die ipsius mensis, id est, quinto idus nouembris non minori reuerentia, quam natalis domini, vel paschalis ista dies præcipua obseruatione colatur.

## Capitulum Septimum.



**DE** AEC Est vera, & vehementer credula ratio de cruore lateris domini nostri Saluatoris, qui profluxit de sancta imagine ipsius, quæ crucifixa est, in syria in Beritho ciuitate. Hic est etiam sanguis ille domini, qui apud plerisque repertus esse dicitur. Nec esse aliter estimandum est a vere catholicis præter id, quod scribitur a nobis, quasi ex carne, & sanguine Christi aliquid possit in mundo inuenire: nisi illud




**ATHANASII**

quod in ara altaris per manus sacerdotū quotidie spiritualiter efficitur. Hec ergo factus  
ens amantissimi patres, & fratres acceleravi declarare, vobis ad edificationem animarū  
rum vrarū ad incrementum vrae fidei, vt & in hoc scire valeatis quanta sit virtus, & pie-  
tas dñi Saluatoris nri Iesu Christi, Idcirco i fide fortes estote, & cōgaudete sup magna  
& obstupescenda eius miracula, quē in nostra gnatione a deo sunt patrata, & date illi  
gloriam cum leticia gaudentes, & cum nimia cordis cōpunctione eius maiestati im-  
mētas grās agite, eo qd fidei suae, & scientiae dignos, nos fecit esse ipi Christo Iesu Sal-  
uatori nro cum p̄re, sanctoq; spiritu gloria sit, honorq; laus etiam perennis, qui tempi-  
ternum, atq; indiuisum absq; initio, & sine obtinet imperium. Amen.

**F I N I S.**

**Incipit Athanasii epistola, & egyptiorum p̄tificum ad Marcum papam  
pro exemplarib⁹ Niceni concilii, quia Arriani eorū exēplaria incendierant.**



**OMINO** Sancto, & apostolici culminis venerando Marco sancte  
Romanae, & apostolice sedis, atq; vniuersalis ecclesie Papae, Athana-  
sius, & vniuersi egyptiorum episcopi. **Ad** vos peruenisse non dubi-  
bitamus quanta, & qualia ab hereticis, & maxime ab arrianis quoti-  
die patimur, quoniam in tantum ab eis persequimur, vt etiam viue-  
re iam nos tēdeat. Nam instanti tempore subito, & imperate in nos ir-  
ruentes, nosq; iuxta p̄ceptum domini, qui ait. Si vos persecuti fuerint in vnam ciuita-  
tem, fugite in aliam fugiendo p̄pter cladem populi eos declinantes, nos comprehēde-  
re non valuerunt, sed omnia nostra depopulati sunt. Intantum etiam nostra vastauerunt,  
vt nec libros, nec vestimenta ecclesiastica, aliaq; ornamenta, nec reliqua vniuersa no-  
bis dimiserint, libros vero nostros vsq; ad minimum incendentes, nec reliqua vnum relin-  
quentes p̄pter veritatis fidem Nycenam synodum, qua clerus, & populus iubeatur,  
& maxime iam imbuti erāt, in contumeliam nostram, & omnium Christianorum in-  
cenderūt. Quapropter precamur pater beatissime, quia non dubitamus apud vos ple-  
naria esse Niceni concilii exemplaria, vt illa nobis, quę sanctę recordationis p̄decesso-  
ris vestri Siluestri fuerunt, sub tuta mittatis stipulatione. Nam quando p̄dictę sy-  
nodo cum pontifice nostro, id est, Alexandrinae magnae ciuitatis episcopo in diacona-  
tus interfuimus officio, sub nostrae presentiae testimonio per beatos viros Victorē, &  
Vincentium presbyteros apostolice sedis apocrisarios, missa sunt, p̄dicto Papae Sil-  
uestro cum a stipulatione lubnexa capitula septuaginta. Sane presentibus nobis octo-  
ginta capitula in memorata tractata sunt synodo semel, & quadraginta a grecis greca  
dicta lingua, & quadraginta a latinis similiter dicta latina lingua, sed visum est treces-  
tis decem, & octo patribus sancto spiritu repletis in p̄dicto concilio congregatis, &  
maxime iam dicto Alexandro, & apostolice sedis apocrisariis, vt decem capitula adu-  
narentur aliis, atq; congruis in locis infererentur, & ad formam septuaginta discipulo-  
rum, vel totius orbis terrarū linguarum septuaginta tanti, & tam excellentis concilii fie-  
rent capitula, quę omnem Christianorum informarent orbem, & omnes sub sacerdos-  
tali noie, & Christiano degētes vna fides, & vna sacerdotalis regeret norma, nec quisq;  
a suo dissideret, capite. Nunc ergo quia, vt p̄dictū ē, inimici sanctę dei ecclesie, & maxi-  
me Arriani, a quibus quotidie expugnatur, cōpimur & opprimimur, p̄fata septuagin-  
ta Niceni concilii capitula, quę p̄fata synodo iam facta, iubente domino meo Alexan-  
dro omnium episcoporum decreto attuli, quę etiam coram omnibus recitavi, atq; tra-  
scripsi, sunt igne combusta, optamus vt a vestra sanctę sedis ecclesie auctoritate, quę est


**Arriani.**

**Nicenu  
concilium**

**MARCI PAPAERE SCRIPTVM**

mater, & caput omnium ecclesiarum, ea ad correctionem, & recreationem fidelium or-  
thodoxorum percipere per presentes legatos mereamur, quatinus vestra fulti auctori-  
tate, vestrisq; precibus roborati, illesi a memoratis emulis sanctę dei ecclesie, & nostris/  
euadere, nobisq; commissos eruere valeamus. Vere nouimus apostolatus vri cor gra-  
tia Sancti spiritus intatum esse accolum, vt omnibus oppressis succurratis, quāto ma-  
gis nobis, qui licet exigui ordinis, tamē vestri sumus, vobisq; obediētes, cum omnib⁹  
nobis commissis, & sumus, & esse semper volum⁹. Ideo decet, & oportet vos nobis hęc  
quę rogamus, & alia, quę necessaria, iuxta sapientiam, quam vobis p̄stitit altissimus,  
esse cognoueritis, absq; tarditate p̄stare, vt tantę miserię squalores a fidelium metis  
bus detergantur, & quasi vulnus corpori infixum, auditu tantę miserię obferato saluta-  
ri curetur antidoto, vt diuino freti iuuamine, vestraq; auctoritate, atq; auxilio roborati  
aduersantium tergiuersationes euadere valeamus, atq; incōfuso vultu non fraude cu-  
iusq; pulsati assistere eterno iudici mereamur, & vocem audire inquietem. Euge serue  
bone, & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam. Intra in gau-  
dium domini tui. Et subscriptio. Orantem pro nobis sanctum apostolatum vestrum  
suis dominus conferuet temporibus.

**Rescriptum Marci Papae de missione capitulorū Niceni cōcilii Atha-  
nasio, & omnibus egyptiorum episcopis.**



**OMINIS** Venerabilibus fratribus Athanasio, & vniuersis egyptio-  
rum episcopis, Marcus sanctę Romanae, apostoliceq; sedis, & vniuer-  
salis ecclesie Episcopus. **Doleo** fratres, & nimium contristor super  
afflictione vestra, sed oppido consolor, qd vento agitata non estis ha-  
rundo, sed recti i fide iter omnes procellarum, & turbinum afflictio-  
nes inter omnes colluctationes incessanter perduratis. Lectis ergo fra-  
ternitatis vestre literis, vigorem constantię vestre, quam olim noueram, agnouimus,  
congratulantē vobis, qd ad custodiendum gregem pastoralem curam vigilanter inse-  
quimini, ne lupi, qui sub specie ouium subintrarunt, bestiali seuitia simplices quasq; di-  
lacerent. Qui non ad hoc subintrarunt, vt aliqua correctione proficiant, sed vt ea, quę  
sunt sana, corrumpant. Quapropter moneo, & hortor dilectionem vestram, vt bonū,  
quod cœpistis ad miniculante diuina gratia, vsq; in finem perducere satagatis, verita-  
tis voce monente. Beatus, qui pseuerauerit in finem. Vnde enim beata perseuerantia  
nisi de virtute patientiæ? Nam iuxta apostolum. Omnes, qui voluerint pie viuere  
in Christo, persecutionem patientur. Quæ non in eo tantum computanda est, quod  
contra Christianam pietatem aut ferro, aut ignibus agitur, aut quibuscūq; suppliciis,  
cum persecutionum seuitiam suppleant, sed dissimilitudines morum, & contumacię  
inobedientium, & malignarum tela linguarum, quibus, conflictationibus vt com-  
munia semper membra pulsantur, vt nulla piorum portio conflictatiōe sit libera ita,  
vt periculis, nec ocio careant, nec labore. Nam hęc, & omnia incrementa probabilium  
studiorum, & in eis vsq; in finem perseuerantium. atq; bonę voluntatis incrementa ad  
Christi gratiam semper sunt referēda, vt in omnibus, quę agimus, deus omni perfecte  
laudetur tempore. De capitulorum nanque veritate, & numero, Niceni concilii quib⁹  
vos iter fuisse literis vestrae fraternitatis significastis, a nostris, qui vna vobiscum inter-  
fuerunt, diligentioribus requisitiuimus colloctionibus, qui ita, vt vestrae testatę sunt li-  
terę, omnem nobis ordinem exposuerunt, & vram epistolam per omnia veram esse tes-  
tę.

**Perfectio  
bono-  
rum.**

**P. ii.**

RESCRIPTVM

facti sunt, non vt aliquid sinistrū v̄a ex parte arbitrentur, sed nos, & vos, illosq; absq; v̄la in posterum titubatione vnum sentire optaremus, & sancta Romana ecclesia, que se per immaculata mansit, & dño puidete, & beato ap̄lo Petro op̄e ferente, in futuro manebit, sine vlla hereticorum insultatione firma, & immobilis omni tempore p̄sisteret. His itaq; pactis diligēter requirētes in sancto nr̄a, & ap̄lice sedis scrinio eadem, que sancte recordatiōis p̄decessori meo Siluestro sunt directa, septuaginta, sicut significasti, capitula iuenimus. Ipsa autem vobis p̄pter auctoritatem, & subscriptionem ratorum patrum, & eius magni concilii minime misimus, sed per eadem, corq; apocripharum vestris alia similia eūdem numerum, eadēq; verba, & ip̄am subscriptionem cōtinētia, vobis rescribere, & sub certa stipulatione, & cōfirmatione mittere curauim⁹. Et q̄s est, qui fratribus talia negare audeat. Nam nō neganda nobis hęc Sacti Spiritus dona dñs docuit, sed fideliter excercenda, & fratribus cōtradēda, & docenda distribuit. Hęc ap̄lorum v̄ua traditio, hęc ē vera charitas, que p̄dicāda ē, & p̄cipue diligēda, ac fōnēda atq; fiducialiter ab omnibus tenēda; hęc sancta, & ap̄lica mater oim ecclesiarum Christi ecclesia, que per omnipotētis dei grām a tramite ap̄lice traditiōis nūq̄ errasse p̄batur, nec hereticorum nouitatibus deprauāda succubuit, sed vt in exordio norma fidei Christiana p̄cepit ab auctorib⁹ suis ap̄lorum Christi principib⁹, illibata sine ten⁹ manet scdm̄ ip̄ius dñi Saluatoris diuinā pollicitationē, qui suorum discipulorū principi in suis fatus ē euāgelis, Petre inquit, ecce Sathā expetiuit, vt cribraret vos, sicut qui cribrat triticum, ego autē p̄ te rogauī, vt nō deficiat fides tua, & tu aliquando cōuerteris, cōfirma fratres tuos. Cōsideret itaq; v̄a excellēs prudētia, q̄ bonum sit p̄sistere in dīsp̄satione vobis credita, & in fide recta, atq; hereticis, & æmulis Christi repugnare, & nūq̄ a veritatis tramite declinare, quoniam dñs, & saluator oim cuius fides est, qui pro nobis mori nō dubitauit, & p̄prio nos suo sanguine redemit, qui fidem beati Petri nō defecturā p̄misit, & cōfirmare eum fratres suos admonuit. Q̄d ap̄licos p̄tices meę exiguitatis p̄decessores cōsideret fecisse, semp̄ cūctis ē cognitum. Quorum & pusillitas mea, licet ip̄a sit, & infima, p̄ suscepta tamen diuina dignatiōe ministerio pedisequa cupit existere, ve enim erit nobis, qui huius ministerii onus susceptum habemus, si veritatem Saluatoris nr̄i iesu Christi, quam ap̄li p̄dicauerūt, p̄dicare neglexerimus. Vt si erit nobis, e silētio veritate oppresserim⁹, qui erogare nūmulariis iubemur, id est christianos populos imbuere, & docere. Quid in ip̄ius Christi futuro dīcturi sumus examine, si sermōis eius veritatem cōfundimur p̄dicare? Quid erit de nobis, cū de cōmissis nobis aiabus, & de officio suscepto rōnem iustus iudex Christus deus districtā egerit? Ideo fratres, hortor dilectionem v̄ram, obtestor, & moneo; vt qua debetis sollicitudine, vigilētis ad inuestigādos hereticos, & inimicos sancte dei ecclesie, & a sanis matibus ne pestis hęc latius diuulgetur, seueritate, qua potētis p̄ viribus extirpetis, quantum habebit a deo digne remuneratiōis p̄mīum, qui diligentius quod ad salutem cōmissæ sibi plebis proficit, fuerit executus, ita ante tribunal domini de reatu negligentie se non poterit excusare, qui cūq; plebem suam cōtra sacrilegæ p̄suasiōis auctores noluerit custodire. Data, viii. kl. Nouēbris Nepotiano, & Secūdo viris clarissimis consularibus.

Fides Petri nō defectura:

EPISTOLA INCREPATORIA IULII PAPAE ad orientales Episcopos pro causis Athanasii, & excessibus contra Romanam ecclesiam,

IULII PAPAE AD ORIENTALES EPISCOPOS Fo. CC CXVII



ENERABILIBVS Fratribus vniuersis orientaliibus episcopis Iulius. **I**Decuerat vos fratres, alios ecclesiasticis instruere disciplinis, & nō talibus arguere machinamentis, dicente Ioanne Baptista. **N**eminem cōcutiatis, neq; calūniā faciatis, & reliqua, de qua re ap̄lus Paulus nos instruit dicēs, Fratres si p̄occupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, instruite huiusmodi in spiritu leuitatis, cōsiderās teip̄m, & ne tu tenteris, & reliqua. & alibi Petrus ap̄lus ait. Omnes vnanimēs in oratione estote compatiētes, fraternitatis amatores, misericordes, modesti, humiles. **N**ō reddentes malum p̄ malo, vel maledictum p̄ maledicto, sed e contrario bñdicentes, quia in hoc vocati estis, vt benedictionem hereditare possideatis. **Q**ui enim vult vitam diligere, & videre dies bonos, coherceat linguam suam a malo, & labia sua, ne loquantur dolum. Declinet a malo, & faciat bonum, inquirat pacem, & persequatur eam, quia oculi domini sup̄ iustos, & aures eius in preces eorum. **V**ultus autē domini, sup̄ facietes mala. **Q**uid peius est fratres, q̄ q̄ sacerdotes domini, qui ab omni mala coinquinatione, & a nocumēto omnium Christianorum alieni debent existere, quāto magis a fratrum, & coepiscoporū insidiis, quos tueri, & subleuare debent, quos fouere, & diligere summo ope oportet, plequantur eos, eicere, & communi re priuare decertant. **N**ec recordamini sapientiam, que ait. **P**eruersę enim cogitationes separant homines a Deo, quanto magis opera iniqua. **Q**uid enim nequius est, q̄ illos, de quibus dominus ait, qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei, quisquam euertere, perferre, qui, destruere nitatur? **P**robata autem virtus portat, protegit, & cōsolatur opprellos, & docet insipientes. **E**st enim testis humani cordis, scrutatorq; verus singularum conscientiarum, & linguarum singularum auditor, quoniam spiritus domini repleuit orbē terrarum, & hoc quod continet omnia scientiam habet vocis. **E**t alias idem ip̄e ait, **D**eus charitas est. **I**n hoc apparuit charitas dei in nobis, quoniam filium suum vnigenitū misit deus in mundum, vt viuamus per eum. **I**n hoc ē charitas, non quasi illos dilexerimus deum, sed quoniam ip̄e prior dilexit nos, & misit filium suum p̄piciationem p̄ peccatis nostris. **C**harissimi si deus dilexit nos, & nos debemus inuicem diligere, **D**eum nemo vidit vnq̄. **S**i diligamus inuicem, deus in nobis manet, & charitas eius in nobis p̄fecta est. **I**n hoc intelligimus, quoniam in eo manemus, & ip̄e in nobis, quoniam de spiritu suo dedit nobis. **E**t nos vidimus, & testificamur, quoniam pater misit filiū suum Saluatorem mundi. **Q**uisquis confessus, quoniam Iesus ē filius dei, deus in eo manet, & ip̄e in deo, t. t. nos cognouimus, & credidimus charitati, quam habet **D**eus in nobis. **D**eus charitas est, & qui manet in charitate, in deo manet, & deus in eo. **I**n hoc p̄fecta est charitas, nobiscum vt fiduciam habeam⁹ i die iudicii, quia sicut ille ē, & nos sumus in hoc mundo. **T**imor nō ē in charitate, sed p̄fecta charitas foras mittit timorem, quoniam timor poenam habet. **Q**ui autem timet, nō ē p̄fectus i charitate. **N**os ergo diligamus deum, quoniam deus prior dilexit nos. **S**i quis dixerit, quoniam diligo deum, & fratrem oderit, mendax ē. **Q**ui enim non diligit fratrem suum, quem videt, quomodo deum, quem non videt, potest diligere? **E**t hoc mandatum habemus a deo, vt qui diligit deum, diligit & fratrem suum. **N**am ip̄a sapientia ait. **L**ingua sapientium, ornat scientiam, os fatuorum ebullit stultitiam. **I**n omni loco oculi domini cōtemplatur bonos, & malos. **L**ingua placabilis, lignum vitæ, que autem immoderata ē, cōteret spiritum. **D**omus iusti, plurima fortitudo, & in fructibus impij conturbatio. **L**abia sapientium disseminabunt sapientiam, cor stultorum dissimile erit. **V**ictimæ impiorum abhominabiles sunt domino, vota iustorum placabilia. **Q**ui sequitur iusticiam, p̄.iii.

Timor nō ē charitate.

am, diligitur a domino. Item alibi. Labia iusti considerant placita os impiorum peruerfa. Simplicitas iustorum diriget eos, & supplantatio peruerforum vastabit illos. Iusticia rectorum liberabit eos, & in insidiis suis capientur iniqui. Iustus de angustia liberabitur, & tradetur impius pro eo. Simulator ore decipit amicum suum, insidi autem liberabuntur scientia. In bonis iustorum exaltabitur ciuitas, & in perditione impiorum erit laudatio. In benedictione iustorum exaltabitur ciuitas, & in ore impiorum subuertetur. Nec consideratis, qui fratres persequi non cessatis, qualia Iob patientissimus inter cetera exorsus, loquitur. Auris audiens beatificabat me, & oculus videns testimonium reddebat mihi, eo quod liberassem pauperem vociferantem, & pupillum cui non esset adiutor. Benedictio perituri super me veniebat, & cor viduae consolatus sum, iustitia indutus sum, & vestiui me, sicut vestimento, & diademate iudicio meo. Oculus sui ceco, & pes claudo. Pater eram pauperum, & causam quam nesciebam, diligentissime inuestigabam. Coteribam molas iniqui, & de dentibus illius conferebam praedam. Et paulo post. Si negaui, inquit, quod volebant, pauperibus, & oculos viduae expectare feci. Si comedi bucellam meam solus, & non comedit pupillus ex ea, quia ab infantia mea creuit mecum miseratio, & de vtero matris meae egressa est mecum. Nam si quis haec recto omnia consideraerit oculo nequaquam fratres nocere, sed liberare festinabit, quia nihil deterius est, quam ciues ciuibus inuidere, & fratres fratribus insidiari, aut calumnias facere. Talibus enim suffragari volentes insidiis sancti synodum congregauerunt generalem in Nicea, vitam corrigere hominum cupientes in ecclesia commorantium, licet dudum instituta sanctorum multorum patrum essent conscripta, posuerunt leges, quos sacros canones appellamus, quibus multa praenecessaria ad statum ecclesiae sanctae Dei, & supplementum calumniarum eius, id est, episcoporum, qui eam propriis humeris gestant, ut qui talia tentauerint, aut eis nocere praesumpserint, si quidem clerici fuerint, a proprio gradu decident, si vero monachi, aut laici, fuerint, anathematizantur. Quibus armati exemplis oportere arbitrati sumus ab omnipotente Deo inspirati, ut hanc accensam discordiae flammam extinguere debeamus apostolica auctoritate, & non concedere eam ulterius animas depasci humanas, Quapropter vna cum omnibus apostolica subiectis regulae sancimus, ne quicumque deinceps Christianorum talia perpetrare, aut Episcopis talia asserere nocumenta, tenere praesumat, cum & doctor gentium id ipsum prohibeat, dicens. Seniore[m] ne increpaueris, sed obsecra, ut patrem, & reliqua. Bonum est namque proculdubio, & omnibus timentibus Deum desiderabile, cohibere dissensiones, & altercationes fratribus subuenire, & inuicem non induere, sed adiuuare. Audito, inquit, iam dicta in Nicea ciuitate synodus, cui & ego ipse conscientiae meae cultum decenter exhibui, nihil aliud volens, quam concordiam omnibus fabricare, & praecunctis arguere, & remouere hanc insidiarum altercationem. Quas praecidentes sancti patres insidias, & altercationes, vnanimiter in praedicta Nicea statuerunt synodo, ut nullus episcopus, nisi in legitima synodo, & suo tempore apostolica auctoritate conuocatus super quibusdam criminationibus pulsatus audiatur, id est, iudicetur, vel damnetur. Sin aliter praesumptum a quibusdam fuerit, in vanum deducatur, quod egerint, nec inter ecclesiastica villo modo reputabuntur. Ipsi vero primae sedis ecclesiae conuocandarum generalium synodorum iura, & iudicia episcoporum singulari privilegio euangelicis, & apostolicis, atque canonicis concessa sunt institutis, quae semper maiores causae, ad sedem apostolicam multis auctoritatibus referri praecipita sunt. Nec villo modo potest maior a minore iudicari. Ipsa namque omnibus maior, & pra-

Synod<sup>9</sup>  
Nicena  
ad emen-  
datione[m]  
ecclesiae  
facta.


lata est ecclesiae, quae non solum modo canonum, & sanctorum patrum decretis, sed domini Saluatoris nostri voce singularem obtinuit principatum, Tu es inquit Petrus, & super hanc petram edificabo ecclesiam meam, & reliqua. Et quaecumque ligaueris super terram, erunt ligata, & soluta in caelo, & in terra. Porro dudum a sanctis Apostolis, successoribusque eorum in praefatis antiquis statutis decretum fuerat, quae hactenus sancta, & vniuersalis apostolica tenet ecclesia, non oportere praeter sententiam Romani pontificis concilia celebrari, nec Episcopum damnari, quoniam sanctam Romanam ecclesiam primatenu omnium ecclesiarum esse voluerunt. Et sicut beatus Petrus Apostolus primus fuit omnium Apostolorum, ita & haec ecclesia suo nomine consecrata domino instituente, primas, & caput sit ceterarum. Et ad eam, quasi ad matrem, atque apicem omnes maiores ecclesiae causae, & iudicia episcoporum recurrant, eiusque iuxta terminum sumant sententiam, nec extra Romanam manum quicumque ex his debere decerni pontificem, quatinus non ita proterue, & prohibitu quicumque suo proprio arbitrio quibusque metropolitanis, sicut agere solebat, liceat inconsulto Romano Pontifice, aut maiores ecclesiae causas deturbare, aut episcopos damnare, sed communi sanctae Romanae sedis Episcopi consilio, & concordia actione, quaeque sunt Christi zelo agenda disponant vnanimiter, recteque sentiant, & ea quae sentierint non nobis sibi met discrepando, sed Deo placita perficiant. Est etiam in iam facta Nicea synodo concorditer statutum, ut accusatores, & accusationes, quas saeculi leges non admittunt, a sacerdotali funditus auertantur nocumento. Ecce inquit propheta. Quod bonum, & quod iocundum habitare fratres in vnum. Illi vero non in vnum habitant, qui a fratrum se solatio subtrahunt, aut fratribus insidias preparant. Non aliter fratres vos patiamini peccato grauari, quia quod necesse est, nos dicere veremur, id est, nec cuius religio dissipatur, indignatio prouocetur. Prae oculis habete, & tota mentis acie reuerenter aspiciate beati Petri gloriam, & cum ipso communes omnium Apostolorum coronas, cunctorumque martyrum palmas, qui pro fratrum non destructione, sed confirmatione, & veritate in Christo passi sunt. Nos ergo, qui domini discipuli, & dici, & esse volumus, portare Crucem Christi, & compati fratribus debemus, & non persequi. Subtrahite rogamus, actus, cogitationesque a talibus nocumentis, si non vultis ipsam suscipere in vos ultionem, quoniam talionem meretur, qui fratri foueam preparat. Et nos scitote deinceps hunc typum non esse passuros, ut ea quae ad hanc specialiter sanctam pertinent sedem, sicut iudicia episcoporum, & maiores causas, ut paulo superius praelibatum est, vos patiamini nobis inconsultis inuadere absque vestri status periculo. Sed si quis ab hodierna die, & deinceps episcopum praeter huius sanctae sedis sententiam damnare, aut propria pellere sede praesumpserit, sciat se irreuerenter esse damnatum, & proprio carere perpetuo honore. Eosque, qui absque huius sedis sunt eiectione sententia, vel damnati sine huius sanctae sedis auctoritate, scitote pristinam recipere communionem, & in propriis restitui sedibus, quoniam & prius a tempore scilicet Apostolorum haec huic sanctae sedi concessa sunt. Et postea in memorata Nicea synodo, propter prauorum hominum infestationes, atque hereticorum persecutiones, & insidiantium molimina fratrum sunt concorditer ab omnibus corroborata, ut magis singuli prouideant, ne talia audeant perpetrare, & caueant si non propter domini, & amorem fratrum, tamen propter opprobrium hominum ruborem suum, atque canonicam ultionem, saltem haec timore, & verecundia compressa silentio comprimantur, amputato scilicet totius usurpationis excessu, quia nullus debet praesumere, quae sibi non videtur esse concessa. Quam culpam potuissetis nul-

Concilia  
non esse ce-  
lebranda  
sine iura  
Romani  
pontificis.

lo modo incidere, si vnde cōsecrationem honoris accipitis, inde legem totius obseruatiōis sumeretis, & beati Petri Apostoli sedes, quae vobis sacerdotalis mater est dignitatis esset ecclesiae magistra rationis. Vnde sicut nos multum ea, quae vobis pie, recteque sunt acta letificant, ita nimium ea, quae sunt pperam gesta contristant, quoniam necesse est post multarum talium experimenta caularum, haec in posterum sollicitius prospici, & diligentius precauere, quatinus ea, quae sunt ab apostolis, eorumque successoribus statuta, nulla delidia negligantur, nulla dissensione violentur, nulla cōcertatione turbentur. Nam sicut in vno corpore membra multa habemus, omnia autem membra non eundem actum habent, ita multi vnum corpus sumus in Christo. Singuli autem alter alteri membra, contextio totius corporis, vnam sanitatem, vnam pulchritudinem facit. Ethaec quidem contextio totius corporis, vnam unitatem requirit, sed praecipue exigit concordiam sacerdotum. Quibus & si dignitas cōmunis non est, tamen ordogeneralis est, quoniam & inter beatissimos aplos in similitudine honoris fuit quaedam discretio potestatis, & cum omnium par esset electio, vni tamen datum, vt ceteris pemineret de qua forma episcoporum quaedam exorta est distinctio, & magna ordinatione prouisum est, ne omnes sibi omnia vendicarent, sed essent in singulis prouinciis singuli, quorum inter fratres haberetur prima sententia, & rursum quidem in maioribus vrbibus constituti, sollicitudinem eius susciperent ampliore, per quos ad vnam beati Petri sedem vniuersalis ecclesiae cura conflueret, & nihil vsq̄ a suo capite dissideret. Qui ergo scit se quibusdam ppositum non moleste ferat aliquem sibi esse platum, sed obedientiam, quam exigit, etiam ipse rependat. Nolite itaque errare fratres mei dilectissimi doctrinis variis, & extraneis, nolite abduci, at instituta Apolorum, & aplicorum vrorum, canonesque habentes, his fruamini, his circūdemini, his delectemini, his armemini, vt his freti, circūdati, delectati, armati, contra cuncta inimicorum resistere valeatis. Satis enim indignum est quaequa n, vel pontificum, vel ordinum subsequentiū hanc regulam refutare, quam beati Petri fidem valeat & sequi, & docere. Multum enim conuenit, vt totum corpus ecclesiae in hac sibi met obseruatione concordet, quae inde auctoritatem habet, vbi dominus ecclesiae totius posuit principatum, dicente scriptura. Ordinavit in me charitatem. Et item. Omnia cum ordine fiant. Iterumque Psalmsista p̄dicante. Circundate syon, & complectimini eam, narrate in turribus eius. Ponite corda vestra in virtute eius, vt enarretis in progenies alteras, quoniam hic est dominus deus noster in eternum, & ipse reget nos in secula. Officii enim nostri cōsideratione non est nobis dissimulare, non est tacere liberum, quibus maior cunctis Christianae religionis zelus incumbit, ne per taciturnitatem, aut fauere, aut consentire videamur fratrum nocuentis. Data kl. Octobris Fecliciano, & Maximiano viris clarissimis consulibus,

Inter Aplos similitudo honoris fuit, & discretio potestatis hic dicit.

EPISTOLA ORIENTALIVM AD IVLIVM PAPAM CAVSANTIVM, QVOD IN COMMUNIONEM RECEPERIT ATHANASIVM, & CETEROS, QUOS IPI DAMNAVERANT.



OMINO beatissimo, & honorabili patri Iulio apostolicę sedis venerabili Episcopo, Eusebius, Theogin, Theodorus, & Berinthus vna cū reliquis fratribus, & cœpiscopis nostris in Anthiochia congregatis. Licet circa omnes ecclesiam Romanā sciam esse mūficā, & apostolicā habere curam, & semper matrē existere pietatis, quā quā ab oriēte ad eā p̄dicatores pietatis aduenerūt, tamē optarem vos nobiscū cōcordare, & quos a cōione suspēdim, a vobis eē suspēsos, & quos i ordie cōfirmam epōrū a vobis eē firmādos, nec nos secūdo loco habēdos cū iis, q̄ ex his p̄tib⁹ ad vos vsq̄ dogmatizantes apostoli peruerint. Nec enim nos vobis reluctati sumus, quamuis hoc agere potuissemus, quādo Nouatianus a Romana pulsus est ecclesia, quoniam, vt iuxta vulgarem consuetudinem loquamur, inimicitias querit oēs qui vult recedere ab amico. Nec crimine carere potest, qui alterius excommunicatum absque eius licentia, a quo cōmunionem est priuatus, in cōmunionem susceperit, canonibus semel iubentibus, excommunicatus ab aliis, ab aliis nō suscipiatur, viuens tibus illis, a quibus cōmunionem priuatus esse dignoscitur. Nec solum in his nobis contumeliam irrogatis, sed etiam in his quaedam cōsilia nostra dissolutis, neque ea recte definitis esse. Sūt nāq̄ a nobis, & maxime a totius orientis episcopis damnati, Athanasius Alexandrinus, Paulus Constantinopolitanus, Marcellus. Aucire aude pius Gaze, Lucianusq̄ Anopolites, pro certis criminibus, quibus aduersarij sunt apud nos inscripti, quae per presentes huius epistolę latores oia, sub certa relatione vestrae innotescere non omittimus sanctitati. Quibus agnitis, si nostris placitis magis, quam eorum machinationibus assentire, & ordinos episcopos in damnatorum lococōfirmare eligitis, pacem vobiscum, & cōmunionem habere volumus. Si vero aliter egeritis, & eis amplius, quam nobis consentire iudicaueritis, contraria celebrabimus, & vobiscum deinceps nec congregari, nec vobis obedire, nec vobis, vestrisque fauere volumus, sed per nos quicquid melius elegerimus agere conabimur. Nam nullus est in hac parte terrarum aetatem habens, qui ignoret p̄dictorum volumina seductorū. Propter eos enim, multa sunt mala petacta, multa cōsilia diuersis, & asperis temporibus celebrata, multę seductiones, multę machinationes, multa nobis opprobria illata, & alia multa, quae enumerare perlongum est. Nam si his cōsentire eligitis, tūc liquet, quod nos perdere vultis, & nō, vt p̄tilios fouere. Dicit enim, & affirmant tam ciues istorum, quam cōsacerdotes eorum, hos fouere vos velle, homicidas sacrorum templorum euerfos, virginum stupratores, sacrorum librorum incensores, sacrorumq̄ vasorum, & ceterorum sacrorum ministeriorum fraudatores, officiorum neglectores imperatorū infidos, gentis, & patrię proditores, & inter sacerdotes maxima generātes discordiam, eo quod substantialitatis vocem, quae scripta nō iuenitur in fidei doctrina posuerunt. Quid plura enumerare necesse est, cum propter eos nobis, & cunctis regionis huius habitatoribus scientibus tanta cedes hominum sit p̄petrata, vt amplius quam mille homines sint prostrati. Talibus autem fauere, quid aliud est quam sceleribus eorum consentire? Cum sacra scriptura haec prohibeat, dicens. Non solum qui faciunt, culpabiles existunt, sed etiam, qui consentiunt scientibus. Talibus enim vos obistere totis viribus optimum, ne inuoluamini peccatis eorum, ne excommunicationem eorum suscipiatis. Tales enim a vobis procul abiicite, ne propter animositatem populi, sacrilega dissensione dispereant, itaque optimum vos improbis probe resistere. Quapropter si neglexeritis deturbare peruersos, liquet quod eorum protegatis errorem. Nec vero caret scrupulo societatis

Athanasius excommunicatus.

occulte, qui manifeste facinoribus desinit obuiare, decet enim vos ad arguendam proteruiam eorum linguam vestram exacuere, & velut venenosos a vobis repellere, ne eorum veneno vos, vestriq; in aliquo sauciamini, sufficiant, hę vobis querimonie contra eos delatę, quoniam derelinquet nos tps, secundum quod ait apostolus, si voluerimus omnium obloquentium oblatas contra eos producere querelas, maxime cum hę nobis sufficiant, quę superius dicta sunt. Nec nobis necesse est iterũ eorum diuulgare mala, cum ipsa per se prodeant, & maxime omnes orientales testes super eorum mali existant. In ore enim, iuxta quod scriptum est, duorum, vel trium testium stabit omne verbum, quanto magis in multitudine tantorum sacerdotum, & populorum, abbatum, vel monachorum, & scripto & voce contra horum prauitatem quotidie, ac clamantium. Nos vero diu expectauimus eos, per multam patientiam, vt facerent vvas, sed illi econtrario fecerunt labruscas. Vos ergo non optimum decetero negligere, & differre tales, ne quod absit, memorata crimina eorum subimitemini irrationabiliter episcopos ponantes. Ipsi eni, nisi cito corrigantur, iuxta quod beatus Apostolus protestatur, secundum duriciam eorum, & cor impenitens thesaurizat sibi iram in die ire, & reuelationis iusti iudicii dei, qui reddet vnicuiq; secundum opera eius. Qui corrigendi sunt per temporalem delectationem, & per mendacia, atq; figmenta sua, vobis eis assensum prębentibus, æterna predant premia, quę per veram penitentiam consequi possunt. Ne hęc, quę prædicta sunt, solummodo Athanasio, & sequacibus eius irrogamus, sed etiam, quod contra regulam egerit, quam nos decreueramus, quia non decreto communis concilii episcoporum recepit sacerdotium, sed sibimet arrogando, ecclesiam fuit ingressus, & in sede resedit, cum dudum decretum fuisset, nullum a pauciore numero restitui debere, quam depositum fuisse constaret. Deinde quoniam eius aduentu sit turba commota, plurimiq; seditione sint mortui, & non solum hęc per eum, & propter eum sint peracta, sed etiam quidem a iam dicto Athanasio cęsi, iudiciis dicuntur esse contraditi. Hęc, & alia innumerabilia, sicut ab eo, suisq; sequacibus ipudeter perpetrata, quos excomunicatos comunioni, vt audiuius cõtra regulam in contumeliã omnũ orientaliũ socialis. Pręfato, itaque debite salutationis officio, propter beati Petri honorem impense postulamus, vt deinceps ad vestras hinc venientes aures, non tam facile admittatis, neq; a nobis excommunicatos vltra velitis excipere, ne canonum transgressores inueniamini, sed magis salua fraterna charitate erratum hoc in posterum minime patiamini. Et subscriptio. Oran-  
tem pro nobis apostolicum vestrum dominus quo custodiat longiore beatissime pat-  
ter. Amen.

Labrus-  
sce vvas  
agrestes.

RESCRIPTVM IVLII PAPAE CONTRA  
Orientales pro Athanasio, & Cæteris.



**I**VLIVS Sanctę Romane, & Apostolicę ecclesię Episcopis, Eulebio Theogonio Theodoro Berintho, & cæteris orientalibus episcopis. Decuerat vos aduersus sanctã Romanam, & apostolicam ecclesiam limare, & nõ Ironicę loqui, quoniam & ipse dominus noster Iesus Christus eam decenter allocutus, ait. Tu es, iquit Petrus, & sup hęc petrã edificabo ecclesiã meã, & portę inferi nõ preualebũt aduersus eã, & tibi dabo claves regni cœlorũ, habet eni potestatem singulari priuilegio sibi concessam apire, & claudere ianuas cœlestis regni quibus voluerit. Nam si ei detrahere

quę domini ore sacrata, atque desuper exaltata est, non timuistis, nec mirum si fratribus irrogare iniurias minime cessatis. Vnde iam silentio non teguntur, quę vestro concilio turbulento, atque cũ potestate decreta sint. Apparet enim quoniam quadam tumultuosa indisciplinatione veritas est oppressa. Vobis quippe non considerantibus quę placent deo, propter iurgia, quę contra proximos vestros habetis, vota vestra in euitabilia esse confenditis. Sed erit opus diuina prouidentia, quatinus econtrario a parte deprehensa possint euacuari, & quicquid illic conuenientes sine vlla qualibet gratia, odio, aut iimiticiarum causa gessistis, funditus repelli. Quapropter cum omnifestinacione vos omnes ad huius sanctę sedis reuerentiã volo concurrere, quatinus gestorũ apud vos integritatem p vos ipsos possitis õndere. Nam nec dubitare vos credo Athanasium, sacre legis doctorẽ, nõ solu a nobis, sed etiam a Nicena synodo, verę fidei cultorẽ esse comprobatum. Qui defuncto Alexandro mirabili sene, qui Arrii prostrauerat blasphemias, post quinque menses Niceni concilii, Alexandrinorũ ecclesię suscepit pręsulatum Aduersus quem eiusq; sectatores multa mędacia texentes, & nudas valde calumnias, quasi veras accusatiões cõponetes, nobis multorũ malorũcũ causã, tũ caput esse perhibuistis, & nõ solum apud ægyptum, sed etiã apud palestinã, & phœnicem, vicinasq; gentes scriptis vestris illum perturbationem esse significastis. Quade re ecclesiasticam sequentes regulam vos, & illos romę regulariter ad iudicium die statuta, non sub angusto temporis spacio, vt excusatio locum non inueniat, literis, & apocriuariis euocauimus. Illique vocatione suscepta, ad diem præstitutum venire, sed vos, ne vestris mendaciis caperemini, vestraque calumnia enudaretur, venire distulistis. Ne his machinationibus solummodo contenti estis, sed etiam videtes oues pastoribus desolatas, lupos pro pastoribus super eos posuistis. Decuerat ergo, vt ad regularem veniretis conuocationem, quo de his, & de aliis vestris præsumptionibus redderetis rationem, quoniam occurreret veritas, si falsita displiceret. Et nullus dubitat, quod ita iudicium nocens subterfugit, quemadmodum cum innocens, vt absoluatur, requirit. Nec suspicione caret, qui alium calumniis obiurgat falsa dixisse, cum ipse ad iudicium, vt probet, quã intulit euocatus, venire distulerit. Vellem enim vos magis ad iam dictam canonicam conuenire vocationem, vt coram vniuersali concilio redderetis rationem, cur synodum ad statum ecclesiarum, & fratrum in Anthiochiã subuertendum, & Niceni magni concilii destructionem fecistis, aut cur nobis inconsultis episcopos ad eam conuocastis, ad quam nec maximus Hierosolimitanus venit, nec nostra interfuit legatio canonibus, quippe in Nicena synodo iubentibus non debere præter sententiam Romani pontificis vllomodo concilia celebrari, nec episcopos damnari, aut cur in prædictorum loco fratrum alios a dulteros posuistis, antequam penes nos, aut apocriarios nostros eorum causa canonicę esset examinata, sinemque perciperet rectum. Isti enim, qui ad memoratam regulam venire, vocationem videntes vos a prædictis subtrahere calumniis, multa aduersus vos lachrimabilia, & doloribus plena referunt, accusantes vos, & dicentes multa se imporbabilia a vobis esse passos. Vos ergo refugientes venire, illosque perseuerantes in vera ratione, suãque calumniã reclamantes, super quibus, & ægyptiorum episcopi literis nobis missis protestantur suis falsa esse, quę contra Athanasium, suosque sectatores machinantur, cunctaque arrianorum machinata blasphemias. Talibus nanque figmentis liquet eos esse inculpabiles, vosque culpabiles, quia si de vera confideretis innocentia, nullo modo a iam dicta vos canonica subtraheretis euocatio, ne, quę non subita, sed spaciose denuntiata est, sed omni subducta apologia, absq;

Athana-  
si a nice-  
na syno-  
do verę  
fidei cul-  
tae com-  
probat.

tardatione venire, & causas reddere festinaretis. Quibus ita gestis scripsi vobis, & omnibus, qui in Antiochia contra apostolicam, canonicamque regulam nobis in eo-  
sultis fueratis, arguens vos primum de iniuriis literarum, deinde cur Athanasium, suosque consecretores ad vestrum concilium conuocassetis canonibus semel præcipi-  
entibus, nihil extra Romanum decerni pontificem, cui hæc, & maiora ecclesiarum  
negotia, tam ab ipso domino, quam ab omnibus vniuersorum conciliorum patribus  
speciali sunt, ut iam dictum est, priuilegio tradita. Vobis ergo refugientibus, & ad  
concilium toties conuocatis adesse nolentibus, illis quoque in sua reclamazione, & iusta  
ratione persistentibus, vestraque cognoscentes crimina, & illorum iustam examina-  
tes rationem, omnesque eos Niceno concilio cooperantes, & nostris apostolicis iussio-  
nibus obtemperantes, visum est nobis, ac vniuerso concilio, ut nos diuinis præceptis,  
& apostolicis monitis informati, qui pro omnium ecclesiarum statu impigro vigi-  
lare debemus effectu, si quicquam reprehensionis vlsquam inuenitur obnoxium, cele-  
ri sollicitudine ab ignorantia imperitia, aut a præsumptionis vrsurpatione reuocemur.  
His taliter consideratis, atque discretis, tanquam omnium curam gerentes propter se-  
dis propriæ dignitatem, suscepimus eos in orationem, singulisque cum auctoritate hu-  
ius sancte sedis rebus proprias reddidimus ecclesias, quoniam huic sancte sedi pro-  
pter priuatorum hominum inuidias ipso domino instituyente, & sanctis apostolis, eo-  
rumque successoribus per singula concilia roborantibus, hoc semper licuit, licetque do-  
mino auxiliante in perpetuum. Vnde, qui scit se aliis esse prepositum, non moleste  
ferat aliquem sibi esse prælatum, sed obtemperantiam, quam ab aliis requirit, gratis  
& ipse rependat. Qua propter increpando, vobis scribo, quia non recte tractatis vi-  
ros inculpato, & a nobis minime examinatos de suis ecclesiis, communionem priua-  
tos pellentes, & ecclesiasticæ disciplinæ iniuriam irrogantes, constitutumque Niceni  
concilii minime seruantes, talia indisciplinate agere non formidastis. Idcirco quo-  
niã dudum venire vocati renuistis, modo ad certum diem, idest, xv. kl. Nouembris  
vos iterum regulariter literis, missisque euocamus, ut coram nobis ostendamus nos ius-  
tam in eos protulisse sententiam, & de cetero non talia esse passuros. Est etenim in  
antiquis ecclesiæ statutis decretum, ut qui aliena inuadit, non exeat impunitus, sed  
cum multiplicatione restituat. Vñ & in euangelio, scriptum est. Quod si aliquid defrauda-  
ueris, reddo quadruplum, in lege quoque cautum est. Maledictus omnis, qui transfert  
terminos proximi sui. Et dicet ois populus Amen. Quare miror vos tam audaces esse, &  
tam ipudenter egisse, & terminos, ac iura beati Petri apostolorum principis inuasisse. Sui  
ei, ut paulo superius comprobatum est, iuris erat, ut absque eius sancte sedis auctoritate, nullus de-  
beret, aut concilia celebrare, aut episcopos ad synodum conuocare, vel danare eos, aut pro-  
priis pellere sedibus, aut alios in eorum loco ordiare, que oia vos temerare non timuistis.  
Quid ergo aliud est talis præsumptio, nisi quod apostolorum, suorumque successorum decreta transgre-  
di, & maledictionem superius comprehensam in lege seculi cautam, quam populus vno ore, consensuque  
tamē, i. fiat confirmauit, suscipere non timuistis. Necno, ut reor, talibus transgressionibus suis  
costricti nrim, ne vestra proderente flagitia, examen declinastis, & ad supradictam  
vocationem venire distulistis. Sane manifestum est suum eos confiteri crimen, qui toties  
euocati absque inuitabili causa venire distulerint, & purgandi se voluntate non vtun-  
tur. Nam si de vestris dictis consideretis, etiam in faciem probare non distulissetis.  
Tales insidiatores, spiritu præuidentes sancti patres in Nicea congregati, leges statue-  
runt, quas nos canones appellamus, ne facile probi ab improbis damnarentur. E quibus  
nonnullas sententias hic inferi iudicauimus, ut tantorum patrum auctoritate nostra ro-

Maledi-  
ctus qui  
transfert  
terminos  
proximi.

boraretur epistola, atque omnes orientales sint reliquarum partium episcopi, hæc au-  
dientes in tantam foueam non incidant, ne damnationem a patribus decretam per-  
cipiant. Sequuntur enim ex predicto concilio Niceno capitula, idest, xviii. xix. xxi.  
xxiii. xxvi. xxvii. xxviii. xxxiii. xli. & v. vii. & viii. ac. li. lii. liii. liii. lv. lvii. lviii. lix.  
lx. lxi. lxii. lxiii. lxvii. Et omnes episcopi, qui in quibusdam grauioribus pulsantur,  
vel criminantur causis, quoties necesse fuerit libere apostolicam appellant sedem, at-  
que ad eam, quasi ad matrem confugiant, ut ab ea, sicut semper fuit, pie fulciatur, defen-  
dantur, & liberentur. Cuius dispositioni omnes maiores ecclesiasticas causas, & ep-  
orum iudicia, antiqua apostolorum, eorumque successorum, atque canonum auctoritas  
reseruauit. Quoniam culpantur episcopi, qui aliter erga fratres egerint, quam eiusdem  
sedis papæ fieri placuerit, placuit, ut accusatus, vel iudicatus a comprouincibus, in  
aliqua causa episcopus licenter appellet, & adeat apostolicæ sedis pontificem, qui aut  
per se, aut per vicarios suos eius retractari negotium procuret. Et dum, iterato iudi-  
cio pontifex causam agit, nullus alius in eius loco ponatur, aut ordinetur episcopus,  
quoniam quanquam comprouincialibus episcopis, accusati coram eisdem pontificis  
acta scrutari liceat, non tamen definire inconsulto romano pontifice permissum est,  
cum beato Petro apostolo, non ab alio, quam ab ipso dictum sit domino. Quæcumque  
ligaueris super terram, erunt ligata & in cælis, & quæcumque solueris super terram,  
erunt soluta & in cælis. Si quis putauerit se a Metropolitano grauari, apud prima-  
tam diceceseos, aut penes vniuersalis apostolicæ ecclesiæ Papam iudicetur. Accusa-  
tores, & accusationes, quas leges sæculi non asciscunt, & nos vnanimiter submone-  
mus, ne fiat indistricta probatione impietas, cum recta sit iudicii in electione senten-  
tia. Nullus Episcopus alterius parochianum præsumat retinere, aut ordinare, absque  
eius voluntate, vel iudicare, salua tamen in omnibus apostolica auctoritate, quia sicut  
irrita erit eius ordinatio, ita & diiudicatio, quoniam censemus nullam alterius iudi-  
cis, nisi sui sententia teneri. Nam, qui eum ordinare non potuit, nec iudicare vllate-  
nus poterit. Si quis erga episcopum, vel actores ecclesiæ se proprium habere credide-  
rit negotium non prius adeat iudices, quam ad eos recurrat, qui charitatis studio, ut  
familiaris colloquio commoniti ea sanare debeant, quæ in querimoniam deducuntur.  
Quod si aliter egerit, communionem priuetur. Nemo pontificum deinceps aliquem  
episcopum suis expoliatis rebus, aut a sede pulsus, excommunicare, aut iudicare  
præsumat, quia non est priuilegium quos spoliari possit iam nudatus. Pari tenore  
decernimus, non credi accusatori, qui absente aduersario causam suggerit, atque vtrius-  
que partis discussionem, nec accusatores, vel testes suscipi, qui non sunt idonei. Placuit,  
ut si accusatus, vel damnatus episcopus, appellauerit romanum pontificem, id sta-  
tuendum, quod ipse iuste censuerit. Et omnes, qui aduersus patres armantur, in-  
fames esse censemus, neque eos, qui cum inimicis morantur, ad accusationem, vel ad te-  
stimonium recipiendos. Placuit semper in accusatione clericorum, primo persona, si-  
des, vita, & conuersatio blasphemantium perscrutetur. Nam fides, omnes actus ho-  
minis præcedere debet, quia dubius infidelis est, nec eis omnino esse credendum,  
qui veritatis fidem ignorant, nec rectæ conuersationis vitam ducunt. Quoniam  
tales & facile, & indifferenter lacerant, & criminantur, recte, & pie viuentes. Ideo sus-  
picio eorum discutienda est primo, & corrigenda. Neque accusatoribus suspectis,  
& de inimicorum domo prodeuntibus credendum. Quod non alia Metropolitana  
ecclesiæ, vel primates sint, nisi illi, qui prius primates erant, & post Christi ad-  
uentum auctoritate apostolica, & synodali primatum habere meruerunt. Reliquæ

Nota  
tutum.

**Metro-** non primates, sed Metropoles vocentur, eorumque episcopi non primatum, sed aut  
**poles** metropolitanorum, aut archiepiscoporum nomine fruuntur. Infames esse cen-  
**qua.** mus omnes, qui suam, aut Christianam preuaricantur legem, aut canonicam postpo-  
nunt auctoritatem, salvo in omnibus romanæ ecclesiæ priuilegio. Nullus metropo-  
litanus absque cæterorum omnium comprouincialium episcoporum astantia, aliquo-  
rum ex illis audiat causas, quia irritæ erunt, immo & causam in synodo pro facto da-  
bit. Alienis erroribus sociatum, vel a sui propositi tramite recedentem, aut sacris ca-  
nonibus inobedientem, suscipere non possumus, nec impetere recte credentes, vel sa-  
ctorum patrum sanctionibus obtemperantes permittimus. Peregrina iudicia ge-  
nerali sanctione prohibemus, quia indignum est ut ab exteris iudicetur, qui prouin-  
ciales, & a se electos debet habere iudices. Salua apostolicæ ecclesiæ auctoritate, nullus  
episcopus extra suam prouinciam ad iudicium deuocetur, sed uocato eo canonicè  
in loco omnibus congruo tempore synodali, ab omnibus comprouincialibus episco-  
pis audiatur, qui concordem super eum, canonicamque proferre debent sententiam,  
quoniam si hoc minoribus tam clericis quam laicis concessum est, quanto magis de  
episcopis seruari conuenit. Nam si ipse metropolitanum, aut iudices suspectos ha-  
buerit, aut iscos senserit, apud primates diæceseos, aut apud Romanæ sedis pontifices  
iudicetur. Nemini de se confessio credi potest super crimen alienum, quoniam eius,  
atque omnis rei confessio periculosa, & admitti aduersus quemlibet non debet, incerta  
nemo unquam pontificum iudicare presumat, quia quamuis vera sint, non tamen  
credenda, nisi quæ manifestis iudiciis comprobantur, nisi quæ manifesto iudicio con-  
uincuntur, nisi quæ iudicario ordine publicantur. Criminationes, maiorum natu-  
p alios ne fiant, nisi per ipsos, qui crimina intendunt, si tamen ipsi digni, & irreprehens-  
sibiles apparuerint, & actis docuerint publicis omnium se carere suspitione, atque  
inimicitia, & irreprehensibilem fidem, atque conuersionem ducere. Et prouincia-  
lis synodus retractetur per vicarios urbis Romæ episcopi, si ipse decreuerit. Placuit, ut  
a quibuscumque iudicibus ecclesiasticis ad alios iudices ecclesiasticos ubi est auctori-  
tas maior, fuerit prouocatum, audientia non negetur. Si quis metropolitanus epis-  
copus, nisi quod ad suam solummodo propriam pertinet parrochiam, sine consis-  
lio, & voluntate omnium comprouincialium episcoporum aliquid agere tentauerit,  
gradus sui periculo subiacebit, & quod egerit, irritum, & vacuum. Sed quicquid  
de comprouincialium episcoporum causis, suarumque ecclesiarum, & clericorum,  
atque secularium necessitatibus agere, aut disponere necesse fuerit, hoc cum omni-  
um consensu comprouincialium agatur pontificum, non aliquo dominationis sa-  
stu, sed humillima, & concordia administratione, sicut dominus ait Non ueni mini-  
strari, sed ministrare, & alibi. Qui maior est uestrum, erit minister uester, & reli-  
qua. Similiter & ipsi comprouinciales episcopi cum eius concilio, nisi quantum ad p-  
prias pertinet parrochias, agant iuxta sanctorum constituta patrum, & uno animo/  
vno ore concorditer sancta glorificetur trinitas in secula. Caueant iudices ecclesiæ,  
ne absente eo, cuius causa ventilatur, sententiam proferant, quia irrita erit, & ratio-  
nem pro actione reddent in synodo, & ut proditoris calumnia, nec eorum postea  
vox audiatur. Nemo enim debitorum amplius potest cognoscere, quam ille, qui iniu-  
riam, eiusque sustinuit nequitiam. Si quis super quibuslibet criminibus clericum pul-  
sandum, crediderit, in prouincia, in qua ille consistit, qui pulsatur, suas exerat ex-  
actiones. Nec existimet qui eundem accusat, alibi, aut longius protrahendum ad iu-  
dicium. Ille veto qui pulsatus fuerit, si iudices suspectos habuerit, liceat appellare.

**primates** Primates accusatum discutientes episcopum, non ante sententiam proferant damna-  
tionis, quam apostolica freti auctoritate, aut reus per seipsum, aut per innocentes &  
canonice examinatos regulariter testes conuincatur. Irritam esse iniustam episco-  
pum damnationem, idcirco a synodo retractandam, ita ut oppresso ab omnibus in-  
cunctis subueniatur causis. Detractores, qui diuina auctoritate eradicandi sunt, &  
fautores inimicorum ab episcopali submouemus accusatione. Similiter ne summo-  
rum quispiam, minorum accusationibus imperatur, aut dispereat, neque in re dubia  
certa datur sententia, nec ullum iudicium, nisi prudenter habitum, teneatur, Plura de  
his ideo hic non inseruimus, ne vacuare, uilem uel facere prædictam synodum uide-  
mur, aut fastidium legentibus, audientibusque proluxa faceret epistola. Si quis au-  
tem de his ampliora, atque abundantiora scire uoluerit, in sacro nostro sedis ecclesiæ  
scrinio, & ea quæ prædiximus inuenire poterit, uerum me dicere, testis est diuinitas.  
De receptione uero sedis, & sacerdotii, atque honoris, quæ dixisti Athanasium ab-  
que concilii decreto suscipere, non ita inuenimus, sicut calumniati estis, sed quorum-  
dam episcoporum concilio, atque decreto recepit suum, quod iniuste perdidit sa-  
cerdotum, ac resedit in sede. Quod cum scripsistis non posse eum a pauciore numero  
episcoporum restitui, quam depositus fuerat, non ita est, nec hæc regula orthodoxo-  
rum sanctæ ecclesiæ est episcoporum, sed Arrianorum sociorum uidelicet uestro-  
rum hæc adinuentio, ad perditionem orthodoxorum episcoporum contexta est.  
Nam, ut nobis a ueracibus, est testibus relatum, quando Antiochiæ pro damnatione  
fidei, & de consubstantialitate probata fuistis congregati, odio prædicti Athanasii  
hanc regulam protulistis, quæ nullas habet vires, nec habere poterit, quoniam nec ab  
orthodoxis episcopis hoc concilium actum est, nec Romanæ ecclesiæ legatio inter-  
fuit, canonicis præcipientibus sine eius auctoritate concilia fieri non debere, nec ul-  
lum ratum est aut erit, unquam concilium, quod non solum fuit eius auctoritate.  
Igitur de fuga, super qua Athanasium reprehenditis, non recte, agitis, cum ipse do-  
minus mandatum hoc nobis dederit Cum persecuti uos fuerint in unam ciuita-  
tem, fugite in aliam. Et ipse dominus per semetipsum exemplum nobis demon-  
strauit. Pharisei consilium fecerunt, aduersus eum ut eum occiderent. Sciens  
autem Iesus, discessit inde, & alibi. Tulerunt lapides Iudæi, ut mitterent in eum,  
Iesus autem abscondit se, & exiuit de templo. Et transiens per medium eorum  
abiit, & ita discessit. Nec non & discipuli propter metum Iudæorum ressecerunt,  
celantes semetipsos. Et Paulus in Damasco a principe quæsitus gentis de mu-  
ro in porta positus est, & manus quærentis effugit, Et alii quam plurimi, & innume-  
rabiles sancti, tam in ueteri testamento, quam in nouo, fugisse leguntur. Si ergo fugam im-  
properatis fugientibus, erubescite potius Persequi, & quiescite insidiari, quiescentque  
continuo fugientes, Nam siue perimatis eos, mors contra uos semper exclamat, siue  
& illi patiendos sibi proficiunt. Vnde & Dominus ait. Nolite timere eos, qui occi-  
dunt corpus, animam autem non possunt occidere. Sed potius eum timete, qui pos-  
test corpus & animam perdere in gehennam. Multos enim cognouimus pellis-  
mis machinationibus iniuste depositos, ideo summopere mihi cui uice apostolo-  
rum principis uniuersalis ecclesiæ cura commissæ est, prouidendum auxiliante ipso  
summo apostolo, ne deinceps talia fiant, nempe huic sanctæ sedi præfata priuilegia,  
ideo specialiter sunt concessa, de congregandis conciliis, tam de iudiciis, ac restitua-  
tionibus episcoporum, quam de summis ecclesiarum negotiis, ut ab ea omnes op-  
tati.

**Detra-**  
**ctores**  
**eradicandi.**

**Paulus**  
**fugit Da-**  
**masco.**


pressi auxilium, & iniuste damnati restitutionem sumant, & talia ab improbis, ne pre-  
sumantur absque ultione, nec exerceantur, absque sua damnatione. Non ergo recte egistis  
quod predictos fratres calumniati estis, dicente domino. Non facies calumniam  
proximo tuo, nec vi opprimes eum. Non recte egistis quod nobis inconculta concilium  
celebrastis, eosque ad concilium vocastis, & damnare presumpstis canonibus,  
ut premissam est, iubentibus nihil ex his, absque huius sanctae sedis auctoritate fieri  
debere. Non recte egistis, quod regulariter a nobis ad concilium vocati distulistis.  
Non recte egistis, quod de his rationem reddere, ut vestra erga eos, aut probaretur re-  
cta sententia, aut improbaretur non venistis, nec rationalem mandastis causam, pro-  
pter quam haec renuistis. His ergo omnibus perpensis, manifestum est vos eos exi-  
stere, & illos innocentes remanere, & vos recte excommunicatos, illosque iustos libera-  
ri. Noluit namque dominus tam leuiter suos tractari ministros, sicut facitis, aut a vobis  
damnari, sed sicut memoratum est, ab hac sancta sede, cui commissi sunt, aut suo refer-  
uari iudicio, aut enim. Qui vos contristabit, me contristabit. Qui fecerit vobis iniuriam,  
recipiet id quod iniuste gessit. Et quanta poena expectet eos, qui domini scandalizant  
discipulos, euangelium sufficienter exponit, ubi de scandalizantibus disci-  
pulos loquitur. Nam quod a vobis non sint damnandi, sed aut hac sancta, ut pre-  
fatum est, sede, aut sibi reseruandi, ipse manifeste dat exemplum, quando peccantes  
sacerdotes, quorum locum modo in sancta ecclesia episcopi tenent, non per alium,  
sed per semetipsum vendentes & ementes eiecit de templo, & menfas nummulario-  
rum primo euertit flagello, & eiecit de templo. Et ipse alibi ait. Dominus stetit  
in synagoga deorum, in medio autem, deos discernit. Et reliqua talia huiusmodi similia,  
& alibi, idem ipse ait. Nolite iudicare, ut non iudicemini. Nolite condemnare, ut non  
condemnemini, in quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini. Quia propter non  
tam tenere, ut vos facitis, quicquam suam presumat euomere iniquitatem, sed iudica-  
tem oportet cuncta rimari, & ordinem rerum plena inquisitione discutere nec de illis  
que inconcessa sunt, villo modo iudicium presumere, interrogandi, ac proponendi au-  
diendi que patientia prebita ab eo, ut ibi actio partium limitata sit pleniter. Nec prius  
litigantibus sua velit sententia obuiare, quam illi peractis omnibus iam nihil ampli-  
us habuerint in questione quod proponam. Nec oportet quequam iudicari aut dan-  
nari, antequam suos accusatores presentes habeat, locumque defendendi accipiat spacio-  
sum ad abluenda crimina. Simile in iam fata synodo statutum est, ut ultra prouinciae  
terminos accusandi licentia non progrediatur, nisi ad hanc apostolicam fuerit sedem  
prouocatum. Ad quam omnes qui voluerint, libere & absque villo impedimento in qui-  
busdam aegedis confluere debent. Similiter in praefixa synodo est decretum, ne suspen-  
cti, infames, vel criminosi, aut gratiosi, aut calumniatores, vel affines, aut scelerati, aut  
facile litigantes suscipiantur accusatores, sed tales qui omni careant suspitione, quia  
columnas suas dominus firmiter stare voluit, nec a quibuscumque agitari. Similiter sa-  
ta statuit synodus, ut nullum sententia non a suo, iudice dicta constringat, iudices au-  
tem alii esse non debent, nisi quos ipse, qui impetitur eligerit, aut quos suo cum con-  
sensu haec sancta sedes, aut eius primates auctoritate huius sanctae sedis delegauerit.  
In his autem & aliis, quae in hac sancta sede, quam & ab apostolis eorumque successo-  
ribus sunt statuta nihil praefatis episcopis concessistis, sed vim eis inferentes, iniusteque  
ut superius commemoratum est eos damnantes aliquos absentes expulistis, quod cum  
Christiane religioni est inimicum. In quibus apparet, quod nec domino sua serua-  
stis iura, nec huic sanctae matri, & apostolicae ecclesiae, quae ut praescriptum est, eo suo iudi-

Statuta  
synodi-  
ca.

Hic mul-  
tū tribuit  
Ecclesiae  
Romae  
ne.

cio, aut huic sedivoluit referuari, ne a tam prauis, sicut estis, hominibus danaretur, aut eui-  
ceretur. In his oibus vos stultos, & paricatores euangeliorum, & canonum esse, nulli sane  
sapientum est absconditum. Nec his contenti estis in vira paricatione, sed etiam prius expul-  
sos, eos, & suis expoliatos rebus, vocastis, atque danastis, cum nullus regulariter restitu-  
tus, & sua omnia ei legibus sint integerrime restituta. Est namque in sepe iam dicta facta  
synodo ab oibus vnanimiter decretum, & auctoritate apostolica roboratum, ut si quis epi-  
scoporū suis fuerit rebus expoliatus, & in accusatiōe pulsatus ordinatiōe pontificum  
oportet, & decet sanctum ppositum prima fronte certare, ut omnia que p suggestiones  
inimicorum suorum amiserat legaliter primo ptati ei ab honorabili consilio redinte-  
grantur, & p sul regulariter prius statui pristino reddatur, & ipse depositis, ordinatisque  
suis tunc ad tempus veniat ad causam. Et si ita iuste videtur accusantium ppositio-  
bus respondeat. Quare ergo transgressi estis terminos patrum, iudicantes, & damnas-  
tes eos, quos non debuistis? Quare iudicastis eos, quos non regulariter approbastis, quod  
in regnorum libro scriptum est. Non quō videt deus, quia homo videt in facie, deus au-  
tem in corde videt, & in Paralipomenis. Omnia corda scrutatur deus, & oem cogita-  
tionem nouit. Et alibi scriptum est. Non potest homo condemnari examine, quem deus  
suo reseruat iudicio. Haec omnia summo pe cauenda sunt, nec accusatio episcoporum  
facile est recipienda, dicente domio. Non suscipias vocem mendacii. Et Apulus inquit  
aduersus psbyterum inscriptionem non recipiendam absque duobus, vel tribus idone-  
is testibus. Si haec de psbyteris, vel ceteris fidelibus sunt praecauenda, quanto de episcopis.  
Quibus cognitis magis vos danari velle manifestum est, quam consulere funeribus, aut sub-  
stantare eos, quia honor inflat ad superbiam & quod pusillum est ad concordiam, tendit  
ad noxam. Decuerat namque vos iuxta praefatas regulas, si aliquid egissent contra suum or-  
dinem, mandare nobis, & expectare quid ad vira consulta rescriberemus, in tantum, ut si  
etiam quicquam graue, intolerandumque commisistis, nra expectanda censura, & nihil prius, aut  
aliud decernere, quam quod nobis placere cognouissetis, ita ut a regulis praesentis, nulla aut ne-  
gligentia, aut presumptione recederetis. Cesset hmoi praesentis auctoritate praesumptio vita-  
tur hmoi noeuementa, quia nequaquam talia patienter ferre possumus machinamenta, quo-  
niam conuenit nos paternarum sanctionum diligentes esse custodes. Merito namque  
nos causa respicit, si silentio faueamus errori. Est insup in praedicta sancta Nicena syno-  
do statutum, ut nemo anathema in nra suscipiatur accusatione, nec illi, qui nos in sua no-  
luit recipere querela, vel accusatione, cum nos sup illos sciamus a dno constitutos non  
illos sup nos. Et sicut maior non potest a minore iudicari, nec ita colligari, quia est omne  
quod magnum est. Portemus onera omnium, qui grauantur, quini mo haec portat  
in nobis beatus Apulus Petrus, cuius vice fungimur legatione, & cuius regula infirma-  
mur, quatinus eius sulti auxilio ab omnibus nunc, & in perpetuo tueamur aduersis.  
Data kl. Nouembris Feoliciano, & maximiano viris clarissimis consulibus.

Incipiunt decreta Liberii Papae.  
Epistola Athanasii, & Aegyptiorum Episcoporum ad eum  
dem Papam de oppressionibus Arrianorum.



OMINO Beatissimo, & honorabili sancto patri Liberio Papae, Atha-  
nasia, & vniuersi aegyptiorum episcopi in vnum synodice apud Ale-  
xandriam congregati, Vestrae beatissimae prinitatis iura penes Deum  
sint manifesta dum praedicationibus scilicet apostolicis, & doctrinis verae fidei  
cultura vniuersa repleta sit terra. Per diuinorum tñ eruditionem elo-  
quiorum, vira instruente admonitione exhortatoria super edificationem  
Q. 16



Orthodoxa Christi ecclesia apostolica institutione fundata, & a fidelibus patribus firmissime roborata, ad quam omnes beatissimi apostoli pari honoris, & potestatis consortio predicti populorum agmina conuertentes, pie sancteque de tenebris ad lumen, de lapsu ad veram fidem, de morte ad vitam homines diuine predestinationis gratia prescitos salutaribus preceptis, ac monitis perduxerunt. Quorum sanctorum apostolorum vestra fraternitas honoranda sequens merita, & perfectius implens exempla, ecclesiam dei morum probitate & actu sanctitate condecorat, & fide sacra, christianisque moribus in gentes, que fieri deo placita precipit, studiis pontificalibus indefinenter operatur & proficit, seruans legis diuine mandata, quia non legis auditores iusti sunt apud deum, sicut narrat apostolus, sed factores legis iustificabuntur. Nos enim hanc meditari cupientes, & ea, quae a sancta sede vestra apostolorum, eorumque successorum predicatio suscepimus, atque quae in Nicena synodo roborata cognouimus predicare, & Arrianorum blasphemias, atque aliorum hereticorum repellere, quotidie ab his persequimur, & damnationi tradimur, atque morti destinamur. Quare de precamur, ut vestris exhortationibus tam per vos, quam & apocriticos vestros adiuuemur, ne dum illi crescunt, & nos minuiamur, vera fides destruat, & eorum heresis ultra fidem nostram crescat, quoniam timeo, ut postquam quae abudauerit iniquitas, res frigescat caritas multorum. Pro qua re multa vestrae sacrae doctrinae, tam apud deum, quam apud cunctos fideles, merces & laus reposita est, si vestra resecetur auctoritate. Non vestra enim fides, quam a sanctis patribus accepimus & tenemus, atque docemur, subter inferuimus, ut si aliquis vobis aliter nos credere, aut docere, aut accusando, aut multis modo retulerit, vel detrahendo scriptis mandauerit, per hanc manifeste nos ita credere, & docere agnoscat. Credimus namque in unum deum patrem omnipotentem, omnium visibilium, necnon & inuisibilium conditorem. Et in unum dominum nostrum Iesum Christum filium dei natum ex patre unigenitum, hoc est ex substantia patris. Deum ex deo, lumen de lumine, Deum verum ex deo vero, natum non creatum, homouision, hoc est eiusdem cum patre substantiae. Per quem omnia facta sunt caelestia, & terrestria. Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de caelis. Et incarnatus est, & homo factus. Passus est, & resurrexit tertia die. Ascendit in caelum, inde venturus iudicare viuos & mortuos. Et in spiritum sanctum. Eos autem qui dicunt, erat tempus quando non erat. Et priusquam nasceretur non erat, & quia ex nullis subsistentibus factus est, aut ex alia substantia, vel essentia, dicunt esse conuertibilem, atque mutabilem filium dei. hos anathematizat catholica, & apostolica ecclesia. Hanc venerabilem fidem trecenti quidem decem & octo, & cognouerunt, & amplexi sunt, & consonantes, & unanimis scriptis exclamauerunt. Sed modo quoniam contra haec ex nostris talia exurgunt qualia non debent, venite & vos dilectissimi fratres cum deo, & descendam ad visitationem, id est, inquisitionem, sermone eorum, & confundamus per approbationem verissimam, ibidem linguas eorum eleuatas contra scientiam unigeniti filii dei, iniquitate in altitudinem humanitatis eius loquentes. Disrupimus vincula eorum per gladium spirituale, quod est verbum dei, & proiciamus a nobis iugum ipsorum, per expugnationem profani sensus illorum. Tunc etenim ipse quoque dominus iridebit eos, & subsannabit, & tunc loquetur ad eos in ira sua, & in furore suo conturbabit eos, secundum beatum Hieremiam dicens. Falso prophetae isti vaticinantur in nomine meo. Non enim misi eos, & non precepi eis, neque loquutus sum ad eos, visionem mendacem, & diuinationem, & fraudulentiam, & seductionem cordis sui prophetant vobis. Ideo haec dicit dominus. De prophetis qui prophetant, in nomine meo mendacium, erunt proiecti in viis Hierusalem, & conculcatio omnium pie confitentium me, & non erit qui sepeliat eos. Nemo enim abscondere potest qui

Symbolu fidei Athana

Gladus spiritua lis verbu dei.

busda subreptionibus comedatiis, sicut nec follis ficci, antiquus transgressor precepti Adae potuit, qui per propriam linguam inuerecunde nudatur. Laqueus enim fortis viro labia eius, & captus propriis sermonibus, & opera manuum eius, retributio autem laborum eius dabitur ei, & impietatis reprehensio. Arguam te, inquit, & statua contra faciem tuam: existimasti inique, quod essem tibi similis. Propterea, sicut dicit dominus ad Gedeon. Deponiamus eos ad aquam vere discretionis, & probemus eos ibi regulari examinatione in idipsum pronos corruentes, per confessionem prauis intellectus eorum, utrum ne sint apud se sapientes diuini verbi scientiam ignorantes, qui dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt, & mutauerunt gloriam catholicae ecclesiae propria nouitate, siue per ea, quae illicite in eius defensione gesta sunt, heretica turbulationem introducetes, illud competenter ad nos retinentes, quod bene ad Iesum filium Sirachi dictum est. Utque ad mortem certa per veritate, & dominus pugnet per te. huius rei gratia vniuersalis vobis a Christo Iesu commissa est ecclesia, ut per oibus laboretis, & cunctis opere ferre non negligatis, quia dum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt omnia, quae possidet. Ideoque tanta vrgente necessitate, sumope comprimite vestra summa auctoritate infestos releuate oppressos, ut absque graui domino opitulante, difficultate ipsi gratanter omni tempore sacrificare mereamur illesi. Et subscriptio. Eterna te seruet diuinitas, per multos annos sanctissime patrum pater. Amen.

Rescriptum Liberii Papae ad eosdem.

**D**ilectissimo filio Athanasio, & omnibus in vnum congregatis, & de trinitatis fide recte sentientibus aegyptiorum episcopis, Liberius Papa, Olim & ab initio tantam precepimus a beato Petro Apostolorum principe fiduciam ut habeamus auctoritate per vniuersali ecclesia ad rectam defendendam fidem, quatinus nulli liceat statum sanctae ecclesiae commouere ad lesionem recte creditum, absque sui periculo honoris. Epistolam siquidem vestram nobisque directam, ante nos recitari fecimus, tribulationes, & pleuaciones, quas pro recta fide patimini intelleximus. Super quibus & nos vna vobiscum condolemus, & laborare pro vobis, ut pater pro filiis, parati sumus. Fidem vero Niceni concilii in eadem epistola rectam reperimus, super qua & Deo gratias vberissimas retulimus, pro qua non solum modo persecutiones, & passiones sustinere vobiscum parati sumus, sed etiam si necesse fuerit mori pro Christi nomine, in quantum nostra finit fragilitas non respicimus. Igitur predictum sanctum, ut legimus, concilium definiuit Nicenum, aliam fidem nulli licere proferre, aut conscribere, vel conponere, aut sapere, vel docere aliter, nec quicquam in fide sentire, aut proferre, quod his patrum regulis possit obuiare. Qui autem presumpserit aliam fidem componere, aut proferre, vel docere, aut tradere aliud symbolum, ad viam veritatis conuerti desiderantibus de quacumque heresi, vel ex in deis, aut paganis Christianis nos se fieri volentibus, hi si episcopi fuerint, aut clerici alienatos quidem episcopos ab episcopatu, clericos a clero. Si vero monachi, aut laici fuerint, anathemate feriri. Protestatur enim beatus Apostolus, dicens. Si quis certat non coronatur, nisi legitime certauerit. Et iterum dominus ait. Qui autem pseuerauerit usque in finem, hic saluus erit. Videlicet certaminibus sacris propositis nobis, pro defensione catholicae ecclesiae, magnaque salute ex hoc sperata, ab omnium bonorum datore Deo, non deficiant manus nostrae dilectissimi fratres per occasionem cuiuslibet desiderii dissolutae, sed fratres efficiamur per gratiam dominici, atque virtutem potentiae eius, quoniam proficit pedes nostros tanquam ceruorum, & super excelsa firmius statuit. Per intellectum summam eius humanitatis propter nostram salutem, maxime tamen habentes impositam sanctorum testium nubem. Deponentes ergo omne podus, & circumstantem aduersariorum nouitatem, per patientiam curamus aspicientes in auctorem fidei, & consummatorem Iesum, qui proposito nobis propter

Q. ii.

Ecclesia  
tholica  
Syon.

eum negocio spiritum suae veritatis cononet loquentem in nobis, atque prohibentem magna fidei, per doctrinam sanctorum patrum, quos aduersarii calumniatur quotidie. In prophetis namque habetur. Propter syon non tacebo, & propter Hierusalem non quiescam, donec egrediatur ut splendor iustus eius, & saluator eius, ut lampas, accedatur. Profero catholica ecclesia, quae vera consistit syon, & ciuitas Christi caelorum regis, patrumque spacia expugnata ab aduersantibus verba fidei, qui neque deum timet, neque hominem reueretur, sed intassum producentibus piis, & canonicas de hoc verbo doctrinas, dum a diuersis, tantisque scripto, & sine scripto confessionibus initiati fuissent corrigere propriam, & sepelire heresim, sicuti & per anteriorem cognitionem luculentius demonstratum est, tam per libellos, quam per suggestiones reuerendissimorum sacerdotum, & venerabilium abbatum, Apolo protestante nobis ut hominem hereticum, post primam, & secundam correptionem euitare debemus, scientes, quia subuersus est huiusmodi, & deliquit proprio iudicio condemnatus, nullo modo oportet nos deinceps tacere, aut quiescere, ne quoquo modo iniqui iudicemur odibilem deo patrem amplectentes. quoniam scriptum est, zelauit in peccatoribus pacem peccatorum videns, & dicatur etiam de nobis Sacerdotes mei contempserunt meam legem, & polluerunt sanctuaria mea inter sanctum, & prophanum non habuere distantiam, & inter pollutum, & mundum non intellexerunt, sed consurgere nos conuenit cum deo, consistere prompte, induentes arma spiritus aduersus malignantes contra fidem eius, ut approbemus spiritus sapientiae, id est verba eorum, si ex deo sunt. Scriptum est enim in Hieremia. Probatorum dedi te in populo meo robustum, & scies, & probabis viam eorum. Multa namque nobis necessaria est vigilantia, & tanta diuinae sapientiae rimatio, quae occulta tenebrarum reuelat ad requisitionem homini rei, & scrutationem quam latet quodammodo, & absconditur, vixque comprehenditur dolosa existens malicia pro eo, quod sibi pietatem callide blandiatur, ut valeat scrutatum mentem latere. Quod utique scies beatus Apolos ait. Nam homo pseudoproprii, & operarii subdoli, transfigurant se in apolos Christi. Sed non mirum quoniam & ipse Sathanas transfiguratur se, velut angelus lucis. Et ideo non mirum si non ministri eius transfiguratur velut ministri iustitiae, quoniam finis secundum opera eorum. Sed & dominus in hoc promuniens nos ait. Attendite a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimento ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. A fructibus eorum cognoscetis eos. Ergo in idipsum ex toto corde ferentes ante omnia super tali questione deprecationem, & dicentes cum Dauid. Reuela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua. Lucerna enim pedibus meis verbum tuum domine, & lumen semitis meis, quoniam spiritus est, sicut ait beatus Daniel propheta. Sapientia, & fortitudo dat sapientiam sapientibus, & scientiam intelligentibus disciplinam. Ipse reuelat profunda, & abscondita, & nouit in tenebris constituta, & lux cum eo est. Quia sapientiam inquit, & fortitudinem dedisti mihi, & non disti mihi, quae rogavi te. Cum opera diuina vniuersi cuiusque personae descripta eorum, qui pro nouitatis commento accusati de venerabili nostro seruo obsecundantibus, & nobis ordinabiliter offerentibus solertius intendamus, ita ut qui haec presumpserit preuaricati, primum quidem subiaceant iudicio terribili omnipotentis Dei, deinde autem qualicumque regalem indignationem reuereantur, per quam si quidem episcopi, aut clerici fuerint, a sui sacerdotii, siue a sui cleri ordine/modis omnibus excidant. Sin autem monachi sunt, segregentur, & alieni sint a suis locis. Sin autem dignitatem, aut cingulum, aut militiam habeant, nudentur eis. Quod si priuati siquidem nobiles constitunt, suarum substantiarum prescriptionem patiantur. Sin autem ignobiles consistunt, non solum in corpore verberantur, sed exilio perpetuo castigantur, ut omnes timore dei compressi, & comminata eis di-

Angelus  
Sathanas  
transfiguratur  
se in angelum  
lucis.

gna supplicia reueretes, immobilem & sine turbatione pacem sanctarum Dei ecclesiarum custodiant. Data. viii. Kl. Iunii. Asclepio, & Deodato venerabilibus. CC. Explicit. Gloria Christo Iesu domino nostro. Pax vobis. Amen

Epistola aegyptiorum pontificum ad eundem  
de infestationibus Arrianorum.



OMINO Ter beatissimo, & honorabili sancto patri Felici sanctae sedis apostolicae urbis Romae Papae Athanasio, & vniuersi aegyptiorum Thebaidorum, & Libyrorum episcopi in sancta Alexandria synodo gratia dei congregati. Vestro sancto suggerimus apostolatu, ut nostri more solito sollicitudinem gerere dignemini, iuxta viam prudentissimam sapientiam, quae omnibus luce clarius manifesta est, quia apostolica vestra beatitudo visceribus commota, super tribulatione nostra, nos omnes hortata est ad tuitionem catholicae, & apostolicae ecclesiae, in vnum conuenire, & de nostra canonice oppressione, & vnanimitate tractare, dum constat nos vna cum beato Paulo apostolo eadem compassibiliter dicere. Quis infirmatur, & ego non infirmor: Quis scandalizatur, & ego non vror: Satagentes, ne aliqua deus, quae vobis creditae sunt rationabilibus ouibus a bestiis capiat. Ideo pater beatissime quia semper antecessores nostri, & nos a vestra apostolica sancta sede auxilium hausimus, & nostri vos habere curam nouimus prefatam apostolicam, & summam expetimus, iuxta canonum decreta, sedem ut inde auxilium capiamus. Vnde predecessores nostri ordinationes, & dogmata, atque subleuationes texerunt. Ad eam quoque quasi ad matrem recurrimus, ut eius verbis nutriamur, quoniam non potest mater obliuisci infantem suum. Sic & vos nolite obliuisci nos vobis commissos, quoniam non leuibus nos inimici nostri implicauerunt, & quotidie facere moluntur afflictionibus, & apprehendere, ac feris nos construngi minantur, nisi eorum consentiamus erroribus quod nequaquam vobis incosultis agere presumimus, canonicis quippe iubentibus absque Romano pontifice nos de maioribus causis nihil debere decernere. Ideoque ad propositum recurrentes, & ad brauium properantes vestrae apostolicae sedis imploramus auxilium, quia, ut credimus non delpeuit deus precibus cum lacrymis sibi oblatas feruorum suorum, sed ob id vos predecessoresque vestros apostolicos videlicet presules in summis arce constituit, omniumque ecclesiarum curam habere precepit, ut nobis succurratis, nosque tuentes, cum omne episcoporum iudicium est commissum liberare ab hostibus nostris non negligatis. Nam scimus in Nicena magna synodo trecetorum decem, & octo episcoporum, ab omnibus concorditer esse roboratum, non debere absque Romani pontificis sententia concilia celebrari, nec episcopos damnare licet, haec & synodica capitula alia complura praenecessaria, ab hereticis, qui nos quotidie infestant, & perdere nituntur, ut facilius nos capere possint, sint incensura, nobisque sublata. Quae de re hac inuenta occasione indifferenter omni canonica, & apostolica postposita auctoritate, nos vi a propriis, vobis incosultis illicite expellunt sedibus, ouesque nobis a Christo domino apostolica commissas gratia, inuadunt, gradibus priuatis, & quod pessimum est, & omnibus christianis legibus inimicum, interficere decernant. Vos ergo vestrae sedis sanctae consuetudo fuit, periclitantibus subuenite, oppressos roborate, tribulantibus manum porrigite, taliaque prohibete, & leges imponite, ut apostolica doctrina, quae in deo est, cito ad victorum iudicium perducere valeat nostrum, nosque apostolorum principe suffragante Petro, ab imminentibus periculis liberare. Nouimus namque in iam fata Nicena synodo generaliter esse decretum, ut nullus passim, vageque episcopos, aut presumptiue lacerare, aut accusare, & qui non sunt rectae fidei, vel bonae vitae, vel clarae conuersationis infamare presumat. Sed prius si erga episcopos, vel aucto-

Q. iiii.

Videant  
hec sit re-  
ctum.

AEGYPTIORVM

res ecclesie quicquam causam habuerit, eos cum charitate mansuete conueniat, ut ab eis  
vultus vnde agitur, recte sanetur, aut ipse, si secus egerit, accusator excommunicetur.  
Quod si ab eis nihil recte valuerit percipere, tunc primo summos adeat primates, & ipse  
pore congruo canonice eos conuocare debent. Qui si aut suis rebus expoliati, aut a  
ppriis sedibus eiectioni, aut exiliati, vel oppressi, aut iniure tractati fuerint, primo eru-  
antur, & canonice restituantur, atque omnia sibi sublata integerrime eis legibus reddan-  
tur, quoniam priusquam hec fiant, ut in predicto constitutum est concilio, nec canonice con-  
uocari, nec distringi, a quocumque possunt, quoniam nec seculi leges hec fieri permittunt,  
quanto minus ecclesiastica. Similiter & a supradictis prius est definitum consonan-  
ter, ut si quisquam episcoporum, aut metropolitanum, aut conprovinciales, vel iudices sus-  
ptos habuerit, viam sanctam Romanam interpellent sedem, cui ab ipso domino pote-  
stas ligandi, ac absoluendi specialis est privilegium super alios concessa. Ipsa enim firma-  
mentum a deo fixum, & immobile presepere, quoniam ipsam formam vniuersorum mis-  
sionum lucidissimam dominus Iesus Christus veram applicam constituit sedem, ipsa  
est enim sacer vertex, in quo omnes vertuntur, substatantur, leuantur, & sicut in Chris-  
to Christiani, & in Petro in Christo renouantur ecclesie. Tu es enim, sicut diuinum  
veraciter testatur eloquium, Petrus, & supfundamentum tuum ecclesie columna, id est  
Christi, qui ecclesiam sustinere, & propriis humeris portare debes, iunct confirmati, Tibi  
que clauis regni celorum commisit, atque ligare, & soluere potestatiue, que in terra, & que  
in celis sunt, promulgauit. Tu pphanarum heresium, & impetitorum, atque omnium  
infestantium depositor, & princeps, & doctor, caputque omnium orthodoxe doctrine  
& immaculate fidei existis. Igitur ne despicias patrum tuorum pater pietatem, bona  
que intentionem. Et sicut illi patres, & predecessores nostros a multis liberauerunt oppres-  
sionibus, & angustiis, ita nos liberare digneris. Nam fuit semper vestra sancte, & apo-  
stolice sedi licentia, iniuste damnatos, vel excommunicatos potestatiue sua auctori-  
te restituere, & sua eis omnia reddere, & illos, qui eos condemnauerunt, aut excom-  
municauerunt apostolice pugnare privilegio, sicut etiam nostris, & antecessoribus cogno-  
uimus actum temporibus. Porro, & ipsi primates, qui episcoporum, & summorum ec-  
clesiasticorum causas suscipere debent, in prefixa Nicena synodo sunt dinumerati, ne  
in posterum ex hoc contentio oriretur. O sanctissime pater patrum, absconde blasphemias,  
& iactantiam vaniloquorum, & insidiantium infestationes, nos, & fratres nostros  
opprimendum, atque perdere volentium, qui ad vos quasi ad caput, confugimus, ut vno  
suffulti auxilio liberemur, & vobis, nobisque Christi commissas oues a luporum ore do-  
mino administrante, antequam deglutiantur, rapiamus. Nec enim fas est supplicium apostoli-  
ce sedis scripto, aut sine scripto preces oblatas despiciere, sed ut condecet, & privilegium  
vestre sedis est, & nos, & illi canonicaliter conuocemur, & ante vos de nostris obiectio-  
nibus canonice cum omni probitate concertemus, sicut predecessores nostri penes vestros  
fecerunt antecessores, & sicut canonice in predicta sancta synodo docent constituta, &  
veluti paleati verbi per ventilabrum canonice examinationis, plenam purgationem  
in comuni consistentes auditorio, de maturis, & nutrientibus catholice ecclesie dog-  
matibus, que confirmant cor hominis, participationem paternarum consequamur in illi-  
tutionum. Antiquis enim regulis sancitum est, ut quicquid, quis in remotis, aut in lo-  
ginquis positis prouinciis super episcoporum querelis, aut accusationibus ageretur,  
non prius tractandum, vel accipiendum esset, quam ad noticiam almæ sedis vestre fuis-  
set pronuntiatio facta, qua infirmaretur, aut firmaretur, indeque sumeretur norma, vnde  
de ecclesie sumpsere exordium predicationis, ne passim ab insidiatoribus columna euet-

Hic mul-  
tū tribu-  
it ecclesie,  
Romæ.

Statutū,  
p sede ro-  
mana.

EPISTOLA

FO. CCCXXV

terentur ecclesie. Certum est enim eidem sancte sedi vestre in honorem beatissimi  
Petri, patrum decreta peculiarem decreuisse reuerentiam dei pro rebus inquirendis, at-  
que determinandis, quas sollicitudo decet, iustaque ab ipso presulum examinare vertice apo-  
stolico, cuius sollicitudo semper fuit, & est, tam mala damnare, quam probare laudanda. Quo-  
niam humilimum vestro apostolice culmine proluentes, obsequium, ut ipse dominus prece-  
pit, & sanctorum decreta patrum statuerunt, cum lachrymis suggerimus, quod sine ge-  
mitu cordis reticere non valemus. Nam in tantum a persecutoribus sancte dei eccle-  
siae, nostrisque inimicis persequimur, ut magis nos viuere, quam mori. Vnde pro omnibus fa-  
temur, in tantum cor esse nostrum vulneratum, ut propheticum illud preceptum exop-  
temus, dicentes, Quis dabit capiti meo aquam, aut oculis nostris fontem lachrymarum  
ut sedentes ploremus die, ac nocte? Ecce enim oues, que nimis infestatur, atque a prauis  
amoueri hominibus impelluntur. Christianorum vero voces, ac gemitus, episcoporum  
longe lateque resonant, nouitates insurgunt, calumnie crescunt, persecutio grassa-  
tur, perditio fit populorum. Vestrum est nobis manum porrigere, vobis enim com-  
missi sumus: vestrum est nos defendere, atque liberare, nostrumque est a vobis auxili-  
um expetere, & vestris parere iussionibus. Pro nimio ergo dolore, atque gemitu om-  
nium, que nos infestant, necessario recordari, vobisque significare nequimus, ideo al-  
timum vestrum exoramus apostolatum, ut super his legem, que in memorata Nicena  
synodo est promulgata, quamuis predicatorum insidiatorum, & aliorum malorum  
hominum, quo faucibus episcopos dei ministros valeant illaqueare, est suffocata re-  
paretis, & que necessaria fore cognoscitis, vestre sancte sedis auctoritate nos, cunctosque  
que fratres informetis, ut malorum insidias hominum vestra fulti auctoritate illesi,  
domino opitulante euadere valeamus, quia insidias luporum preuidere non ouium  
sed pastorum est. Scimus enim quod id semper vestre sedis presules primo Aposto-  
li, deinde successores eorum fecerunt, Vos vniuersalis ecclesie, & maxime episcoporum  
rum, qui oculi domini propter contemplationem, & speculationem vocantur, curam  
gerere, ac de releuatione, & lege nostra assidue cogitare debetis, sicut scriptum est, Bea-  
tus qui meditatur in lege domini die, ac nocte. Que meditatio non lectione per fi-  
guram literarum tantum inspecta, sed vberante in vobis Christi gratia in vestra con-  
gnoscutur conscientia, immobiliter insita, & nullatenus de vestro corde recedente le-  
ge Christi Dei sacrosancta, sicut in psalmis dicit Propheta. Os iusti meditabitur sapientiam,  
& lingua eius loquetur iudicium, lex dei eius in corde ipsius, non attrahet  
to, sed spiritu dei viuus vestris in archanis conscripta, neque in tabulis lapideis, sed in tabu-  
lis cordis carnalibus, sicut beatissimi apostoli Pauli ad Corinthios missa nos docet episto-  
la. Quibus premissis significamus Deo placite fraternitati vestre die septimo Calen-  
dendarum augularum indictionis quartę nostram humilitatem diuina gratia suo, ut  
precepit, munere preueniente, vestris sanctis, ac deo dignis precibus in sancta Roma-  
na ecclesia pontificalis honoris accepisse consecrationem, & stolam, ut in quo digni-  
tatis fastigio Deo omnipotente regamur, altissimoque, & a malis omnibus liberemur,  
ut non sacerdotale nomen tantum, sed Christi domini nostri Dei protegente auxilio  
& meritum habeamus, vestris sanctis, ac deo acceptabilibus nos commandantes ora-  
tionibus, poscimus quatinus & vestris deprecationibus pro nobis ad Deum effusis  
muniti, & eruditionibus beatis instructi, digni efficiamur cum omni nobis populo Chri-  
stiano commisso illesi, protegi velamento diuino. Ad salutationem ergo vestre san-  
cte, & honorande fraternitatis vice nostra, Benedictum humilem nostrum fratrem  
vestrum episcopum, & Alexandrum presbyterum, Crispinum quoque diaconem, vestros

Q. iiii.

familios destinauimus, propter quos postulamus celerius nobis a vestra beatitudine persolui, vt vris cohortationibus roborati, vris regulis inimicis videlicet compressis in formati, ad proprias prudenter consolati valeamus ecclesias ante hyemem dno ppi-  
tio remeare. Vestrum est quippe pater sanctissime canonica districtione sollicite, delicæ regulæ aduersantibus, & fratrum insidiatoribus obuiare. nec permittere nouiter dici, quod patrum venerabilium auctoritas omnino non censuit. Non enim humiles corde, sapientes adiuuante domino vno vinculo charitatis vobiscum sumus constricti, veram fidem, ac religionem catholicam in omnibus fortiter defensantes. Studiosius itaque a catholicis improbis, probe resistere nitendum est, ne torpentes de fiducia, oppressi culpæ taciturnitatis teneamur obnoxii, & quasi fauorem impendentes iudicemur. Vnde & dictum est. Negligere cum possis deturbare peruersos, nihil aliud est q̄ fouere. Nec caret scrupulo satietatis occulte, qui manifesto facinori desinit obuiare, manifesta est doctor sanctissime venenosa serpentum sine simplicitate astutia, dum manifesta est dolosa inimicorum fallacia. Succurrite quesumus oppressis, liberate nos de manu persequentium, vt cum beato Iob cantetis. Benedictio perituræ, ri super me veniebat, & cor viduæ consolatus sum, iusticia indutus sum, & vestiuit me, sicut vestimento, & diademate iudicio meo. Oculus fui cæco, & pes claudo. Pater es, ram pauperum, causamq; quam nesciebam, diligentissime inuestigabam. Contem-  
rebam molas iniqui, & de dentibus eorum auferabam prædam, & reliqua. Nos enim quostua maxima expectat cura, id est, episcopi omnes, præcipue tuum debemus mereri iudicium, & non ab aliis deuorari. Merito ergo nos sacerdotes domini causa respicit si, silentio faueamus errori. Siquidem corripiantur huiusmodi, nec sit liberum eis pro voluntate habere iudicium, desinatque nouitas incessere vetustatem, desinat ecclesiarum quietem inquietudo turbare. Nam omnes metropolitanam, vel reliqui episcopi sua odia, aut vindictas in reliquos episcopos exercere non valeant. Ideo nominatim in Nicæna synodo expressi sunt primates, qui reliquos episcopos audire, & iudicare debeant, ne vlla fraus in iudicio episcoporum possit irruere. Vos ergo, qui in summo speculo gratiæ dei estis depositi, attendere eos, & opprimere oportet, qui in fratres seditiones, & scandala excitant. Ideoque exoramus, vt minime despiciatis humilitatis nostræ, & omnium orientalium orthodoxorum sacerdotum, & populorum afflictiones, & damnationes, cum lachrymis oblatas, sed sicut luminaria vniuerso mundo, verbū vitæ retinētes introductas extinguite tenebras nefandissimorum insidiatorum temporibus etiam nostris procaciter germinatas, quatinus funditus extincta huiusmodi caligine Lucifer nobis resplendeat per vos sanctissime pater, & dogmatica definitio vbique omnes letificans, qua gloriosi sancti patres per propria piissime dogmata in æternæ vitæ firmam hereditatem prædicasse noscuntur. Et subscriptio in conspectu lumen te, & beneplacitum Deo sanctissime pater patrum orantem pro nobis dominus custodiat in æuum.

A M E N .

Definat  
nouitas  
incessere  
vetustate.

Rescriptum Felicis Papæ ad eisdem.



Reuerendissimis, atq; dilectissimis fratribus Athanasio, & vniuersis egyptiorum, thebaidum lybiorūq; episcopis in sancta Alexandria na synodo cōgregatis, felix almæ Romanæ vrbis & vniuersalis ecclesie episcopus, & sancta synodus, quæ in urbem Romam cōuenit i domino salutem. Sacram vestram synodicam epistolam per gratiā spiritus sancti, & deo placitum studium cōscriptā, vestre a deo honorandæ sanctitatis gratia libenter suscepimus, atq; instanter nostra in synodo recitare per singula iussimus, & omnes intente eius colligere verba præcepimus. Super quæ dū letari sperabamus & cupiebamus, versa est in luctum cythara nostra, & cantationi plorationem, & omnino totius synodi gaudium in merorem translatum est, quia nō deuerat, vt hii qui corpus Christi quotidie proprio conficiūt ore, tantam paterentur persecutionem, quoniam dñs deus noster salutem prouidens generis humani mandauit persecutioes non fieri, neq; fluctuatioes inferri aut inuideri laborantibus in agro domini, neq; dispensatores magni regis vexari, aut expelli. Quiescite, inquit, sancta magna Nicæna synodus, & nolite persequi eos, qui deo perfecte ministrāt; & sincera voluntate superni dei mandata custodiunt, & nostris legibus subiugantur, quia nec decet nec ordo patitur, vt iniqui, & carnales spirituales persequantur. omnis enim qui resistit alicui, nunc vertendo nunc celando veritatem, mentitur aduersus eum contra quem litigat. Et qui infestus est alicui, omnia sicut hostis agit, & insuper loqui con-  
tendit. Vos enim monemus fratres in speculis esse debere, vt in quantum esse potestis & dominus auxilium dederit, talibus nostra apostolica vestraque auctoritate resistatis, nec quisquam vestrum a fratris auxilio se subtrahat, sed pro viribus adminiculum præstet, quoniam licet pauci sitis, si vnanimis fueritis, nullatenus, iusticia suffragante, domino quoque opem ferente superabimini, quia funiculus triplex difficile rumpitur. Nam si officiis secularibus humana lex subuenit, quanto magis ecclesiasticis, & domini sacerdotibus, maximeque pontificibus, qui pupille oculorum domini appellantur, diuina atq; canonica lex suffragari debet. Ait enim diuinum de episcopis eloquium. Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei. Et si seculares homines humana multipliciter explorantur lege, & requisitiones, atque inducē illis multorum mensiam conceduntur, ne iniuste damnentur, quanto magis episcopis, qui proximiores sunt, deo & super eos sunt constituti, positique in cœlesti militia, quæ in pensius ponderanda est, tempora sunt concedenda multo ampliora, ne a quibusdam grauentur, aut opprimantur, vel subito damnentur. Inspiciamus ergo adiuuante deo & sancto apostolo Petro, per quem & apostolatus & episcopatus in Christo cœpit exordium, quam plures sepe emerferunt cause, quæ in quibusdam non erant cause, sed crimina, quia magis, vt comperimus iniquitate fratribus sunt impositæ, quam charitate, & vt de cetero sollicitudo sit, ne talia deueniant, capta quedam, quæ a sanctis patribus tam in Nicæna synodo, quam in hac sede constituta sunt, ponam, quibus fratres & coepiscopi nostri sulti, insidias inimicorum domino auxiliante valeant euadere, & prout dominus dederit posse, paucioribus tantorum malorum verbis imitemur cōpendium, & strictim, quæ in volumen literarū vestrarū cōperimus, retractemus & alia nonnulla instantis temporis necessaria prout petitis ponamus. Est namq; synodice decretum institutis, vt nemo episcopum penes seculares arbitros accuset, sed ad summos primates. Si quis aduersus episcopum causam habuerit, non prius a

Nicæna  
Synod.

Q. v.

Vide hæc

Hic Romano episcopo multum tribuit.

lios episcopos adeat, ut eum accuset, quam familiariter ei suam indicet querelam, & ab eo aut iustam emendationem, aut rationabilem percipiat excusationem, ipsa nos instruente veritate, si peccauerit in te frater tuus, vade & corripere eum iter te & ipsum solum, si te non audierit, adhibe duos vel tres tecum, & si non audierit dic ecclesie, id est hac causa eum publice, & non prius & reliqua. Si quis episcopum post hæc elegerit accusare, summis primatibus episcoporum suam indicet causam, & non secularibus, qui magis ad pacem quam ad iudicium eos reuocent, ut caritas in omnibus & ab omnibus custodiat. Si primates accusatores episcoporum cum eis pacificare familiariter minime potuerint, tunc tempore legitimo eos ad synodum canonicè conuocatam non infra angusta tempora canonicè conuocent, & non priusquam eis per scripta significent, quid opponitur, ut ad responsionem preparati adueniant. Nam si aut vi, aut timore eiectionis, aut suis rebus expoliati fuerint, nec canonicè euocari ad synodum possunt, nec respondere emulis debent, antequam canonicè restituantur, & sua eis omnia legaliter reddantur. Si quis episcoporum suis fuerit rebus expoliatus, aut a sua ecclesia vi, aut timore expulsus, quod omni Christiano nomini est inimicum oportet, & decet episcoporum prepositum semper prima fronte sollicitum esse, ut omnia quæ ei ablata sunt, potestati eius legaliter reddantur, & presul prius restituatur. Et postea non statim, sed diu, & per spaciola tempora, suis potestatiue depositis, & ad suam necessitatè preparatis, ad tempus veniat ad causam & si iuste visum fuerit accusatoribus respondeat suis. Nulli infami, atque sacrilego de quocumque liceat negotio, quando aduersus religiosum Christianum, quamuis humilis, seruilisque persona sit, testimonium dicere, nec de qualibet actione, vel inscriptione Christianum impetere. Si quis episcopus legitime accusatus, & supradicto ordine ad concilium canonicè conuocatus fuerit, absque trepidatione ire debet. Et si ire non potuerit, pro se legatum ad synodum mittat. Nulle cause a iudicibus ecclesiasticis audiantur, quæ legibus non continentur, vel quæ prohibite esse noscuntur. Si quis aliter non adquireuerit, nisi ut episcopum accuset, suprataxato hoc tenere agere debet, quia aliter rata non potest accusatio existere, tunc primo accusati causam accusator apud primates canonicè deferat. Nam a communione prohibeatur accusatus, nisi ad electorum iudicium canonicè conuocatus infra tres aut sex, vel plures menses pro suis rationem rediturus venire distulerit. Quod si probare potuerit, quod non noluerit, sed non potuerit venire, nihil ei nocet. Ille vero, qui vi, aut timore a sede pulsus, aut suis rebus expoliatus fuerit, non prius vocetur ad synodum, quam ei omnia legibus reintegrentur, & tam diu in sede propria pacifice, & potestatiue cuncta disponens resideat, quam diu expulsus, vel expoliatus carere visus est rebus. Cum autem ad iudicium venerit, si voluerit & necesse fuerit iudicium ei petenti a patribus constitute, absque impedimento concedantur, & iudices a se electi tribuantur, ut in loco, vnde est ille qui accusatur, aut si alibi alicuius temerarie multitudinis vim metuerit, locum sibi congruum eligat, quo absque timore suos si necessitas expoposcerit, testes habere, & absque impedimento suam canonicè sententiam finire valeat, quia multa per subreptionem euenere solent, illis testificandi vel accusandi licentia denegatur, qui Christiane religionis & nominis dignitatem, & suæ legis, vel sui propositi normam aut regulariter prohibita neglexerint. Multum derogatio preualet, quando derogato creditur. Ideo variis detractionibus, atque accusationibus non debet labefactari primatem, sed magis patrum regulis roborari, nec facile aut indifferenter suscipere accusationes presumat, dicente domino. Non suscipias vocem mendacii, sed prius probare debet suspicionem, & causam, aut quo animo hoc faciat,

& postmodum suscipere, quia veritatis professionem, propinquitatis, inimicitie, timoris, amoris odii, & cupiditatis intentio, impedire, & aduersa fratribus irrogare solet. Personæ accusantium tales esse debent, quarum fides & conuersatio & vita probabilis, & absque reprehensione sit, & quæ omni careant suspicionem, quia & hoc te præsentem, ut bene nosti, in Nicæna synodo propter malorum hominum insidias sine hæc & alia complura deleta, est definitum, licet prauorum hominum insidias sine hæc & alia complura deleta, Primates illi, & non alii sunt, quam qui in prædicta Nicæna synodo sunt constituti. Reliqui vero, qui metropoles tenent sedes, archiepiscopi vocantur, & non primates, salua in omnibus apostolicæ sedis dignitate, quæ ei ab ipso domino est concessa, & postea a sanctis patribus roborata. Primo semper in omni episcoporum accusatione, persona vita & conuersatio accusantium, enucleatum inquiretur, & postmodum ea quæ obiciuntur fideliter pertractentur, quoniam nihil aliter fieri debet, nisi impetitorum prius requiratur fides, personæ, hominum perniciæ volentium vitam lacerari innocetium. Sane sepius boni a malis persequuntur, qui non cessant suis calamitatibus alios derogare. Ideo summo opere preuidendum est, ne hæc fiat. Nullus seruus, nullus libertus, nullus infidus, nullus criminibus, irretitus, nullus calumniator, nullus qui inimicitias studet, nullus qui frequenter litigat, & ad causandum, vel detrahendum est facilis, nulla infamis persona, nec non & vniuersi quos ad causanda publice conuiuia leges publice non admittunt, permittatur episcopos accusare, quoniam accusatores & accusationes, quas leges seculi non recipiunt, qua ratione sacerdotalis eas recipere debeat ordo inuenire nequeo, cum hæc & in Nicæna synodo prohibita sint, & illi magis ab istis non isti ab illis iudicari debeant, cum apostolus dicat spiritualis iudicat omnia, ipse vero a nemine iudicatur. Heretici, a quibus nimium opprimimur, excommunicati, homicidæ, malefici, fures, sacrilegi, raptores, venefici, adulteri, & qui raptum fecerint, vel falsum testimonium dixerunt, seu qui ad sortilegos, magosque contulerint nullatenus ad accusationem, vel ad testimonium erunt admittendi. Non ita in ecclesiasticis agendum est negotiis sicut in secularibus. Nam in secularibus, postquam legibus vocatus, & in foro decertare coepit aliquis, non licet ante peractam causam recedere. In ecclesiasticis vero, dicta causa recedere, licet, si necesse fuerit, aut si se pergrauariderit, Quotiescumque episcopus super certis accusatur criminibus, si tales fuerint accusatores, qui iuste & canonicè recipi debeant, legitima in synodo suo in tempore congregata, ab omnibus canonicè audiatur, qui sunt in prouinciis episcopis. Quod si legitimi non fuerint accusatores, non fatigetur episcopus, quia sacerdotes ad sacrificandum vacare debeant, non ad litigandum, nec illi, qui throni dei vocantur, prauorum hominum insidiis turbari debent, sed libere Christo domino familiari, quamquam prouincialibus episcopis, vna cum eorum Metropolitanis suæ prouinciæ, causas episcoporum, liceat caritatiue & concorditer agitare, non tamen, sicut in prædicta te præsentem constitutum est synodo, licet diffinire, absque Romani pontificis auctoritate, Quod si secus a quibusdam presumptum fuerit, ipsi qui hoc egerunt, suæ presumptionis suscipiant damnum, & illi, qui ab eis perperam excommunicati, aut damnati fuerint, auctoritate huius sanctæ sedis & beati præceptoris nostri clauigeri petri potestate soluantur, atque restituantur. Ipse ei ait dominus. Quæcumque solueris super terram erunt soluta & in terra & in coelis. Quoties episcopi se a suis comprouincialibus, vel a metropolitano putauerint pergrauari, aut eos suspectos habuerint, mox Romanam appellant sedem. Ad quam eos absque vlla detentione, aut suarum rerum ablatione, obedire liceat. Et dum ad prædictam Romanam matrem appellauerint ecclesiam,

Accusatores quales esse debent vita &amp; moribus.

FELICIS EPISTOLA!

aut ab ea se audituri exposcerint, nullus eos, aut excommunicare, aut eorum res auferre, aut aliquam vim inferre eis presumat, antequam horum causa Romani pontificis auctoritate finiatur. Quod si aliter a quoquam presumptum fuerit, nihil erit, sed viribus carebit. Nam ne hoc perperam presumimus, sed & ipsum in Nicena synodo constitutum, & antecessores nostros egisse, bene Athanasii nostri, qui tu & Paulus Constantino- politanus, Asclepius, Gaze, & Lucianus ac nopolites, ab episcopo orientalis icosulato sancte memorie Iulio predecesore nostro danati estis, & ad eum, quasi ad totius orbis caput, ut semper huic sancte sedi licitum fuit, confugistis, cognita eorum nequitia, & vestra iusticia, vos in conione suscepit, & omnium vestrum curam gerens, propter sedis proprie dignitate suas singulis reddens ecclesiis orientalibus scripsit, culpans eos quod non recte tractassent, viros inculpabiles de suis ecclesiis expellentes, & constituta Niceni concilii minime conseruantes. Equibus ad certum die nonnullos sibi met ad se se precepit, ut de talibus presumptionibus certam redderent rationem, & coram eis ostenderet, iustum se super eis protulisse decretum. Intermittu est etiam non talia deinceps fratres esse passuros, & nisi ab huiusmodi presumptionibus cessarent, a propriis esse gradibus eos recessuros. Tali enim huius sancte sedis privilegio, tu & fratres tui proprias recepistis ecclesias, cum omnibus ad vos pertinentibus. His enim & aliis quam plurimis documentis, manifestum est nullum damnari, aut suis expoliari rebus debere episcopum, qui hanc sanctam sedem interpellauerit, aut sibi defensoricem aliquid uerit, donec iudicium de eo nostre apostolice auctoritatis hoc est principis apostolorum Petri agnoscat, quia solum Christus IESVS huic sancte sedi, id est, apostolice hoc facere commisit, ut pote quoniam solus, atque pre omnibus prefatus princeps apostolorum creditus est, atque percipere meruit a rege regum Christo clauas regni caelorum. De inducis vero episcoporum super quibus consulistis, diuersas a patribus regulas inuenimus institutas. Quidam enim ad repellenda impetitorum machinamenta, & suas preparandas responsiones, & testes confirmandos, & concilia episcoporum, atque amicorum querenda, annum aut sex menses mandauerunt concedi. Quidam autem annum, in quo plurimi concordant, minus vero quam sex menses non reperi, quia a laicis hac indulta sunt, quanto magis domini sacerdotibus. Nam & a nostris antecessoribus, atque reliquis sanctis patribus multoties inhibuitur est, ne quis domini sacerdotibus detractiones irroget, quatenus magis accusationes non ex radice charitatis prolatas. Quiescite inquit, & nolite persequi eos, qui deo perfecte ministrant, quorum orationibus & terrena bella sedantur, & recedentium a deo angelorum pelluntur in cursus, qui quique omnes demones, qui corrupti sunt, preceum assiduitate confundunt. Inducere namque non sub angusto tempore, & sub longo spacio descendende sunt, ut accusati se preparare, & uniuersos communicatores in prouinciis positos conuenire, & testes preparare, atque contra insidiatores si pleniter armare valeat. Iudices enim, & accusatores tales esse debent, qui omnium careant suspicione, & ex radice caritatis sua desiderant promerere sententiam. His igitur tam legaliter, quam & canonicè prolatis, etiam omnium Christianorum reuerentiam congaudere deprecimus, spirituali intercedente dilectione, & timore dominico, per quem humana remouetur offensio, & ecclesiarum edificatio preponitur uniuersis, ut magis uniuersi ad edificationem fratrum laborent quam ad damnationem, quoniam ait dominus, In hoc cognoscent omnes, quia mei estis discipuli, si dilectionem habueritis ad inuicem, Iam enim formam dedimus, & a predecessoribus nostris datam esse cognouimus, si quis se agnouerit, Christianum illud seruet, quod ab Apostolis noscitur esse traditum dicente Apostolo

princeps  
apostolo-  
rum petr<sup>9</sup>  
ut hic di-  
citur.

FELICIS PAPAE EPISTOLA!


FO. CCCXXVIII!

Paulo. Si quis uobis annunciauerit, preter quod accepistis, anathema sit. Christus enim dei filius dominus noster, humano generi propria passione salutem plenissimam condonauit, ut nos liberaret. Ut si intantum nos dilexit, ut etiam proprio filio suo non parceret, sed pro nobis omnibus illum traderet, ut nos liberaret, ut quid nos non diligimus fratres, aut eos temere iudicamus? cum predictus dicat Apostolus. Nolite iudicare inuicem, sed hoc magis iudicate, ne ponatis offendiculum fratri vel scandalum. Nam si illi, qui fratres diligunt, ex deo nati sunt, & vident dominum, quid ergo erunt illi, qui eos persequuntur, & eos detrahendo, machinando, accusando, infestando, damnare moliantur? Si illi filii dei, proculdubio filii sunt diaboli, qui ut semper sicut leo rugiens circuit, querens quem deuoret. Ita fratres insequuntur, ut perdant. Qui vero adiuuare fratres refugiunt, maius peccatorum onus acquirunt, & fraternitatis solatio rei existunt. Ve inquit propheta, qui potum dat amico suo, mitens fel suum, Et iterum sapientissimus Salomon ait. Quoniam qui loquitur iniqua non potest latere, nec preteriet illum corripiens iudicium, in cogitationibus ergo impij interrogatio erit. Sermonum autem illius ad deum premeditatio, ad correctionem iniquitatum illius qui auris zeli audit omnia, & tumultus murmurantium non abscondetur. hec enim si amplecti uoluissent proprio, & sano sensu, ad reprobum sensum minime laberentur, sed per dei timorem sermonum suorum precauentes custodiam, piam sanctorum patrum diffinitionem sine quadam presumptione nocu- menti utriusque conseruarent, quoniam dicit sacrum eloquium. Consilium bonum confyderabit te, & mens bona custodiet te. Non enim de fontibus salutaribus spiritualiter ad acquisitionem eternae uitae procedunt, tales accusatores, & detractiones, atque ideo conpetenter nos beatus Paulus Apostolus admonens ait. Non debere plus sapere, quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem in definitione pietatis perdurantes. Qui enim hanc pretereunt, non tantum lesi decedentes a corroboracione sua, sed insipientia sua derelinquerunt domibus memoriam, ut in his, quibus peccauerunt, minime latere potuissent. Gloria enim & contumelia in loquela, & in lingua hominis casus illius est. Ideoque conueniens est hanc ostentationem, & reprehensionem illorum nostris actibus inferri, ne ulterius iam talia patiamini, seminantibus eis zizania, & scandala, sed letari in officiis, & dogmatibus uestris mereamini. Igitur erubescant talia, & huiusmodi blaphema subtrahere festinant, si noluerint a sacerdotali nostro collegio segregari, & a totius Christiani populi societate diuelli. Licet namque de his plura, & per necessaria, quae in decretis sedis apostolice, & ab apostolis, eorumque successoribus nostris ubilibet predecessoribus statuta inueniuntur, dicere, & conscribere potuissimus, tamen melius nobis uisum est, ut epistolam oratione claudamus, Deus omnipotens, & vnigenitus filius, & saluator noster Iesus Christus uobis tribuat incitamentum, ut omnibus fratribus, & coepiscopis nostris, quibuscumque tribulationibus laborantibus totis succurratis uiribus, & cum eis compatientes, crucem eiusdem domini saluatoris portetis, ut veri ipsius discipuli coram omnibus appareatis, ut & vos, & qui uobiscum sunt, hic, & in futuro meliora possideatis, quae oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt, quae preparauit deus diligentibus se. Per dominum nostrum Iesum Christum, per quem, & cum quo omnipotenti deo patri gloria in secula seculorum, Amen. Valete uos opto fratres carissimi. Data Idibus Februarii, Agathio, & Iuliano uiris clarissimis consulibus.

Recte  
hoc Pau-  
lus & co-  
tra corru-  
ptam eccle-  
siam.

SANCTI ATHANASII ALEXAN. ARCHI. LIBER  
LIBER SANCTI ATHANASII ALEXANDRINAE  
ARCHIEPISCOPI, DE VARIIS QUESTIONIBVS  
ad Antiochum Principem De greco in latinum nuper tra-  
ductus a Ioanne Reuchlin, qui & Capnion interprete.

QUESTIO .I.



**Q**UICVNQVE In Trinitatem consubstantiali seu coessentiali credentes & baptisati asserimus Deum esse patrem, ac similiter Deum esse filium, itidemque Deum esse Spiritum sanctum. Quomodo non tres deos, sed vnum, solumque Deum affirmamus? Denique si vnum quidem adoramus deum, certe manifestum est, quod in Monarchiam credentes iudeos imitabimur. Sin autem tres deos, tum plane patet, quod grecos sequimur, deorum multitudinem introducentes, ac non vnum solum deum pio cultu adorantes.

RESPONSIO.

**F**acilis est hec ratio. Quippe religiosae pietatis modus, fide sola, nulloque scrutinio cognitus, ob id quod honorandus, Deus enim comprehensibilis, non est deus. Nam si nec angelos, nec animas nostras, quae sunt res creatae, apprehendere valeamus, quanto magis deceat ipsum illorum conditorem fore incomprehensibilem. Proinde quod in arcanis reconditur, dum sit cognitum, non ultra erit admirandum. Id igitur Christianorum fides est, quorum Trispositus, id est, trisubstantialis deus, nec vnus est Anthropomorphus, id est, homini formis, ut grecorum pueri fabulantur, nec tamen tres Dii, tanquam a se distantes. (Abeat in malam rem fabulosus grecorum iste sermo) Indivisa vero est in tribus subsistentiis vnus essentiae deitas. Hoc autem cognitum per necessarium erit, quod nec verbis nec enthymematis seu cogitationibus apprehendere, vel enunciare de deitate aliquid humana mens queat. Sane omnes quotquot deum comprehendere studuerunt, suam ipsorum vmbra persequuti sunt, & quotquot extiterunt, qui de essentia dei dicere statuerunt, abyssum pugno suo mensurare conati sunt. Quotcumque item profunde scrutari sunt ausi, tandem in prauas cogitationes, & hereses diuertunt. Ille namque pater, & deus non, ut ego, creatus pater est, generans, ut ego, creatum filium. Neque filius, & nec Spiritus sanctus, tanquam hominis spiritus circumscriptus, hoc est, inclusus, & perceptibilis. Sed est ineffabile, ac inexponibile sanctae trinitatis mysterium. At tu ne dixeris qualiter? Est enim supra omne quale. Neque dixeris quomodo? Est enim supra omnem modum, diuinus modus. Non etiam dixeris qua ratione, nam supra rationem est diuina ratio. Sed crede in patrem, non scrutando rem. Adora filium, non tam impertinenter sollicitus circa illius generationem. Hymnis lauda Spiritum sanctum, & inquirere noli sanctae trinitatis mysterium. Egredere ad iordanem, & vide reuera dilucide sanctae, ac consubstantialis, siue coessentialis trinitatis virtutem. Patrem quidem de sursum testificantem, Filium autem inferius baptisatum, Spiritumque sanctum in specie colubae descendentem, cui gloria, & imperium, & adoratio nunc, & semper, & in secula seculorum.

QVAESTIO SECVNDA.



**Q**UA Posset autem coniectura homo etate virili prouectus deprehendere, nisi fuerit consummate baptisatus, & tum Spiritum sanctum in sacro lauacro acceperit cum paruulus fuisset, & infans.

RESPONSIO.

**D**ominum. Isaias propheta sermone hoc alloquitur, Propter timorem tui domine in utero concepimus, & parturimus spiritum salutaris tui. Quo igitur modo concipiens in utero mulier ab infantis intra vuluam, subfultationibus, agnoscat certo cer-

E GRAECO IN LATINVM VERSVS! Fo. CCCXXIX.

tuus quod donata foetu est. Hoc pariter & animus veri Christiani non tam ob verba patrum, sed ab operibus, & exultatione cordis, tum maxime cum stata festiuitatum temporibus ingruunt, ut illuminationum quam natiuitatem Christi, & Epiphaniae, quem trium regum appellamus diem. Communionis denique quam sanctissimi corporis, & sanguinis Christi sumptionem, aut ut alii non pauci transitum siue pascha vocant, satis compertum habet singulari tum gaudio, tum leticia, quod Spiritum sanctum cum baptisate accepit.

Questio tertia.

**Q**uando, unde, & quomodo facti sunt angeli? Nec certe unde, neque quomodo sint facti natura valebunt humana proferre, nisi hoc tantum, quod de non ente ad esse producti sunt. Ad id autem quod rogatur, quando solent alii quidem respondere primo die. Alii autem, ante primum diem. At ille cum inter sanctos pater noster, tum miraculorum etiam operator Epiphanius Cypri Archiepiscopus, in libro contra Paulum Samosatensem, cui titulus extat Panaria, latius exposuit, asserens vna cum coelo, & terra illos esse creatos, nequaquam vero prius, tum illos qui dixere contra, multis subuertit rationibus. Et in altero volumine quodam suo idem recte approbat.

Questio quarta.

**D**ic velim, unde palam fiet, quod creati sunt angeli? cum ne patet quidem aliquid in toto Geneleos libro videatur adduci, quo possit hoc aperte constare.

RESPONSIO.

**Q**uando praeuenerat deus cum multorum hominum tum profecto maxime Iudeorum in Idola & plures deos amorem, eius gratia occulcauit in Genesi quam tradere poterat de angelis rationem, ne & illos inter deos referrent, qui etiam vitulum, & alia fixerunt diuorum nomine adoranda. Quod creati sint autem Angeli, audi Spiritum sanctum in propheta loquentem. Laudate dominum omnes angeli eius. Laudate eum omnes virtutes eius, quoniam ipse dixit & facti sunt, ipse mandauit & creati sunt.

Questio quinta.

**A**n vero de essentia luminis sui existant, aut alterius cuiusdam naturae?

Responsio

**Q**uantum sola stella differt, tantum angelorum distat essentia ab omni visibili creatura.

Questio sexta

**Q**uantus igitur angelorum numerus erit, supra conditionis humanae numerum.

Responsio

**S**unt qui arbitrentur angelorum partes ad numerum hominis esse nonaginta nouem, iuxta domini parabolam de centum ouibus. Alii nouem pro illa de decem drachmis parabola. Reliqui vero coaequales & eiusdem numeri putant esse angelos & homines, id testimonio asserentes quod scribitur. Constituit terminos populorum iuxta numerum angelorum dei.

Questio septima.

**Q**uid differt inter Daemonum & Angelorum essentiam?

Responsio.

**N**on est diuersa illorum essentia, sed propositum & voluntas.

Questio octaua.

**Q**uot sunt ordines, & quot substantiae Angelorum?

Responsio.

**S**ubstantia certe ut hominum sic angelorum est vna. Ordines autem sunt, ut ille magnus in theologia Dionysius ait, nouem qui more suo ita nominantur. Angeli, Ar-

angelis, principatus, potestates, virtutes, dominationes, & sex alarum Seraphim, & multoculi cherubin, atq; Throni. Porro de vna angelorum siue substantia seu essentia pariter. S. Gregorius ille Nyssenus scribit capite decimo septimo libri sui de homine.

QVAESTIO.

IX.

**Q** Coeli quot sunt? **R**esponso. **D**ubia multis est haec questio, Duos enim caelos liber generationis insinuat. Sanctus vero Paulus tertium vidit caelum. At Dauid propheta quatuor enumerat cum ait. Laudate eum caeli caelorum. Hoc tamen non esse praetereundum arbitror, complures fuisse opinatos, q; sanctus Paulus non in tres fuerit raptus caelos, sed in tertium caeli. Sicut enim hominum natura dici solet vnus homo & plures homines, ita caelorum natura tum vnus caelum tum plures caeli in scriptura sacra nominantur.

Quaestio decima.

**Q**uando & quam ob rem cecidit diabolus, quonia aliqui fabulantur, q; Ad non permisit adorare, eo tum ceciderit. **R**esponso.

**H**ominum est insipientium ea responso. Cecidit enim diabolus priusquam Adam fieret. Est autem manifestum, q; propter superbiam suam abiectus est diabolus, utiquit Isaias propheta, cum id secum statuisset dicens. Quoniam ponam thronum meum in nubibus, & similis ero altissimo. **Q**uestio vndecima.

**C**ur itaq; permisit illi deus, hominum genus persequi, & impugnare? **R**esponso.

**V**t diligentes Deum manifesti fiant, & dediti voluptatibus reprobentur. Nullo enim se opponente aduersario non probabuntur regis ingenui milites. Diligentibus igitur Deum fit causa diabolus victoriae, coronae atq; premiorum. **Q**uestio xii.

**Q**uomodo cecidit diabolus, quo modo in Job scriptum legitur. Quando uenerunt angeli Dei, ut assisterent coram domino, affuit & diabolus in medio illorum. **R**esponso.

**N**on dixit scriptura, q; in caelis uenerit diabolus in medio angelorum, constabit ergo q; in terra, si quidem ubicumq; fuerint sancti angeli semper inibi deo assistunt. Hoc uero dignum scitu est, q; deus per aliquem sanctum angelum diabolo colloquebatur. Quemadmodum & rex quilibet per medium hominis cuiusdam ad condemnatum loquitur. **Q**uestio decimatertia.

**N**unquid ualet incantatio, & ueneficium occidere hominem? **R**esponso.

**I**ustum certe nequaquam, peccatorem autem nonnunquam, deo permittente, cum ne contra porcos habeat potestatem, sicut in euangelis audiuius. **Q**uestio xiiii.

**Q**ualem ne orationem, aut quod uerbum ex omnibus orationibus, atq; uerbis plerumque timent demones, & diabolus? **R**esponso.

**N**arrauerunt nobis spiritum studiosi homines fide digni, q; aspectu ipso, & deficiente aliquando apparuerit eis diabolus, & petitus hanc ab ipis questionem responderit his uerbis. Non extitit in toto tam ueteri, q; nouo testamento uerbum terribilius, atq; magis nostram disperdens potestatem, q; initium sexagesimi septimi psalmi, q; primum enim uerbo dicto. Exurgat deus, & dissipentur inimici eius, mox uolans euasit, & dispersit diabolus, factis ostendens huius orationis uirtutem, & operationem.

Quaestio quindecima.

**V**nde mouentur in corde hominis cogitationes, & meditationes contumeliosae execrabiles, atq; nephariae, quae sepius in dei iniuriam tendunt, & quas nec anima uellet

proferr, nec hominis lingua nominare.

**R**esponso.

**H**uius author est, & opator diabolus, ille ista nephanda in hominis animam subministrat, loquens contra deum uerba, quo possit, in desperationem adducere hominem. Sed non ex hoc precise condemnatur homo. Absit. Talis namq; cogitatio ex leui suspitione surrepit homini, sed ab eo discedit dum cogitabit seipsum esse terram, & puluerem, non admodum referuans talem cogitationem. Sed diabolo dicens. Blasphemia tua sit in caput tuum diabole. Ego enim dominum deum meum adorabo, nec eum unquam blasphemabo. Secure igitur est intendendum his dictis. Complures namq; hominum ab huiusmodi cogitatione uicti partim seipos in praecipitium egerunt, partim in desperationem uenientes perierunt.

Quaestio xv.

**C**onsequens arbitramur, post sermonem de deo, & angelis, tertio loco de animarum conditione in medium proferre. Multa enim uero apud homines de illo ipso quoque & questio est, & dubitatio, ut puta quae sit res, anima hominis, & unde ipsa confleret corpore, & quando, ac qualiter a corpore separetur, & quid tunc usque ad resurrectionem agat. Nullus enim ex mortuis ad vitam profectus, illa nobis denunciauit, aut patefecit. Idcirco rationem hanc de anima tanquam multis incomprehensibilem a tua sanctimonia petimus diligenter.

**R**esponso.

**H**ominis anima, est substantia intellectiua, incorporea, impassibilis, immortalis. Porro nunquam angelus fuit aliquando anima, ut Origenista fabulantur, nec animae fuerunt ante corpora sua, ut Manichei sentiunt. Sed sicut lapide, ac ferro contulis, & cotritis, ex utriusque nascitur ignis. Ita ex utriusque, & uiri, & mulieris complexu desiderat constitui corpus, & anima. Id tibi persuadeat sanctus Apostolus dicens. Semiatur corpus animale, surget corpus spirituale, uidelicet in resurrectione.

Quaestio xvii.

**V**nde nam sit manifestum q; mortis tempore, non commoritur corpori anima, hoc enim quidam putauerunt.

**R**esponso.

**D**eus filius & uerbum Iesus Christus nos docet aperte, mortalitatem corporis, & animae nostrae immortalitatem, dicens. Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. Vnde liquido apparet, q; immortalis sit & impossibilis.

Quaestio decimacotta.

**F**idelis sermo & omni acceptione dignus. Quo autem modo tandem separatur a corpore.

**R**esponso.

**E**x quatuor elementis humanum corpus consistere credimus, scilicet e sanguine, uisceribus, & pituita, ut puta ex calido, & frigido, & sicco, & humido. Id est, ex igni & aere terra, aqua. Nam sanguis tanquam calidum, & vitale elementum scilicet ab igne. Uiscerum autem ab aere. Bilis uero quippe sicca patet q; de terra est, & pituita frigida ex aqua. In his quatuor, ceu intra quatuor parietes tanquam in domo corporis, instar columbae, redula est anima. Igitur mortis tempore secedunt inuicem diuina dispensatione quatuor elementa, ut si diceret, q; dissoluuntur quatuor parietes domus, & euadit redula itus coluba, hoc est anima, & primo quidem abijt sanguis, id est calidum. Vn nihilominus corpora mortua fel habent, post mortem, & uiscum, sanguinem autem non habent.

Quaestio xix.

**A**t ubi nam dicere uolumus q; futurae sint prius receptae hominum animae.

**R**esponso.

**A**liena est, & horribilis questio, & hominibus abscondita, non enim permisit deus redire quaequam inde, qui adnunciaret ubi, aut quomodo sint illae a nobis profectae animae. Tamen ex scripturis dicimus, q; peccatorum animae inferius omni terra, & mari existant, ut inquit Psalmus. In tenebris, & in umbra mortis, & in lacu infimo. Atq;

R. l.



in Iob scriptum est. In terram tenebrosam / & opertam mortis caligine, in terram tenebrarum eternalium, ubi non est videre / neque lumen / neque vitam hominibus. Iustorum autem animarum post Christi aduentum, & mortem, id quod de latrone in cruce didicimus, in paradiso sunt. Non enim propter solam latronis animam, Christus deus noster paradysum aperuit, sed etiam ob reliquas omnes sanctorum animas. **Questio. xx.**

**¶** Nunquid igitur receperunt iusti bona sua, & peccatores poenam. **Responsio.**

**¶** Nequaquam. Attamen gaudium naetæ sunt sanctorum animarum, & ista est fruitio earum particularis. Sicut & tristitia, quam peccatores habent, est particulare supplicium. Quomodo enim acerbit rex amicos suos, ut secum prædeant. Sic & damnatos ut puniatur. Illi autem, qui ad prandium sunt vocati, gaudent, & lætantur coram rege in palatio usque ad horam prandii. Damnati autem in carcere clausi, manent in mœrore & tristitia, usque dum veniat iudex. Ita tandem intelligere oportet etiam de animabus, que istuc a nobis migraverunt. **Questio. vigesima prima.**

**¶** Quid igitur quando nemo secūdum ea, que locutus es, neque in regnum, neque in gehennam introiit, quomodo de diuite contra Lazarum audimus, quod in igne, & tormentis existens, ad Abraham loquitur. **Responsio.**

**¶** Dominus omnia de Lazaro, & diuite parabolice locutus est, sicut & de decem virginibus, & aliis parabolis. Non enim res gesta lazari exemplum, Ideoque non videntur peccatores in gehennam existentes iustos, qui cum Abraham in regno sunt. Nec vicissim cognoscit aliquis proximum suum, illic in tenebris habitans. **Questio. xxii.**

**¶** Qualiter hoc? Etenim terribilis est sermo, & alienus, quod non cognoscamus inuicem, sed ignoti inter nos tum fratres fratribus, tum patres filiis, & amici amicis constituemur. **Responsio.**

**¶** Agnitio ex corporalibus signis apta est fieri. Sed incorporearum animarum sibi inter ipsas prorsus similes sunt secundum omnem modum. Sicut multitudo aliquarum immaculolarum, & sibi similiarum columbarum, siue apum, non altera differt ab altera, nec ipsi signi quadam nota, nec vlla magnitudine, sed per omnia in similitudine inter se existunt. Hoc autem dico de iis, que apud inferos sunt animabus damnatis peccatorum, quod se ipsas non agnoscant. Nam iustorum animabus hoc bonum, scilicet agnitionem Deus dono dedit. **Questio. xxiii.**

**¶** Concedatur nunc iuxta tuum sermonem, quod animarum se inuicem non agnoscant modo. Sed num vel neque in resurrectione cognoscitur sint peccatores inter se videlicet, quod eiusdem patriarum, domus, & familiarum sunt. **Responsio.**

**¶** Neque tunc etiam in resurrectione. **Questio. xxiiii.** **¶** Quare? **Responsio.**

**¶** Quoniam omnia ex corruptione, & a seminatione nostris accidentia, siue illa figuræ sint, seu notæ, aut signa, vel passionem, pro qua alterutrum nos hic cognoscimus, ea in resurrectione mortuorum cum seminatione, ac corruptione dissoluntur, & euancescunt. Et sicut ab initio deus vnum hominem fecit, ita in regeneratione tanquam vnus homo resurgemus, id est, tota hominis imago filii Adæ imaginari, tam formatione, quam magnitudine atque figura. Propterea non est in resurrectione discretio: neque parui, neque magni, neque nigri, neque albi, neque fusci, neque rubei, neque variae sunt formæ, seu ipsæ, siue personæ. Omnia enim illa ex latrone, & corruptione puenientia, siue cum corruptione resoluuntur, & euacuantur. Ecce quomodo deiceps, dic mihi, agnosceret pater filium infantem mortuum, & tamen annorum triginta perfectum hominem resurgentem, secundum quod Christus triginta annorum baptisatus est. Aut quomodo cognoscetur mortuus æthiops, resurgens albus, aut mortuus mutilatus, ac cæcus, resurgens sanus. Si autem incredibilia hæc tibi videantur,

audi dominum Saduceis dicentem, quod in resurrectione mortuorum neque nubent, neque nubentur. Non quod neque viri, neque sceminae resurgant. Nam in resurrectione, ipsi qui dem viri resurgent viri, ipse autem mulieres resurgent mulieres. Sicut & ipsa theotocos. Sed erunt, inquit, sicut angeli. Ergo sicut angelivnius speciei sunt, & figuræ, ita credimus de nostra natura, in resurrectione per incorruptionem demum fore, ut quem admodum deus spicam fecit ab initio, & ex spica natum est granum, & rursum postquam seminatur, de novo respicitur spica. Ita & homo factus est a deo custodiens mandatum, immortalis. Seminatus autem per mortem, & occatus, seu aggere obrutus repullulat, sicut erat ab initio immortalis. **Questio. xxv.**

**¶** Nunquid autem vitam considerant hinc profectæ hominum animarum, an non? **Responsio.**

**¶** Nequaquam. Audi enim prophetam Dauid de morientibus hominibus dicentem. Homo sicut fenum dies eius, sicut flos agri sic effloret, quoniam spiritus pertransiuit in illo, & non subsistet, & non cognosceret amplius locum suum. De animabus autem sanctorum non oportet dubitare. **Questio. xxvi.**

**¶** Quod si hæc ita sunt, quomodo apparent sancti multoties in suis templis, & tumulis? **Responsio.**

**¶** Extranea hæc est, & paradoxa questio, ac ad respondendum fidelissima indigens anima. Attamen si es capax audi, non vacillans ratione, illarum, que apud templa, & tumulos sanctorum sunt adumbrationes, & visiones, non per animas sanctorum fiunt, sed per sanctos angelos transfiguratos in speciem sanctorum. Quomodo enim (cedo mihi) vna existens beati Petri, aut Pauli anima potest in eodem momento apparere in suo monumento, & in mille templis suis per totum mundum. Hoc enim nec angelus vnus facere posset aliquando. Solius enim dei est in duobus locis, & per totum mundum in eodem momento inueniri. Cum & ipsæ intellectuales virtutes omnino derelinquuntur ab ea, que in cælis est glorificatione, quatenus demittuntur in ministerium super terram. **Questio. xxvii.**

**¶** Quid differt substantia angeli a substantia humanarum animarum? **Responsio.**

**¶** Tres inuenimus substantias ab hominibus incomprehensibiles, quas nemo ne vnusquam quidem vidit, neque videre supra terram poterit, sicut sunt, videlicet dei, & angelorum, & animarum. Attamen coniecturam facimus, quod quantum differt a luna sol, tantum præcellit, ac splendet angelorum præ animarum humanarum substantia. **Questio. vigesima octaua.**

**¶** Et quomodo prophetæ dicuntur sepe dominum vidisse. **Responsio.**

**¶** Post omnes prophetas, & post ipsam etiam apparitionem Christi dixit sanctus apulus euangelista, & theologus Iohannes, quod Deum nemo vidit vnquam, & ut credatur tanquam horribile, ac alienum hoc verbum, superaddidit, quod vnigenitus filius, qui est in sinu patris, ille enar. ait. Vnde & sanctus apostolus Paulus inquit. Quem vidit nullus hominum, neque videre potest. Itaque nullus mortalium nudam dei essentiam videre potest, nequaquam. Sed quo ad humanam imbecillitatem Deus condescendo prophetis figuratus apparuit, incorporeus tunc existens sepe ut homo illis representatus est corporalis, quo notum sit, quod non essentiam dei viderunt, sed gloriam. Quod & in angelis, & animabus ita oportet intelligere. Sola vero sancta Dei mater nudam substantiam, sicut reuera est Gabriel, ipsa vidit. **Questio. xxix.**

**¶** Quid igitur? An non angeli secundum essentiam apparent hominibus in terris? **Responsio.**

**¶** Nequaquam. Nec enim potest corruptibilis oculus videre essentiam incorruptibilem. Inde luculenter cognoscere datur, quod non secundum substantiam apparent nobis angeli, cum non in una figura super terram videntur. Sed alii quidem in adulescentum, atque iuuenum forma. Alii vero in specie militum, & in summa, variae illorum quo ad nostram figuratae sunt formae, una vero solum eorum est essentia, siue substantia. Questio. xxx.

**¶** Quae autem erit definitio substantiae angelorum? Responsio.

**¶** Angelus est suppositum viuum, rationale, hymnisonum, immortale. Questio Trigesima prima.

**¶** Quod autem est opus supercoelestium virtutum? Responsio.

**¶** Hymnus indefinens, & laus irrequiescens magnificentiae Dei, forte autem & oratio permanens pro nostra salute. Cum vero hi ordines etiam militiae dicantur, oportet tum intelligere ordinem doctrinalem, ordinem tutelarem, ordinem procuratorium, ordinem ministerialem, ordinem auxiliarem, ordinem animarum receptium, ordinem in aliis assistentem. Sicut igitur differentias ordinum in superioribus potestatibus nouimus, ita etiam status, & intelligentiae. Throni namque Cherubim, & Seraphim immediate a Deo discunt tanquam omnibus superiores, & deo proximi. Hi vero docent ordines inferiores, & ita deinceps semper superiora docent inferiora, infimi autem omnium ordinum sunt angeli, qui hominibus sunt doctores. Questio. xxxii.

**¶** An memoriam nostri habeant abeuntes animae, sicut & sancti angeli sunt memores nostri. Responsio.

**¶** Animae quidem sanctorum omnino, peccatorum autem nequaquam. Continuum enim percipientes poenam, recte circa eam solum manent solliciti, nullius rei alterius curam habentes. Questio Trigesima tertia.

**¶** Quae ergo nunc est operatio hinc demigrantium animarum? Responsio.

**¶** Anima deposito corpore, neque bonum aliquod, neque malum operari potest. Visiones enim quas cernimus de eis illic, dispensatiue deus ostendit ad commoditatem. Sicut enim lyra si non habuerit pulsantem, vana videtur, & ociosa. Ita & anima, & corpus a se utriusque separata, nihil operari possunt. Sanctorum igitur animae a sancto spiritu incitatae, cum angelis in regione viuorum deum laudant, & tripudiant. Questio. xxxiiii.

**¶** Quid ergo? Num sentiunt aliqua beneficia etiam peccatorum animarum, cum super illis fiunt conuentus, & orationes bonorum operum, & oblationum. Responsio.

**¶** Si non aliquo beneficio participarent ex illo, non utique in cura, & exequiis fieret commemoratio. At sicut vitis florescit extra in agro, & odorem eius sentit in vase vini reclusum, sicque conflorescit etiam ipsum. Ita intelligimus peccatorum animas participare aliqua beneficia ab exanguis immolatione, & gratificatione pro ipsis facta, sicut solus oratione, & precibus, qui viuorum, & mortuorum partem gerit Deus noster. Q. xxxv.

**¶** Nunquid est possibile nos cognoscere, cuius rei gratia non permisit deus animam alicui ex illis, qui precesserunt, remitti ad nos, ut exponeret nobis ad commodum nostrum, quod sint negotia illa in inferno, & quae necessitas illic imminet. Responsio.

**¶** Multus inde error in vita perueniret. Multi namque demonum, transfigurandi se occisionem sumerent in figuras hominum mortuorum, & dicturi essent ex mortuis se resurrexisse, & sic multa falsa dogmata, & negotia de istis, quae illic gerantur disseminare possent nobis ad errorem, & perditionem. Questio. xxxvi.

**¶** Multi opinantur quod praesens homini, praenoscere diem obitus sui. Responsio.

**¶** Si deus omnia ut praesens fecit, certe neque hoc nobis inconsiderate occultauit. Si enim praesciuisset homo diem obitus sui, totam vitam suam sine timore, in peccatis pegisset, & solu

ante duos, vel quatuor tres dies ante mortem suam dedisset se ad poenitentiam. Audiens illud prophetae dicitis, quod in quo te inuenio; in eo te iudico. Et qualis ultra dic mihi gratia esset, quam centum homicidia feceris contempnes deum, & duos tantum dies cessares a malo. Questio Trigesima septima.

**¶** Quare nos christiani adoramus versus orientem, & Iudei ad meridiem? Responsio.

**¶** Non est una, & consimilis de hoc responsio, & demonstratio. Aliter enim iudeis est defendendum, & aliter a grecis interpretandum. Praeterea certe aliter & christianis declarandum. Iudeis namque dicimus, quod huius gratia nos fideles adoramus versus orientem sancto Spiritu nos instituente per David prophetam cum dicit. Adoremus ad locum ubi steterunt pedes tui domine. Et propheta Zacharias docet nos dicens. Et stabunt pedes domini in monte oliuarum contra Hierusalem. Et haec sit iudeis per compedium responsio. Ad grecos autem sic dicimus, quod non, & quasi in oriente circumscriptus sit deus, inde versus orientem adoremus. Sed cum deus sit, & nominetur lux vera, ob id respiciendo ad lucem creatam, iam non quidem illam ipsam, sed factorem eius adoramus, videlicet ex lucidiori elemento ipsum, qui est ante omnia elementa, & ante omnia secula illustrissimum deum honorantes. Fideles autem audiant, & discant, quod hac de causa beatissimi apostoli fecerunt Christianorum ecclesias intendere versus orientem, ut ad paradisum respicientes, unde cecidimus scilicet ad veterem patriam, & regionem nostram, petamus deum, & dominum nostrum reducere nos illuc, unde eiectione exulamus. Ad austrum vero intendere iudeis prophetae preceperunt, quod ex austro, quo ad Hierusalem, scilicet ex Bethlehem nasciturus erat dominus, ideo dixit propheta. Deus ab austro veniet, hoc est a Notho, qui dicitur Theman. Questio Trigesima octaua.

**¶** Quare cum Christus sit circumciscus nos non similiter circumcidimur? Responsio.

**¶** Christus certe dei filius venit ad implere legem, ne putaretur contra Deum facere, aut deo, qui dedit legem rebellis esse. Nam talem esse iudei eum hinc inde diuulgabant. Cum autem ipse pro nobis, quae sunt in lege adimpleuerit, iam non restabat ultra quod nos essemus sub lege, sed sub gratia. Ideo per Paulum ad nos Christus loquitur. Si circumcidamini Christus vobis ad nihil erit utilis. Unde clare cognoscimus quod alieni a deo sunt omnes qui circumciscuntur, sine fideles, sine infideles, iudei, seu greci, qui gloriantur in lege Moysaica, non sequentes Christum. Sicut enim omnes, qui per sanguinem irrationalium animalium putantes deo immolationem esse offerendam, Christi exanguie sacrificium corrumpunt, & abominabile faciunt, ita omnes, qui carnem circumciscunt, spiritalem circumciscionem scilicet sanctum baptisma vilipendunt, & euertunt, & rursus aliud simile. Non in lege Christus diabolum euacuauit, & demones, neque in ea salutem operatus est, sed in Cruce. Unde legem quidem videntes demones, non tremunt, neque timent, Crucem autem videntes, sepe tremunt, fugiunt, euanciscunt, & persecutionem patiuntur. Questio Trigesima nona.

**¶** Quare omnes fideles nos, cruces quidem conformes cruci Christi facimus, sacrae autem laeae, vel arundinis, vel spogiae conformia non fabricamus, sunt enim ita sancta ut Crux ipsa. Responsio.

**¶** Crucis certe figuram ex duobus lignis componentes adoramus. At si quis infidelium nos accuset, quod lignum adoremus, facile possumus ea duo ligna separare, & formam crucis destruentes quasi inania haec ligna reputando, eidem infideli persuadere, quod non lignum colimus, sed crucis figuram. De lancea autem & arundine, & spogia hoc facere, ac ostendere non possumus. Questio. xl.

**¶** Quo manifestum est, quod meliorem omnibus sub caelo fidem nos Christiani credimus. Ois enim fides seipsum esse, aliis diuiniorē, & magis patri existimat. Responsio.

**V**ariis de hoc sermo ē, & lōga de christianorum fide nō. Attamen duo quedam vidētur penes nos signa, quę pietatem nram, & dei erga nos dilectionem, ac pfectio- nem demonstrēt. Primū quidem, q̄ nō inuenim⁹ ab initio seculi gētem aliam inter oēs gētes tot, & tātis tēporibus impugnatam, & tamen nō deletam, p̄ter hāc solam Chri- sti fidē, quę certe nō mansisset idelibilis ab omni natiōe impugnata, nisi manus dei ex- stodiuisset, & custodiret idelibilem. Secundū autem q̄ nullus rex christianorum ali- quib⁹ barbaris infidelibus traditus ē in mortem, etiam tot natiōibus, ac gētib⁹ aduer- sus regnū bella gerētibus. Quinimo nō solum regem nō opprimere, sed nec imaginē suā de monetis, & nomismatis delere cū cruce valerūt, etiam quibusdam tyrannis ad hoc laborātib⁹. Tu vero noli hāc rē vilem, & facilem putare. Nisi enim sup̄ oēm fidem deus hāc nram elegisset, & dilexisset, nō utiq̄ ipam in medio gētium tanq̄ luporū cre- scētē conseruasset indemnem, & inuulnerabilem. Sed neq̄ pmississet deus errātem fidem ubiq̄ dñari post incarnationē filiū eius, & dei nri, dñi Iesu Christi vsq̄ ad omnes fines terrā. Vnde & ipm hoc scilicet q̄ in omni gente creditur etiā gēliū Christi, est te- stimonium infallibile, q̄ non sit alia fides verior sub celo. Questio. xli.

**S**i hęc ita se hñt, cur sathanas nō dissipat, & euertit aliam fidem in terra, nisi fidem christianorum. Responsio.

**T**anq̄ cōtrariā ei scilicet & eū euacuātē. Qualis enī sollicitudo (dic mihi) aut quę curā debeat eē sathanę, vt expugnet iudeos, vī samaritas, vel gręcos, aut eos diuidat i hę- reses, & diuersā fidē, oēs enī illę gētes suę sūt. Et sathanas nūq̄ quę sua sūt expugnet, sed quę dei, itaq̄ si quis voluerit, vel ex hoc ipso discere poterit, q̄ non sit alia fides piā, & diuina i terris, nisi solū ea, quę ē in Christum, qui cum deo p̄re, & Sp̄ sancto viuūt, & regnat deus vnus, in secula seculorum.

FINIS LIBRI SANCTI ATHANA-  
SII DE VARIIS QVAESTIO-  
NIBVS.

Beatissimo Eugenio Papę quarto  
Ioannes Aretinus.



**N**on ab re futurum arbitror Eugeniū pater beatissime, si viti admirā- bilis Athanasii Alexandrini episcopi vitam ex gręcorum codicibus in nrm sermonem conseribens, eaq̄ tuę beatitudini dedicaturus, cau- sas prius aperiam, & quid me potissimum ad hoc ipm impulit ex- plicem. Nam cum nouerim, & non quidem ego solus, sed vniuersus pene orbis persecutiones innumeras, quas iniuste tua sanctitas hęc- nse est perpeffa, non possum non vehementer admirari quosdam, qui instar amicorū Iob iustum, sanctumq̄, ac legitimum p̄tificem maledictis quādoq̄ laceffere nō du- bitant, quasi mente capere nequaq̄ posse videātur Christianorum p̄cipem, & Chri- sti vicarium huiusmodi posse tribulationibus concuti. Sed pro tanta eorum iustitia atq̄ ignauia facile abiici, & reici possunt, si pontificum priorum gesta, & maxime p̄- decessorum tuorum inspicere velint, quorum nemo fere iustus compertus est, qui nō innumeris admodum fuerit perturbationibus conuassatus, & vt ex multis vnum in medium proferam, meminerint Gregorū p̄cessoris tui, cuius profecto memoria in benedictione est. Cuius equidem gesta, si diligenter inquirant, eisdem pene tribu- lationibus, & quod amplius est eodem ipso ordine idem ille ad regna cęlorum est p̄-

ductus. Quid referam alios, quos orientalis ecclesia suę olim salutis auctores appella- bat Basilium, Gregorium, Nazanzenum, Ioannem Chrysostomum, & ceteros, quos persecutionum procella per varios casus, & multa rerum discrimina dispulit. Quo- rū (vt innūeros alios p̄mittā) si gesta, & illatas persecutiones, vel breui oratiōe p̄stri- gere veli latissimus mihi, ac manifestissimus in maledicorū confusione cāpus pateret. Sed ex oibus his solū Athanasium inspicere, atq̄ eius vitam ex gręcis codicibus in lati- num sermonem conseribere libuit, vt discant virum sanctissimum, & omnibus scēlis miris laudibus celebratum, talia passum, quibus si reliquorum cętera cōparentur par- ua penitus, ac penitus nulla esse videantur, nec minus tua beatitudo ex illius gestis vo- luptatem assumat, conspiciatq̄, vt quemadmodum nec illi consolationes suę defue- re, quin & multa pro dei ecclesia se p̄cessisse gauderet, & pacem demum, & ecclesię suę Alexandrinę, & toti ægypto multo tempore conspiceret. Sic nec tibi beatissime pater consolationes tuę tibi diuinitus in tot angustiis datę deficiant. Nam in inueteratum gręcorum schisma, atq̄ inueteratius Armeniorum ad firmissimam vnionem, quod ex p̄cessoribus tuis multi summe optauerunt: tua sola beatitudo infinitis pene im- pensis, & summis laboribus reduxit. Videtq̄ ex gręcis in cardinalium tuorum consi- storio viros clarissimos tibi astantes, & pro Romana ecclesia (etiam si oportuerit) mor- ri paratos. Nec dubium est, quin magnorum tuorum laborum, multarūq̄ anxietatū fructum capias maximum, atq̄ etiam in hoc mundo conculcatis hostibus, pacem su- per israel ante discessum tuum, & lōgo quidem tempore cōspicias. Quę omnia, quia pari modo tuę beatitudini, vt Athanasio nostro contingunt, qui Romanis pontifici- bus p̄cessoribus tuis, & tuę sedis deuotissimus, atq̄ obedientissimus fuit, ab illaq̄ sē- per defensus (vt in sequentibus apparebit) ipsius vitam clarissimam nulli congruen- tius iudicauit dedicandam, q̄ tuę beatitudini. In cuius lectiōe, si parum acquiescere po- teris, non dubito, quin & consolatio tibi, & amor ingens, atq̄ deuotio sc̄tissimo Atha- nasio augeatur.

Incipit vita beatissimi Athanasii episcopi Alexandrini.



**V**M Post Persecutionem Diocletiani, & Maximiani Imperatorū crudelissimorum pax Christianis, & quies data fuisset, & foecunditas ecclesię fructus exhiberet amplissimos, atq̄ confessorum inely- tis meritis gauderet confusus demōn astu callido noua contra eccle- siam bella, atq̄ prioribus persecutionibus peiora excogitauit. Et cū creatoris diuinus cultus quotidie p̄ orbem terrarum excresceret, nec apto bello vt exptus fuerat, comprimī potuisset, sed quāto maiores p̄secutiōes iferebat tato maior ecclesię gloria, & Christianorum victoria resultabat, noua machinatus nō iam aperte, sed ex his, qui nomine potius, quam re Christiani dici poterant aliquos oc- culte circūueniens ad dissidium fidei, & ecclesię dei, ac veri cultus persecutionem ad- duxit, atq̄ magnam gētem in pristinum redegit errorem, vt creaturam potius quam creatorem adorari contenderent Christum scilicet Iesum, quem creaturam omnino profiteri non verebantur. Sed Christus ipse, qui Petri nauiculam submergi non pati- tur, dedit sapiētiam sanctis suis, qui cum in illius splendoris radios aciem omnino intē- dissent, vero lumine illustrati pro euāgelica p̄dicatiōe, ac veri cultus pietate ad mortē vsq̄ decertarunt, atq̄ diaboli machinas conterētes, serpentis antiqui caput fortiter cō- truerunt, inter quos p̄cipuus ap̄lica grę particeps magnus Athanasius fuit. Alexā. R. iiii.

drinæ celeberrimæ ciuitatis antistes, qui veluti margarita præfulgida feruens spiritû  
& celesti amore sanctius diuissime magistratib<sup>9</sup> plurimis, atq; etiam regibus hereti  
corûq; ducibus per totum orbem protuenda rectæ fidei puritate ardentissime obli  
tit. Et diuina virtute fretus aduersus impiorum turbam maximis periculis vndiq; ag  
gitatus, victoriam penitus reportauit, Cuius tanta, & tam præclara cõtra hæreticos in  
beata ecclia p fidei integritate fuere certamina, vt etiam de ipso id dictum esse videatur  
quod scriptum est, Ego enim ostendi illi quãta eum p nomine meo oporteat pari. Nã  
in eius psecutiões non quadraginta viri, sed vniuersus pene conspirauit orbis. Com  
moti sunt principes terræ & getes, & regna, atq; exercitus cõtra illum conuenerunt.  
Sed ipse diuinum eloquium opere implebat, quo dicitur Si cõstant aduersum me ca  
stra, non timebit cor meum, Si exurgat aduersum me plium, hoc ego spabo. Verum  
tãta illi<sup>9</sup> ac talia feruntur gesta, vt vel certamina exponere, vel variam diuinis eloquiis  
differendis sapientiam, quæ in libris ab eo relictis sole darius eluceret, enarrare nemo  
quantalibet facundia præditus digne p meritis posset: nec nos id efficere pollicemur:  
sed p virili nostra eius quædam gesta quæ apud græcos conscripta comperimus, in la  
tinum fidelissime conuertemus, addemusq; alia quædam, quæ apud latinos, ac pbatis  
simos auctores legendo didiscimus, atq; in primis quænam fuerit pueri indoles, & vi  
tæ tam mirabilis indicium paucis explicemus. ¶ Cum post felicem consumma  
tionem beatissimi martyris, atq; Alexandriæ ecclia p̄sulis Petri, & post eum Achilles  
sanctæ memoriæ Alexãder ipsius ciuitatis ordinatus esset ep̄s apud Alexandriam  
Petri martyris solennem diem agebat. Et cum post expleta solemnia cõuenturus ad cõ  
uiuũ suum clericos domi expectaret, in loco mari vicino cernit ex editiore parte do  
mus pueros ludum ritu eccliaflico inire: atq; ea, quæ in ecclia geri cõsuetum fuerat, pa  
gere. Erat autem domus aspiciens mare, in cuius litore ipi ludebãt pueri, inter quos  
puer Athanasius simulatus erat Episcopus, & alii coeui parti presbyteri partim diaco  
ni designati offerebant isti Athanasio cathemenos pueros baptizandos, quos ille  
omni eccliaflico ritu seruato baptizabat. Stupefactus autem in his, quæ fiebant Alex  
xander, ac illico perturbatus, vocari ad se clericos iubet, atq; eis quod eminus ipse vide  
rit, ostēdebat tñ abire eos, & cõphēfos ad se pducere omnes pueros sperat, cūq; adesset  
quis eis ludus, & quid egissent, vel quomodo pscrutatur. Illi (vt talis habet etas) pau  
de negare primum cœperunt, sed vt cognitos se nouerunt, rem omnino gestam per or  
dinem pandunt. Cum Alexander diligenter inquirens ab his, qui baptizati diceban  
tur, quid interrogati fuerunt, simul & ab Athanasio quid interrogauerat, vbi videt se  
cundum religionis nostræ ritum cuncta constare, colloctis clericis cum consilio cleri  
corum statuisse traditur illis, quibus integris interrogacionibus, & responsionibus a q̄  
fuerat infusa, iterari baptismum nõ deberi, sed Chrismate eos inũges signaculo Chri  
sti confirmauit. Et conuocatis Athanasii parentibus, ac illorũ, quos vel p̄sbyteros ha  
bere visus fuerat, vel ministros sub dei obtestatione tradidit ecclia nutriendos, atq; cū  
paucoperaçto tempore grammaticam sufficienter Athanasius, atq; integre perdidit  
cisset, tanquam fidele domini commendatum a parentibus episcopo Alexandro resti  
tuitur, qui ab eo, velut alter Samuel, in templo domini nutriendus accipitur, vt si in  
senectute bona ad patres a domino vocari contingeret ad portandum post se sacerdo  
tale ephod eligatur. Interim cum successu temporum mirabiliter diuinis literis eru  
dit<sup>9</sup> euaderet, & acrimonia ingenii, atq; itegritate vitæ ceteris p̄staret, in situete Alexã  
dro archidiaconus alexandriæ ordinatur ecclia, Cuius ingenium fides/ac pietas ec  
cliaflicis negociis, quãta fuerint apud Nicenam in ecumenico, seu vniuersali cõcilio

ob causã cõgregato, ad quod cū Ep̄o suo cõuenerat oibus palã fieri cepit. Verũ quo  
niã oēs Athanasii psecutiones, & gesta ob Arrii heresim principaliter describuntur, quæ  
p̄ ceteris heresibus ante illam excogitatis miserabilibus, & crudelius in christi cultor  
ris grassata fuit, visum est anteq; ad reliqua athanasii gesta procedamus huiuscemodi  
hereses vsq; ad synodũ nicenam, & progressũ atq; synodũ ipsã præclarissimã quã bre  
uissime dabitur explicare igitur per id tempus apud alexandriam presbiter quidam  
Arrius nomine erat vir specie, & forma magis q̄ virtute religios<sup>9</sup> & glorie, laudisq; no  
uitatis improbe cupidus qui ab achilla predecessore alexandri diacon<sup>9</sup> ordinat<sup>9</sup> & vt  
theodoricus auctor est nouitatus captus ab ecclia primum, pulsus est demũ fidelis  
um rogatu denuo ad ministerium susceptus, sed uero oculo cerneret, nam eo tpe in ordine  
quidẽ presbiterorũ Arrius erat, & diuinarũ scripturarũ expõnẽ videbatur habere cõ  
missam, rem hanc ferre non potuit, sed in rabiem quãdẽ impaciẽtie deiecit<sup>9</sup> litis quere  
bat initiũ. Porro laudabilem videns alexandri cõuersationẽ nequaquã in eũ calumias cõ  
texere preualebat, nec tñ illũ quiescere infelix pmittebat inuidia. Quãobrem dyaboli  
ca suggestionẽ deuict<sup>9</sup> praua quedã de christi fide proferre atq; in ecclia tẽpestatem  
exagitare adortus est, & aperte alexãdri doctrine derogare atq; resistere non formida  
uit. Et ob hõsea proferre cepit quæ antea nõq; in questione venerant, nam cū alexãder  
ea quæ indubitata videbãtur populo exponeret, & filiũ scilicet cum deo genitore equi  
honoris atq; eiusdem substãcie esse doceret Arrius cõtra, & veritati obistens creaturã  
filiũ facturãq; dicere audebat. Et ab illa eterna ineffabilisq; substãtia dei patris vel na  
tura filiũ separe conabatur, quæ res plurimos in ecclia pturbabat. Sed cum alexãder  
ep̄s natura lenis, & quiet<sup>9</sup>, assiduis admonitionib<sup>9</sup> Arriũ cuperet a prauo incepto &  
assertionibus impiis reuocare nec tñ res ex sententia procederet, & plerosq; iam malũ  
pestifere cõtagionis inficeret, non solũ apud alexandriam verũ etiam per alias vides  
prouinciasq; dispsa, p̄nitiosũ fore iam credidit amplius dissimulare, a talibus. Ob quã  
vt ex ipsius alexandri ep̄lis habetur centũ fere ep̄os ex ægypti, & libie partib<sup>9</sup> cõgre  
gare curauit, quib<sup>9</sup> causã Arrii sigillatim exponens, maturoq; sup hiis consilio adhi  
bito, episcoporũ oim cõsensu illũ sacerdotali ordine priuauit. Quibus non assentiens  
Arrius sed in pueritate supbe pleuerans iubente episcopo alexãdro alexãdria vrbe  
depellit. Quod quidem impatientissime ferens excogitare cepit modũ, quo alexã  
drũ a sede sua amoueret, & se episcopũ erigeret. Ob quã rem perficiendã cū compli  
cibus suis propria celebrabat concilia, & modũ quo hec executioni demãdare posset  
cõquirere nõ cessabat. Quod preuidens alexãder ne ex sacerdotibus quisq; eiusdẽ falla  
ciis caperetur, oib<sup>9</sup> catholice ecclia ep̄is ipsius impietatem enarrans, suis epistolis quæ  
vsq; in hec tpa apud græcos cõperiuntur indicauit, in quibus eos primũ ad seruandum  
rectam ecclia catholice fidem, & vinculum vnionis, & pacis hortatur. Deinde quẽad  
modũ in diocesi sua surrexerũt viri iniqui, & antichristi precursores qb<sup>9</sup> etiã Eusebiũ  
Nycomedie Episcopum adhere, & aperte patrocinari commemorat. Quãobrem  
ab eo cauendum admonet, & literas illius quibus Arrium, & complices apud quos  
cũq; laudare solebat, minime suscipiẽdos esse totis affectib<sup>9</sup> hortatur. Post hæc ep̄os  
aliquos a recta fide deuiantes, atq; Arrio adherentes nominatim connumerat, expo  
nitq; deinde eorum perfidiam in hec verba. Ea vero quæ profitetur huiuscemodi sũt  
Non semper inquit, deus pater fuit, nõ semper fuit dei verbum, sed fuit quãdo de<sup>9</sup>  
pater non fuit. Dei autẽ verbũ ex non existentibus factũ fuit, existẽs enim de<sup>9</sup> nõ exi

mentem ex nō existente fecit. Quapropter aliqui sūt quādo nō sūt. Creatura est enī & factura filius neq; similis est patri secū dū substantiā, neq; vera sapientia eius est neq; verum naturaliter patris verbū est, sed verbum abusiue ac sapientia dictū. Vnde & cōuertibilis est, ac per naturā vt rōnalia queq; aialia mutabilis pegrniumq; extraneum, & remotū a paterna substantia est verbum, atq; inuisibilis est filio pater, neq; patrem pfecte filius nouit aut pfecte videre potest, nec suam quidē substantiā nouit filius sicuti est. Qui propter nos factus est vt per eum veluti per instrumētū nos ipsos deus formaret. Et hęc sunt fere blāsphe mīi Arrii, & sequatiū quas in ipsa eadem epistola pluribus auctoritatibus, & argumentis alexander ipse detestatur, vbi etiam enarrat illos se pluriēs cōuicisse atq; rursus vt camaleontes in nouā speciem cōmutari. Vltimo deprecatur ne qui eo si forte ad illos aduentare temptauerunt, suscipere oīno vellet, sed vt ipi xpiani illos xpm saluatore nostrum blasphemantes oī indignatione detestentur penitus, & abhorreant. Per idem tempus alius alexander, vir multa sanctitate predictus apud Constantinopolim episcopatum gerebat, cui alexandrinus Alexander similem pene epistolam superiori direxit, in qua copiose & subtiliter pluribus rationibus & inconuincibilibus diuine scripture auctoritatibus omnē Arrii pfidiam destruxit, atq; veram fidem manifestissime declarauit, hortaturq; eū ad concordiam, & defensionem vere fidei, & q; bellum & certamen pro christi nominis defensione contra aduersarios, & blasphemos inire non formidet. Similiter & aliam huic consonam direxit epistolam, philogonio anthyocene sedis antistiti, & aliam Eustacio, qui apud beroam episcopalem cathedram gubernabat, aliisq; compluribus quos integros, & apostolicorum dogmatum defensores dinouerat. Verum Arrius neq; ipse qui secebat nec minus studebat ad complices suos literas scribere, & ad Eusebium maxime cuius fauore & auctoritate se plurimum preualere sperabat. Cuius vnam fere totam describemus epistolam, quā & græci plures in suis cōmentariis descriperunt, vt ipsiusmet verbis omnibus eius pfidia innotescat. Dño desideratissimo viro dei fideli q; & orthodoxo Eusebio Arrius qui ob veritatem quam tu quoq; defendis persecutionem a papa alexandro, iniuste pferit sicutum in domo. Cum pater meus armonius nicomediam aduentaret dignum quoq; putauit ad te lrasī pign<sup>9</sup> nostri amoris dare quā singulis diebus erga fratres intuitu dei, & rebus ipsis te exhibere cognouimus. At nos epūs nī vehementer opprimūt, & insequitur, & veluti deo rebelles ciuitate priuauit, & animum etiam cuiuscq; alias benignissimi contra nos cotidie excogitādo literis suis exasperat, propterea quia ei consentire nolumus publice predicanti semper Deus pater, semper filius simul pater simul, & filius ingenito deo semper genitus filius coexistit atq; ab ingenito genit<sup>9</sup>, & qd neq; cogitatioe neq; a thomo de<sup>9</sup> filiū ex deo pcedat. Et quoniam fr tu<sup>9</sup> Cesarie. Eusebius atq; Theodorie<sup>9</sup> laodicie, & paulin<sup>9</sup> tyri gregori<sup>9</sup> beriti, & erius lydie epī atq; p orientem alii fere oēs, sine principio deū filio preexistere affirmāt ab eo anathemati traditi sūt solis philogonio athiocie, & helladio tripoleos atq; machario iherosolimorū epīs eis cōsuetudib<sup>9</sup> hoib<sup>9</sup> ieruditīs atq; hereticis. Quorū alii qdē filiū eructationē asserūt, alii p pōnē, alii congenitū, quas sane impietates, & si imminere ab hereticis mortis cōminentur, audere nō valem<sup>9</sup>. Sed quoniam dicim<sup>9</sup> sapim<sup>9</sup>, & docem<sup>9</sup> filiū nō eē genitū nec ingenitū pte aut ex subiecto aliquo sed vnigenitū cōuertibiliter ipm q; anteq; generaretur, aut crearetur, aut pdestinaretur aut fūdaretur, nō fuisse psecutiones patimur. Similiter aut, & cū asseram<sup>9</sup> quoniam principū habet filius, deus autem sine principio est atque filius ex non extantibus est quod intelligere volumus secundum q; dei pars, & non ex aliquo existit subiecto psecutionibus qua

timur. De cetero tu nosti & te nostrarum tribulationum memorem in domino vale re popo. Quam epistolam cum Eusebius suscepisset, aliam ad paulinum episcopum tyri ipse conscribens sue impietatis venenum emouit. idem cum Arrio asserēs filium factum quidem a patre nec eiusdem substantie esse posse, atq; similia diuersis episcopis orientis scribens hortabatur, ne alexandri epistolis consentirent, alexandro vero frequenter scribebat vt Arrium, & complices suscipere vellet. Quod ille abhorrens penitus detestabatur. Verum cū ob morā quam apud nicomediam imperator ducere consueuerat Eusebius ei familiaris effectus, & iter omnes fere orientales episcopos potētissimus haberetur, a pluribus timebatur, ac verebatur episcopis quibus cotidie scribens subscriptionem impietatis Arrii ab ipsis faciliter impetrabat. Sic q; ipse, & eius complices episcopi duces ac pceptores Arriane impietatis esse ceperūt, & ex aduerso recte fidei quam Alexander viriliter defendebat, qui consentientes erant se subscribere omnino curabant, vnde omnis iam pene orientalis ecclesiam turbatur, & non solum ecclesiarum principes inuicem concertabant sic dira per incautum serpebant cōtagia, vulgus atq; intantum hęc subcreuerat contencio, vt in vicis & theatris christiana nitati, & diuino nomini publice derogaretur. Nec tamen desisteat Eusebius, alexandrum ipsum ad communionem arrii exorare, sed sentiens tandem alexandrum inclinari non posse, ira atq; indignatione p̄tusus in fauorem Arriani dogmatis palam, & penitus se conuertit. Et concilium in bythinia congregari procurans, scribit episcopis vniuersis vt complices Arrii tanquam orthodoxis communicare velint atq; q; illos exhortatur vt alexandrum ad ipsam eandem arrii communionem strictissime conuocent, quo cum frustrati fuissent nequaquam alexandro id consentire volente, ad alias machinationes se & complices cōtulerūt. Nā Eusebius ipse odio in alexandrum vehementissime ferebatur, quod grauiter eum in epistola ad episcopos nominauerat. Sicq; crescentis indies p̄tie latius crebrescebat dissentionis sermo, vsq; quo ad aures religiosi principis constantini plenissime innotesceret. Quo ille p̄cussus pariter & afflictus, vehementer indoluit, quippe qui omni studio, & diligencia instabat xpianam religionem exerescere, & illam dissentionibus longe minui preuidebat. Ob qd culpans arrium pariter, & alexandrum communem ambobus scribit epistolam eis impingens, q; questionem quam abscondere debuerant in populos palam protulerit quam nec querendam ab initio nec excogitandam enarrat, & excogitatam potius taciturnitati tegendam. Quę epistola in libris Eusebii. Pamphili, quos de vita constantini scripsit inseritur, cuius partem in latino stilo vertendo vt tanti principis pietas cognoscatur, in hoc libro interseremus. Victor constantinus pius maximus alexandro, & arrio, & infra subdit. Didiscimus presentis questionis initiū tunc sumplisse cū tu a p̄b̄tis alexander vana magis questioe q̄ necessitate cōmot<sup>9</sup> inq; rebas q̄nā intellect<sup>9</sup> esset loci cuiusdā i lege descripti. Ad quod tu Arri p̄tati<sup>9</sup> magis ea que neq; excogitare neq; excogitata i mediū p̄ferre oportebat iprouide obiecisti, ob qd iter vos exorta discordia id effecit vt diuina cōtēnātur misteria, & pp̄s diuini cōmūis corporis cōgruēti cōione separetur. Verbis igitur nr̄is assēsū p̄bere, atq; hīs obedite, que cōseru<sup>9</sup> vī iuste admonet, has rogo depōite cōtēciōes, & earū scilicet rerū quas nec req̄rere nec de hīs querētib<sup>9</sup> r̄ndere cōdignū ē nā iutiles ille questioes habētur, que nulla legis necessitate sed inani quadam contentioe a sacerdotibus inducuntur, Que & si causa exercicii cuiusp̄iam naturalis pueniant intra sensus intimos illas cohibere, & nō p̄p̄te in conuenticula deportare debemus, nam quis huiuscemodi queso imperscrutabilia digne cognoscere poterit. Qd si fieri posset quenam esset illa populorū particula cui

BEATISSIMI ATHANASII

id persuadere recte possitis aut quis huiusmodi subtilitatem absque lapsu supercilio contrectabit. Fugienda ergo in talibus multiloquia, ut quod nostre nature infirmitas explicare nequit, discipulorum mentes tardiore forsitan intellectu percipere non valentes in blasphemias aut scismata prolabantur. Quamobrem & incaute interrogaciones & responsiones improvide equam alterutris veniam tribuant, nec pro parvis vanis que contentionibus, & causis tantum dei populū dissidere decet, quę vestris orationibus & prudentia convenit gubernari. Et ut parvo quodam exemplo vestram convenientiam sapientiam nostris phylozophos qui vni se secte addixerunt, & in vnum dogmā consentiūt, si in quadā sententię parte discordent, licet in eo discipline ipsius virtute separentur ad inuicem, tamē dogmatis & secte vnitate conspirant. Cum hec itaque sint quanto iustius vos magni dei ministros in voluntate religionis decet esse concordēs, nec dignum est vanis sermonū certaminibus, fratres fratribus insultare. Et infra subdit. Reuertimini ergo viri prudentissimi ad mutuā inter vos amicitiam & amorē reddite, xp̄iano populo vestros optatē amplexus, & vestras animas expiantes, inuicem vos ipsos rursus agnoscite. Suauiores enim sunt crebro amicitie post inimicitiarū causas delētas ad cōcordiam restitute. Reddite ergo, & michi tranquillōs dies, & securas noctes. Iam enim tempus est o magni dei sacerdotes, tantos populos conseruos meos vestris altricacionibus, iniuste diuisos ad xp̄i vnitatē congregare. Nam ad orientem ego properare, festinans cū Nicomediā aduentasse fama, tante rei perterritus penitus detentus sū nec patitur animus ad ea loca procedere, vbi illa videre compellerer, quę nec fore auditui possibilīa iudicaueram. Quapropter vestra concordia, michi orientis viā aperite, quā discordia & contencione claudere potuistis. Hęc igitur & plura quę in eadem epistola continentur, Alexandro & Arrio piūssim⁹ scripserat imperator nunc illos arguendo, nūc pro virili admonere procurans, sed hanc pestē priusquam in alios diffunderetur, se posse preoccupare pius princeps considerans vitum quendam quē iuxta se fide & caritate insignem habebat, & prioribus temporibus pro christiana religione confessionibus comprobatum, nomine osium Cordube ciuitatis hispanię episcopum, ad egyptum direxit qui sua auctoritate, & sapientia tumultuantes populos conquiescere faceret. Verum cum eius auctoritas apud hereticos preualere, non posset sed cotidie magis ea pestis intulesceret preter spem principis re infecta reuersus est. Cum piūssimus imperator, videns grande periculum christiane religioni imminere, & totis visceribus cupiens tantis malis obfistere consilio grauium virorum suscepto concilium, apud Nicenam urbem cōgregari iubet, & ex omni pene orbe episcopos cōuocans, magna diligentia & regia largitate sumptus, omnes opportunos quam magnificentissime exhiberi iubet. Et ut eusebius pamphilus libro tertio vite constantini describit vehicula publica per diuersa loca conduci statuit, mulos que & equos camelos, & asellos prout loci opportunitas commodius exhibebat, naues que in portibus preparari mādāt cibaria pro eorum voluntate non episcopis solum, presbyteris aut dyaconibus, clericis & eorum seruis, sed aliis etiam quibusque & cuiusque generis hominibus ad huiusmodi congregationem volentibus aduentare largissime precepit exhiberi. Veniūt ergo ex omni pene Europa, lybia, & asya, sacratissimi patres qui veluti beatorum chorus virtutibus miris in illis relucens videbantur. Sicque decimo octauo imperii constantini anno, Pontificatus vero siluestri decimo quarto ut verissime computauit, Eusebius. In nicena urbe congregati sunt. Et ut ipse pamphilus eodem libro tertio de vita constantini enarrat, libebat tunc aspicere syros similes, & sylicas sacros antistites phēnias que & arabes atque palestinos ægyptios etiā & The-

ALEXANDRINI ARCHIEPISCOPI VITA FO. CCCXXXVI.

beos, ac libicos simul, & qui ex mesopotamia oriuntur, atque etiam ex pside venit episcopus nec a Scythia defuerunt pontus similiter & sya, phrigia & paphlagonia, viros probatissimos prebuerunt. Aderant & traces macedones que, & achini, & hi qui Epyrum inhabitant, ut sermo ille complectitur iam videretur, quę in actibus apostolorum lucas enarrat, que conuenerant iherosolimis ex omnibus gentibus que sub celo sunt, viri religiosi inter quos erant parthy, & medy & elamite, & qui habitant mesopotamiam iudea, & capadociam pontum & asyam frigiā, & Pamphileam egyptum, & partes lybie circæcyrenę & aduene romani, iudei quoque & profeliti, cretes, & arabes. Verum tamen ut eusebius subdit non magni dei sacerdotes, & ministri illi ut nostri conuenerunt, & sequitur. Erat siquidem in presenti choro episcoporum multitudo numerum tricentorum exuperans quos ex presbyteris dyaconibus & acolitis innumerabiles pene consecuti fuerant, quibus omnibus imperator singulis diebus cibaria largissime pro eorum voluntate exhiberi parauerat. Conuenerunt ergo ex parte siluestri romani pontificis ut in epistola ad marcum papam Athanasius memorat victor, & vincentius presbyteri ipsius apostolice sedis legati. Conuenerunt etiam ex principalibus aliis sedibus episcopi Alexander primus Alexandrię ecclesie antistes, cui maxima pars synodalis curie imminere videbatur, qui & duxit se cum Athanasium Archidiaconum suum cuius diligentia, & sapientia plurimum hereticorum doli, atque fallacie detegebantur / adolescentem annis sed scientia & sapientia cauum. Ex antiochia vero venit Eustacius vir magnus, & admirabilis qui post mortem philogonii de quo supra meminimus ad eius ecclesie regimen mutus, & renitens omnium puicalium episcoporum decreto, astrictus fuerat. Ab iherosolimis etiam adfuit Macharius eius ciuitatis episcopus, multarum virtutum fama plurimum decoratus. At ex constantinopolitana urbe, que vrsautium tunc dicebatur Alexander vir sanctitate mirabilis senio grauatus interesse non potuit. Et preter hos alii conuenerunt episcopi, quorum quidem diuinarum scripturarum scientia prefulgebant, quidam sanctitate prestant, quidam vero in vtrisque huius mirabiliter probantur. Nam aderat & osium Cordubens, qui & vna pluribus qui secum erant prelidebat episcopis, habebatur etiam inter eruditissimos Eusebius pamphili Cesarien, episcopus qui ecclesiasticam hystoriam, vsque ad constantini tempora mira varietate, & rerum pericia descripsit, composuitque etiam librum de temporibus necessarium quidem, & infinita pene cura digestum quorum illum quidem Rufinus, hunc vero Iheronimus in latinum stilum traduxit. Scripsit etiam libros quatuor de vita constantini quorum tertium ex omni pene grecia vix compire valui. Insuper, & innumera pene volumina de nostra religione, ut idem attestatur iheronimus, conscripsit. Aduenerat similiter, & Iacobus antiochie migdonie episcopus qui mortuos homines fertur suscitasse, & viuos diuersis curasse languoribus atque alia innumerabilia ut refert Theodoricus grecus scriptor per eum deus opatus est mirabilia. Adfuit, & Nicholaus myree urbis cylicie episcopus vir admirabilis & omnium virtutum conspicuus, cuius vita iclita apud grecos & latinos, notissima est, similiter, & paphuncius egyptius episcopus, in superiori thebayda adfuit confessor, ex illis quos maximianus dexteris oculis effossis, & sinistro poplite succiso, ad metalla danna uerat i quo tanta virtutum inerat gratia ut rufinus i his libris quos ad Eusebii hystoriam addidit, signa per eum non minus quam dudum per apostolos fuisse facta confirmet. Nam, & demones verbo tantum fugabat egros sola oratione curabat cecis visum dicitur reddidisse, & paraliticis ad stabilitatem corporis reuocasse. Quem constantinus i tanta ueneratione & affectu habuisse scribitur, ut sepius eum intra palatium euocatum complecteretur, & il-

BEATISSIMI ATHANASTII

lum oculum qui in confessione fidei fuerat euulsus auidioribus osculis demulceret. Aduenerat & ex confessoribus alius paulus Neozelarie que iuxta ripas eufratis sita est episcopus. Is vt theodoricus refert lixum rabie cōpressus, ignito ferro ligatus manus comburi sibi ac defecari ob xp̄i religionem constantissimo aio passus est, aderat & ep̄i quidā alii simplicitate quadā admirabili, ac sanctissima decorati, inter quos & spiridon cyrius enarratur, qui cū pastor ouiu fuisse etiā in episcopatu positus p̄mā sit, et tunc quadā nocte cū ad caulas fures venissent & improbas aditum educendis ouibus facerent extendissent, inuisibilibus quibusdem vinculis restricti vsq; ad lucē velut traditi tortoribus p̄manserunt. At senior cū oues ductur⁹ ad pascua matutin⁹ se ageret, videt iuuenes absq; humanis vinculis caulis pendere districtos, & noxe causa comperta sermone absoluit: quos mentis vinxerat. Et ne eis inanīs nocturna cedere occupatio. Tollite inquit o iuuenes vnū vobis arietē ne sine causa venisse videamini quam melius p̄ ree q̄ furto quesisse conuenerat aliud & de eo fertur mirabile, nam hic filiā habebat h̄irenē que, cum eis bene minis irasset defuncta est. Post cuius obitum quidā aduenit dicens ei, se quoddā depositum cōmēdasse, rem gestam ignorauerat pater. p̄quisitū i tota domo nulq; qd̄ poscebatur inuentū est. Perliitebat ille qui cōmodauerat fletu q; ac lacrimis purgebat, & vite sue se illaturū exititū nisi cōmodata reciperet testabatur. Permotus lachrymis fenex ad sepulcrū filie cū illo properat, atq; eā noie clamitat. Que de sepulchro respōdens locū vbi depositū fossū fuerat, illo petēte edocuit. Et vt dixit comptū fuit. Alia eius gesta & mirabilia feruntur, sed hec enarrasse sufficiat. Verū fama tāte cōgregationis & oppinōe cōmoti plurimī philoſophi, opinatissimi & nobiles dyaletici ex diuersis vrbibus cōfluxerūt optātes, cū hīs sacratissimis viris disputationes: de religione & diuino cultu iire, iter quos vt etiā ruti⁹ n⁹ in dictis libris cōmemorat. Insignis quidā philoſophus per singulos dies cōstitū sumi certaminis cū nr̄is agebat episcopis, viris quidem ad ea que moneret nō mediocriter eruditus. Et cōuenientib⁹ ad audiendū doctis & litteratis viris ingens spectabat spectaculū, nec villo disputandi genere philoſophus a quoq; concludi poterat, aut constringi, sed vbi maxime putabatur, astrict⁹ cauta dicendi arte obiectis questionib⁹ occurrēs velut anguis lubric⁹ laberetur. Sed vt ostēderet de⁹ quia nō i sermone regnū dei sed in virtute consistit astitit ex confessoribus quidā simplicissime nature vir, nichil aliud sciens nisi xp̄m & hunc crucifixū. Qui cū inter ceteros auditores episcopos adisset & vidisset philoſophū insultantē nr̄is & calida se disputationis arte iactantē, poscit ab omnib⁹ locum velle se paucis cū philoſopho sermocinari. Tum nostri qui simplicitate viri & impericiā in sermone dumtaxat nouerant pauere, & velut pudorē quēdam pati cæperūt, ne forte apud calido hoies risui fieret facta simplicitas perſistit, tamen senior & huic mouit sermonis exordium. In nomine inquit Ihesu christi philoſophe audi que vera sunt. Deus vnus est qui celum fecit, & terram quique homini, quem de terreo formauerat spiritum dedit vniuersa que videntur, & que non videtur, virtute verbi sui creauit, & spirit⁹ sui sanctificatiōe firmavit. Hoc illū verbū & sapientia est quem nos filium dicimus, qui humanos miseratus errores & per passionē mortis a perpetua nos morte liberat, ac resurrectione sua eternam nobis contulit vitam, quem & expectamus iudicem omnium que gerimus esse venturum. Credis hec itaq; esse philoſophe. At ille velut si nunquam vllum contradicendi sermonem didicisset ita stupefactus, virtute dictorum mutus ad omnia hoc solum potuit respōdere. Ita sibi videri nec aliud verum esse quam dixerat. Tum senior si hec inquit ita est, se credidisti surge, & sequere me, ac dominicum, & huius fidei signaculum suscipe.

EPISCOPI ALEXAN. VITA!

FO. CCCXXXVII!

Et Philoſophus ad discipulos suos, vel ad eos qui audiendū grātia conuenerant. Audi te inquit o eruditi viri, Donec verbis mecum res gesta est, verba verbis opposui, & que dicebantur, dicendi arte subuertī, vbi vero pro verbis virtus processit ex ore dicentis, non potuerunt verba resistere virtuti, nec homo aduersari potuit Deo. Et ideo si quis vestrum potuit in his, que dicta sunt sentire, que sensi: credat Christum, & sequatur hunc senem, in quo locutus est Deus. Et per hunc modum philoſophus christianus effectus congratulatus est se fuisse conuictum. Interea cum episcoporum conuentus per dies singulos agitari deberet admirabile quoddam piissimi principis factum a diuersis scriptoribus enarratur. Etenim cum episcopi conuissent, atq; diuersis ex causis, vt fieri solet, inter se iurgia quēdam detulissent: interpellabatur frequenter imperator, atque magis proferebantur culpæ, & offerebantur libelli, q̄ ad id pro quo ventum fuerat animos darent. At ille perpedens q̄ per huiusmodi iurgia summi negocii causa frustraretur, diem certam statuit, qua vnusquisq; episcoporum si quid querimonie habere videretur, deferret. Et cum reledisset, suscipit a singulis libellos, quos simul omnes in sinu suo continens, nec in eis quid contineretur aspiciens sic ad episcopos locutus est. Cum vos de⁹ sacerdotes constituerit, potestatem tradidit iudicandi de nobis, & ideo nos a vobis recte iudicamur. Vos autem cum nobis a Deo dii dati sitis, ab hominibus iudicari non potestis, ob quod solius magni dei inter vos spectate iudicium, & iurgia vestra quecumq; sint ad illud diuinum referuētur examen. Nam conueniens non est, vt homo diiudicet deos, sed ille solus de quo dictum est, Deus stetit in synagoga deorum, in medio autem deos diiudicat. Et ideo his ommissis, illa que ad fidem dei pertinent absq; vlla animorum contentione distinguite. Et cum hæc dixisset, ne vlli hominum sacerdotum similitudo innotesceret, omnes simul libellos querimoniarū iussit exuri. Que omnia cum sacerdotes intellexissent, ad seiplos conuersi abiiciens res reliqua, rem dei tractare cœperunt. Verum intrans aliquando synodum imperator tante pietatis erat (vt refert Eusebius Pamphili) q̄ sacerdotib⁹ dei non posse sufficere credebat, si se equalem præberet, nisi eos & longe præferret, & ad imaginem quādam veneraretur diuine præsentire. Quamobrem sibi in concilio sedem collocari iussit, vt scribit Theodoricus, sedibus omnium aliorum episcoporum depressiorem, nec sine eorum iussu conuenire, aut sedere audebat. Et interim cum iam per singulos dies agitaretur conuentus, nec aliquid facile, aut temere de re tanta statuere audebant episcopi, Euocabatur frequenter Arrius in concilium, & assiduo tractatu assertiones eius dilcutiebantur, & quid aduersum hæc teneri, & statui summa cum deliberatione querebatur. Et cum per dies multos questio verteretur, nonnulli (q̄ pauci) & viri questionibus callidi, & ob id simplicitati dei aduersi diuersa ab aliis sentire, & magna calliditate cœptis Arrii fauere videbantur, ipsiusq; blasphemiam non aperte detendere, sed verbis pugnantibus contegere conabantur. Quorum astutias, & peruersitates Athanasius archidiaconus præcipuus inter ceteros detegebat, disputabatq; acriter contra eos, nec in aliquo eorum calliditatem præualere sinebat intantum, q̄ eius, & aliorum verbo dei potentium disputationes præualebant, q̄ fortissimis scripturis veritas ipsa palam omnibus nedum pontificibus, & aliis christianis, sed etiam gentilib⁹ vt a quibusdā refertur certa appareret. Nam (vt aliqui ferūt) & nos ipi eam disputationē legimus iubente imperatore Probus Romanus patrici⁹, & vir illustri, ac philoſoph⁹ iudex a Constantino inter Athanasium, & Arrium constitutus aliquando fuit, qui ambebus longa disputatione concertantibus intellectis, veritatem in Athanasio, & illam conformem, consequentemq; scripturis, quas ambo inducebant esse diffiniuit, &

ob id tadem in catholica fide christianus euasit. Post diuturnum igitur multumque tractatum placet omnibus ac velut vno consensu ore & corde decernitur homouision scribi debere, id est, consubstantialem patri filium confiteri, idque firmissima pene omni sententia pronunciat. Decem, & septem soli tunc fuisse dicuntur, quibus Arrii fides magis placeret extrinsecus creatum dei filium ex nullis extantibus, & non ex ipsa patris deitate progenitum confirmantes. Defertur ad constantinum sacerdotalis concilii sententia. Ille tanquam a deo prolatam venatur, cur si quis tentasset obniti, velut contra diuina statuta venientem, in exilium se prestatur acturum. Sex ergo soli cum Arrio se patiuntur expelli; reliqui vero undecim consilio inter se habito acquiescunt ad subscribendum manu sola, non mente, cuius simulationis precipuus auctor extitit Eusebius Nicomedie episcopus, qui post hanc omnem in ecclesia seditionem innouauit. Interea piissimus imperator per epistolam quam omnibus episcopis, & populis dirigit, malignum Arrium execratur, eumque comparat impio Porphirio, qui septem volumina contra religionem nostram euomens dignam premerit pro gestis suis ultionem consequi, ut obprobrio omnibus, & execrabilis haberetur, Arriusque deinde, & complices Porphirianos vocat. Mandat insuper ut si qua conscriptio ab eo compilata reperiri contigerit, igni tradatur, & contentibus capitalis ultionis preponit edictum. At exemplum expositionis fidei habite in tanto consilio si quis noscere voluerit, tale est (ut ex historiis ecclesiasticis, & conciliis Iulii Papae Romae super confirmatione huiusmodi fidei celebrato habetur) Credimus in vnum Deum patrem omnipotentem, omnium visibilibus, & inuisibilibus factorem, & in vnum dominum nostrum Iesum Christum filium dei de patre natum, unigenitum hoc est de substantia patris, Deum de deo, lumen de lumine, deum verum de deo vero, Natum non factum homouision patris, hoc est, eiusdem cum patre substantie, per quem omnia facta sunt, quae in caelo, & quae in terris. Qui propter nos, & propter nostram salutem descendit. Et incarnatus est de Spiritu sancto, & homo factus passus est. Et resurrexit tertia die, & ascendit in celos. Inde venturus iudicare viuos & mortuos. Et in spiritu sancto, &c. Eos autem qui dicunt erat aliquando quando non erat, & antequam nasceretur, non erat. Et quia ex nullis substantiis factus est aut ex alia substantia dicunt esse aut conuertibile vel commutabile filium dei anathematizat catholica & apostolica ecclesia. Et preter hanc fidei expositionem septuaginta canones huiusmodi concilium compilasse testatur Athanasium in epistola ad Marcum papam qui siluestro successit descriptam. Et ipse beatus papa Marcus in alia ad Athanasium id idem sua auctoritate confirmat. Idem & papa Iulius in epistola ad Eusebium, & alios orientales episcopos plura illorum capitulorum recensenda enarrat. Quod quia apud quosdam de horum canonum numero postea contentio non parua surrexit, quoadmodum id secutum sit placuit explicare, in consilio siqui de Carthaginensi Faustino Potentinae urbis episcopus, & Romane ecclesiae legatus, capitulum quoddam niceni concilii in medium profert, quo lecto allipius Catestene episcopus id quod maxime se admirari dicit, quoniam in graecis exemplaribus id minime compertum sit. Quod obrem placuit synodo constantinopolim ad episcopum scribere, ubi authenticum id consilium esse dicebatur, necnon & alexandrinum episcopum & anthiocenum, ut de his authenticis secundum ea quae teneret, mitterent exemplaria. Quibus in tempore susceptis id capitulum minime compertum fertur, nec septuaginta in his exemplaribus capitula, sed tantummodo viginti duo conscripta habebantur. Quod quoadmodum esse potuerit, ex prefata Athanasii epistola manifeste potuit iudicari, nam cum persecutionum procellis eius libri ab Arrianis id lacerati & combusti fuerunt synodum nicenam qua clerus & populus ut inquit imbuebatur, & maxime iam imbuti erant in contumeliam nostram & omnium christianorum incen-

derant. Hec ille. Similiter cum constantinopolitana ecclesia, & Anthiocena longis temporibus fuerint ab hereticis occupatae, qui nedum libros, quos facillime carpe potuissent, sed etiam sacerdotes, & plures laycos hanc fidem obseruantes ad mortem usque persequebantur, non verisimile, & palam omnibus videri potest illam synodum non integram, sed laceratam, & contractam apud easdem remansisse ecclesias. Vnde & apud solam Romanam ecclesiam, quae impollutam se preseruauit huiusmodi synodi veritatem potuisse compiri constat. Hos ergo sacros canones, & antiquam de obseruatione paschae regulam, per quam nulla de reliquo varietas ecclesiis oriatur, cum sacratissimus ille ceteris statuisset, visum est omnibus dissoluendum iam fore concilium, & ad propria remeandum. Quod ob rem omnibus iam rite dispositis pax, atque fides in orientis, & occidentis partibus syna, atque eadem seruabatur. Interim Helena religiosa principis mater, per idem fere tempus diuinis admonita iussionibus, loca dominicae passionis sacratissima, quae a gentilibus idolorum spurcitiis polluta fuerant, & deturpata diligentissime expurgari precurat, atque lignum cooperit salutare Crucis, & clauos, quibus dominus noster fuerat affixus, & in eo loco mirificum templum regia ambitione construxit. Verum cum non multum post ex hac luce discederet, octuagesimo etatis suae anno (ut Theodoricus tradidit) Constantia Constantini soror, quae Lixini fuerat vxor fratris Augusti solatiis utebatur. Hinc accidit presbyterum quendam venire in noticiam latenter partibus Arrii fauentem, qui de his nihil primo apud sororem principis aperuit. Verum ubi multa familiaritas copiam tribuit, paulatim sermonem cepit aspergere inuidiam dicens Arrio generatam, & per similitudines priuatis episcopi eius rem contentiose exagitauisse emulatiois stimulo confixum, quod Arrius apud plebem satis charus haberetur. Hec, atque huiusmodi talia frequenter suggerens animos Constantia suos effecit. Quae cum quarto pene anno (post dissolutionem concilii obitura) visitaretur a fratre, atque ab eo blande, religioseque compellaretur, extremam dicitur ab eo gratiam poposcisse, ut presbyterum in familiaritatem reciperet, & quae sibi ab eo, pro salute suggerentur, audiret. Nam de se quidem iam ex luce discedente nihil curare, sed pro fratris statu esse sollicitam, ne forte per innocentium penam regni sui pateretur excidium. Quibus ille monitionibus a sorore susceptis, & fidelem pro se germanam sollicitudinem credens, accommodauit aurem presbytero, & Arrio in exilium constituto mandauit, ut quoadmodum de fide sentiret, exponeret. Tum ille nouitatem sermonum, quos prius adinuerat, declinans explanationem aliam simplicibus contexit verbis, quae non quidem sensum nostrum, tamem verba fere nostra continere, professioneque videbatur. Et illa diuina auctoritate confirmans, iusiurandum adhibuit id se credere, nec quicquam aliud vel mente sapere, vel intelligere. Cuius explanationis series haec a Theodorico explicatur. Piissimo, Deoque acceptissimo imperatori maximo Constantino Arrius, & alii presbyteri in exilium constituti. Quomodo tua pietas precipit dementissime Imperator fidem nostram per haec scripta explicamus, atque talia credere deum ipsum obtestamur. Credimus in vnum Deum patrem omnipotentem, & in dominum nostrum Iesum Christum filium eius, qui ex eo ante omnia secula natus est Deum verbum, per quem omnia facta sunt, quae in caelo, & quae in terra; qui venit, & carnem assumpsit, & passus est. Qui resurrexit, & ascendit in caelos, & iterum venturus est iudicare viuos, & mortuos. Et in in vna sanctam ecclesiam catholicam dei, quae a finibus usque ad fines est. Quam quidem fidem ex sanctis euangelicis concepimus dicente domino discipulis suis Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filii, & spiritus sancti. Et si non credimus, atque suscipimus vere patrem, filium, & Spiritum sanctum, quemadmodum catholica suscipimus.



pit ecclia, & sanctæ edocent scripturæ, quas in omnibus sequimur iudex nosse sit de  
 us, & nunc, & in futuro die. Quobrem piissime impator cum viri eccliaſtici sumus, & fi  
 dem, atq; intellectum ecclia, sanctarū q̄ scri pturarum teneamus, abiectis supfluis, atq;  
 q̄ in anibus quæſtōibus pietate resti  
 tue, vt acceptabiles deo orōnes p pio, pacificoq; tuo impio/atq; genere mēte libera om  
 nes communi cōcordia celebremus. ¶ At impator cum hmōi libellum suscipere ad  
 miratus quidem vehementer est, & putauit vnā, eādēq; in ipius & concilii dudum ge  
 sti expositiōe sententiam contineri. Ob quod illum acceriri de exilio iubet, & vt apd  
 grēcos magne auctoritatis scriptor Methapraſtes enarrat, statim eum cum honore ad  
 Alexādriā remisit, vbi tunc quoq; omne illius frustratur inceptum. Nam cognito do  
 lo ab Alexādro episcopo minime susceptus est, incitante atq; ad id maxime impellen  
 te Athanasio ipius Alexandri archidiacono. Quē res turbulentiā iterum p̄ ægyptū  
 tum excitauit, & latētē heresim discopuit, nec lris etiam impatoris Alexāder & Atha  
 nadius, ad susceptionem Arrii inclinari potuerunt. ¶ Interim Alexāder beatissimo  
 sine ex mortali hac, & corruptibili vita ad p̄statiōem, immortalēq; trāslatus est. Et Atha  
 nadius Alexādriā, & ægypto vniuersa cōsentiente, episcopolis curæ gubernacula susce  
 pit. Qui cum vir esset acerrimi ingenii q̄ vigilatissimus in eccliaſticiſ negotiis iam  
 tunc hereticis innotuerat cum ad conciliū Nicenum cum episcopo suo Iene Alexā  
 dro cōuenerat, cuius sequentem vitā, & querelā, eiusq; gesta p̄tatis methapraſtes apd  
 grēcos diligenter exequitur, quem fidelissime traducendo nos omnino sequimur, vbi  
 alios non induxerimus auctores. Statim ergo, vt eum heretici episcopum factum cō  
 gnouerūt, rati quod res indicabat sua id negocia p̄ illius sollicitudinē nō facile p̄cessura  
 oibus modis querere aduersum eum machinas deceptionum parabāt. Et eo tpe am  
 plam commoditatem naſti, q̄ contra eum indignatus videbatur Impator, quia Arri  
 um non susceperat concilio inito, vt aduersus Christum iudē cogitabāt quemadmo  
 dum eum de terra auferre possent. Quo sublato Arrii heresim omnino p̄ualere pa  
 tabant, q̄ obrem apud principem omnimode Athanasium tanq̄ indigne ad episcopa  
 tum p̄motum insimulare aggrediūtur. Et scelorum suorū ministros aliquos de he  
 resi Meleci sibi adiungere curauerunt Yſionem scilicet, & Foelicem callinicum, & ali  
 os diuerſos, qui commenta contra eum confingerent. Primum quidem q̄ episcopa  
 tum assumens indixit ægyptiis vestimenta linea Alexādrinorum ecclia cōferēda. Si  
 militer & aliud grauius, quoniā lris, & mādatiſ quibusdā impialibus cōtradicens lo  
 culum auri plenum cui dā amico direxit, vt quod cōtra principis iussa p̄petrare demo  
 litus fuerat, ille exequeretur. Tertiu, quod graui⁹ impigebat, tale quidem fuerat, qd̄ vir  
 Mareothidos nomine debebat Yſchiras, qui nō dū ordinat⁹ se gerebat pro p̄sbytero, at  
 q; sacra fuerat ausus celebrare misteria. Qd̄ cum Athanasius a quibusdā ex Mareo  
 thide pdidicisset, misit Machariū Alexādrinæ ecclia p̄sbyterū, qui hęc exacte an ve  
 ra essent p̄quireret. Quod p̄sentiens Yſchiras, inde aufugies, Nicomediā ad Eusebiū  
 & complices se cōtulit, quē cū odio in Athanasium ferri cognoscerent, nulli⁹ inuidiā vt  
 p̄sbyterū susceperūt, p̄mittūtq; ei episcopatus honorem si cōtra Athanasium crimi  
 na commētetur. Quib⁹ ille q̄ libentissime annuēs cōfinxit Macharium Alexādrinæ  
 ecclia p̄sbyterū missum ab Athanasio in eccliam suam, impetum primum fecisse,  
 deinde altare, & sacra mensā cōfregisse, abstulisseq; inde calicem, & sacros libros com  
 buſſisse, Quibus impatorem ad irā contra Athanasium plurimum incitare conaban  
 tur, & q̄ sacris iuſſionibus obedire cōtēperat, nec Arrium (vt mādaauerat) ad commu  
 nionem susceperat. Quē audiens impator in stuporem adductus, licet fidei normam

firmissime teneret, iubet tamen iterum congregari conciliū, non vt de fide iterū dis  
 putetur, sed vt contentiones omnes, & rixæ iusto iudicio totaliter penitus deleantur.  
 Verum cum Iherosolymis ad dedicationem eccliarum ibidem nouiter constructarū  
 ex omni pene orbe coire sacerdotes inuitaretur, scribit ad eos, vt que cōtra Athanasium  
 inducta sunt, diligenti excutiatur iudicio. Et de Arrio, vt si expositionem fidei ei⁹ cō  
 probarent, & eum vel p̄ inuidiā (vt asserbat) tunc circūuentum dinoscerent, vel nunc  
 ab errore correptum clementi erga ipsam iudicio vterentur, q̄n quidem tāta fuerit cō  
 ciliū moderatio, vt non in p̄sonā eius, sed in dogmatum prauitatem fuerit lata sentētia.  
 At si inuidia causa fuisset, curret pacem inter illos componere, quod si fieri nequit, ve  
 niat Arri⁹ Alexādriam, & ibidem sup hoc discutiatur iudicium. Et cum apud Tyrū  
 congregari primum deberet episcopi, iubet impator causas has ibidē discuti: vt absq;  
 scismate, & cōtentione iherosolymis sacra tractarent misteria. Igitur trigesimo impe  
 rii Constantini āno ex diuersis vrbibus apud Tyrum episcopi conuenerunt numero  
 sexaginta, Dionysio viro cōsulari illos congregante. Quibus congregatis, & sedentib⁹  
 bus, at vna comes puincia, & plures alii Macharius Alexādrinæ ecclia p̄sbyter vir  
 ctus cathenis manu armata conducitur. Nec multo post & ipse conuocatur Athanasius,  
 us, contra quem instant accusatores petentes primum discuti quod de lineis vestimē  
 tis fuerat obiectum. Sed hęc quidem calumniā, atq; aliam de loculo auri ad amicum  
 missio Apis, & Macharius p̄sbyteri Alexādrini apud Nicomediā coram impator  
 re omnino expurgauerat, ob quod lris suis impator accusatores graui⁹ increpauerat  
 & Athanasium ad venire suadet. Quē cum in principio audiētia a tabellariis deo  
 opante oblata fuisset, in agoniam, & dedecus Eusebium, & complices deduxerunt.  
 Quobrem his p̄missis ad obiectum de Machario se trāfferunt, sed ad hęc primum  
 quidem Athanasius, quos inimicos sibi manifestos p̄bare poterat nominanter descri  
 bit, deinde declarari petit, an accusator Yſchiras (vti in eius libello scribebatur) p̄sbyter  
 esset. Ad quod iudices nec minimū quidem verbum respondent, sed contra Macha  
 rium proclamantes statuūt mittendos quosdam ad vsq; Mareothem, qui de dubiis i  
 formati, que comperint referant. Quē cum accusatores suos Athanasius designari videret,  
 Togmum videlicet, & Marem, Theodorum, Macedonium, Vrsatium p̄clamās  
 de iniuriis, & iniusticia p̄testatur, vt quos inimicos, & accusatores nouerat, sibi iudices  
 cōstituire velint, nec iustum esse Macharium detineri i vinculis, & accusatorem liberū  
 esse. Ad que cum nec cōsulem Dionysium sup his verbum habere videret, subtrahens  
 se a syondo, & secreto diffugiens Constantinopolim ad impatorem se contulit. Interi  
 qui ad Mareothem missi fuerant, cōmentaria sibi p̄voluntate confingunt, & synodus  
 ne reditum quidem illorum expectās tāq; queq; insimulata vera fuissent, ex communi  
 cationis sentētiā in Athanasium ferunt, & abinde cum statim Iherosolymam se con  
 ferrent, aduenientem Arrium, & Eusebium in vna, & cōplices libere suscipiunt, licet  
 (vt quidam tradunt) ex catholicis nonnulli eum recipe abnegauerūt diffiniētes ip̄m  
 in concilio apud Alexādriam audiēdum fore. Quē cum sic apud Iherosolimā gere  
 rentur, Athanasius adito impatore petit, vt que in Tyro turbulēter & incōtinue gesta  
 sunt, apud eius p̄ntiam examinentur. Quibus annuēs impator, has lris ad episcopos  
 qui in Tyro conuenerant, dirigit. Victor Constantinus episcopis apud Tyrum colle  
 ctis. Ignoro equidem, que in vestro concilio turbulenter, & tempestuose gessistis. Et  
 vt manifeste videtur ob lites, & iurgia, que contra nos, & proximos nostros incessabili  
 ter geritis, iniusticia, & veritas in Dei contemptum p̄ dies singulos conculcatur. Et ideo  
 diuina prouidentia opus est, vt patefactis altricationibus vestris, palam nobis vestra  
 S. ii.

inimicitiarum causae innotescant. Quobrem quibuscūq; aliis ommissis, omnifestinatione ad nostram praesentiam contendite, quatenus per vos ipsos, quae apud Tyrum gessistis, feriem ostendatis. Et subdit in eadem epistola, Quemadmodum equum ascendens repete cum sacerdotibus quibusdam, quos circum se habebat, adfuit Athanasius, quem prima fronte cum non agnosceret ex nobilibus suis quidam enarrauit quis esset, & quemadmodum apud Tyrum ab episcoporum concilio fuisset iniusticiam passus. Verum deponenti se audiri assentire nolebat, immo cum pene eum amoueri iuberet, maiori cum fiducia nihil aliud quam episcoporum postulasse aduentum, enarrauit, ut imperatore & illis presentibus, qui passus fuisset, explanaret. Quod cum rationabile esse & temporibus congruum annuens, has litteras scripsit, & circa finem epistolae in haec verba subsequitur. Nam per me fidelem Christi seruum ferax nationes, & barbarae deum verum timere & adorare didicerunt. Et vos, qui eius diuinitati pro nobis sancta debetis offerre misteria, nihil nisi quod ad contentiones inducat, & odia & ut verius dicam, ad humani generis interitum operamini, & conamini. Festinate igitur ad nos venire. quoniam viribus totis statuimus operari, ut quae in lege dei sunt sine aliqua titubatione seruentur. Nec locum mala superstitio poterit obtinere sacratissima legis inimicis exterminatis penitus, & contritis, qui sub sanctitatis figura blasphemias varias, ac contentiones iniiciunt. Verum cum e Iherosolimis plures episcopi ad propria remeassent, & Eusebius atque eius complices Theognis, Mares, Patrophilus, Visarius, Valens, & reliqui, qui vix ibi remanserant, cum huiusmodi imperatoris litteras suscepissent, in agoniam deducti rescribunt, ut quamprimum temporis commoditas dabitur, se aduenturos. Interea illis tardantibus, & cognita apud Imperatorem Athanasii innocentia, ad Alexandriam illum cum honore remittit, scribente etiam ad Alexandrinorum ecclesiam falsa ac commentitia ea fuisse, quae contra eorum episcopum Athanasium insimulata ferebantur. Verum Arrius postquam apud Iherosolimam ab episcopis fuerat receptus, cum epistolis synodi ad egyptum, & Alexandriam proficiscens, ex sententia synodi & testimonio Imperatoris, qui eius etiam fidem comprobare visus fuerat, ad communionem se recipi petit. Quae res non paruum quidem per egyptum totam, & Thebaidam, ac libyam commotionem excitauit, atque etiam multorum subleuauit animos, qui sententiam synodi reuereri videbantur. Quod comperiens Athanasius, & magno dolore percussus, iterum ad Imperatorem cum festinatione redire procurat, significans ei Arrii heresim, iterum per Alexandriam & egyptum repullulare, ob quod ad Constantinopolim & Arrius ipse conuocatur. Qui iter agens per comitatum ad Caesariam primum deuenit, ubi Eusebium Nichomediensem episcopum & plures ex complices adesse praesenserat. Et cum ipsis diebus nonnullis consilia iniens, nouam contra Athanasium calumniam, ut ipsum sua sede depellant, machinantur. Et praemissus Arrius ad excusandum se Imperatori ipsi Constantinopolim subsequuntur. Quibus ab Imperatore vocatis de gestis synodi apud Tyrum diligenter interrogantur. At illi contra sacrum antistitem Athanasium iam calumniis armati in haec verba responderunt. Nos, & alii, qui aderat synodo episcopi piissime Imperator, non tantam de his, quibus primum accusatus fuerat Athanasius discussionem fecimus, quantam de subuersione altaris apud Mareothem, de ablatioe calicis, de librorum combustione, quae certissima commentariis testantibus (ut videre poteris) comperta sunt, sed etiam de his, quae coram pluribus episcopis contra tuae pietatis voluntatem comminatum fuisse deprehensus est. Aiebat enim prohibetur se frumenta ab Alexandria Constantinopolim (ut statutum, consuetumque fue-

rat) solemniter deportari, hocque audiuisset ad Amancium, Arnobium, Arbethionem, & Petrum episcopos compertum est, a quibus cum reprehensus fuisset, timens tum de hoc, tum de aliis iudicium se subiturum aufugit. Haec & similia falli sacerdotes Imperatoris auribus callide ingerentes ad iram illum, atque furorem contra Athanasium tantum impellere valuerunt, ut eum apud Treuerim galliarum urbem exilio deportari mandaret. Ex quo quis clare prospicere potest quantum insimulationes & calumniarum maxime si ab his, qui fide digni habiti sunt inferantur, etiam contra innocentes valeant operari. Quae res moesticiam toti pene alexandriae, & egyptiorum episcopis, ac libyae, qui modestiam & sanctitatem nouerant, Athanasii intulit. Quidam tamen scribunt hoc ideo Imperatorem fecisse, ut ecclesiae per eius absentiam penitus vnirentur, putans Athanasium, qui Arrius & complicibus minime communicare volebat, huiusmodi ecclesiarum scismatis causam esse, quo sublato facile vniri posse putabat. Ducitur ergo vir sanctus & innocens ob iusticiam per diuersa & multiplicia locorum interualla ad Treuerim: honorifice a Maximino Treuerorum episcopo suscipitur, quod quidem non paruum in eo exilio ei solacium adfuit. Interim per Alexandriam egyptum & libyam debachabatur Arriana pestis, atque vim patiebatur vera religio. Constantinus vero Imperator, cum trigessimum primum annum imperii sui ageret, etatis vero sexagesimum quartum, apud Nicomediam in Achyrone luburbana villa diem functus obiit. Et extremo vitae suae tempore (ut scribit Iheronimus) ab Eusebio Nichomediae episcopo baptizatus in Arrianum dogma declinauit. Causam vero dilationis baptismatis designans Theodoricus eam dixit, quod in iordane fluuio hoc se posse consequi peroptabat, & testamento confecto tres liberos suos Constantinum scilicet nomine patris vocitatum, Constancium & Constantem, in successione Romanorum orbis heredes scripsit, & magnum Athanasium ab exilio reuocari, & in sede sua alexandrina reponi, Eusebio pro viribus dissuadete (ut idem enarrat Theodoricus) iussit. Quo tempore, quoniam quidem Constancius, cui orientis regnum decreuerat, praesens non erat, dicitur secrete aduocasse presbyterum, quem a sorore commedatum supra diximus. Et exinde familiariter habitum atque tradidisse ei testamentum, quod scripserat, Et obtestatus sub sacramento ne ulli, nisi Constancio, cum venisset, in manus traderet, cui enuchi, qui erant in palacio fauebant, & arte iudicio de Imperatoris morte suppresso, usque ad Constancium praesentiam, compressis multis noua tentantibus, restitit, integrasque mansere. Cum vero Constancius adfisset depositum presbyterum restituit, cuius beneficii gratia Imperator regni cupidus, ita ei deuinctus est, ut qui cum ceteris imperare cupiebat, ab illo sibi imperari equanimiter patiebatur. Sed Eusebius, qui apud Nicomediam erat, amplam iam temporis occasionem nactus, & principi presbyterum familiaris effectus, reuoluere omnia, atque in irrita Niceni concilii gesta conducere, si Athanasius ab exilio non reuocaretur, se sperans, ut haec consequi posset, presbytero utitur cum ministro, & Eusebium quendam eunichorum palatii praepositum, imperatoris intimum in Arrianam callide suasere perfidiam. Ex quo ceteri eunuchi eadem sapere pauulo in tempore sunt illecti, nec his contenti uxorem Imperator cum eunuchis presbyteri artificibus aggredientes, in arrianum dogma praecipitant. Quid plura? Post paululum & ipse Imperator natura alias, & animo regio dum his iatus indulget in perfidiam a peruersis decipitur sacerdotibus. Ob quod eorumdem suggestionem, Arrium apud alexandriam commorantem, statim Constantinopolim aduen-

BEATISSIMI ATANASII

tare iubet, atq; concilium denuo congregari, ad quod illi vt plurimum conuenerent, qui Arrium, atq; Eusebium sectabantur. Quorum studium prudens senex Alexander Constantinopolitano episcopus, conabatur eorum audaciam, & conatus reprimere, & Arrium veri Dei hostem execrabatur: qui ppe qui fidei Niceni concilii peruerso obfisteret. Verum cum iuberet Imperator episcopos nolentes Arrio acquiescere, inuitos cogi, denunciat Alexandro certam diem Eusebius, vt vel ipse Arrium suscipiat, vel si reniteretur se ecclesia pulso, & in exilium truso alio eum suscipiendum dinoscas. Cum ille noctem, que ad constitutam intererat diem, sub altari iacens, atq; in oratione, & lachrymis totam peruigilem ducens, ecclesie causam domino commendabat. Cumq; lux fuisset exorta, nec tamen Alexander ab oratione cessaret, Eusebius cum suis omnibus, velut heretici belli signifer domum Arrii matutinus, cumq; propere sequi ad ecclesiam iubet, protestatus q; Alexander, nisi presens acquiesceret expulsus cederet loco. Igitur omnium summa expectatio, quo vel Alexandri perseverantia, vel Eusebii, Arrii sententia declinaret. Cumq; cunctorum animi essent (vt in tali re solet) expectatione suspensi, Arrius ad ecclesiam pergens episcoporum, & populorum frequentia constipatus, humanae necessitatis causa, ad publicum declinat, vbi cum sederet, interstina eius, atq; omnia viscera in secessus cuniculum defluxere. Itaq; in tali loco dignam mortem blasphemiae, & foetidae mentis exsoluit. Quod postea in ecclia nunciatum Eusebio, atq; his, qui vna secum sanctum, & innocentem virum Alexandrum de Arrio recipiendo fatigabant, superati pudore, & confusione discedunt. Tunc completus est sermo ad gloriam domini, quem in oratione sua Alexander ad dominum proclamauerat dicens. Iudica me domine inter, & Eusebii minas, & Arrii vim. Sed hec ad presens quidem paululum pudoris habuerunt. Conuenientes vero inter se heretici veriti, ne forte si (vt res gesta est) integre ad Imperatorem Constantium peruenisset, non solum a perfidia eorum, in qua callide irretitus tenebatur, abscederet, verum & i authors deceptionis suae seuerius aliquid de regia auctoritate decerneret, componunt per eunuchos, quos iam in perfidia deceptos tenebant, vt de Arrii morte Imperator quam fieri posset, composita, & comiter nosceret, Neq; aliquid quod Dei vindictam iudicare videretur, audiret. Quibus ita gestis de causa fidei, & potissimum in discussione eiusiusdem libri editi a Marcello episcopo Ancyrae galanae prosequuntur. Interea Alexander confectus senio, & plenus annis, trigesimo episcopatus sui anno, & nonagesimo octauo aetatis suae, moritur vir omni virtute, & sanctitate praeditus, de quo & hoc aliud mirabile fertur, Constantinum prem cum semel Byzantium aduetaisset, philosophi quidam adierunt exprobrantes religionem nostram, quam maiores eius romani principes, veluti falsam, & inanem abiecerant, idq; se velle coram eo, & aliis palam episcopo Alexandro concludere. Verum Imperator, licet nosceret Alexandrum huiusmodi verborum exercitatione inexpertum, tum in viri sanctitate confidens iubet eum cum philosophis certamen inire. Ille necessitate coactus, & Deo fides processit in medium. Et cum conuenissent, vt vnus ex philosophis ceteris tacetibus, cum eo primum loqueretur, Incipit Alexander in haec verba. In nomine (inquit) domini Iesu Christi impero tibi philosopho ne loquaris, qui nullis conatibus omnium fere circumstantium experientia concitus, nisi post longam horam ex absolute Alexandri, loqui potuit. Magnum hoc quidem miraculum, & Alexandro dignum, nec ex aliis philosophis quicquam ausus est aliquid contradicere. Post huius igitur Alexandri mortem Paulus co-

EPISCOPI ALEXAN. VITA:

FO. CCCXLI

stantinopolitanus presbyter a catholicis ordinatur episcopus. Quam ordinationem Imperator Constantius egre ferens, non multo post tempore Constantinopolim veniens, & ex complicibus Eusebii concilium congregans, Paulum sede sua priuauit, & Eusebium Constantinopolitanum fecit episcopum, Qui iam gloriosus in palacio, vt alius Augustinus incedens, putabat omnia per eunuchorum mediū ad suum posse effectum conducere, si ab exilio Athanasium non euocari contingeret. Obrem totis conatibus cum complicibus suis, apud alexandriam Arrianum constituere episcopum conabatur, idq; fecisset, nisi diuina pietas malignas eius, & sequacium praesumptiones preuenisset. Nam per id tempus Athanasius fretus literis, & adiutorio Constantini iunioris, qui apud hesperia partes regnabat, Alexandriam reuersus, sedem suam cum iubilo, & gaudio pene omnium alexandrinorum, & totius egypti suscepit. Literae vero, quas ad alexandrinum Constantinus direxit, haec sunt. Victor Constantinus catholicae ecclesiae, & populo Alexandrino. Non puto vos ignorare dilectissimi Athanasium magnum diuinae legis praedcatorem pro tempore apud Gallias ex eo directum, ne crudelitas impiorum inimicorum eius sacro capiti cum periculo immineret, aut malignorum calida infestatione qua tunc temporis premebatur: detestabile aliquid paterentur. Et nobis iubentibus sic degit, vt necessaria illi non deessent. Verum talis est eius preclarissima virtutis religio, & ipse tam diuinis fretus solaciis, vt fortunae casus etiam molestiores magnificentissimo animo despiciat. Quem cum beatae memoriae Constantinus piissimus pater meus suae sedi restituere pponeret, si morte preuentus nequirit, consequens fuit me voluntatem diui Imperatoris nostri implere. Illum ergo, licet de separatione sua moestissimi, tamen ad propriam sedem, ad vos eius oues remittimus, nec vnquam tanti viri imago, sacratissimūq; eius nomen de nostro pectore labi poterit in eternum. Diuina prouidentia vos custodiat amantissimi. Recepto igitur in sede sua Athanasio, episcopalia tractabat, & populum praedicationibus, & exhortationibus ad seruandam rectam fidem, & puram mentem exhibendam Deo singulis pene diebus instruebat, nec quicquam ex his omittere videbatur, que ad pastorem curam pertinere poterant. Nam scribebat etiam frequenter ad diuersarum urbium episcopos, suadens fidem rectam seruare, & arrianorum impietate detestari, vt est illa epistola, quam ad vniuersos catholicos in haec verba direxit. Omnibus vbiq; fratribus verae fidei, salutisq; gemulis, & his, qui per egyptum, & Syriam, & Ciliciam, ac Phenicem, & arabiam sunt, orthodoxis episcopis Athanasio, & qui mecum sunt episcopi, in domino salutem. Quicumq; impietatem inspicitis insurgentem iminentemq; pietati per apertas vocum nouitates, & per simulationes subdolas, perq; seditiones, ac tumultus foetidos, plagasq; & vulnera, & necesse debetis, veluti ex tempestate quadam, ac turbine substrahi, salutisq; fidissimam occupare stationem, vt neque illis impietate iungamini, qui sanctae trinitatis vnā, verāq; Deitatem irritare praesumunt, & a patre diuidunt filium, atq; a filio secernunt Spiritum sanctum, neq; illorum turbidis motibus, sceleribusq; misceamini. Ita enim & nos saluti vestrae consulentes, & eorum, qui nobis obtemperant, diutius iam apertam Arrii impietatem, eorumq; simulationem, qui fictis verbis simpliciores quosq; decipiunt, arguere non desistimus, atq; ab omni illorum temeritate separamur lugentes que ab illis impie in deum admittuntur, quia nomen sanctum blasphemantium linguis exponunt, cupimusq; seruari in vobis, & in his, qui sunt vobiscum fidei rectae, ac modestae conuersationis nos-

S. iiii.

nam, vosq; id idem facere hortamur, quodq; iam idem arripuistis institutum, & qui huiusmodi zelo nondum excitati estis; aut Christianam religionem destrui ab his inimicis aduertistis, & aflu calido diabolus ecclesiam oppugnare; ac veluti nauem submergere non intellexistis. Quod si etiam ad nos scribere, nobiscumq; de his rebus tractare volueritis, libentissime suscipiemus vnanimitatem, consensumq; vestrum fratres, orationumq; confortia quantalibet locorum intercapedine dissepemur, fraternitati vestrae significantes, quia etsi pestis hec iam cuncta occupare videatur, tamen in plerisque populis perseuerat apostolicae fidei bonum, atq; in multis episcopis, licet populum quidam partim vi, partim verbis fallentibus teneant, & episcoporum multitudo, tum ob eorum metum, quia in urbibus potentiores sunt, tum propter tantam simulationem ea quidem que sentiunt, imprimunt, que vero non sentiunt, simulant, quippe qui nunquam istis nephariis dogmatibus dedere manus, paucisq; tantum verbis expressam veritatem norunt, quod scilicet nec creatura dei Deus, deiq; filius esse possit, nec Spiritus sanctus inter creaturas numerari, deiq; apparitionem non creaturae alicuius aduentum suscepimus, nec enim in aduentum serui credidimus, diuiniq; Spiritus gratiam suscepimus, per quam etiam dii efficimur, & templa Dei sumus. Hec enim paucis licet expressa, omnibus Christianis aperta, & cognita sunt, quippe que predicatam ab initio veritatem fidei continent, in qua permanentes eternas excipimus spes. Nostra igitur fidei symbolum consubstantialis est trinitas, deus verus homo, ex Maria factus, & qui his non congruit, anathema sit. Hec enim & magna Nicenae synodi continent scripta Consubstantialia patri esse filium, & Spiritum cum patre, & filio coequaliter, Deum verum Dei filium incarnatum esse, passum esse, ac resurrexisse, & in caelis ascendisse, ac inde venturum iudicem viuorum, & mortuorum, cui gloria in secula seculorum Amen.



**I**NTERIM arriani, qui apud alexandriam degebant, quotidianas contra Athanasium seditiones concitare non cessabant, ut occasione preberent Eusebio, & complicibus rursus contra eum malignandi, nec minus diuersas in populo seminare zizanas, omni fraude procurabant. Aliquando etiam metientes aliis suadere conabantur Athanasium monachum virum sanctissimum, ita vt se in Christi fide tenere, & credere. Quorum impietatem ipse Athanasius admiratus (vt in eius vita refert Athanasius) & iusti doloris ira commotus, rogatus ab episcopis, & vniuersis fratribus Alexandriam descendit, ibiq; Arrianos sermone publico condemnauit, vltimam hanc esse heresim, & precursorem antichristi affirmans, predicabat in populos filium Dei, non facturam, non ex vllis existetibus, sed proprium filium vnus cum patre substantiae impium esse dicens, vel mente concipere erat, quando non erat, cum verbum Dei semper patri sit coeternus, vnde aiebat, Cum arrianis sit vobis nulla coniunctio. Que nam societas lucis ad tenebras vos fidelem credentes, Christiani estis? Illi vero filium, qui ex patre est, creaturam dicentes, nullo interuallo a gentilibus separantur, qui serui erunt creaturae potius quam creatori, qui est deus benedictus in secula. Ipsa mihi credite, ita cunctur elementa, & omnis contra Arrianum furor secundum Apostoli dictum congemiscit creatura, quod sibi dominum suum, per quem omnia, & in quo omnia facta sunt videat aggregari. Hec tanti viri predicatio (vt prefato libello prosequitur

Athanasius exprimi non potest, quantum ad fidem populum roborauerit. Letabatur, quippe fideles hostilem, christo, & inimicam heresim anathematizari, ab ecclesiae columna. Nulla tunc aetas, nullus sexus, domi remansit, taceo de christianis, pagani, & ipsi ydolorum sacerdotes conuolabant dicentes. Vadamus, vt hominem dei videamus, quia hoc apud vniuersos erat nomen Anthonii, ambiebant quoque saltem simbriam vestimenti eius attingere, multum sibi, & tactum prodesse credentes. Et subdit. Quos tunc dyabolica obsidione, & variis infirmitatibus liberati, quot etiam simulachris erepta sunt spolia, quanti ab errore gentilium retracti nostro iuncti sunt gregi, tanti certe vt paucorum dierum ex ydolorum superstitione conuersio omnem per annum credentium conuocat turbam. Hec in prefato libello vt diximus de Anthonio retulit athanasius cum quo magno dei glutino deuinctus fuerat, & ei pallium donauit in quo corpus postea pauli primi heremite religiose ipse Anthonius obuoluit. Nam vt iheronimus in vita quam de ipso paulo descripsit enarrat cum per octuaginta quatuor annos paulus degisset in deserto nec viuentem hominem aspexisset arino scilicet aetatis suae centesimo, diuina inspiratione ab Anthonio compertus, & diu resolutionis sue instare enarrans de ipso Athanasio in haec verba mentionem fecit. Quamobrem quaeso Antoni perge ne sit molestus, & pallium quod tibi athanasius dedit ad obuolendum corpus meum defer. Et subdit. Stupefactus ergo Anthonius quod de athanasio, & eius pallio audierat, quasi christum in paulo videns, & inpectore eius deum venerans, vltra respondere nichil ausus est.

## MORITVR CONSTANTINVS CONSTANS.



**I**ERID FERRE TEMPVS CONSTANTINVS BELLVM Constanti fratri suo inferens, iuxta aquileiam abse tertio anno regni sui occiditur. Verum dum tanta cura gregem christi athanasius pacificer Eusebio, & complicibus litore, & odio contra eum conciti neque patientes se in caeptis desistere victos innouant, iterum contra athanasium bellum, & ducem vnum, scilicet perinthium statuunt, qui hereticus dicebatur episcopus, & inter alios eloquacior videbatur vt athanasium coram principe insimulare debeat, ostendatque per eius reditum scandala plurima singulis diebus exoriri, & non solum conuassari eius literis aegyptum, totam si palestiniam & phanicem, vicinasq; prouincias paruitus conturbatas esse. Insuper nec illum sedem alexandrinam iuste possidere, quin praeter episcoporum sententiam, reuersus ab exilio illam tantummodo sua auctoritate receperit, quod ex canonibus quos illi consecraverat, ne minori episcoporum numero, quis in sede reponi possit, qua ex ea deiectus fuerat, ille sedem suam recipere non poterit. Quibus, & similibus imperatorum rem lacerantes facile ad suam prauam voluntatem conduxerunt, & suadere curauerunt vt rursum alexandrina ecclesia Athanasius pelleretur. Et vt illi omnem defensionis viam praeccluderent per literas primum conati sunt eum apud Iulium romanum pontificem, de huiusmodi calumniis insimulare. Quod praesentens Athanasius non minus ipse innocentiam suam defendere conabatur. Quamobrem Iulius, ad quem vt Methapraftes, in vita Athanasii, & caeteri Graeci, etc.

eclesiasticam hystoriam describentes, enarrant ob sedis proprie dignitatem in verbis eorum vtar, ecclesiarum omnium iudicium spectabat. Nec praeter Romani pontificis sententiam concilia celebrari oportere sacros canones imitatus iussit Eusebium theognium, theodorum, berinthum, & ceteros complices, vna & athanasium ad sedis suae praesentiam conuenire vt differentiarum inter se iudicium apud sedem apostolicam proferatur. Et eis certum condecentem quae statuit terminum in quo si adesse contemnerent iussum ipse in tanta causa prosequeretur iudiciu. Verum tamen in praesentio termino adfuisset athanasium calumniarum inuentores, & veritatis inimici hac euocatione suscepta formidantes id quod facile euenisset ne sua detegerentur, mendaciam a tali prosecutione omnino abstinerunt. Nec aliam suae contumaciae causam reddentibus Iulius elapso termino causam canonicè discutit, & athanasium diffinitiuam sedis apostolice sententia ab omni criminatione innocentem fuisse declarat, & ab omni contra eum lata sententia indemnem, atque immunem reddidit, & sedi suae omnino restituendum indicit. Contigit eo tempore, & Paulum Constantinopolitanum episcopum, & alios quosdam suis ecclesiis expulsos romam ad Iulium similiter confugisse. Quorum casus cum simili modo examinasset, & comperisset eos in omnibus Nicæno concilio concordare in communione sua romae suscepit, & ad eorum ecclesias literas dirigens singulis propriam sedem restitui mandauit, necnon etiam ad orientales episcopos decretum suum mittere curans athanasium, & alios episcopos ad ecclesias proprias remittit. Qui reuersi & sedes suas adepti literas, & decretum Iulii ad orientales episcopos dirigunt. Verum hæc impij homines egerentes nullatenus patiuntur, hos conuiescere, sed rursus illos expellere curauerunt. Nam per eos in iram concitus, constans, & in furorem pene contra Paulum deductus, per philippum virum excellentem paulus ipse fraudulenter, a sede sua iterum expellitur. Similiter nulla via Eusebius, & complices ferre, valentes athanasium in sede sua degere, noua ac terribilia contra ipsum iterum confingunt crimina, eumque apud imperatorem inauditis criminibus adiuuentis insimulare non desistunt, vsquequo humani corporis brachium loculo delatum, Imperatori ostendunt. Quod ab athanasio excisum magice artis gratia, de Arsenii cuiusdam corpore confirmabant, sed & alia quam plurima criminosa simul, & flagitiosa componunt. Quibus ex causis Imperator iubet, conuocato iterum concilio apud tyrum athanasium condemnari, & de sede sua expelli. Nam Eusebius, & complices quiescere non posse videbantur, quousque Nicæni concilii fidem omnino subuerterent quod consequi non posse putabant superstitè athanasio. Quem obrem egerunt cum imperatore vt sub occasione dedicationis ecclesiae, admirabilis, quam apud anthiochiam syriae quinq; annis ante mortem suam construere incaperat constantinus, & anno quarto imperii constantii pene completa fuerat, quae vt Iheronimus scribit dominicum aureum dicebatur, congregaretur concilium. Et vt liberius eorum machinationes apud anthiochiam exequi possent episcopos, primum apud tyrum conuenire statuunt, & causas tractare Athanasii illum quae sede sua omnino priuare ac vinculis, & carceri mancipare disponunt. Quo pacto in concilio apud anthiochiam celebrato Nicænam fidem pænitus subuertere cogitabant. Misso igitur ab Imperatore ad urbem Tyri, vno ex comitibus, de littere suo qui Episcopos congregaret, atque etiam, caduente Archelao, tunc quoque comitæ orientis,

necnon & eo qui foenicem prouinciam gubernabat, & conuocantibus ibidem episcopos pro dedicatione apud anthiochiam dominici aurei conuocatur, & vna Athanasius qui huiusmodi machinationes ignorans, pergit ad tyrum. Interim locus cum humano Brachio circumfertur, crimen contra Athanasium, diffamatur, & inuis die horror non solum religiosas, sed & viles animas peruadit. Is arsenius cuius brachium dicebatur, excisum lector aliquando Athanasii fuerat, & ob culpam corruptionum veritur frequenter sese subtraxerat, cuius latebras opportunas sibi ab huiusmodi conuentu flagitiosi homines rati inicio compositi, criminis occultatum eum apud quendam, quem fidissimum sceleribus suis crediderant retinebant. Ad quem adhuc in latebris positum antequam qui conuenire debent congregarentur episcopi fama peruenit, quid suo nomine criminis intentaretur athanasio. Et siue eum ipsa humanitatis contemplatio, siue diuina pertulit prouidencia, clam per noctis silentia euadens claustris, peruenit tyrum: & pridie qua causae dicende adesset vltimus dies athanasio sese arsenius obtulit, vtque se rerum gestarum series haberent edocuit. Ille domi esse hominem nec innoescere cuiquam, de eius presentia iubet. Interea concilium cogitur, in quo plures concinate calumniae confecti, ymo pene omnes infenso animo praedudicant oque aduersus athanasium conueniunt. Per idem tempus paphuncius confessor, de quo supra memorauimus, senio iam confectus, ad dedicationem se pergere putans aderat. Et similimodo confessor alius dictus maximus, tunc iherosolymorum episcopus, at paphuncius cum vidisset maximum qui vna secum effoso oculo, & poplice lucciso confessor extiterat, & pronimia simplicitate nichil de scelere suspicantem confedisse, cum cæteris, quos factionis macula sociauerat medium confessum adire non veritus, te inquit o maxime cum quo michi vni atque idem confessionis insigne est, cum quo michi pariter mortale lumen effossum clariorem diuini luminis conciliauit aspectum. Te inquam non patiar sedere cum concilio malignantium, & cum iniqua gerentibus introire iniecta quae manu, eleuans eum de medio eorum recessit, & Athanasio abinde communione se sociavit.

PRIMA ACCVSATIO CONTRA ATHANASIVM  
DE MULIERE QVE SEDICEBAT AB  
EO OPPRESSAM.



SED INTERIM CAUSA DICITVR, ET PRIMO INTRO-  
ducitur accusatio mulieris cuiusdam, quae se diceret aliquando  
hospicio Athanasium recepisse, & ab eo noctu nichil suspicantem vim  
corruptionis esse perpessam. Introduci ad hæc iubetur athanasius  
us, & ingreditur cum thymotheo presbitero suo, eumque monet, vt  
postea quam mulier dicendi finem fecisset, se tacente ipse ad ea quae  
dixerat perorasset. Thymotheus conuersus ad eam vere inquit mulier, ego mansi  
apud te aliquando aut vim tibi vt asseris feci. Tum illa, vt mulierum se talium pro-  
cacitas habet, obiurgans thymotheum tu inquit michi vim fecisti tu in illo loco ma-  
culasti castitatem meam, simul & conuersa ad iudices obtestari fidem dei, cepit vera  
se dicere. Tum quae omnes ridiculo suo pudor habere cepit & tam facile tacente,  
reofactio compositi criminis patuisset, Nec tamè permitti sunt vt iudices haberet de ma-

muliere quaestionem nam apud illos iudicandi libertas fuerat qui accusatores erant. Hinc transitur ad aliud crimen, profertur facinus saeculis inauditum. Hoc est inquit, ubi nemo possit verborum praestigiis decipi. Res agitur oculis verbis cessantibus. Brachium hoc te ayunt athanasii accusat excisum, haec Arsenii dextera quam tu quo modo vel ad quos vsus excideris iudicato. Tum ille, quis enim vestrum arsenium nouerat, vt hanc ipsius dexteram esse cognoscatis. Exsurrexerunt aliquanti qui se dicerent optime scisse Arsenium, in quibus nonnulli erant absque conscientia. Orat dehinc a iudicibus Athanasius, vt hominem suum quem negocium deposceret iubeat introduci. Cumque introductus esse Arsenius eleuato eius vultu Athanasius concilio, & iudicibus ait. Hic est Arsenius, & eleuans eius nichilominus dextram, haec est inquit etiam dextera eius, haec est sinistra, haec autem quam istius offerunt manus vnde sit, vos requirite. Tum velut nox quaedam, & tenebre acculatorum oculis infuse, quid agerent, quos se verterent, nesciebant, ipsum etenim esse Arsenium testes qui paulo ante scire se dixerant confirmabant. Verum quia non iudicandi, sed opprimendi hominis causa, concilium gerebatur fragor omnium repente attolitur, magistri esse Athanasium, & decipere intuentium oculos, acclamatur, nec debere vilo modo vltra talem hominem viuere factoque impetu suis eum discerpere manibus parant. Sed archelaus qui cum ceteris ex precepto imperatore concilio presidebat, eversum eum discerpentium manibus per occultos exitus eduxit, ac fuge monuit, quam posset commendare salutem. Concilium tamen rursus conueniens tanquam si nichil omnino deprehensum fuisset, vt confessum de tantis criminibus Athanasium condemnat. Et gesta per hunc modum ficta per orbem terre mittentes, ad scelus sui consensum imperatore agente ceteros episcopos impulerunt. Hinc iam toto orbe profugus agitur Athanasius, nec vllus ei tutus ad latendum superat locus. Tribuni praepositi comites, exercitus quoque ad inuestigandum eum mouentur edictis imperialibus premia delatoribus proponuntur. Si quis viuum maxime in vnus caput certe Athanasii detulissent, ita totis regni viribus, frustra aduersus eum cui deus aderat certabatur. Interea sex continuis annis ita latuisse fertur, in lacu cysterne non habentis aquam vt solem nunquam viderit. Sed cum per ancillam quae sola conscientia dominorum officii qui ei latebras praebuerant iudicatus fuisset, tanquam dei spiritu admonitus, ipsa nocte qua ad eum comprahendendum cum iudicibus veniebat, post annos sex emigravit ad alium locum, ita illi qui venerant frustrati, dominis quoque in fugam versis, de ancilla vt falsa iudice penas sumunt. At isti interim Eusebius, & iniquitatis complices episcopi que omnes numero nonaginta post anthiocene Basilicae consecrationem, generale se velle, celebrare concilium indicunt. Ad quod nequae legati Iulii Romani pontificis conuenire sunt vocati, nec aliqua eius affuit auctoritas, nec maximus iherosolimitanus, nec Paphuncius praefatus ne damnationi Athanasii se subscribere cogerentur, adesse voluerunt. Sed solus constantius arrianorum princeps huiusmodi concilio praesidebat. In quo damnationem primo athanasii confirmantes, Eusebiu quendam emesenum episcopu, ad sedem alexandrinam transferunt. Qui cu alexandriam pergere formidaret, hanc sedis translationem non admisit, ac illi gregorium quendam alium Alexandrinae ecclesiae ordinarunt episcopum. Deinde aliam fidem componentes, nec vllam de fide Nicana mentionem habentes, sperabant per alia concilia quae successiue celebrare

intendebant, Arrii impietatem paulatim subinducere. Cui diffinitioni Eusebius, Eusebius, & Gregorius iam vocatus Alexandrinus, se subscriperunt. Demum Gregorius potencia imperatorum suffultus armata manu Alexandrinam, occupauit ecclesiam. Quae omnia sentiens Iulius Romanus, pontifex intimo cordis dolore tactus, grandem epistolam Eusebio, & aliis, apud anthiociam congregatis direxit, arguens eos ex pluribus, & quod concilium sine sua auctoritate ausi fuerint celebrare atque iniuste Athanasium per orbem profugum exagitassent. Quae epistola apud latinos etiam reperitur, cuius initium tale est.



**I**NERABILIBVS FRATRIBVS VNIVERSIS ORIENTALIBUS EPISCOPIS. Iulius Decuerat nos fratres alii ecclesiasticis instrui disciplinis, & non talibus argui machinamentis dicente domino. Neminem concutiatis neque alicui calumniam faciatis, & reliqua, atque infra subdit. Quid peius fratres quam vt sacerdotes, domini quos ab omni communicatione, & ab omni christianorum nocumento alienos esse, docet episcopos quos tueri, & subleuare debent insidiis impetant, & quos fouere, & diligere summopere oporteat insequantur. Contra quod plurimas auctoritates scripturae sacrae pulcherrime, & longo processu deducit, & subdit. Nam si quis haec omnia recto considerauerit oculo nequaquam quam fratribus nocere, sed liberare festinabit quia nichil deterius est quam ciues ciuibns inuidere, & fratres, fratribus insidiari, aut calumnias facere. Talibus enim suffragari volentes insidiis patres sancti Synodum congregauerunt generalem in Nicaea vitam corrigere hominum cupientes in ecclesia commorantium. Nam licet dudum instituta sanctorum multa patrum essent conscripta poluerunt tamen leges quas sacros canones appellamus. In quibus multa pernecessaria ad statum ecclesiae, & supplementum columnarum eius idest episcoporum qui eam propriis humeris gestant sunt decreta, & e contrario nocumenta multa prohibita, ita vt qui talia agere temptauerunt aut eis nocere, praesumpserint, siquidem clerici fuerint a proprio gradu recedant. Si vero monachi aut layci, anathemati dentur, quibus armati exemplis arbitrati sumus, ab omnipotente deo inspirati, vt hanc accensam discordie flammam apostolica auctoritate extingui oportere nec permittere vltterius animas depasci humanas. Quapropter vna eum omnibus apostolice subiectis regule sancimus, ne quisquam deinceps christianorum talia perpetrare aut episcopis temere nocere praesumat, cum & doctor gentium id ipsum prohibeat dicens. Seniores ne increpaueris, sed obsecra vt patrem, & cetera. Et subdit. Quod prauidentes sancti patres in Nicana synodo statuerunt, vt nullus episcopus nisi in legitima synodo, & suo tempore apostolica auctoritate conuocata, super quibusdam terminationibus pulsatis audiatur, & damnetur. Quod si sacus praesumptum a quibusdam fuerit inuanum deducatur, quod egerint nec inter ecclesiastica, nullo modo computentur. Ipsa vero prima sedes conuocandarum generalium synodorum iura detinet, & iudicia episcoporum singulari priuilegio, illi sedi euangelicis, & apostolicis atque canonicis concessa sunt Instituta, ita vt semper maiores causae ad sedem apostolicam referantur, nec vilo modo potest maior a minori iudicari, ipsa namque omnibus maior, & praelata est ecclesiis. Et infra subdit. Nam sicut beatus Petrus apostolus primus fuit omnium apostolorum, ita

BEATISSIMI ATANASII

& hæc ecclesia eius nomine consecrata domino instituentem primatum, & caput tenet cæterarum. Et ad eam quasi ad matrem atque apicem omnes maiores ecclesie cause, & iudicia episcoporum recurrant, eiusque iuxta terminum sumant, sententiam nec extra Romanum quicquam ex hiis decerni debere pontificem, & infra. Qui gnoscit se quibusdam prepositum non molestæ ferat aliquem sibi esse prælatum, sed obedientiam quam exigit etiam ipse rependat. Et infra. Satis enim indignum est quemquam vel pontificum vel ordinum subsequentium hanc regulam resutare quam beati Petri sedes, & sequi iusserit & decerit. Multum conuenit, ut totum corpus ecclesie in hac sibi met obseruatione concordet, quæ inde auctoritatem habet, ubi dominus ecclesie totius posuit principatum, & cætera. Ex quibus omnibus concludere vult Iulius, illos inique atque iniuste, Athanasium sede sua priuasse nec eorum in illum præualere sententiam indicat, cum huiusmodi cognito terminum in episcopos ad eos minime spectare habeat, nec eorum synodum auctoritatem ullam habuisse, quoniam sine apostolicæ sedis auctoritate celebrata fuit. Quibus literis apud anthochiam ubi congregati erant susceptis, & ubi constantius imperator morem trahebat inito inter se concilio Iulio pape in hunc modum rescribunt. Domino beatissimo, & honorabili patri Iulio apostolicæ sedis venerabili episcopo Eusebius Theognius Theodorus, & Berinthus vnacum reliquis fratribus, & coepiscopis nostris in anthochia congregatis, licet pre omnibus Romanam ecclesiam magnificam apostolicam que, & pietatis matrem noscamus, ab oriente tamen ad eam pietatis prædicatores, aduenisse legimus. Quamobrem optarem vos nobiscum concordare, & quos a communione suspendimus a vobis esse suspensos. Et quos in episcopali ordine confirmamus a vobis, & ipsi confirmarentur, nec nos posteriori loco habendos cum ex hiis partibus ad vos usque predicantes apostoli peruenerunt. Nam neque nos sententiis vestris obstitimus: quamuis id agere potuissemus cum nouacianus a Romana pulsus est ecclesia. Et subditur. Nec crimine quidem carere potest qui ab alio excommunicatum absque eius licentia ad communionem suam suscepit cum hoc sacri prohibeant canones. Et subditur. Neque in hiis solum nobis contumeliam ingeritis, sed quod deterius est concilia vestra dissoluitis, nec rata firma que esse sinistis nam ob diuersa scelera, & crimina Athanasius Alexandrinus paulus constantinopolitanus Marcellus ancyre asclepius haze, & lucianus adriopolites a nobis, & totius fere orientis episcopis damnati fuerunt, quorum aduersarii apud nos inscripti habentur, & quæ sub certa relatione, vestre sanctitati mittimus cognoscenda. Quæ cum cognoueritis si sententiæ nostræ potius quam eorum machinationibus assensere volueritis, pacem vobiscum, & communionem habere volumus. Sin vero aliter, & ipsis magis quam nobis consentire iudicaueritis, & nos contraria celebrabimus nec vobiscum deinceps congregari vobisque obedire aut vestris fauere mandatis, omnino curabimus sed quæ melius peragenda nouerimus exequimur. Nam in hiis partibus nemo etatem habens reperiri posset qui præfatorum seductorum molimina ignoraret. Nam eorum culpa multa perpetrata sunt mala crebra concilia diuersis, & alio temporibus celebrata, multæ nobis parate seditiones machinationes atque obprobria illata. Quamobrem si istis consentire vultis certum est velle nos perdere ut illos teneatis, nec ut pater nos filios velle fouere. Nam eorum met ciues, & sacerdotum vos iuuare homicidas affirmant, sacrorum templorum euersores, virginum stupratores, sacrorum librorum incensores, vasorum similiter sacrorum, & misteriorum

EPISCOPI ALEXAN. VITA

FO. CCCXLV

quorumque fraudatores, officiorum neglectores, imperatorum infidos gentis, & primeproditores, & inter sacerdotes maximas indies adducen tes discordias, eo quod consubstantialis patris vocem quæ in scripturis minime reperitur in fidei doctrina posuerunt. Quid plura nam ob eorum scandala, & discordias in hiis regionibus plusquam mille homines, sunt interfecti. Talibus ergo fauere quid aliud est, quam eorum consentire sceleribus. Et infra subditur. Nec tantummodo hæc Athanasio impingimus, sed etiam quod contra regulam quam feceramus contraire ausus est. Et non communi episcoporum auctoritate, sed suamet sacerdotum sibi assumptis, atque in sede resedit. Cum dudum decretum fuisset nullum a pauiore numero restitui debere: quam depositum fuisse constaret. Demum eius aduentu tumultus non paruus grauatus, in populo plures seditione interfecti, & ab ipso Athanasio quidam cæsi, iudicibus dicuntur, esse contraditi. Quem nos tamen, & eius complices contra canones, & in orientalium episcoporum contumeliam vestra olim communionem associastis. Verum nos ob beati Petri honorem, debito salutationis officio veneramur, postulamus quæ ne deinceps huiusmodi viros, vobiscum admittere velitis ne canonum dicamini transgressores, & deum pro nobis orate. Quas literas ut summus pontifex suscepit eorum apertam iam videns impietatem rescribens, denuo illos penitus damnat, & sententiam quam pro Athanasio tulit iuste prolatam ac iudicium totum rectissimum fuisse demonstrat. Cuius epistolæ initium huiusmodi est Iulius sanctæ Romanæ, & apostolicæ ecclesie episcopus, Eusebio theognio, Theodoro Berinthe, & cæteris orientalibus episcopis. Decuerat nos aduersus sanctam Romanam, & apostolicam ecclesiam limace, & non hyronice loqui, quoniam & ipse dominus noster, Ihesus Christus, eam decenter allocutus ait. Tu es inquit Petrus, & super hanc Petram edificabo ecclesiam meam, & porte inferi non præualebunt aduersus eam tibi que dabo clauas regni celorum. Habet enim potestatem singulari priuilegio sibi concessam: aperire, & claudere Ianuas cælestis regni quibus voluerit. Nam si ei detrahere qui domini ore sacram atque super exaltata est, non renuistis nec mirum si fratribus, irrogare iniurias minime cessastis. Et infra. Nam nec dubitare, vos credo Athanasium sacre legis doctorem, non solum a vobis sed etiam Nicæna synodo vere fidei cultorem esse comprobatum, qui defuncto Alexandro mirabili sene qui Arrii prostrauerat blasphemias, Alexandrinorum ecclesie suscepit præfulatum, aduersus quem multa mendacia texentes, nobis eum multorum malorum causam, & caput esse perhibuistis, & non solum apud ægyptum, sed etiam apud palestiniam, & scenicem, vicinas quæ gentes, scriptis vestris illum perturbatorem esse significastis.



Va de re ecclesiasticam sequentes regulam, vos & illum Romæ regulariter ad iudicium die statuta non sub Augusto temporis spacio, ut excusatio locum non inueniret literis, & apochriphariis euocauimus illum quæ uocatione suscepta, ad diem præstitutum venisse, sed vos ne vestris mendaciis caperemini, vestreque calumnie nudarentur venire distulistis, ne hiis machinationibus solummodo contenti fuistis, sed etiam videtes oues pastoribus desolatas, lupos per pastoribus super eas posuistis.

Et infra subdit. Velle enim vos magis ad iam dictam canonicam conuenire uocationem, ut coram simili concilio redderetur rationem, cur synodum in anthyochia ad subuertendum ecclesiarum statum, fratrumque & Niceni concilii destructionem fecistis. Aut cur nobis inconsultis episcopos in eam conuocastis, ad quam nec Maximus Iherosolimitanus uenit, nec nostra interfuit delegatio canonibus quippe in nicena synodo iubentibus non deberi praeter sententiam Romani pontificis ullo modo concilia celebrari nec episcopos damnari. Aut cur in praedictorum locorum fratrum alios adulteros posuistis, antequam penes nos, aut nostros legatos eorum causa canonice esset examinata, finemque perciperet rectum. Et infra. Cum multa contra illos, & quaedam de potestate romanae ecclesiae enarrasset, subsequitur. Quare miror tam audaces esse, & tam impudenter egisse, ut terminos, ac iura beati Petri apostolorum principis inualissetis. Et infra refert, in eadem epistola. Plura capitula ipsius Niceni concilii: quorum primum est quod in ordine omnium dicitur. xviii. ut omnes episcopi, qui in quibusdam grauioribus pulsantur, vel criminantur causis quotiens necesse tuerit, libere apostolicam appellent sedem, atque ad eandem quasi ad matrem fugiant ut ab ea sicut semper fuit pie suscipiantur, defendantur, & liberentur. Cuius dispositioni omnes maiores ecclesiasticas causas, & episcoporum iudicia antiqua apostolorum, eorumque successorum, atque canonum auctoritas referuauit. Decimum nonum uero est. Placuit ut accusatus uel iudicatus a provincialibus in aliqua causa episcopis licet appelleret, & adeat apostolicam sedem potestatis qui aut per se aut per vicarios eius tractare negotium procurat. Et dum iterato iudicio pontifex causam suam agit nemo alius in eius loco ponatur aut ordinetur episcopus. Aliud uero capitulum est, quod a provincialibus episcopis accusari causam scripturam liceat non tamen diffiniri inconsulto romano pontifice permittitur, cum beato Petro apostolo non ab alio quam ab ipso domino dictum sit. Quaecumque ligaueris super terram, erunt ligata & in caelis, & quaecumque solueris super terram erunt soluta & in caelis. Et prosequitur idem summus pontifex Iulius recensendo plura ipsius Niceni concilii capitula. Quae si quis legerere uoluerit, satis sit designasse auctorem, & eius epistolam, quae in libris nostris conciliorum inseritur. Et post haec sequitur Iulius in eadem epistola. Si quis autem de hiis ampliora atque habundantiora scire uoluerit in sacro ecclesiae nostrae sedis scrinio, & ea quae praediximus inuenire poterit. Post haec cum in concilio apud anthyochiam congregato Eusebius, & alii episcopi culpae auctorem iulium tanquam non iuste de Athanasio olim iudicasset, atque eum suae sedi restituisset, probat Iulius in ea epistola se canonice, & iuste in omnibus processisse per haec uerba. De receptione uero sedis, & sacerdotii atque honoris quae dixistis Athanasium absque concilii decretis suscepisse non ita inuenimus sicut calumniati estis, sed quorundam episcoporum concilio atque decreto suum iuste recepit, quod iniuste perdidit sacerdotium, & reedit in sede. Quod enim scripsistis non posse eum a pauciore numero episcoporum restitui de quo positus fuerat non ita est, nec haec regula orthodoxorum sanctae ecclesiae est episcoporum, si Arrianorum sociorum uidelicet uestrorum haec ad inuentio ad perditionem orthodoxorum contexta est. Nam uti nobis a ueracibus est testibus relatum, eo tempore cum apud anthyochiam per damnationem fidei de consubstantialitate prolatae fuisset congregati, odio praedicti Athanasii hanc regulam protulisset quae nullas habet vires, nec habere poterit quoniam nec ab orthodoxis episcopis hoc concilium actum nec romane ecclesiae legatio interfuit. Et subdit Igitur de fuga super quam nunc ultimo Athanasium reprehendistis non recte egistis cum ipse dominus mandatum nobis hoc dederit. Cum persecuti uos fuerint in unam ciuitatem fugite in aliam, Et

ipse dominus per semetipsum exemplum nobis demonstrans, quoniam pharisei concilium fecerunt aduersus eum, ut occiderent, sciens autem Iesus discessit inde, & alias persequitur super haec euangelii, & apostolorum auctoritas, & deinde subdit, Si ergo fugam improperatis fugietibus, potius erubescite persequi quiescentes. Et plura alia usque ad finem persequitur in excusationem Athanasii, & accusationem ipsorum, atque sanctae sedis Romanae auctoritatem. Quibus litteris susceptis quid ipsi responderint, neque apud graecos, neque apud Latinos scriptum comperi. Verum Athanasius, dum haec per Iulium tractantur, ne graues alicui latebrae suae fierent, & occasio calumniae innocentibus quereretur, nihil sibi ultra iam tutum in Constantii regno presumens, ad Constantis partes profugus abscedit, Romamque ueniens a Iulio summo pontifice honorifice, & religiose susceptus est. Sed eius causam Iulius cum iam amplius ecclesiasticis sanctionibus defendere non ualeret, ad Constantem retulit, qui licet fama, & coniecturis rem ipsam prius conceperit tunc tamen diligentius cognita ad fratrem suum Constantium litteras exortatorias scribit, ut Athanasium magni Dei uerum sacerdotem in sede sua alexandrina recipi iubeat, eumque ob singulares uirtutes apud se, & Romanum pontificem Iulium, magna reuerentia degere. Quod quidem Constantius ad fratris preces inclinatus, cum id facere uellet, ab impiis sacerdotibus prohibitus penitus denegauit. Verum Constantius ubi haec cognouit, exhortationibus Athanasii, & Pauli Constantinopolitani episcopi qui a sede sua expulsus, romam ad Iulium confugerat, scripsit iterum fratri Constantio, rememorans religionem, & pietatem patris eorum Constantini, qui hac uera iustitia tyrannos fortissimos deuicisset, & romane ditiois gentes barbaras subiugasset. Quam pietatem hereditario iure conseruare hortabatur, nec sacerdotes dei uiros iustos, & innocentes ob fallacium hominum insimulationes persequi uellet, Quam obrem hortatur, ut locum eligat orientabilibus, & occidentalibus episcopis congruentem, quo pariter conuenientibus omnibus generale celebraretur concilium, & Athanasii, atque aliorum, qui se iniuste expulsos profiterentur, iudicium canonice uentiletur, idque Athanasium expetere, nec quicquam aliud. Quibus litteris commotus Constantius, elegit Sardicam urbem illirici locum omnibus commodum, ubi orientales mandat congregari pontifices. Constantius similiter exheperis suis supremis partibus episcopos tricetos (ut scripsit Athanasius) Sardicam misit, in quo Osius Corduba, & Protegones Sardicenis episcopus, legationem Iulii gerebant. Qui uero ex oriente conuenerant (ut Sabinus refert) septuaginta sex numero fuerunt, inter quos & Yschiras, quem Athanasii accusatorem supra descripsimus, ad episcopatum Mareothis, ut promiserant, euectus connumerabatur. At reliquorum cum alii ualitudinem corporis, & alii breue tempus allegarent, se excusare maluerunt. Igitur apud Sardicam urbem cum orientales conuenissent episcopi, ad conspectum occidentalium deuenire se continuerunt: nec secum conuenturos praedicabant, nisi Athanasium, & complices de eorum consortio amouerent. Quod cum occidentales episcopi non admitterent, orientales ipsi subito discesserunt, & uenientes Philippopolim urbem trachiae seorsum celebrare concilium, in quo aperte consubstantialitatem filii cum patre, atque damnantes heresim inaequalis substantiae, epistolis conscribentes quorumcumque dirigere curauerunt. At qui in Sardica occidentales episcopi remanserant, primum quidem eorum uesaniam damnauere. Deinde Niceni concilii fidem confirmantes, consubstantialitatem Patris, & Filii latius expresserunt. Insuper Iulii sententiam pro Athanasio, ut canonice latam confirmare, atque accusatores eius dignitatibus priuauerunt, & epistolam grandem uniuersis episcopis, & comministris sanctae, & apostolicae ecclesiae conscripserunt, in qua enarrantur episcoporum orientalium factio,



nes, persecutionesque imminere, quas orthodoxis episcopis inducere. Et quemadmodum legitime atque canonicè illos pluries vocauerunt, sed facinorum suorum conscientia perterriti, fugam remedium pro criminibus elegerunt. Demum in ea latissime fides, atque apertissime declaratur. Quæ omnia cum Constanti innotuerunt, doluit quidem fratris leuitatem, atque aduersum huiusmodi malorum incentores infremuit. Quobrem duos ex Sardicensi concilio delegit episcopos, quos vna & Salmianum virum clarissimum ad Constantium fratrem cum literis duxit mittendo significans pro certo se cõperisse, quod sacerdos Dei summi Athanasius iniuste fugas, & exilia pateretur. Hunc itaque recte faceret, si absque vlla molestia loco suo restitueret. Si id nollet sibi curæ futurum ut ipse adimpleret, regni eius intima penetrans, pœnas dignissimas de auctoribus scelerum fumeret. Quibus scriptis perterritus Constantius, quod posse facere ea, quæ minabatur conficius erat, simulata benignitate vltro venire ad se Athanasium iubet, atque illi in hæc verba descripsit. Constantius Victor Augustus Athanasio episcopo. Diu te errare, atque tempestatibus per diuersa equora vectum, amplius circumferri nostræ pietatis clementia non permittit, nec propriis te rebus, atque patria priuatum, per inuia ferarum loca, atque deserta vagantem nostræ cura non despexit. Verum cum vltro te ad nos venturum, & laborum recompensationem exigere sperauerimus, vsque ad hoc ipsum tempus tibi nostras literas dare distulimus, sed quoniam forte quedam detinuit formido, ne de cetero hoc presumas nostras has literas plenissima largitate insignes tuæ sanctitati destinare curauimus, ut absque villo metu seu formidine libere, & secure nostris te aspectibus presentare non differas, quatenus ad tua omnia restitutus nostram experiaris clementiam, atque in patria propria maximum gratiæ nostræ pignus possideas. Nec multo post alias eodẽ pene tenore Athanasio direxit epistolas. Et paulo post alias, atque vna Archytum alexandrinum diaconum misit, qui eum ad plenum de eius dispositione informare valeret, ostenderetque publica sibi parata vehicula, atque illum sua omnia recepturum aduenire hortaretur. Quas omnes literas, cum apud aquilegiam relicto Sardicensi concilio, Athanasius moram trahens suscepisset, confestim Romam pergens, Iulio ascendere non distulit. Qui ob hæc credens Imperatorem Constantium velle iam veram fidem tenere, vehementer gauisus est, ac Roma cum eo penetrita. Quamobrem literas scribit presbyteris, diaconibus, & toti plebi Alexandriam habitantibus congratulatus primum eis de reditu Athanasii, & quemadmodum e tot tantisque persecutionibus, ut aurum examinatus euaserit. Cuius laudes nec ipse sententi putat, quod illas explicare valeret, quem omnium clarissimum & admiratur, & obseruat. Tandem Christum precatur, ut hoc eius gaudium præferuet in æternum. Athanasius igitur iter agens, cum ad Constantium peruenisset, leui increpatione perstrictus, ad ecclesiam suam permittitur ire securus. Sed Imperator prius ab impiis conciliaris admonitus, hæc ad Athanasium loquitur. Non est (inquit) magnum Athanasii, quod Episcopi de te poscunt, ut vnam ex multis, quæ sunt apud Alexandriam ecclesiis concedas populis eorum, qui tibi communicare volunt. Tum ille Deo ei suggerente, Paratum in tempore concilium reperit. Et quid est (inquit Imperator) quod poscenti tibi liceat denegari, qui potestatem habes omnibus iubendi, sed vnum est, quod oro, uti meam petiunculam libenter admittas. Cuius se omnia que vellet, etiam si essent difficillima, promitteret persistit, si hoc vnum eis concedere vellet, ait Athanasius. Hoc quod rogo, ut quia etiam hic (nam apud antiochiam res agebatur) sunt nostri populi qui istis communicare volunt vnam eis tenere concedatur ecclesia equissimum sibi videri, & valde prestandum letus respondit Imperator. Sed cum rem detulisset ad eos, quorum concilio verba

tur, neque ibi se velle accipere ecclesiam, neque hic dare respondet, ita Imperator admiratus eius prudentiam properare ocys ad suscipiendam suam ecclesiam iubet, fratresque in eius fauorem in hunc modum descripsit. Constantius Victor Augustus episcopus ægypti presbyteris & populo alexandrino. Ecclesiæ catholicæ reuerendissimus episcopus Athanasius dei fauente gratia minime est derelictus. Nam licet ad breue tempus humanis fuerit casibus agitatus, diuina tamen prouidentia non abiectus, iterum patriæ sedique suæ, atque tranquillitati restitutus est. Cuius nam adesse pietatem opportunum videtur, ut omnia, quæ contra eum, aut contra communicantes eius gesta fuerint, nostræ maluetudinis decreto oino aboleantur. Sacimus liberum esse de cetero episcopis quibuslibet, atque clericis, pariter & clericis, & laicis cum eo pro libito cõuenire, & tantiviri (ut melius nouerint) participatiõe gaudere, ut illi orationibus suffulti potestatem vobis ad celestia firmissimum fabricare possitis, & ne tumultus, aut seditiones quomodo apud vos oriatur, presbiteri & iudicibus apud vos degentibus fratris nostræ mansuetudinis iniungimus, & mādāmus, quatenus oia hæc summa vigilantiæ, & cura fieri phibeant, oisque seditionos sine respectu aliquo legitime tradat vindictæ. Vos ergo prefatum virum ois reuerentia, & honore colite, atque orones cum eo pro nobis presbiteris, tum pro nostra clementia omnipotenti Deo offerite. Tunc beatus Athanasius per Syriam iter aggressus, & exinde per Palestinam transiens Iherosolimam ad maximum eius vrbis episcopum venit, illique indicas gesta concilii Sardicensis, & quemadmodum eorum decreto, Constantius imperator assenserat, persuadere facillime valuit, ut ex episcopis oibus Syriæ, & Palestinæ maximis concilium congregaret, atque in eo Sardicensis concilii gesta confirmaret, cõsionem Athanasio restituit. De quibus oibus episcopis ægypti, & libyæ episcopis solam, clericisque & plebi ea synodus scripsit. Quæ, ut noluerunt Valerianus, & Valens, quod ex duobus arrianæ p̄dicatæ extiterat, facto libello p̄næ, & romam ad Iulium profecti, veniam promeruerunt, atque Athanasio per litteras se cõicere oibus profecti sunt. Athanasius vero e Iherosolimis discedens, per Pelusium iter ad Alexandriam ducens, & diuersas intrans ciuitates populos quoscunque cõsubstancialitatis fidem arripere magno dei seruire edocebat. Et cum catholici non adessent episcopi, ordinationes aliquas celebrasse describitur, quod occasione maliuolis contra eum malignandi prouidisse in sequentibus enarrabitur. Veniens igitur Athanasius in ægyptum, & intras alexandriam vndecimo Constantii anno, tanta leticia, imo vero gestiendi exultatiõe a catholico populo exceptus est, ut ab eius ingressu obingentem leticiam plures dies festos, sollenniter ageret. At beatus Athanasius curam episcopalem gerens, primum episcoporum ægyptiorum synodum congregauit, in qua apud Sardicam gesta & apud iherosolimam confirmauit, ipsi etiam confirmarunt, & abinde leta pace discesserunt. Post hoc quos nouit per ægyptum arrii sectatores, episcopus a sede depositis, consecrauit catholicos, & Niceni concilii fide oino custodiri mādauit. Ipse vero predicatiõibus publicis incubens, cum rectam fidem explanabat, cum arrianorum heresim fortissime destruebat. Quobrem catholica crescebat ecclesia, & catholicus populus diebus singulis religiosa leticia exultabat. Deinde per diuersa loca ecclesiæ suæ prouinciæ sollenniter circueis plebem salutare doctrina, & vera Christi fide instruere satagebat, & cum ad locum Thebenensium semel nauigio pueniret, idque Pachuni miræ sanctitatis monachus cognouisset, quod regula ab angelo suscepta, in ea loca monasteria summæ religiõis instituerat, statim cum vniuersis monachis, in eius preparauit occursum, oisque gaudentes, & exultantes, cum psalmis & hymnis magnam suscipere potestatem. Et erat ingens multitudo fratrum, qui ois de aduentu eius letabantur in domino, quod Pachuni se Athanasio non pro palauerit, cum sciret Teuthyriorum episcopum apud Athanasium instituisse, ut se ad presbyteratum honorem ordinaret. Quobrem inter monachorum agmina delitescens quousque preteriret episcopum se absentauerit, quem intimum Pachuni venerabatur, ut nullum prestantiore ipsi temporis

bus hoīem diceret. Compat enī scām vitā eius & psecutiones innumeras, quas ab arrianis pvera Christi cōfessione ptulerat, charitatē quoq; quā erga vniuersos & maxime monachos exhibebat, itēto mirabatur aīo, eūq; toto cordis venerabatur affectu, atq; hereticos oēs penitē exhorrebat. Per idē fere tēpus adhuc viuēs Anthonius mirabilis monachus, de quo supra meminim⁹, & longo iam senio cōstitutus, dū circa se dētib⁹ sūibus, ipse etiā suis manibus oparetur, intēte oculos defixit in cœlum gemēs atq; suspirās, & post aliquātulum spaciū reuelatiōis inceptæ nimio dolore cōtremuit, & statim genib⁹ flexis aī dei vultum puolutus orat, vt sua clemētia futurum auerteret scel⁹. Succedūt oīoni lachrymæ, met⁹ ingēs inuadit, pntes oblectrāt, vt tātæ calamitatis exponeret visionem. Singultus occupāt vocem, lingua fletibus p̄peditur, & in medio conatu, sermo gemitu interrūpitur, vix cum vociferatiōe luctuosa ait. Melius orat oīi holiū p̄dēns piaculum cita morte lucrari, sic incipiēs, rursū lachrymis vincitur, & inter egra suspiria tādē, pectori accōmodans vocē, Magnū, inquit, quoddā, & vniuersis sēculis inauditū nīmū nephas, magno fides catholica turbine subuertetur, & hoies iumentū siles Christi sacra diripiēt. Vide enī altare dñi molorū circūdatū multitudīne, quę crebris calcium icrib⁹ oīa dissipabant. Hęc est causa gemituum meorum, quos audistis. Et facta est vox dñi ad eum dicēs. Abominabitur altare meum, nec mora (vt sequitur) Athanasius referēs hęc in vita beati Anthonii visionē sequitur effect⁹, nā post ānos duos seua arrianorum erupit insania. Tunc eccliarum, tunc diuinorum temerariē valorū, tunc pollutis iūquorū manib⁹, sacra polluta sunt misteria. Et alia plura abomināda enarrat Athanasius, quę i sequētib⁹ p̄ eius, quam ad orthodoxos de his reb⁹ scripsit epistolam diffusius, inotescēt. Nam post duos annos, cum Magnū tyrāni scelere, Impator Cōstās haud longe ab hispania in castro, cui Helene nomē est, regnō simul & vita fuisset exēptus, anno etatis suæ .xxx. & impii. xlii. rursū in Athanasium veteris illi fallorū criminū itentores, principis odia resuscitare cœperunt, nam suggerebāt Impatori oēm p̄ eum egyptū, & libyam subuerlas fuisse, eūq; cōtra ecclias flicos canones in alienis diocēbus ordinatiōes celebrasse. Et vt in odium illiū impatorē magis, ac magis impellerēt, ad memoriā reuocare non desistebant, quasi ille idem fuisset, qui fratrem sibi inimicum fecerit, ac pene ad bella contra ip̄m impulerit. Quib⁹ letis ip̄ator facile cōmot⁹, & oīm, quę prius sibi placuerāt oblit⁹, nedū expelli Athanasium a sede sua, sed interfici penitē impat. Tunc Eusebius, Theogni⁹, Marcissus Cyp̄lex, Patrophilus, & complicēs apud Anthiochiam numero triginta congregati, Georgium quēdam capadocem alexandrinorum ordinauit episcopum. Et cum Sebastianum quēdā Manicheum p̄fectum militum iussu principis mittunt, qui cum plurib⁹ q̄ quinq; millibus armatis alexādrīam veniētes, Philagriū adeunt egypti p̄fectum virum quidē pessimū, & qui Eusebiū partibus sanere cōsueuerat. Is principis Cōstancii p̄ceptis, & ep̄orum decreto suscepto, honorifice Georgium excipiēs oēs eius voluntates se executurū alacriter pollicetur, nec id min⁹ ope ip̄leuit. nā q̄ta stragei dei ecclias, & fidelē ppl̄m vna cum Georgio debacchat⁹ fuerit, horret anim⁹ scribere, & ea referre, quę diligentissime Athanasius i p̄fata ep̄la ad orthodoxos copiosissime, atq; eloquētissime enarrauit, quam nos infra totā fere, vt ap̄d gr̄ecos iacet, in latinum stilū vertentes subiiciē, verūq; modum, quo de inimicorum manibus euaserit Athanasius, ip̄e idē lati⁹ in eo libro, quē de satisfactiōe suæ fugæ cōscripsit, enarrat, nō pigebit eius rei seriem p̄ eiusmet verba subiicere. Nā cum in Christi ppl̄os diebus singulis arrian⁹ Georgius grassaretur, querebat oportunitatem, & modū, quo Athanasium cōphendere posset. Cōtingit post paraseuē dñi ad quādam eccliam fidelē solit⁹ erat hitare, atq; nunc

vna adorat, & magno cū ppl̄o vigiliās celebrat, sequēti scilicet die collectam celebratur. Q̄ cum innotuerit Georgio, & Philagrio p̄fecto, cōtinuo affuit dux cū militib⁹, excedētib⁹ numerum quīq; milium, quos armatos statuēs, in circuitu ecclias cum gladius enudatis, arcubusq; & sagittis, atq; diuersorum gñm telis, ita illos sibi coherentes disposuit, vt nemo egrediētium ab ecclia eorū manus posset euadere, & vt ip̄se de se ip̄so loquēs p̄sequitur. Ego quidē, inquit, irrationabile iudicās ppl̄m dereliquere, & nō potē aī illos sufferre picula relidēs i sede iussi diaconū psalmū legere, atq; ppl̄m r̄ndere, quoniā in sc̄m mīa eius. Et sicq; vnā portarum ecclias exeūtes, oēs in domū suā abqualiq; reluctatiōe abierūt. Verū ingredēte duce cū aliquib⁹ militib⁹ vt nos capet, quidā clerici, & qui ibi adhuc remāferans, ppl̄i clamitabāt poscebāt, vt nos vna cum populis dicerem⁹. Ego autē magis contra affirmabam nō videri cōueniēs, nisi pri⁹ oēs sigillatim exissent, nos a loco discedere, ne p̄pter nos in ppl̄m aliqua fieret irruptio affimans melius esse me piculis subiacere, q̄ aliquam vel minimā p̄pter me lesionem pati. Igitur egrediētibus plurimis, & reliquis subsequētibus, clerici quidam ad nos accedētes de sede traxerunt. Et (testis ē ip̄se de⁹, qui nobis hoc sua pietate donauit) q̄ militib⁹ b⁹ sacrarium circūdātib⁹, & aliis p̄ eccliam discurretib⁹, p̄ ipsos medios nos fugā tenētes picula euitauim⁹, deum i oibus glorificantes, qui populum ab ip̄orum strage liberare, & nos de p̄sequētium manib⁹ eripe dignatus est. Fugiens igitur Athanasius apud aliam quādam eccliam in Alexādrīa delituit, nec aliud iam valēs i agro Christi opari diuinis lectionib⁹, & oronib⁹ incūbēs, scribebat frequēter ad orthodoxos oēs & potissimum ep̄os, quos ad tolerantiam p̄secutionum p̄ recta Christi fide, exhortando ne frangi vellet, aut cōmissas sibi oues p̄ viribus a lupis dilacerari, deuorariq; p̄mittant totis virib⁹ p̄dicabat. Inter quas p̄fata est illa epistola magna, atq; pulcherrima, quam ad oēs vbiq; orthodoxos diligentī cura direxit. In qua arrianorum p̄secutiones, quas apud alexandriam ip̄se simul tota p̄pessa fuerat ecclia, enarrans illius calamitates miserabiliter deflet, quę talis est. Oibus vbiq; orthodoxis Athanasius episcopus salutē i Christo. Ea quidē, quę p̄pessi sum⁹ grauiasunt, & itolerabilia sunt, & quę digne nō queāt explicari. Vt autē celerit⁹, & facili⁹ eorū acerbitas, atq; immanitas possit agnosci hystoriā de scripturis oportune recēcēdam arbitratus sum. Quidā leuita aliqui ob vxorē nepharia iūria oppressam violat⁹, eāq; cōtumeliam indigne ferens (hebraea enī erat mulier, atq; ex tribu Iuda) cōmot⁹ magnitudine sceleris in se admissi, sicut sacra iudicū cum testatur hystoria, cōcisam in frustra mulierē misit p̄ singulas israeliticās trib⁹, ne in se solum verū, & in oēs hmōi nequicia admissa videretur. At si quidē eos moueret indignitas rei, vlcisci in reos p̄gerēt, sui vero negligēt, ac si scelus ip̄i admississent, erubescerēt. Et hi quidē, qui missi fuerant, cunctis rei gestæ seriē annūciabant. Illi vero audientes, flagitūq; iudicia cernētes, dicebant nihil vnq; tale contigisse. Ex qua die ascēderāt ex egypto filii israel, deniq; cōmotæ sunt oēs trib⁹ filiorum israel, oēsq; nō sec⁹ ac si violati essent, contra sceleris auctores conuenire, tandēq; violatores illi expugnati sunt, & apud oēs anathema facti. Non enim qui aduers⁹ eos conuenerant, q̄ essēt cognati intuebantur, sed solam iniquitatis magnitudinē aspiciēbant. Nostis hystoriam fratres, & quę de hac scriptura significet, non ignoratis. Nō itaq; sciētib⁹ plura ingerēda sunt, cum ea quę nobis modo cōtigerunt, illis p̄fecto duriora vr̄ vnanimitati potius insinuanda sint. Idcirco enī hui⁹ hystoriæ meminim⁹, vt illa, quę tunc gesta sunt, cladibus nris cōferētes, & nra illorum atrocitatē supare cernētes ampl⁹ vos mō, q̄ illi tunc aduersus iniquitatis auctores idignemini. Nepe enī & p̄secutionis acerbitas in nos grassata oīm excedit immanitatis modum, & quę tunc cōtigere leuitæ, eis cōparata, quę mō eccl.

BEATISSIMI ATHANASII

desia ppeffa e nulla sunt, magisq; ista nuq; audita fut in toto orbe cotigisse, tatalq; clades nemo vnq; expt<sup>9</sup> memoratur. T uc eni mulier vna violata e, vnulq; leuites affect<sup>9</sup> contumelia. N uc aute ois violata est ecclia, totuq; simul sacerdotiu cotumeliis affectu est, & quod mai<sup>9</sup> e pietate infectatur impietas. Actu quide mulieris vni<sup>9</sup> quolibet tribus aspicias parte dolore comota e, nunc aute cernitis toti<sup>9</sup> ecclie mebra diuisa, partiq; ad vos, & partim ad alios mitti, qui nunciat iniuriam, & cotumeliam, quam ptulerit. Moueat ergo & vos obsecro cis cladis miseratio, ac si vos ipsi eade vobiscum ptuleritis, singulisq; veluti passionis socii, ferte ope; ne sensu eccliafici canones, atq; ecclie fides violetur. Nam periclitatur vtrūq; nisi per vos deus errata corrigat, & vltro ne potiatur ecclia, non enim nup regula fidei, ac formae sunt ecclesiis datae, sed a partib<sup>9</sup> nostris optima; atq; firmissimae traditae, neq; modo coepit fides, verum a dno per discipulos ad nos vsq; emanauit. Nec igitur que ab initio i ecclesiis ad nos vsq; seruata sunt dieb<sup>9</sup> nris couellatur, & que nobis credita sunt, requiratur a nobis. Mouemini fratres taq; dispensatores optimi misteriorum dei, neq; ab aliis que vobis credita sunt, rapitiamini. Audituri quide estis a tabellariis/ac nunciis plurima breuiter: itn ea vobis a me iudicanda putauit, vt reuera possitis aduertere contra eccliam talia nuqua cotigisse, ex qua die Saluator assumpt<sup>9</sup> discipulis mandat dices. Euntes docete oes getes, baptizates eos in noie pris/ & filii, & spu sancti. Que igitur aduersum nos, aduersuq; eccliam impie admissa sunt, ita accipite fratres. Cum de more pacatis reb<sup>9</sup> quiete, & cum disciplina du couenirent, letatib<sup>9</sup> pplis, ac pficietib<sup>9</sup> i fide, & i opib<sup>9</sup> hois, sacerdotescq; ac ministri dni per egyptu, & thebaidē, ac libya pace iter se, ac vobiscu haberet, mutuaq; charitate astricti teneremur, repete pfect<sup>9</sup> egypti lras i more edicti pposuit publice Georgiu quēdam ex capadocia ex pcepto ingredi/ qui mihi succederet significates hec pris mu fama pturbauit oes. Erat quippe id nouu, & nunc primu auditum. At vero ppli studiosi ad ecclesias conueniebant, cu psertim aduerneret, neq; seipos neq; epm alique, neq; psbyterum, neq; oino aliqū aduersu nos vnqua aliquid pposuisse, sololq; cu illo arrianos aspiceret, ipm arrianu sciret arrianis ab Eusebio epm missu. No aute ignorates fratres Eusebium atq; illius coplices duces, ac pceptores esse arrianae ipitatis/ qui nobis sepe insidiati sunt, nra q; in galliam peregrinationis auctores fuerunt. Propterea enim & populi merito indignabatur, ac recidiuabant, iudicesq; alios testes citabant, ac tota simul ciuitate nulla vnqua ab eccliafisticis querimonia pposita, solisq; arrianis hereticis ista cotra nos cocinantib<sup>9</sup> hmōi nouitates, & iniuicitates aduers<sup>9</sup> eccliam fieri/ Sed & si qua in vos querimonia iualuisset, oportuisse non arrianu hoim de vobis ferre sniam, sed iuxta eccliafisticos canones, ac scdm Pauli monita congregatis populis/ & Spū sancto dictate, cum virtute dni nri Iesu Christi oia canonice examinari/ atq; disponi pntib<sup>9</sup>, ac postulatib<sup>9</sup> populis, & clericis no extrinsece ab arrianis sceleratis nudinis mercante ep i nomen ad eos, qui non postularēt, neq; nolēt, neq; oino contigerit, scirent seipsum exteriorum iudicum ptate, ac iurib<sup>9</sup> fretum improbenimis iniicere. Solui ex hoc eccliafisticos canones, getescq; ad blasphemadum impelli/ atq; ad putandum no diuinis legib<sup>9</sup>, neq; scdm iura, maiorum, sed execrabilib<sup>9</sup> nudinis, ac per vim ecclie psules statui. Hec fuit nepharia Georgii p motio, atq; hmōi initum habuit. Ceterum ipsius in alexandriam ingressus, que scelera effecerit, quataruq; cladiu causa fuerit, poteritis partim ex his que scribim<sup>9</sup>, partim eos, qui proficiscuntur ad vos interrogando perdiscere. Indignantibus populis, ac moleste ferentibus, atque ad ecclesias idcirco confluentibus, ne per huiuscemodi nouitatem arriana perfidia fidei ecclie misceretur Phylagrus, qui & dudum ecclesiam eiusdem virginis temerare pra-

EPISCOPI ALEXAN. VITA

FO. CCCXLIX.

sumperat, & nunc egypti praefectus erat prauaricator impius Georgii sodalis omni pollutus scelere, praepatore vtens Eusebio, atque ideo contra ecclesiam studens inducit gentiles, atque iudeos, & indisciplinatos quosque, ac pollicitationibus illectos, quos etiam postea reddidit, vt vna cum arrianis, vt & ipsi arriani crederetur ad ecclesiam aspgant. Similiter & armatos gladiis/ ac fustibus repete in ecclesias fidelibus populis plenas immittit. Quid ex eo cotigerit, non iam dici facile potest, neq; enim digne illud exprimi fas e, nec absq; singultib<sup>9</sup>, & lachrymis ex his, vel pauca pstrigere possumus. Quae enim apud veteres lecta est hanc nostram exaqualle calamitas, aut quid tale nunquam in bello/ & persecutione paratum est. Ecclesia enim, sanctumq; baptisterium infectis ignibus vritur. eiulatus/ & lamentationibus, ac luctibus continuo ciuitas resonat. Indignantibus & ciuib<sup>9</sup> in his/ quae fiebant, & redamantibus, vimque testantibus. Nam sacra/ & immaculatae virgines nudatae vestibus ea patiebantur, que nephas est dici, reluctantes iniuriae periclitabantur, conculcati monachi moriebantur. Ex plebe vero alii patiebantur, praedae/ alii ferro, ac fustibus perimebantur: alii vulnera, cedentes alii referebant. At vero supra sacro sanctu altare quid impietatis, quid sceleris admissum sit, hereret aim<sup>9</sup>. Aues enim & nuceos quosq; imolabat simulachra laudates sua, & in ipsis ecclis dnm nrm Iesum Christu blasphemantes sempiterni pris filium. Sacrae aute scripturae libros, quos i ecclia inuenerunt, incenderunt. locum vero sancti baptisterii (me miseru) iudei dni interfectores, ac getiles impij passim absq; vlla reuerentia ingressi adeo obscena gerebant, & loquebantur, nudos se igeretes; vt ea vel dicere erubescam<sup>9</sup>. Pleriq; aute ex impiorum numero immanitate psecutionis imitati, virgines & cotinētes copheos pertrahebāt, & cotumeliis affectos blasphemare cogebant, & negare dnm nrm renuetes, cocidebant verberib<sup>9</sup>, & coculcabāt. Hinc admirabilis, atq; praedar<sup>9</sup> fuerat arriani Georgii ingress<sup>9</sup>, inter que merito gliari/ ac tantis malis gratulari poterat. Veru hmōi tam sceleratae victoriae, veluti pmiu/ ac mercede iudgis/ atq; getilib<sup>9</sup>, & ceteris nrae cladis auctorib<sup>9</sup> prebes, eccliam in praedam dedit. Hac vero illis licentia nequissime pmissa, pturbatis oib<sup>9</sup>, atrociora hostib<sup>9</sup>, ac latronib<sup>9</sup> moliebantur. Alii enim obuia queq; rapiabant, alii depositum quorūlibet sibi diuidebant, vinuq; quod permultum erat, aut exhauriebant, aut bibebant, aut asportabāt, repositumque oleum diripiabant, postes, atq; caecellos, veluti stercora, prout cuiq; libitum erat, deferebant, candelabra parieti affixa, & ecclie cereos icidebant idolis, ac p oem ecclesiam cedentes pror<sup>9</sup>, ac rapinae feruebāt, neq; his cotenti, que fiebant arriani ipi deteriora his, atq; atrociora addunt. Presbyteri naq; & layci cocidebantur, virgines nudatae ad tribunal psidis abducebantur, atq; in custodia mittebantur. Alii publice virgis celi sunt; ministro rumq; dei, ac virginum consueta annona subducta, hec aute ipis sacrae quadragesimae dieb<sup>9</sup> circa paschale sollenitate cotigerunt, qn ieiunatib<sup>9</sup> fratrib<sup>9</sup> pclar<sup>9</sup> Georgi<sup>9</sup> Cayphe i more cu Pylato pside cotra Christi famulos debacchabatur. Ingress<sup>9</sup> deniq; vna cu pside/ atq; getilib<sup>9</sup> in vna ecclia die sancto pascae, vbi vidit populos violetu ingressum ipsius aduersari, impulit crudelissimu pside vna hora quadraginta, & quatuor virgines, coiugatas, & igneuos viros publice flagellis cedere, & in carcerē mittere. Inter ceteras nota virgine quadaam obistere liberi<sup>9</sup> audete, psalteriuq; adhuc tenentem manib<sup>9</sup> cedi publice iussit: direptoq; a carnificib<sup>9</sup> libro virgo ipsa carceri inclusa e. Neq; his cotenti quieuerunt. Verum & in alia ecclia, in qua illis maxime dieb<sup>9</sup> habitabam, eade facere intēdebant, studetes & illa i eccliam vesaniae suae frena laxare, vt me perimerent, quod & factum esset, nisi Christi pruenisset gra, vt vel sic effugiens, pauca ex his annuanciare possim. Ego enim cum eos cernerem summa rabie ferri, reputas

BEATISSIMI ATHANASII

ne ecclesia per me lederetur, ne virgines in illa paterentur, cedesq; denuo fieret, ac seculo populi violaretur, me ipsum caute subdixi, memor domini dicentis. Si vos persecuti fuerint, ex vna ciuitate fugite in aliam. Coniiciebam enim illos ex his, que in alia ecclesia patrauerant, sceleribus nihil in ea quocumque immanitatis omisuros, quoniam quidem ne ipsam quidem dominicam, sanctamque sollemnitate reueriti fuerant, cum in ipsa quocumque ecclesia homines in vincula coniecerant, in qua dominus omnes a nexibus mortis absoluit. Cum vero Georgius, & qui cum ipso erant, ac si contra dominum saluatorem pugnant, potestate presidis freti libertatis diem seruis Christi lugubrem fecerunt. Nam gentiles quidem illum diem in leticia agebant. Georgius vero Eusebii fortassis obtemperans monitis Christianos constrictos vinculis lugere cogebat. Hoc igitur modo pressus per vim ecclesias rapuit, raptasque Georgio tradidit arrianorum principi. Et hi qui dem, qui abiecti a nobis fuerant impietatis merito ecclesiarum rapinis gorianantur. Dei autem populus, & ecclesie catholice clerus, aut hereticorum impietate, & communione inquinari coguntur, aut ingredi non permittuntur ecclesias. Nam & nauium gubernatoribus, ac reliquis mare nauigantibus non minimam vim, ac necessitatem imponit Georgius, presidis auctoritate alios crucians, alios carceri mancipans, ut ne quid ipsius iniquitati contra ire audeant. Sed & litteras ab eo percipiant, ne his quidem contentus (ut nostro cruore satietur) fecit leuissimum suae iniquitatis ministrum praefectum, qui decretum, quasi ex persona populi contra me scribere praesumo Constancio Augusto machinatus est, inuidiosum plenum verbis. Ex quo non modo non euadere, verum & mille mortes expectare possumus. Atque is quidem, qui decretum conscripsit, transgressor est, ut ex Christiano gentilis impudens simulacra colit. Qui vero subscripsit Gentiles, & templorum editui, & vna cum ipsis arriani. Et (ne sim in scribendo prolixior) persecutio hic viget, & talis persecutio, qualis antea nunquam in ecclesia fuit. Nam in praeterita quidem persecutione, vel fugiens quisquam, orare poterant, occulteque baptizari. Quae vero modo grassatur, & uia tempestas babilonicam impietatem imitatur. Sicut enim illi tunc aduersus Danielem, ita & modo mirabilis Georgius intra domos orantes, apud Praefectum infimularique sine baptismo periclitentur. Multi item abque uisitationis obsequio infirmantur, & doleant morbo, duriores eam calamitatem arbitantes. Cum enim ecclesiae ministri persecutionem patientur, populi impietatem arrianorum execrantes, malunt ista morbos contabescere, ac periclitari, quam arrianorum manus suis capitibus imponi. Arrianus itaque Georgius est, atque ab arrianis missus. Nullus enim praeter ipsos illum ordinari expetit, atque ideo quasi mercenarius, atque alienus catholice ecclesiae populos, ut qui sui non sunt, diris, & grauissimis incommodis praesidis ope subnixus afficit. Quia enim graegorium, quem Eusebius arrianus episcopum constituerat, acceptis litteris, de illo nris vos oes catholice ecclesiae episcopi, scitis quae iuste ob impietatem anathemati subiectum abiectis. Idcirco eiusdem arrianis nup Georgium misit, ac ne seculo etiam confunderetur, si rursus contra illum scriberem, ideo exterius contra nos usus est iuribus, ut ecclesiarum potiti arrianae hereseos opinionem videretur effugere. Verum & hoc sua illos sefellit opinio, quoniam soli illi coniecti heretici, & iustus ex causis eiectionis, & quicquid alii per necessitate praesidis simulati. Est autem haec Eusebii factio. Ista dudum quidem Eusebii, & qui cum eo sunt meditabatur, atque coniectabant. Nunc autem & in opus perferre potuerunt calumiarum caustis, quibus nos infimularunt apud regem, nec sic quidem quiescunt. Verum quoniam quocumque nos occidere querunt, vni quocumque necessariis terribiles iminent, adeo ut oes effugerit, mortemque ab illis quotidie expectet. Sed non

EPISCOPI ALEXAN. VITA!

FO. CCCL.

ideo vos quorum illorum improbitas pterere debet, verum magis & vlcisci conuenit, & indignari in huiusmodi iniquitatis auctores. Si enim dum vnum membrum patitur, conuenit & oia membra, & iuxta beatum apostolum oportet flere cum flentibus, affecta huiusmodi iniuriis ecclesia, & talia tantum patiente vnusquisque ac si ipse patiatur vindex esse per iuribus studeat. Cuius namque saluator est qui blasphematur, ab ipsis communibus omnium canones que ab ipsis conculcatur. Quocirca indignari nos conuenit, & grauius ter ferre ne si ista negligitis sensum in singulas ecclesias huiusmodi clades excurret, iam que venalis fiat antistitis dignitas. Non ignoratis dilectissimi arrianorum perfidiam quippe quorum impietatem priuatim ac publice omnes crebro danastis. Nostis item, Eusebium eiusque coplices eiusdem, ut praedixi heresis emulos, cuius gratia nobis etiam pridem infidati sunt. Quae vero propter eos atque ab eis gesta sunt bellis omnibus immaniora iudicauit vobis ut iuxta eam qua inuio proposuimus hystoriam, assumpto zelo optimo aduersati quod malum tollatis de medio eos qui contra ecclesiam tam nepharia scelera tanta improbitate perpetrarunt. Si enim etiam praeterito huius qui romae sunt fratres cum ista nec dum contigissent priorum tantum causa synodum fieri mandarunt, ut illa quocumque vindicarentur, eamque reueritus Eusebius ac socii ecclesiam perturbare aggressi sunt, & nos punire instituerunt, ut iam licito quae vellent agerent ne minem habentes qui se argueret impietatis quantum magis huiusmodi sceleribus indignari, vos debetis ea que vestra damnare sententia, que prioribus illi addiderunt. Nolite oro negligere neque permittatis famosissimam alexandrinam ecclesiam calcari ab hereticis, eis atque pessundari. Idcirco namque merito, & populus, & clerus seorsum sunt praefecti quidem metu reticentes caeterum arrianorum impietatem execrantes. Si igitur ad vos Georgius scripserit vel alius pro eo quisquam nolite fratres ipsius suscipere litteras, sed scidite atque huiusmodi tabellarios, ut ipsos iniquitatisque ministros aduersa mini. Quod si etiam pacifice praesumpserit scribere ne sic quidem illas suscipite metu enim praesidis qui eas accipiunt perierunt. Quoniam vero, & Eusebium de eo vobis scripturam praesumimus ideo vos praemonere curavi, ut & in hoc deum imitantes, qui personas non suscipit huiusmodi omnino nuntios abiectis. Hi enim sunt qui nuper persecutiones, & violationes virginum, ac necesse rapinas que ecclesiarum, & incendia atque blasphemias Arrianorum, gratia a gentilibus ac iudeis fieri curarunt. Neque vero impius isanus que georgius arrianum sese denegabit, arguetur enim ex subscriptione litterarum suarum, eas quippe subscribit Amen. ¶ Dudum quidem a beato alexandro praedeceffore meo multorum criminum impietatisque notatus abiectus de ecclesia est. Nobis igitur oino rescribite ipsi hosque execramini, & Infectamini literis, ut & qui modo superstiti ministri populi que fideles fidei vestre sinceritatem zelum que iusticie cernentes gratuletur vestre fidei vnanimitate, qui vero talia contra ecclesiam, & tam iniqua praesumptate vestris literis coarceantur, nec vel sero penitentiam agere valeant vel resipiscere. Salutate fratres qui vobiscum sunt vos omnes mecum fratres ois officio salutem incolumes, ac nostri memores dominus noster omnipotens tueatur domini desideratissimi. Verum dum huiusmodi epistole per Athanasium ad diuersos diriguntur, rursus contra eum principis edicta confurgunt, praemiaque, & honores reuelantibus, per omnem locum ponuntur, sic rursus vitam illam in latebris ducere cogebatur. At ipse Constanti, & inuincibili animo omnia perferens lectionibus plurimum, & orationibus coram domino per christiano populo diebus singulis instabat nec multo ante Athanasii expulsio nem paulus constantinopolitanus episcopus in exilium deportari iussus apud cucufu armenie oppidum crudelitate philippi praefecti, & Arrianorum factione stranguatus fuerat.

T. v.

BEATISSIMI ATANASII

Simili modo Marcellus de ecclesia ancyre deiecit sedem rursus arriano Basileo occupanda reliquit, lucius etiam apud adrianopoli ferro vincit in carceribus miserabiliter diem obiit. Interea Constantius contra maguetium exercitum mittens belli euentum apud syrium expectabat, nec minus ipse contra veros christi cultores bellum aliud preparabat, nam iubet ibidem eo presentate episcoporum concilium congregari ad quid artificibus quibusdam osius cordubensis inuitus attrahatur, et vi compulsus diffinitioni eius concilii non sine infamia se subscripsit, sed interim interfecto maguetio tyrano, et sic vindicta necis fraterne peracta constantius cum iam regni arte solus potiretur ad occidentis partes deueniens agreditur, occidentales episcopos fatigare atque per preceptionem illos ad consensum Arriane hereseos cogere. Et primum condempnationem athanasii ut velut obicis validissime obiectioe subblata facillime progrediatur ad reliqua omnia diligentia fieri parabat. Interim iulius cum quindecim annis romanam rexisset ecclesiam, ad meliora translatus decessit, et episcopalem sedem liberius ei succedens adeptus est. Quo tempore constantius apud mediolanum concilium aliud congregari iubet, ad quod ex orientalibus non multi conuenire potuerunt, alii ob seuestutem seu itineris longitudinem se excusantibus, ex occidentalibus vero plusquam tricenti mandato principis confluerunt. Concilio igitur congregato orientalium episcoporum decretum in Athanasii condempnationem latam primum proponitur, ut eo per occidentales episcopos confirmato aditus, ad alexandriam ei penitus condudatur. Cui ex occidentalibus plures se subscribentes decepti sunt. Sed Dyonisius mediolanensis episcopus, et eusebius vercellensis, paulinus galliarum metropolitanus, et lucifer caralitanus insularum sardinie metropolitanus, dolui esse in negotio alta voce proclamantes, quia asserbant subscriptionem in Athanasium non aliam ob causam quam destruende fidei moliri in exilium trahi sunt. Quibus similiter additur paucratius presbiter, et hylarius diaconus liberii, et apostolice sedis legati ceteris vel ignorantibus vel non credentibus fraudem decaptis, si ob delendam veram fidem dolo, et fraude id fuisse gestum rei exitus docuit. Nam illis de medio sublatis continuo magna sinus apud arrianum octingentorum fere episcoporum precepto constantii congregatur, ut ibi secundum ea que orientales episcopi apud selenciam ysaurie paulo ante non valentes, ad occidentales partes conuenire iussu imperatoris congregati composuerant, ipsi occidentales episcopi confirmarent, quos simplices, et imperitos hac caliditate, et verusitiam circumenerunt, hoc modo proponendo eis que magis colere, et adorare vellent omouisionem christum, illi vero virtutem verbi quid omouisionem significaret ignorantem velut in fastidium quoddam, et execrationem deducti christo se credere, et non omouisionem confirmarunt, sic multorum animi decepti contra ea que patres apud Niceam conscripserant venientes omouisionem quasi ignotum, et ab scripturis alienum sermonem auferri de fidei expositione decernunt, et communionem suam cum hereticorum societate commaculant, ob quod facies ecclesie sepe admodum, et turpis erat nec iam ab extraneis, sed a propriis vastabatur. Ara nusquam nec immolatio munda, sed prauaricatio erat, et lapsus ac ruina multorum. Nam per idem tempus liberius Romanus pontifex habita sollempni disputatione, cum constantio nec eius voluntati assentire acquiescens in exilium traditur. In cuius locum felix diaconus suus ab hereticis surrogatur, et non tam secte diuersitate quam communionis, et ordinationis coniuuentia maculatur iherosolimis vero cyrillos post maximum confusa ordinatione sacerdotio suscepto aliquando in fide, et sepe in comunione variauerat, apud alexandriam vero georgius procaciter, episcopatum gerens magis consulum fasces quam sacerdotum administrare videbatur. Similiter apud antiochia multa admodum consule gesta sunt nam defuncto eudoxio cum

EPISCOPI ALEXAN. VITA.

Fo. CCCLI.

multi diuersarum urbium episcopi ad illam sedem ambitione niterentur, ad vltimum melecium sebastie urbis armenie episcopum, illuc contra decreta conciliorum heretici traxerunt episcopum, nec multo post cum non Arrii, sed nostram contra eorum opinionem cepit fidem predicare, ab ipsis in exilium deportatur. Hoc etiam tempore Hylarius episcopus pictauensis vir summi ingenii, et magne sanctitatis factione saturnini arelatensis episcopi, reliquorumque qui cum eo erant Arrianorum in frigiā pullos libros de nostra religione conscripsit. Interim cum plures ab impatore alexandria mitterentur, qui Athanasium inuestigarēt, et eum vel caperēt, vel occiderent tandem comptum fuit eum in ecclesia que vocabatur theone celari. Tunc ab his qui ad hanc missi fuerant conuocato prefecto libice religionis cum armatis inopinante in ecclesia irruitur, et fractis ianuis oia collustrantes eum minime reperire valuerunt. Nam diuino nutu pericula plura effugerat, et hoc precedenti nocte preuidens, atque ad domum virginis cuiusdam sanctissime confugiens per sex fere annos usque ad mortem constantii, nemine alio quicquam penitus cognoscens delituit. Que ne per omne id tempus necessaria illi oia subministras codices etiam sacros, et quos alios optauerat illa pabat. Quo in tempore illum libros plures pro nostra religione, et contra perfidos arrianos, et alios de satisfactioe sue fuge compilasse describit. Post hec constantius impator dum contra Iulianum quem cesarem apud gallyas reliquerat, et dignitate augusti sibi sponte presumere armis ire obuiam parat, vicesimo quarto imperii sui anno, et etatis quadagesimo quinto apud mopsocrenē oppidum inter cyliciam, et capadociam moritur, et principatum Iulianus execrabilis tyrannus solusque prius presumpserat ut legitimum obtinet, qui velut gesta constantii arguens episcopos iubet de exilio relaxari, sed liberius romanus pontifex constantio iubente regressus fuerat. Et hoc virum quidem ac quieuerit voluntati sue ad subscribendum, an ad populi romani gratiam a quo proficiscens Constantius fuerat exoratus indulerit, pro certo a scriptoribus non firmatur. Similiter Hylarius anno ante mortem Constantii cum apud constantinopolim librū pro se imperatori porrexisset ad gallyas rediit. Interea cum Georgius apud alexandriam gentilibus effectus fuisset infestus, et princeps Constantii auctoritate eos indices oppressisset principatu, Iuliani seditione exorta capitur, et occiditur, quos Iulianus per literas ad alexandrinis missas culpam non desistit. Verum eis ob reuerentiam, feras que Iuliani auunculi sui ibidem habitantis, viri in deos religiosi necnon ob odium in galyleos, sic enim christianos vocabat culpam se remittere dicit, nam licet christianos se abhominari, et odio habere fateretur, persecutionem tamen publico edicto contra eos suscitare non audebat, sciens ex anterioribus persecutionibus victoriosiores gloriosioresque semper euasisse, et insimulans se clementem etiam iurgia ab episcopis sibi in ferri passus est. Nam de nare episcopo calcedonen. scribitur, quod cum impiū eum atque apostatam vocitasset, nichil aliud respondit, quam neque galyleus deus tuus te curare potuit. Nam hic nares caligantes ob senectutem oculos habens ducatu alterius ducebatur. Ad quam episcopus. Ego inquit pro cecitate gratias deo meo ingentes refero, qui ob hoc potissimum me luminibus priuauit, ne te imperatorem impium conspicerem, cui nichil respondens impator abcessit. Hoc tempore Athanasius seipsum manifestans ab alexandrinorum populo mira leticia exceptus est. Similiter lucifer caralitanus episcopus, et Eusebius vercellensis ab exilio reuocati, cogitabant quemadmodum ecclesiasticum statum penitus deturpatum restaurare possent, nam a iulio ultra fines thebaydos, vicinos in egypto relegati fuerat, et lucifer cum exoraretur ab eusebio, ut ad videndum athanasium alexandriam pergeret, et ibidem comuni tractatu cum his sacerdotibus qui super fuerat de statu ecclesie deceret.

nerent per seipsum ire abnegavit. Sed dyaconem suum pro se accedere iussit atque ipse intento animo anthiochiam pergit ibique dissidentibus adhuc partibus non modo cum arrianis, sed inter se propter sequaces meletii. Cui tanquam catholico praesuli adherentes, a confortibus volentibus illi ex eo communicare, quia ab arrianis ibidem ordinatus fuerat episcopus secesserat. Sed in unum illos reuocari posse sperabatur, si talis eligeretur episcopus erga quem non una plebs utraque gaudent verum lucifer catholicum, & factum virum paulinum qui presbiter fuerat Eustachii olim eius urbis episcopi, & qui senumque hereticorum communione polluerat, ut scribit iheronimus ac per omnia dignum episcopum collocavit. Sed tamen in qua quietescere plebs utraque non posset, pergit interea Eusebius Alexandriam ibique confessorum concilio, congregato non quidem multi numero sed fide integri, & meritis praesules, quo pacto fides violata seruetur, & post hereticorum procellat, & perfide turbines tranquillitas reuocaretur, ecclesiae omni cura, & deliberatione discutitur. Et primum Niceni concilii instituta corroborant, deinde quod in questionem per diuersos hereticos deductum fuerat, spiritum sanctum patri, & filio consubstantialem esse definiunt, & aperte trinitatem noiantes profitentur. Questionem quoque de substantia, & substantia quae turbabat ecclesias determinant, & substantia ipsa rei naturam rationemque qua constat designari, substantia vero uniuscuiusque persone hoc ipsum quod existat, & subsistit ostendi. Ideoque propter sabellii heresim tres esse substantias, confitendas non tamen tres substantias, sed unam determinant etiam dei verbum vero homini hoc est ex anima, & corpore unitum fuisse. Et haec de vera fide. Quae omnia postea Athanasium in eo simbolo, famosissimo cuius, initium est. Quicumque vult saluus esse, complexum fuisse deprehenditur. Post haec cum aliquibus fidei calore feruentibus in ea synodo visum fuerit nullum ultra in sacerdotium debere recipi: qui se utrumque hereticorum communione contagione maculasset, placuit hoc etiam discutere. Nam alii quorum sententia obtinuit christum imitantes qui cum esset omnium vita pro salute cunctorum, humilians se descendit in mortem, quo scilicet inueniri posset, & in mortuis vita dicebant melius esse humiliare se paululum propter dei electos, & inclinari propter elyos, ut eos rursus erigerent nec sibi met solis puritatis merito caelorum regna defenderent, sed esse gloriosius si cum pluribus illud mererentur intrare. Et ideo rectum sibi videri, ut tantum perfidiae auctoribus amputatis reliquis sacerdotibus daretur optio, si forte velint abiurato errore perfidiae ad patrum fidem statutaque conuerti, nec negare aditum redeuntibus, sed potius de eorum conuersione gaudere. Ut euangelicus ille iunior filius paterne depopulator substantiae in semetipsum reuersus non solum suscipi meruit, sed & dignus paternis complexibus deputatur, & anulum fidei recipit, & stolla circumdatur per quam nil aliud quam sacerdotii declarantur insignia. Nec probabilis extitit apud, patrem senior filius, quod inuidit recepto nec tantum meriti habuit non delinquendo quantum note contraxit non indulgendo Germano, quas sententias ex euangelica auctoritate prolatas, ordo ille sacerdotalis, & apostolicus approbavit atque ex concilii decreto asserio, & ceteris qui cum ipsis erant orientis episcopis huiusmodi iniungitur procuratio, occidentis vero Eusebio decernitur, & ruffiniano episcopo de hiis Athanasium sciscitanti in haec verba respondit ut ex epistolis Athanasii traduximus. Domino filio ac desideratissimo consacerdoti ruffiniano Athanasius in domino eternam salutem. Tu quidem quae filio carissimo congruunt ad patrem scribis, ego vero per literas appropinquante toto affectu te amplexatus sum, amantissime omnium ruffiniane. Cumque tamquam filio scribere possem, in ipsis iniciis, & medio ac fine continui me ne ex litteris commendatio testimonium

quae de te meum agnoscat. Tu michi es epistola, iuxta quod scriptum est, quae in corde cognosceris, & recitaris, sic igitur affectus velim credas, saluto te ac scribere hortor, magna namque leticia nos afficit id faciens. quoniam vero studiose, & ecclesiastica, hoc enim rursumque decet religiosum institutum tuum, de hiis interrogasti qui necessitate adacti cessere quidem, non tamen recte fidei corruptionem admiserunt, idque post illa quae de hiis in synodis decreta sunt scito mihi domine amantissime, quia initio quidem cum cessasset improba hereticorum vis facta est synodus praesentibus remotiorum partium episcopis. Facta est item, & apud illos qui graeciam inhabitant, fratres, & coepiscopos nostros in hispania quoque itidem, & gallya vnaque fuit, & concors omnium ubique sententia lapsis scilicet atque impietatis duabus effectis ignoscendum, quidem penitentibus cleri tamen illis gradum non permittendum. Eis vero qui cessissent quidem vi ac necessitate compulsi non tamen fuissent praesules impietatis praeter indulgentiam cleri quoque locum non denegandum, praesertim cum excusatione rationabili niti videantur, feceruntque id cauta quodammodo dispensatione. Asserunt enim nunquam se impietati consensisse. Ceterum ne pessimi quique illorum vite constituti ecclesias dogmatum falsitate corrumpent, elegisse magis temporari redere ac subire onus, quam plebes amittere ista dicentes vera prosequi nobis nisi sunt cum in primis obtederet aaro moy si fratrem in deserto plebis praeparationi consensisse, excusationemque habuisse ne populus reuersus in egyptum in idolatrie errore persisteret, verissimileque putaretur si maneret in heremo posse ab impietate quietescere, sin vero in egyptum reuertissent impietati subiecturos. Huius ergo rei gratia facile illis venia clerique conceditur, qui vel seducti sunt, vel vim perperissi. Haec autem deuotioni tuae insinuanda putavi confidens a tua veneratione suscipienda, statutaque patrum qui idcirco conuenire coprobanda. Ea verotam dero quam populo qui sub te est legere dignare ut ipsi quoque admoniti te circa huiusmodi ita affectum in ius vocari non audeant. Indecens enim esset si illi ipse scriberem cum possit religio tua nostrum circa huiusmodi lapsos affectum eis nunciari: & ea supplere quae desunt, gratias domino qui te impleuit omni verbo & omni scientia. Qui ergo penitentiam agunt aperte anathematizent, & nominatim eudoxii, & euroy perfidia, ipsi enim cum dei filium creaturam esse blasphemant, Arriane heresis propugnatores se ipsos euidenter ostendunt. Confiteantur autem confessionem a sanctis patribus Niceni synodi fidem, nullamque aliam synodum hinc se praeferre permittant. Saluta fratres qui tecum sunt, te qui tecum sunt omnes in domino salutant. Insuper, & librum a se olim de satisfactione sua fuge conscriptum, in eadem ipsa synodo coram omnibus episcopis ipse Athanasius legit. Post haec Eusebius vercellensis pergens anthiochiam cum ibidem inuenisset a lucifero contra pollicitationem ordinatum episcopum pudore simul, & indignatione compulso abcessit neutri parti communione sua relaxans, quoniam digredies ab eo promiserat se acturum in concilio, ut eis ordinaretur episcopus, a quo pars neutra desisteret ac luciferus ad sardinie partes reuersus vita hac cito discessit. Eusebius vero circumueniens orientem atque Italiam medici pariter, & sacerdotis fungebatur officio, & singulas quasque ecclesias infidelitate abiurata ad sanitatem recte fidei reuocabat. Et hilarium in Italia tunc degentem hoc idem molliri repperit qui cum vir esset natura lenis, & placidus simulque eruditissimus, & ad persuadendum commodissimus rem diligentius & apertius procurabat atque libros de fide nostra nobiliter conscriptos edidit. Quibus, & hereticorum versutias, & nostrorum deceptiones & male credulam simplicitatem ita diligenter exposuit, ut & praesentes, & longe positos quibus ipse se differere viua voce non poterat, perfectissima instructione corrigeret. Ita duo isti viri velut magnificam mundi lumina

BEATISSIMI ATANASII

illyricū ytalīā, & galīas suo spēdore radiānt. Interea audiēs Iulian⁹ p̄dicatōib⁹ athānāsi plures ex paganīs ad xp̄i fidē cōverti atq; ex ydolorū sacerdotib⁹ nōnullas vxores habere xp̄ianos filiōsq; & seruos ī fremicū ira nec sicte tēpantie ymaginē cōtinere potuit iudicatib⁹ maxie ip̄is magis nichil suis artib⁹ successurū nisi prius athanasiū velut horū oīm obstaculū sustulisset ob qd̄ iterū mittitur, exercit⁹ iterū duces iterū oppugnatur, ecclesia. Verū cū messi, & flentes p̄puli circūstaret propheticō apud eos vsus sermōe phibetur. Nolite inquit ofiliū pturbari quia nubecula est, cito p̄trāsibit. Et cū discessisset vt refert etiā rufin⁹, & maui p̄ nilū flunium iter ageret comes qui ad hoc ip̄sū miss⁹ fuerat cognito ei⁹ itinere instāter eū īsequi cōp̄it. Et cū forte athanasiū nauicula ad locū quēdā applicuisset cōperita p̄tereūtib⁹ post tergū eē p̄cussorē suū, & iā iāq; nisi p̄spiceret imminere. Cōterriti oēs qui simul aderāt locū heremū suadebāt ad fuge p̄sidiū petēdā. Quib⁹ ille Nolite inquit ofiliū deterreri. Eam⁹ magis ī occurū p̄cussori n̄o vt sciat, quia lōge maior est qui nos defēdit q̄ qui p̄sequitur. Et cōuersa nauicula iter agere obuiā ei qui se īsectabatur aggress⁹ ē, ille qui nullo pacto suspicari poterat ī occurū sibi venire, quē quereēt tāq; quosdā p̄tereūtes iterogari iubet. vbi vidisset eē athanasiū. Et cū respōdisset se vidisse eū alōge eūtē tota celeritate p̄trāsīs ī vanū foestinas cape p̄perabat quē añ oculos positū, videre nō poterat. ille vero dei virtute munit⁹ alexādrīā rediit ibiq; ruto latebras vsq; quo p̄secutio cessaret exegit. Interi sc̄do año imperii sui Iulian⁹ ī persas p̄fect⁹ n̄m post victoriā diuisiā quīnē vouerat vt scribit iheronim⁹ sed icōsult⁹ cū a suorū erraret agminib⁹ forte ab obuiō hostiū equite ilya p̄fusus iteriit año etatis sue trigesimo sc̄do. At calixt⁹ qui iter familiares imperatoris tunc militabat heroyco versu ei⁹ vitā gr̄ca lingua *describens* ait, eū a demōe vulneratū occubuisse. Cui⁹ laudes libanius rethor magne etiā nūc famē apud gr̄cos, cōscripsit. Qui & illi gloriā tribuit lectitasse nocte libros vt enixi⁹ cōtra esseret palestinē hoiem deū dei q; filii p̄larietur. Post ei⁹ igitur mortē se quēti die Iouinianus efficitur ex primicerio domesticorū imperator ab exercitu fact⁹ ē. Qui cōposita pace cū barbaris prout t̄pa deposcebāt ad romonū regressus solū rē publicā totā post nimias quasi procellas oratiōe repare aggreditur, atq; eccliarū curā, & verā religiōem ī primis habere nec idicaute vt cōstaci⁹ egerat sed ip̄sū lapsu admonit⁹ athanasiū quē cōstātissimū, & oīm prudētissimū senferat honorificis, & officiosissimis lris requirit, vt ab ip̄o formā fidei, & eccliarū reponēdarū normā suscipiat. Cui aliquib⁹ creditū ē illi simbolū illud pulcherrimū destinasse. Quicūq; vult salu⁹ eē. Alii vero vt theodoricus, affirmat Athanasiū illi simplicē Nicēni cōciliū fidē misisse. Ad quē ap̄d athiochiā degētē athanasi⁹ deuenisse scribitur, & magno illi amore denictū sualisse q; vt legē ferret. Ne quis nō dicā rapere, sed attēptare sacratas virgines ī matrimoniū de cetero auderet. Et hoc ideo qa Iuliani t̄pib⁹ quidā apud alexādrīā atq; alia diuersa loca hmōi sacras rapuerūt virgīes, & matrimonio sibi cōiūxerūt. Post hęc remittēs athanasiū alexādrīā curā disponendarū eccliarū atq; oīm populorū ggypti ei cōmississe sozomen⁹ scripsit, sed hęc tā piā tā q; leta p̄icipia mors matura corrupit. Post octo etenī mēses imperii sui, & etatis año quadragesimo quarto apud cyliciā diē obiit. Post quē valētinian⁹ imperiū suscepit, qui vt rufinus scribit p̄ fidenā a Iuliano milicia fuerat expulsus, sed cōpleuit ī illo dñs quod p̄misit plus q̄ cētuplū ī p̄nti sc̄lo restituens ei vt qui maliciā p̄ xp̄o reliquerat recāpit imperiū. Qui vt scribit theodoricus nō mō fortitudine, sed prudētia tēperātia iusticia, & vera religiōe atq; corporis magnitudine, & pulchritudine p̄fulgebat regius p̄ter, & vrbābanus qui cum exercitus ei cōsortem imperiū sociare temptasset, respondisse fertur.

EPISCOPI ALEXAN. VITA

Fo. CCCXLII

Vestrum inquit fuit o milites imperatore non existente michi imperium tradere, verum vbi hoc suscepit meum iam non vestrum est: de rebus cogitare communibus, cuius prudentiam admirati milites, omnem eius persecuti sunt voluntatem. Verum quod non debuit in consorcium regni valentem fratrem assumpsit, & siquidem occidentis partes delegit, illi autem orientales reliquit. Valentinianus igitur ytaliam pergens, omnia pie, & religiosae disponebat, cuius imperii anno primo auxencio Arriano episcopo, apud Mediolanum defuncto Ambrosius ad episcopatum assumitur, & omnes ad fidem rectam ytaliam conuertit. Et sequenti anno mortuo liberio romane ecclesiae gubernacula suscepit Damasus, quo anno valentinianus legem statuit, de vere fidei, & sancte trinitatis obseruatione, quam & suo & Valentis Fratris nomine, atq; filii gratia, quem Imperatorem similiter fecerat promulgauit. Et valēs cum iūitio imperii recta fide incederet, ab vxore more adam seductus, quae prius ipsa ab eudoxio Constantinopolitano episcopo Arrii perfidia imbuta fuerat, in eius impietatem prolapsus est. Nam & valens cum contra gothos qui hystrum pertranlerant, & trachiam peragrans proficisci intenderet, ne sine baptisate pergeret, ab eudoxio Baptizari voluit, a quo iuramento astrictus fuit, ne dogmatis Arriani impietatem quo adnueret abnegaret, atq; omnes contra sentientes vndiq; insequeretur. Quamobrem fauendo hereticis omnem orientis perturbauit ecclesiam, & episcopos catholicos presbiterosq; atq; dyaconos, & monachos plures in exilium exegit. Verum cum in ceteros principis persecutio debacaretur, ab Alexandria, & tota aegypto ob Athanasiū reuerentiam, velut quadam diuina virtute prohibitus abstinuit. At beatissimus Athanasius longuo iam tempore in ecclesia sua, & tota aegypto pacem cernens, quadragesimo & sexto anno sacerdotii sui post multos agones, multaq; patientie coronas, ad veram vitam translatus requieuit in domino Anno quarto imperii Valentiniani. A tempore vero quo assumptus fuerat alexander, ad episcopatum Alexandrinum computari posse, videntur anni fere sexaginta, quo anno sanctus episcopus viderat Athanasium gerentem ludum ecclesiasticum, qui verisimiliter octo, & nouem aut decem etatis suae annos gerere poterat. Ex quo aetas eius vsq; ad septuagesimum annum, vel circa extēdi potuisse videtur. Verum sciscitatus Athanasius de lucessore Petrum archydiaconem Alexandrinum tribulationum suarum participem, & socium delegit, sed Lucius ab arriane partis episcopis, ad eandem sedem episcopus similiter ordinatus, veluti lupus rapax alexandriam aduolat, & potentia regia Petrum de sede expellit. At ille nauem conscendens romam ad damasum pontificem maximum profugit qui sua virtute, & sapientia pacem ecclesiis reddi procurauit Donante domino nostro Ihesu Christo, qui viuit, & regnat in secula seculorum. Amen.

Explicit vita Athanasi Alexandrini episcopi

Aboluta sunt iterum Lutecie sanctissima haec Athanasi opera. Impedio honestissimi bibliopae, Ioannis Parui. Anno ab orbe redempto, M. D. XX. ad Idus Iulias.

Tabula huius operis.



**I**N PRIMAM PAV-  
li ad Romanos epistolā  
annotata ac singularia, q̄  
q̄ plura, etiā diligens le-  
ctor excerpere sibi potest

¶ Apostolus apud gentiles ob eloquen-  
tiā Mercuri⁹ dictus. fo. ii.  
Epistola ad Romanos, cur prima in ordi-  
ne. fo. ii.  
Petrus dictus cephas fo. ii.  
Christus gr̄ce, latine vnctus, eodem.  
In veteri lege Deus solis Iudæis erat no-  
tus. fo. ii.  
Euangelii nomen Dauid/ & E aiæ notū,  
folio eodem.  
Duplex filii ortus. eodem.  
Paulus/ & barnabas segregati. eodem.  
Apostolorum officium. eodem.  
In sophistas theologos, eodem.  
Paulus quomodo dicatur in cunctis gen-  
tibus gratiam accepisse. folio. iii.  
Gratia euāgelii ad omnes pertinet. fo. iii.  
Romanorum insolentia fo. iii.  
Gratia præcedit pacem eodem.  
Deus cur dicatur Deus Abraham/ Isaac/  
Iacob. eodem.  
Dei cultus spiritalis; eodem.  
Multi modi deo seruiendi. fo. iii.  
Non egre ferendum si precando nihil cō-  
sequimur. fo. iii.  
Pauli in scribendo prudentia eodem.  
Nō esse curiose querēda facta dei. fo. iii.  
Ciuitas Romanorum insignis/ & conspi-  
cua. eodem.  
Paulus omnibus debitor. fo. iii.  
Prædicandi officium. eodem.  
Iudæus Gr̄co preponitur, ordine nō gra-  
tia. fo. iii.  
Euāgelium quibus salutiferum. eodem.  
Ira Dei in hoc seculo quātum differat ab  
ira futuri seculi folio. iii.  
Impietas ab iniustitia quid differat. iii.  
Dei cognitio hominibus indita: & a gen-  
tibus deprauata. eodem.  
Inuisibilia dei que, folio. iii.  
Gentes inexcusabiles; folio. v.

Commutare gloriam dei, eodem.  
Aegyptii ibin, Crocodilum, Cercopithecū  
colebant. fo. v.  
Tradidit in reprobū sensum quid. eo.  
Destituit a Deo quid sit. folio. v.  
Naturalis voluptas facili⁹/ ac suauior. fo. v.  
Tradi a deo folio. v.  
Incōpositi qui / & quō intelligendī fo. vi.  
Iudicare q̄ sit periculosum fo. vi.  
Iudicium dei. eodem.  
De tolerantia quibus salutaris fo. vi.  
Animo non esse concidendum eodem.  
Non in fide tantum/ sed etiam in bonis ope-  
ribus spes habenda. fo. vi.  
Iudæus/ qui plus disciplinæ suscepit/ pl⁹ pu-  
niendus folio sexto.  
Iudæorum insolentia, fo. vii.  
Deus opera/ non genus disquirat. fo. vii.  
Gr̄ci mitius punientur, q̄ iudæi eodē.  
Tres legum species fo. eodem.  
Natura humana etiā sine lege prouiden-  
tia sulta est/ & fuit. folio eodem.  
Occulta solus Deus iudicat fo. vii.  
Iudas/ & iudæus quid hebraice. eodem.  
Profelitus latine aduena/ & peregrin⁹ vii.  
Circūcisio folio. viii.  
Circūcisionis species duæ fo. viii.  
Spiritalis circūcisio fo. viii.  
Circūcisio cur tradita iudæis i signū. fo. viii.  
Caute ad iudeos loquitur Paulus. fo. viii.  
Circūcisio cordis eodem.  
Iudæi honorati sunt plurimū a deo fo. viii.  
Obiectio pulcherrima eodem.  
Deus iustus fol. viii. & ix.  
Gr̄ci mendaces folio. ix.  
Iudæi a deo electi/ postea ingrati/ & ob id iu-  
ste damnati, folio nono.  
Inutilis redditur, qui a bono diuertit. fo. ix.  
Virtus bonum est naturale eodem.  
Iudæorum insolentia deprimatur. fo. ix.  
Acrius punitur qui sciens deliquit fo. ix.  
Iusticia dei ad omnes venit per fidē fo. ix.  
Propiciatorium arce folio. x.  
Fide iustificabimur, eodem.  
Lex iustificandi vim non habuit eodem.  
Iustificatio non ex operibus legis eodem.  
Fides legem non destruit, sed iatuit. fo. x.  
Abraham ex fide non lege iustificatus. fo. x.



Tabula huius operis.

Gloriari in deo quō quis dicatur.	fo. x	Lex peccatum non est,	eodem.
Abraham preputii & circūcisionis p̄r.	fo. xi	Iners & corrupta voluntas,	fo. xvi
Abraham si iustificatus cur circūcisus.	xi.	Mica Pauli theologia, Lege nō exñte nō	eodem
Abraham credidit resurrectionem mortuo		imputa delictum,	eodem
rum,	folio. xi	Legis atiqua ipotentia, Lex a mandato	
Promissio facta Abrahæ	eodem	quomodo differt,	eodem
Abrahæ fides	eodem	Marchionistæ, Manichei,	eodem.
Abrahā cunctōrū pater cur iudicatur, eo,		Peccatū quō iterdū accipiat Paul⁹, eodē	
Ismaelitæ ex Abraham per naturam / non		Hūana natura non nisi a Christo sanari	
per fidem	eodem.	poterat, In eos qui carnem obtrectāt, eo,	
Sarra senio & sterilitate affecta,	eodem.	Hō ex duob⁹ constat, Velle aliquid sim/	
Abrahæ fides, Grā que ex baptismo,	fo. xii	pliciter Dei opus est,	folio. xvii
Patentia Christianorum propria,	eodē	Vellemalium mentis est vitium	eodē
Spes humana fallax,	eodem	Impfecta, & manca oratio i Paulo,	eodē
Spes bonorum cœlestiū non concidit,	xii.	Lex peccati in mēbris cur ita dicatur, eo,	
Christus nos per mortem quomodo iu/		Legum quattuor species,	eodem
stificauit	folio eodem	Lex naturalis insufficientes, Lex spūs,	eodē
Pauli gloria,	folio eodē	Lex peccati, eodē. Similitudo aptissimi/	
In Adam omnes deliquisse quomodo dicā		ma, folio. xviii. Legis iustificatio in no	
tur,	eodem.	bis finem nacta,	folio. xviii.
Adæ preuaricatio,	fo. xiii	Carnis prudentia quid sit, Pauli imutatio	
Vetustus Adam,	fo. xiii.	Vita carnis,	eodem
Adam forma Christi	eodem	Pcti tyrānis p̄ Xpm extincta, Substantiam	
Delictum vnius, Vnius iusticia,	eodem.	vocat que a grecis hypostasis dī, Resurre/	
Gratia superhabundauit per Christum,	fo	ctio bonorū & malorū quō differat, eo,	
lio	decimotertio,	Christ⁹ nr̄i inquilin⁹, Viuere secundū car	
Gratia sustulit iniusticiam,	eodem	nem	folio. xix
Abfit quando dicatur a Paulo,	eodem	Corp⁹ nō esse morte cōficiendū, sed corpo	
Mori peccato quod sit,	fo. eodem	ris opera, Spūs seruitutis li tera legis, eo,	
Virtutis resurrectio	eodem	A Christi mēsa q̄ repellūtur, Abba pater	
Vetus homo, id est nequitia,	folio. xiiii.	verbū iudaicū, Spūs adoptiōis, eodem	
Christus quomodo peccato mortuus dica/		Paracet⁹ & nō pact⁹, Heredes & filii,	
tur,	eodem	Passiones huius tēporis breues, eodem	
Manendum in morte peccati	eodem.	Mūdi machina i meli⁹ cōmutabitur, eo,	
Voluptates corporis quales,	eodem.	Prophetæ rebus insensibilibus & iaiatis	
Mortalitas inducta corpori p̄ delictū, eodē		viuentium personas imponunt, fo. xx	
Manichei arguuntur,	eodem	Cœlum vetustate confectum idiget mu/	
Corpus per se non est iniquum,	eodem.	tatione, Terræ machina decoranda, eo.	
Peccati imperium in nos nullum,	eodem.	Adoptati nos alteram adoptionem expe	
Doctrinæ forma,	eodem	ctamus lytrof̄is redemptio latine, eodē	
Immūdia, Peccatorum nexus,	fo. xv	Que cernūtur nō pprie dñr spari, eodē	
Pudor immūdicie fruct⁹, Stipendium pecca/		Inutilia sepe poscūt hoies, & noxia, eo.	
ti, Stipendium quid	folio quindecimo.	Dyaconus cuius figuram preferat eodē	
Iudē lege cessate, legis ptate sūt exēpti, eo,		Dei cultores cur molesta interdum pati/	
Lex iudgorū interiit, Lex nihil facit ad cor/		antur,	eodem.
poris vitia vitanda,	folio eodem.	Agnitio p̄cedit p̄destinationē, Quid	
Aia cytharistæ membra cytharæ loco, eodē		p̄destinatione	folio. xxi.
Nouitas spiritus literæ vetustas,	eodem	Subinde pro frequenter more suo, eodē.	

Tabula huius operis.

Patris in nos beneficia,	folio. xxi.	Nota diligenter,	vigesimo sexto.
Manichei stulte garrunt Christum corpus		Israelitē iustificationē nō affecti sunt, eo.	
deposuisse,	folio vigesimo primo	Compunctio quid apud Paulum,	eodem
Mori quotidie voluntate possumus non na		Ex iudgorum lapsu, ac diffidentia salus ob/	
tura,	folio eodem	uenit gentibus,	folio. xxvii
Victoria perfecta,	folio eodem	Paulus apostolum se gentium vocat, eodē	
Iudæi Deum colunt: sed non in Christo,		Patriarchæ delibatio vocantur,	fo. xxvii
folio	vigesimo secundo.	Infertus non plantatus,	folio eodē
Anathema quid,	folio eodem.	Gētilis fidei bñficio iudēis sūt plati, xxvii	
Coniucia iudgorum in deum,	eodem	Gentiles insitiū, & inductitiū, quia in iudēo	
Christus Deus vocatur a Paulo,	eodem.	rum honorem successerunt,	fo. xxvii.
Beneficia dei in iudgos,	eodem.	Secūdum naturam, & p̄ter naturam quid	
In Arrium,	folio. xxii.	apud Paulum,	folio eodem
Israelis nomen venerandum,	eodem	Esaie verba a Paulo citata	folio. xxviii
In Isaac vocabitur tibi nomen, quomodo in		Paulus israelitas confirmat,	folio. xxviii
telligendum,	folio vigesimo secundo	Altitudo diuitiarum dei,	folio eodem
Esau & Iacob pari forte vti,	folio. xxiii.	Paulus semp̄perorat cum gratiarum actio	
Gentes iudēis p̄lata,	folio eodem	ne,	folio eodem
Multa esse hominibus occulta, & soli nota		Rationalis seruitus que dicatur a Paulo, fo	
deo, folio	vigesimo tertio	lio	eodem.
Paulus non sustulit liberum arbitrium, fo/		Reuerenda spiritus innouatio	eodem
lio eodem,		Cui rei conducat mentis innouatio,	quam
De⁹ mortaliū corda q̄n obdurat,	fo. xxiiii	postulat Paulus,	fo. xxix
Cur honorentur alii, alii deiciantur non		Testamētum nouum quo modo a lege dif/	
esse querendum,	folio eodem,	ferat,	folio vigesimo nono
Pharao vas iræ,	folio vigesimo quarto	Sapere plusquā oportet quid sit apud Pau/	
Ecclesia,	folio eodem.	lum,	folio eodem
Sodomo & Gomora,	folio. xxiiii.	Fides nostra duplex	eodem
Cur gentes suscepti, iudēi vero reiecti, fo/		Prophetia,	eodem
lio	xxiiii.	Administratio donum quoddam spiritale	
Christus lapis offenculi iudgorum, eodē		dicatur,	folio eodem.
Zelum habentes non secundum scienti		Negligentia in p̄latis,	eodem.
am,	folio vigesimo quarto	Dandum cum hylaritate,	folio. xxx
Iudēi contentiosi & cupidi principatus, fo/		Non sufficit amare, nisi manus porrigatur	
lio	vigesimo quarto	egenti,	folio trigesimo.
Christus perfecit, quod lex non perfecerat,		Spes de futuro, eo. Eleemosyna,	eodem
folio	vigesimo quinto	Non delitiis, sed necessitatibus succurrēdū,	
Fidei quid interdum aduertetur	fo. xxv	fo. eo. Gaudere cū gaudētib⁹ animi ē ab om	
In fide os cordis & cor oris officio indiget,		ni inuidia liberi, eo. Superbiæ morbo labo	
folio	eodem.	rabat Roma, eo. Moyses foci consilio	
Ob paucorum incredulitatem nihil iactu/		iuuabatur,	folio trigesimo
ræ patitur euangelica veritas,	eodem.	Impios odio non esse hñdos, sed ipietatē, fo	
Ex auditu fidem constare	eodem	lio. xxxi. Congere carbones in caput iimi	
Esaie testimoniū,	folio vigesimo sexto	ci quomodo sit intelligendum,	fo. eodem.
Populus iudēus cōtumax, & incredul⁹, eo,		Non omnis princeps a deo,	folio eodem.
Helias,	folio eodem.	Potestas omnis a deo instituta q̄ late pateat.	
Iudēi prophetas primo, & inde Christum e		eodē. Princeps iusticiā excercēs ē dei mini	
medio sustulerunt	folio eodem	ster, eo. Princeps q̄ sit necessarius, eodem	

Tabula huius operis,

Tributa principibus esse p̄cedēda	fo. xxii	nae instructio nem p̄mittit non publicā,	fo. l.
Timor duplex	eodem	eadem, Olympia, eo. Osculū factū,	eodē
Totam legem implet, qui proximum amo re prosequitur	folio eodem	In ecclesiam concordem non subire scanda la, folio	trigesimo octavo.
Per charitatē reliquae virtutes cōstant,	eo.	Ventri addictus deo seruire non potest,	eo.
Mox seculum hoc exprimit dies futurum iudicium,	folio eodem.	Sathanas in tenebras tradendus,	eodem
Paulus non prohibet potum, sed vini intem perantiam,	folio eodem.	Tertius, siue (vt alii Terentius) hance p̄sso lam scripsit Paulo dictante,	folio eodē.
Mala temulentiae,	eodem.	<b>¶ Ad Corinthios,</b>	
Carnis cura quomodo sit habenda, & quate nus,	folio eodem.	Corinthii qui, Corinthii,	folio. xxxix.
Infirmi tatis est in cibis delectum iudaicum facere,	folio. xxxiii.	Christus apostolatus dignitatē sibi nō quae sierat, fo. eodē. Ecclesia quid,	folio eodem
Neophytis parcebat Paulus, & indulgebat, folio	Trigesimo tertio.	Fideles omnes vnam faciunt ecclesiam,	eo.
Vita quae fide constat,	eodem.	Verbū sine scientia, Scientia sine verbo,	fo. l.
Iudaicos ritus obseruantes tacite reprehē dit,	folio eodem.	Aduentus secundus Christi cur reuelatio dicitur,	folio eodem.
Nihil ciborum immundum,	fo. xxxiiii.	Fratres vocat Paulus Corinthios, licet p̄ua ricatos	folio eodem
Perfecti sua perfectione non abutatur,	eo.	Factiōes vitāde, quales sunt eorum, qui tra tres vocantur,	folio eodem.
Iustitiae nomine omnes virtutes amplecti tur,	folio eodem.	Christus non diuisus,	folio. xli.
Athanasius, siue Vulgarius,	eodem.	Euangelii p̄dicatio onus grauius est, q̄ ba ptismi prouincia,	folio eodem
Et si munda sunt omnia: infirmi tamen scā dalizādi non sunt	folio eodem.	Diuinitas Christi syllogismis probari non potest, eo. Inquisitores qui,	folio. xlii.
Intempesiua oburgatio nihil edificat,	eo.	Crucem cur insipientem paulus vocauerit, eodem, Areopagita,	folio eodem
Deus patientiae, & cōsolationis cur dicatur, folio	trigesimo quinto	Paulus euangelii p̄eco nulla humana sapiē tia instructus ad p̄dicandum venit, eodē.	
Gentiles ex dei misericordia salui facti,	eo.	Hominum sapiētia vocatur a Paulo eloquē tia, & vis persuadendi,	folio. xliii.
Christus cur circūcisionem admittit, eodem		Eloquentes, & oratores Paulus p̄icipes hui us seculi vocat, Mysterii definitio,	eodem.
Sacerdotale officium euangelium p̄dicat re,	folio eodem	Pylatus & iudei qui Christum crucifixerūt quem ignorabāt esse deum: qua ratione ex rati veniam promereri potuerunt,	eodem.
Gētes cum iudeis credituræ	eodem	Mundi spiritus quid,	eodem.
Odiū inter gentiles, & iudeos,	eodem	Spiritibus spiritalia cōparare quid,	xliiii.
Romani tumidi, & ideo sermone blando le niendi, eo. Sanctitas non ex fide tantum/ sed ex bonis operibus,	eodem.	Animalis homo quis,	eodem.
Prodigium, & signum differunt,	fo. xxxvi	Miracula interdum per indignos geruntur folio	quadragesimo quarto.
Illyricū continuum Vulgariae,	eodē.	Euangelii ministrum se vocat Paulus, to lio	eodem.
Pauli beneuolentia in Romanos,	eodem.	Paulus architectus,	fo. xlv.
Eleemosyna cur a Paulo dicatur communi catio, eo. Paulus tribuit romanis quēdam vt illi eadem assequi niteretur,	fo. xxxviii	Christi fundamentum,	folio eodem.
Paulus ex opificio victitabat, Nam texebat tentoria, eo. Nuptiae impedimento virtu ti non sunt, fo. eo. Foemina apostolico fun gens officio, eo. Paulus primatum foemi		Castitas auro comparatur,	eodem
		Castitas auro cōparatur, nuptiae argēto, eo.	

Tabula huius operis.

Dies domini quis,	folio. xlv	Fidelis cum infideli matrimonio non copu latur,	folio quinquagesimo secundo.
Peccatum nihil,	eodem.	Questio singularis,	eodem
Humana sapientia cōtemptibilis apud de um,	folio eodem	Connubium dissoluendum magis q̄ pietas/ ac dei cultus dimittendus,	eodem.
Adam cur mortalis effectus	folio. xlvii	Aduerte. Circūcisi, Libertus,	folio. liii.
Myseria cunctis aperienda non esse, neq passim,	folio eodem.	Liber, Libertas, Virginitas,	eodem.
Hominis dies quid in sacris litteris sit, fo lio	quadragesimo sexto	De virginitate nihil statuit Paulus,	eodē.
Iudicium humanum fallitur,	folio. xlvii.	Nexus connubiū,	eodem.
Discipulorum perfectio p̄ceptoribus op tabilis,	eodem	Matrimonii cura,	eodem.
Infirmi tatis quid apud Paulum,	eodem.	Vxores habentes sint tanquā non habentes, Folio	quinquagesimo quarto;
Paulus reprehendit lucri causa p̄dicantes, folio	quadragesimo septimo.	Procacitas vxoria,	eodem.
Peripsema quid,	eodem	Vera virginitas, Secunda nuptiae,	eodem.
Timotheus a Paulo missus,	fo. xlviii.	Consilium pauli quale sit accipiendum,	fo lio
Rem habens cum nouerca,	folio eodem.	Idolothya, Charitas potior est sciētia,	eo.
Paulus graece sapientie ignarus sperneba tur, folio.	quadragesimo octavo.	Idolorum vanitas,	folio. lv.
Horredum scelus eius, qui cum nouerca mi seebatur,	folio eodem	Deus vnus, Graeci,	eodem.
Corpus affligendum,	folio. xlix.	Paulus Christum cur raro deum vocet, fo lio,	quinquagesimo quinto.
Quid iuris habuerit sathanas in Iob. xlix.		Diū cōmentitiū. Idolothya māducates, lv.	
Vetus fermentum quid apud Paulum, fo lio	quadragesimo non no.	Paulus optimus p̄ceptor,	folio. lvi.
Azima quid vocet Paulus,	eodem.	Paulus a discipulis nihil accipiebat,	eodem.
Idolothya	folio eodem.	Paulus abortiuus,	eodem.
Gentiles qui feris sunt	eodem.	Foeminae locupletiores sequebantur aposto los,	eodem
Improbi e medio tollendi	eodem.	Ioannes, & Iacobus fratres dñi cur,	eodem
Angelos demones appellat Paulus, fo. l.		Apostolatus militiā quēdam,	eodem.
Melius tolerare iniuriam q̄ inferre, eodē		Pastor de lacte comedit, non lac totum ab forbet,	eodem.
Molles qui,	folio quinquagesimo.	Apostoli aratoribus, & triturantibus com parantur, eo. Adulteri p̄ceptores,	fo. lvii.
Ex gula fornicatio,	eodem.	Leuita, Mos veterum sociorum,	fo. lviii.
Futuri seculi conditio,	eodem	In sacerdotes, vel p̄dicatores mercaturam exercentes, eo. Voluntaria libertas gloriam p̄meretur, eo. Paulus dispensator,	eodē.
Deliciarum finis est fornicatio,	eodem.	Paulo multis, non cunctis p̄desse licuit,	eo.
Fornicationis immundicia,	folio. li.	Profeliti	fo. lviii.
Inuidia animi perturbatio, non actus, fo lio	quinquagesimo primo	Esculapius apud Athenienses, Paulus cō cionatus, Brauium victoriam,	eodem.
Liberum arbitrium a nobis nō aufert Pau lus,	folio eodem.	Paulus se in exemplum adducit,	fo. lviii.
Non esse abutendum nuptiis per intempe rantiam,	eodem.	Corpus aduersus animam tyrannis, eodē.	
Maritus, & vxor sibi inuicem seruiunt, & do minantur, eo. Coitus orationem interpellat fo. l.ii. Paulus indulgenter quēdā permittit fo. l.ii. Celibatus deidoneum est,	fo. lii.	Baptismi figura, Baptizati in Moysi,	lix.
Infidelitas adulterio peior,	folio. lii.	Christus lapis spiritalis,	folio. lix.
		Historia madian,	folio eodem.
		Iudicium dei pro foribus adest	eodē.
		Humana tentatio quomodo accipiatur a aa. liii	

Tabula huius operis,

Paulo,	folio.lix.	Lingua angelorum quid sit,	fo.lxvii.
Sacramentū eucharistiæ, Cōmuniō,	fo.lx.	Miracula vel verbis vel opere constare, eo,	
Carnis natura prior prauis facinoribus cor- rupta,	folio sexagesimo.	Macrothymos quis,	eodem.
Melæ mystice pticipes deo sodales sunt, eo,		Magnanimitas quæ,	eodem.
Proximi querenda vtilitas,	eodem.	Perperos & perperam quid,	eodem.
Venale quicquid est manducandum, eodē		Charitas liuore non tenetur, non elatione,	
Conscientiam non offendamus,	eodem.	Folio,	sexagesimo septimo.
Libertas quid Paulo,	folio.lxi.	Charitatis opera,	eodem.
Paulus anathema esse cupit p fratribus, eo,		Charitatis simplicitas,	eodem.
Philosophi barbā promittebant. i. cresce- re sinebant,	eodem.	Charitas in futuro seculo aliis cessantibus permanura est,	folio.lxxiii.
Paulus non omnia mandata sua literis mā- dauit, eo, Christus ecclesiæ caput,	eodem.	Facie ad faciem quomodo exponi debeat,	
Vir cur caput mulieris,	eodem.	Folio	sexagesimo octauo.
Caluitium dedecet fœminam	eodem.	Fide in omnes diffusa prophetiæ euacuā- tur,	folio eodem.
Indecorum fœminæ si caput detexerit orās	fo.lxii.	Linguarum & prophetiæ discrimen, eodē	
Vir cur prestet fœminæ,	fo.lii.	Reuelatio speciem habet prophetiæ, eodē	
Mulier esse debet velata, vt sit seruitutis in fi- gne, eo, Mulier ex viro,	eodem.	Prophetia,	folio.lxix.
Ignominia est viro, si comam nutriat, eo,		Linguarum varietas	folio eodem.
Probleuma,	folio sexagesimo secundo.	Basilii meminit, qui fuit Athanasio posteri- or, eo, Basilii, Montani heresis,	eodem.
Vetus ecclesiæ mos omnia communicandi, eo, Christiani primum vna cibū capiebant	eodem.	Prudentia serpentis, Simplicitas columbæ,	
Ut particula quomodo,	folio.lxxiii.	Folio,	septuagesimo
Cœna dominica conuictus,	eodem.	Fideles signis non egent,	folio.lxx.
Mos iudgorū, Pauli mos in disputado, eo,		Linguarum gratia, Nabuchodonolor, eo,	
Immaturæ mortes propter indigne sum- ptum corpus Christi,	folio.lxxiiii.	Christiani proprium quid sit,	eodem.
Supbi ob spū sancti gratiam,	eodē.	Propheta iileant, si velint	folio eodem.
Vaticinator, & propheta quomodo differūt		Mulier sileat, & viro obediat,	folio.lxxi.
Cathecumeni qui instruuntur in fide, eo,		Sileant fœminæ,	folio.lxxi.
Demonēs qñ dñm confitentur,	eodem.	Resurrectio caput est, & principium nostræ fidei,	fo.eodem.
Sophia,	folio eodem.	Christianitatis tota vis in resurrectionis dog- mate sita est,	folio.lxxi.
Linguarum gratia apostolis data,	fo.lxv.	Resurrexit secū dum scripturas cur dicatur, eo, Figuræ resurrectionis,	eodem.
Xps caput ecclesiæ, Ecclesia corpori p̄siliis, eo,		Christus quomodo apparuit vndecim apo- stolis, & quomodo, v̄i athiæ,	eodem.
Membrorum vices, & officia,	eodem.	Abortiuus Paulus cur,	folio eodem.
Membrorū auxilia sunt mutua,	fo.lxvi.	Paulus fidem suis dictis conciliat,	eodem.
Genitalia membra necessaria,	folio eodem.	Ex Christi resurrectione probatur, & ad- struitur resurrectio mortuorum	eodē.
Oculi necessarii,	eodem.	Resurrectio mortuorum adstruitur, lxxiii.	
Inhonestum nil natura vel turpe,	eodem.	Corpus etiam glorificandum,	fo.lxxiii.
Membrorum bona, & mala comunicabi- lia,	folio sexagesimo sexto.	Resurrectio mortuorum destruitur,	fo- lio
Propheta etiam in nouo testamento, & qui tales fuerunt,	eodem.	Manichei negabant resurrectionem mor- tuorum,	folio septuagesimo tertio
Aduersariis, id est, demonibus corpora ob- sidentibus,	folio eodem.	Regnum duplex in sacris literis,	eodem.

Tabula huius operis,

Donec particula quomodo,	fo.lxxiiii.	Passiones huius seculi,	folio.lxxx.
Basilii,	eodem.	Pressuras Dauid portas inferi vocat,	fo- lio,
Pauli mos in scribendo,	eodem.	lio,	octuagesimo.
Gregorius Nyssens,	folio eodem.	Sermo vulgaris,	eodem.
Marchionistarum mos vesanus,	eodem.	Paulus ex conscientia puritate gloriatur,	
Paulus semper mori paratus,	eodem.	Folio	octuagesimo primo
Incredulitas futurae resurrectionis expectā- di licentia,	folio.lxxv.	Sophismatum perplexiones	fo.lxxxii.
Corpus splendidius resurrecturum, eodē		Gloriari licebit bonis in die iudicii, eodē.	
Iustorum corpora quantum differant a cor- poribus impiorum in resurrectione, eo,		Spiritu trahitur Paulus, nec potestatem ha- bet quo velit abundi,	fo.lxxxii.
Stella a stella differt,	eodem.	Dei promissa firma,	eodem.
Animale corpus, Spirituale corp⁹,	fo.lxxvi.	Sacerdotes & reges oleo vngebantur, eodē	
Origenis error,	folio eodem.	Ad fidem nemo cogitur,	eodem.
Primus Adam, Nouissimus Adam, eodē		Paulus sese hominum affectibus accommo- dans,	eodem.
Adam quid,	folio eodem.	Suorum profectu letatur Paulus, fo.lxxxiii.	
Apollinaris error,	eodem.	Paulus Corinthios prudenter demulcens,	
Actiones carnales non hereditabunt cœlū,		Folio	octuagesimo tertio.
Folio	septuagesimo sexto.	Suscipiendi, & consolandi peccatores ne de- sperent,	eodem.
In ictu oculi quomodo,	eodem.	Paulus obsecrat quæ poterat iubere, eodem.	
Per tubam in iudicio quid significatur, fo- lio	septuagesimo septimo.	Troades,	folio.lxxxiiii.
Corruptio a mortalitate quomodo diffe- rat,	folio eodem.	Euangelium odorum & suauē,	eodem.
Scorpius animal,	folio eodē.	Mulum sues, ac cancos p̄focat,	eodem.
Corinthii de resurrectione subdubii, Fo- lio	septuagesimo septimo.	Pseudo apostoli,	eodem.
Virtutum fastigium eleemolynæ,	eodem.	Moyse veteris legis minister,	eodem.
Vna sabbati est dies dominicus	eodem.	Paulus nouæ legis doctor,	eodem.
Gratia quomodo,	folio eodem.	Lex spiritalis cur,	folio.lxxxv.
Paulus suam Corinthiis beneuolentiā ostē- dit,	folio septuagesimo octauo.	Lra occidit, spūs viuificat quō,	lxxxv.
Timotheus promptus ad pericula fubeun- da,	fo.lxxviii.	Legis veteris & nouæ differentia, Fo- lio	octuagesimo quinto.
Apollo Timothei frater	eodem.	Cōparatio non cadit inter dissimilia, eo.	
Achaia grecia,	eodem.	Israeliticus populus rudis,	folio.lxxxv.
Paulus artis scenofactoriæ peritus fo- lio	septuagesimo nono.	Testimonia quibus lex vetus erat dissoluen- da,	folio octuagesimo sexto.
Maranatha vox syra,	fo.lxxix.	In lege iugum, In lege noua libertas, Fo- lio	octuagesimo sexto.
Officium p̄ceptoris quod,	folio eodem.	In pseudo apostolos	folio eodem.
Paulus in hac epistola moram suam pur- gat,	folio septuagesimo nono.	Falsi apostoli sunt etiam qui mali,	eodē.
Paulus Timotheum nunc filium/nunc ad- iutorem, nunc fratrem vocat,	eodem.	Infideles euangelii fulgore execantur, Fo- lio	octuagesimo sexto.
David cantus post adeptam victoriam,		In Marchionistas & Manicheos,	fo- lio
Folio	octuagesimo.	Infidelibus sensus excecati,	folio.lxxxvii.
Apostolorum & p̄dicatorum officium,	octuagesimo.	Trinitatem asserit Paulus,	fo.lxxxvii.
Folio	octuagesimo.	Vas fictile corpus mortale,	folio
		octuagesimo septimo.	
		Via regia,	folio eodem.
			aa.iiii.

Tabula huius operis.

Mos Pauli in docendo,	fo. lxxxvii.	conuiciatur, eo.	Cōtritiō peccati medela, eo.
Apostoli falsi dei gratiam sibi vendicantes,	folio octuagesimo octauo.	Inuicem fornicantes, mutua se iniuria afficiunt,	folio nonagesimo tertio.
Exterior homo, homo interior,	fo. lxxxviii.	Præceptores Pauli in discipulos charitatem imitentur,	folio nonagesimo quarto.
Inuisibilia æterna,	eodem.	Timor charitatis expers,	folio. xciii.
Corporis incorruptio e celo,	eodem.	Macedonum in pauperes liberalitas, eodē.	
Ineffabilis animi erga corpus affectus,	fo. lio octuagesimo octauo.	Macedones,	eodem.
A peccato oritur corruptio,	eodē.	Opes pietatis religionis,	folio. xcvi.
Non abstinentum tantum a malo, sed ab omni suspitione & specie mali,	folio. lxxxix.	Macedones iidem & thessalonicenses, eo.	
Primitiæ nostræ,	folio eodem.	Equalitas bonorū quomodo fiat inter Christianos,	folio nonagesimo quinto.
Secundum carnem viuere qui dicantur, & Christus quomodo secundum carnem dicatur vixisse,	folio. XC.	Manna colligentes Hebrei,	eodem.
Mira muratio veteris legis,	eodem.	Titi laus,	folio eodem.
Mira dei clementia	eodem.	Predicationē Barnabæ euāgeliiū vocat, xvi.	
Apostolus Christi loco legatione fungitur,	folio nonagesimo.	Barnabas,	folio eodem.
In fide sola non consistit iusticia, Tempus acceptabile,	eodem.	Infirmorum conscientiam Paulus veretur offendere,	eodem.
Nemini danda offensio,	eodem.	Exēplis ad bonum ducuntur homines, eo.	
Plagis & carcere afflictus Paulus,	fo. xci.	Macedones, folio nonagesimo septimo.	
Anius adamantinus,	eodem.	Fructus eleemosynæ	folio. xcvi.
Non adeundæ tentationes, sed si offerantur tollendæ,	folio eodem.	Eleemosynam ab inuito extorquens, xvii.	
Vxoris conuitia permolesta,	eodem.	Eleemosyna confert ad bonorū abundantiam,	folio eodem.
Gaudium internum & spiritale,	eodem.	Iusticia nomine pietas significatur, eodem.	
Omnibus abundat, qui bonis vitæ huius non inheret,	eodem.	Quomodo utendum opibus,	eodem.
Obiurgandi fiducia charitatis est indicium	folio xci.	Donandum iis potissimum, qui ceteris sunt meliores,	folio. xcvi.
Belial quis,	folio nonagesimo secundo.	Pauli sancta iactantia,	folio eodem.
In fideles idolorum,	folio. xcii.	Præceptor sit ad puniendum tardus, eodē.	
Deus impiis habitat, in ambulat, obambulat, folio nonagesimo secundo.		In syllogismos Areopagita Pauli conuertitur,	folio nonagesimo octauo.
Immundicia duplex corporis & animi, folio		In falsos, & insolentes apostolos,	fo. xcix.
Sanctificatio quid,	eodem.	Paulus se ipsum suo modo metitur,	eodem.
Dei sola reuerentia libidinis furorem refoluit,	eodem.	Pseudo apostoli,	eodem.
Pecunias sub obtentu predicationis nullas Paulus subtraxit,	eodem.	Discipulorum profectu præceptoris fama crescit, & ampliatur,	eodem.
Attende Pauli doctrinæ constantiam,	folio nonagesimo secundo.	Paulus cur se tantopere laudauerit,	C.
Titus, fo. xciii.		Serpentis astutia, Quæ simplicitas,	eodem.
significat desiderium,	folio. xciii.	in fallaces apostolos,	folio eodem.
Præceptor obest, si peccantibus discipulis non		Sermonis lenocinium,	folio centesimo.
		Paulus sermone non scientia imperitus, folio	centesimo.
		Simulatio ac duplicitas in falsis apostolis	folio centesimo primo.
		Paulus nemini onerosus fuit,	folio. ci.
		Paulus a donis abstinens	fo. Ci.
		Cur dona acciperet Paulus,	folio. Ci.

Tabula huius operis.

Diabolicum qui ad ostentationem geritur,	folio centesimo primo.	lio	centesimo octauo.
Paulus petit se tolerari ac sustineri, folio. ci.		Neomeniarum & sabbatorum obseruatio,	folio eodem.
In sapientes, qui carnalia luctant, eodem.		Paulus male auduit quæ circumcissionem aliquando permittit, aliquando non,	eodem.
Corinthii falsis apostolis succumbentes, & seruietes,	eodem.	Ecclesia cœcordiam & conuentionem significat,	folio centesimo nono.
Non omnes hebrei israelitæ,	eodem.	Christus quid	eodem.
Apostoli labores, eo. Pauli persecutiones, eo.		Nequam seculum quid apud Paulum,	folio centesimo nono.
Domini vndiq; Paulo certamina proponebat,	folio centesimo tertio.	Galathæ seducti a pseudo apostolis,	folio eodem.
Paulus nudus & famelicus,	eodem.	Marchionista,	eodem.
Paulus non expressit numerum eorum quos ad Christum conuerterat,	eodem.	Quattuor euangelistarum vnum est euangelium,	folio eodem.
Arcta foer Herodis,	eodem.	Marchion hereticus,	eodem.
Paulus hūanæ salutis ardore incensus mortem fugiebat,	eodem.	Sacerdotes angeli dicuntur,	folio centesimo decimo.
Reuelatio pluris est quæ visio,	eodem.	Nullam esse cuiusquam dignitatis habendam rationem, vbi de fide agitur,	folio centesimo decimo.
Paradisi celebre nomen Apostoli tpe. c. liii.		Euangelium Paulo reuelatum,	eodem.
Primum cœlum quid sit, quid secundum quid tertium,	folio. Ciiii.	Ecclesiam persequatur Paulus, zelo legis & Dei, non odio,	eodem.
Pauli raptus explicatio,	eodem.	Detractores Paulum discipulorum discipulum vocabant,	folio. Cxi.
Pauli corpus a demone non diu exabatur,	folio centesimo quarto.	Cleophes & Ioseph germani fuere, eodem.	
Angeli sathanæ	eodem.	Ioseph Beatissimæ virgini loco patris fuit,	folio centesimo vndecimo.
Paulus veneris stimulo vexatus,	eodē.	Titus & Barnabas Pauli socii,	eodem.
Paulus gloriatur in infirmitatibus, fo. cv.		Paulus cur Hierosolymam reuersus,	folio centesimo vndecimo.
Nunquā gloriandum ni cogat necessitas, eo.		Cur ab Apostolis quibusdam permittitur circumcisio,	folio eodem.
Elymas,	folio eodem.	Circumcisio permittitur ab apostolis per indulgentiam,	folio centesimo duodecimo.
Nihil nequæ Paulus accipiebat, neque suos accipere nolebat,	folio eodem.	Deus hominum, perionarumque non est acceptor, folio centesimo duodecimo.	
Lucas Tito comes additus ab apostolo, cvi.		Paulus se Petro parem demonstrat,	folio centesimo duodecimo.
Pauli summa clementia	folio. Cvi.	Cur Petro Paulus restiterit,	folio eodem.
Pertinaces in vulnere accepto plorandi, eo.		Petrus timebat a Paulo reprehendi,	folio centesimo duodecimo.
Paulus minatur Corinthiis,	eodem.	Paulus non accusauit Petrum de hypocritis ut quidam putant,	eodem.
Infirmi nominem quid Paulus significet,	folio centesimo sexto.	Iacobus episcopus Hierosolymitanus,	folio centesimo decimo tertio.
Stultitiam Paulus appellat predicationem,			
Filius virtus patris est,	folio. Cvii.		
Veritati aduersantur: qui delinquentes poenis non afficiunt,	eodem.		
Pauli seueritas in castigando	eodem.		
Recti conscientia nos solatur,	eodem.		
Deus pacis cur,	folio centesimo octauo.		
Paracletus Paulus spiritum sanctum adstruit, non autem negat,	eodem.		

Ad Galathas.

Caustera Pauli ad Galathas Epistola, fo

Tabula huius operis.

Quidam non Petrum, sed Cepham vnum ex duobus, & septuaginta a Paulo volunt re prehensum, folio. Cxiii.	Legis molestia, & iugum, folio. cxix.
Christus cum gentilibus vescebatur, eodē.	Fides quę charitate caret, ociosa est, eodem.
Animam lex non sanctificat, eodem.	Paulus de hypocritis reprehensus, eodem.
Lex inanis reddita, & superuacua, eodem.	Aliud circumcidere ex dispensatione, aliud circumcisionem predicare, folio. cxx.
Legi mortuus, folio. cxiiii.	Cupiditas mater omnium heresum, eodē.
Contra arrianos, eodem.	In manicheos, eodem.
Ex fide non ex lege sanctitas eodem.	Terrestris contemplatio spiritali contraria, folio eodem.
Crucem potissimum affert, folio eodē.	Emulatio bona, ceterisimo vigesimo prio Charitas radix bonorum omnium, fo. cxxi.
Spiritus est signa edere, eodem.	Carnem crucifigere, folio eodē.
Heretici poenitentiam tollentes, eodem.	Peccanti non statim admouenda esse sup plicia, folio eodem.
Abrahę filii qui, folio. Cxv.	Cathecumeni, folio eodem.
Fides lege prior, Lex peccati causa, eodem.	Cur a discipulis Christi iussit alimenta pre ceptoribus deferri, folio eodem.
Lex a fide quomodo differat, eodem.	Seueris. i. seminaueris, eodem.
Christus maledictum effectus, vt gentibus innotesceret, folio eodem.	Morbi ex nimio luxu, eodem.
Fides testamentum aliquid, fo. eodem.	Eleemosyna & gentilibus, & iudeis prestan da, folio ceterisimo vigesimo secundo.
Semen Abrahę Christus, eodem.	Paulus scribendi imperitus, Cxxii.
Lex cur tradita, folio ceterisimo quidecimo	Quomodo quis gloriari dicatur i. iuce do minii, folio ceterisimo vigesimo secundo.
Lex a Christo lata ab eodem abrogari pos tuit, folio. Cxvi.	Mundus quid, eodem.
Lex parietis loco erat, fo. eodem.	Stigma Christi in Paulo quomodo, eodē.
Baptismo abluti priuatam abiecerunt naturā & induerunt figuram, & formam nouā, eo.	Fratres omnes sumus baptismo effecti, eo.
Elementa mundi quid Paulus vocet, eodē.	Ad Ephesios.
Adoptati a patre, & coheredes a filio facti, folio ceterisimo decimo septimo.	Ephesus vbi, Ioannes apud Ephesum mor tuus, Philosophi clari apud Ephesum, eodē.
Dierum obseruatio idolatria est, fo. Cxvii.	Ep̄la ad Ephesios referta miseriis, fo. cxxiii.
Gręci philosophi, folio eodem.	Mundi constitutio, folio eodem.
Neomenia, eodem.	Sanctus immaculatus, eodem.
Fratres omnes ex baptismo, fo. Cxvii.	Adoptione dignos dei charitas fecit, eodē.
Galatharum in Paulum summa beneuolē tia, folio ceterisimo decimo septimo.	Deus an sit glorię cupidus, & quō. eodem.
Recta emulatio, folio eodem.	Christi aduentus inconprehensibilis est sa pientię eodem.
Apostolus galathas iterum parturiens quo modo, folio. Cxviii.	Ob iudeorum contumaciam acciti gentiles folio ceterisimo vigesimo quarto.
Legis vilitas, folio eodem.	Gentium vocatio superne predestinata, fo lio ceterisimo vigesimo quarto.
Fides nobilitat, eodem.	Spiritus nobis pro pignore datus, eodem.
Ismael ex ancilla susceptus, folio eodē.	Pauli charitas eodem.
Agat lex vetus, eodem.	Paulus fidem vbiq; cum charitate coniun git, folio ceterisimo vigesimo quarto.
Lex ferulis erat, folio eodem.	Basilius, folio eodem.
Sarra superiorem Hierusalem significat, fo lio ceterisimo decimo octauo.	Fides nostra ex maxima dei virtute, fo lio ceterisimo vigesimo quinto.
Mensa mystica, folio eodem.	
Ecclesia Sarrę instar, eodem.	
Isaac/Ismael, eodem.	
Lex destructionē sibi ipsi inducēs, fo. Cxix	

Tabula huius operis.

Christi celsitudo, folio. cxxv.	Apostolos prophetis preponit Deus, fo lio cxxxii.
Christus caput ecclesię, folio eodem.	Christi plenitudo folio. Cxxxii.
Ecclesia Christi pfectio, fo. Cxxv.	Varias doctrinas ventos Paulus vocat, fo lio. Cxxxii.
Mors corporea ab Adam initium sumpsit, eodē.	Preceptoris officium etiam absterrere, fo lio eodem.
Spiritalis a nobis ipsis defluxit, eodem.	Insensibilitas, & dementia ex vitę impuri tate, folio. cxxxiii.
Diabolus princeps aeris, eodem.	Permitti, & deserui a Deo quomodo quis dicatur, & nota, folio eodem.
Diabolus cur princeps aeris dicatur a Pau lo, eodem.	Virtus stabilis veritatem prefert, delictum falsitatem, folio eodem.
Caro culpanda non est, sed mens, & cogita tio, folio. cxxvi.	Homo nequitia, eodem.
Ira filii quomodo, eodem.	Homo virtus, folio eodem.
Basilius in Mattheum, eodem.	Nouus homo, folio. Cxxxiiii.
Angeli humanam naturam veneratur, eo.	Iracundia quę sine delicto, eodem.
Non creati sumus ad ocium, eodem.	Sapron. i. marcidum, eodem.
Israelitę sancti, & deo familiares fo. cxxvii.	Sermo de deo, folio eodem.
Gentes, & Israelitę in vnum per fidem con tinere, folio eodem.	Equus, & sessor, folio eodem.
Gentes vt serui, Israelitę vt filii deliquerunt Israelitarum ingenuitas, eodem.	Fili ex ipsa dilectione, folio eodem.
Materia, i. murus, vel septum lapideum, fo lio ceterisimo vigesimo septimo.	Vitia vitanda, Ex sermone ingressus ad res ipsas folio. Cxxxv.
Lex dei decreta, eodem.	Hortus frendens, eodem.
Gentiles, & Iudei in lapide angulari consti tuti, Aduerę qui, & hospites, fo. cxxviii.	Gentiles hanc coeli, & terrę structuram ve nerabantur, folio eodem.
Mystica structura templi dei, eodem.	Filii dissidentię qui, eodem.
Christus angularis lapis cur, eodem.	Filius lucis quis, eodem.
Paulus vas electionis, eodem.	Similitudo apta, eodem.
Propheta noui testamenti, fo. cxxix.	Peccatis immerfus, folio. Cxxxvi.
In euangelii ministerio tria prestanda, fo lio ceterisimo vigesimo nono.	Vini immoderata potatio iracundos facit folio eodem.
Euomius hereticus, folio eodem.	Dictum Terentii, folio eodem.
Vocatio gentium latuit, & angelos, & archa gelos, eodem.	Deus maximam habuit matrimonii curā folio eodem.
Fides fiduciam adiecit, & confidentiam, fo lio ceterisimo vigesimo nono.	Viro subiecta sit vxor, folio. Cxxxvii.
Constantiam precipue Ephelis precatur, folio ceterisimo trigesimo.	Christus est ecclesię caput, eodem.
Homo interior, eodem.	Vxoris improbitas tcleranda, eodem.
Gregorius Nyssenus eodem.	Amor in vxorem qualiter esse debeat, fo lio cxxxvii.
Charitas omnem scientiam antecedit, fo lio eodem.	Eua, folio eodem.
Adoptati gentiles fo. eodem.	Adam, folio eodem.
Humilitas mater omnium virtutum, fo lio ceterisimo trigesimo.	Vxor optimis moribus formanda, fo lio ceterisimo trigesimo septimo.
Spiritus vnanimitatis auctor fo. cxxxii.	Vxori cohabitandum, & coherendum, fo lio eodem.
Spiritus pro animi promptitudine eodē.	Vxor non appetat principatum in do mo, folio eodem.
Contentus esto data tibi gratia, ne quid vl tra scrutare, folio eodem.	
Paulus Samofateus, & Hestorius eodē.	

Tabula huius operis.

Patri mala iuberi non eparendu, cxxxviii	Odio digni infideles, eodem.
Legis mandata sine merito, eodem	Adulterinum dogma, fo. cxlii.
Teneris annis sermonis prolixitas non conuenit, fo. cxxxviii.	Iustitia genus virtutis, eodem.
Non monachorum tantum / sed cuiuscumq; Christiani est literis intendere, eodem.	Adulterina & falsa dogmata, eodem.
Serui qualiter tractandi & amandi, eo.	Apocaradocia fo. cxlii.
Seruorum fides, eodem	Paulum in vincula coniecit Nero cxlii
Paulus sermonem attemperat: & variat, folio Cxxxix.	Non omnia alienis precibus permittenda, folio Cxliii.
Seruitus non est a deo instituta eodem.	Vita quot modis, eodem
Machinationes diaboli, eodem	Mori Paulo lucrum erat, eodem.
Mundus quid in sacris literis, demones qui bus imperant, fol. cxxxix.	Vita non mala / sed vitæ abusus eodem.
Dies malus dies iudicii, eodem	Excelsa mens Pauli, eodem.
Stadium post victoriã ne victus resurgat in victorem. folio. cxxxix	Contemnenda pericula, & mortes, eodem
Lumbi in animantibus id quod, Carinæ in nauibus, folio eodẽ.	Sine deo nihil rectum fieri posse. fo. Cxlv.
Heretici humi reptat folio. cxl.	Ad vnanimitatem hortatur Philippenes, folio cxlv.
Renes quid significant in sacris literis, folio centesimo quadragesimo.	Inanis gloria parit inuidiam, eodem.
Fides pro scuto folio. cxl.	Opinionem preumptam saluti conducere folio cxlv.
In sophistas, eodem.	Marchion hereticus, eodem.
Abrahæ fides, eodem.	Marcellus, eodem.
Gladius spiritalis dei verbum, eodem.	Photinus, eodem.
Continue orandum, cxl.	Sabellius, eodem.
Apostoli summa humilitas cxl.	Arrius, eodem.
Culter dei fiduciam prefert, folio. Cxli.	Apollinaris, eodem.
Tychicus, Basilus, eodem.	In hereticos pulchra, & acuta disputatio, folio centesimo quadragesimo quinto.
Corrupti quomodo, eodem	Appollinaris hereticus, folio. Cxlii.
	Marchionista delirantes, eodẽ.
	Christus ex anima & corpore & diuinitate constabat, folio. cxlvi.
	Christus non vnus e multis, sed ex multis vnus eodem.
	Mors crucis quibus deberetur, eodem.
	Filii exaltatio patris gloria, eodem.
	Paulus non tollit liberum arbitrium, eodẽ.
	Ingrati est murmurare folio. Cxlvii.
	Mortem Paulus appellat immolationem, folio cxlvii.
	Timothei apostolatus eodem.
	Epaphroditus, eodem.
	Paulus attemperat se audientibus, folio quadragesimo octauo.
	Epaphroditus, fo. cxlviii.
	Epaphroditus, eodem.
	Iudeos canes vocat, eodem.
	Sabbatum propter circumcisionem solue batur, eodem.
	Vera circumcisio, eodem.

Ad Philippenes.

Philippenes qui, fo. cxli
Iudeos canes nuncupat Paulus, eodem
Cur se apostolum in quibusdam vocat Paulus, in quibusdam non, eodem.
Episcopi sacerdotes, fo. cxli.
Episcopi vocabantur diaconi tantum, Presbyteri episcopi dicebantur, fo. Cxlii
Dona dei superbie causa sunt incautis, eodẽ
Suppedians opem bene agentis, quid assequatur, folio eodem.
Deus non operatur nisi in volente, cxlii
Paulus Neroni, folio eodẽ
Cur Deum testem aduocet Paulus, eodẽ.
Amandum cum iudicio eodem.
Amandi fideles, eodem.

Tabula huius operis

Paulus etiam ex circumcisus, Fo. Centesimo quadragesimo octauo.	Dogma quibus implicantur collossenses, Folio centesimo quinquagesimo quarto
Profelytum, id est aduenam, eodem	Collossæ phrigiæ ciuitas iuxta Laodiceam, folio. cliiii
Tribus Benjamin ceteris testator, Fo. Centesimo quadragesimo nono	Euangelicus sermo, veritatis sermo, folio. cliiii.
Phariseotum secta probatissima, eodem	Amor stabilis, qui ex spiritu constat, folio centesimo quinquagesimo quarto
Pharisei, folio. cxlix.	Quo pacto quis dei filius efficiatur, Folio centesimo quinquagesimo quinto.
Gratia legem superat eodem.	In tristitia agi debent gratiæ, eodem.
Lex inutilis emergente gratia, eodem.	Hominem imaginem dei appellare, folio centesimo quinquagesimo sexto
Natiuitas Christi excellentior eius resurrectione, folio. cxlix.	Quomodo Paulus opiniones Collossensium refutet, eodem.
Christiani efficiuntur per passiones, Fo. Centesimo quinquagesimo	Verba Ioannis euangelistæ fo. Clvii.
Resurrectionis modus, Fo. Cl.	Christus ante omnia genitus, eodem.
Paulus semper prouidens in virtute, nec retro aspiciens, eodem.	Que conciliata dicantur, eodem.
Certamen Pauli, eodem.	Paulus euangelii minister, fo. clviii.
Crucis inimici qui, eodem.	Per Dei dispensationem ministerium dei significari, folio eodem.
Cultus ventris, eodem.	Circumcisio per spiritum sanctum facta, folio centesimo sexagesimo
Veter quibus deus sit folio. cl.	Christus chyrographum peccati sua morte deleuit, folio. clxi.
Corpus idiplum permanens transfigurabitur, fo. centesimo quinquagesimo primo	Christus non ab re palam mori voluit, occulte vero resurgere, folio. Clxi.
Futura glorificatio corporis nostri, fo. Centesimo quinquagesimo primo	Christus ecclesiæ caput, Folio. clxii.
Errare eos qui Paulo vxorem tribuunt, Folio eodem.	Per baptismum Christo commorimur, Folio centesimo sexagesimo secundo
Longe a prima ecclesia degenerauimus, Folio eodem.	Baptismus mergendo mortem denunciat, emersione vero resurrectionem figurat, Folio centesimo sexagesimo secundo
Scripti in libro vitæ qui, eodem	Presens vita est mors, eodem.
Gaudere in domino eodem	Daniel vir desideriorum fo. clxiii.
Orationes ad deum quid conerant, Fo. Centesimo quinquagesimo primo.	Vetus homo, eodem.
Pax mentem omnem excedens, Fo. Centesimo quinquagesimo secundo.	Christus & omnia in omnibus, & omnes vnus sumus in ipso, folio. clxiii.
Beatius dare q̄ accipere, fo. Clii.	Debemus his, qui digni sunt: more parentum indulgere, eodem.
Merces debita repudianda non est, folio centesimo quinquagesimo secundo.	Benefaciendum his, qui nos oderunt, & hoc charitate, fo. clxiiii.
Luxurias multos precipitat, eodem.	Quod iuncturæ, & nerui in corpore hoc charitatis in bono opere eodem.
Pauli prudentia, eodem.	Pax humana vel obstando / vel vindicando iniurias plerumq; perficitur, Christi vero pax non nisi in tolerando. eodem.
Extollit data sibi munera Paulus, Fo. Centesimo quinquagesimo tertio.	Sacrarum literarum studiu ad quid vtile, eodẽ
Timotheus Paulo vnanimis, eodem.	
Ad Collossenses.	
Epistola Pauli in vinculis scriptæ, maxime pollent sanctimonia, fo. cliiii	

Tabula huius operis.

Homines de tim psalmis efferunt, angeli hymnis, folio centesimo sexagesimo quarto, Obsequium mulieris erga virum quale, folio centesimo sexagesimo quinto  
Parentibus in quibus non est obediendum Folio eodem.  
Seruitutem que lege obuenerit, Christi timore libeter exhibere liberi hominis est potius quam serui, eodem  
Acceptio personarum nulla apud deum quomodo folio eodem.  
Diabolus nos ab oratione conatur abducere, folio eodem  
Ex his perpenditur quantum valeat deprecatio iusti assidua; & ea precipue que fit cum gratiarum actione, fo. clxvi  
Sermo sale conditus non scurrilis, Folio eodem.  
Aliter huic, aliter illi respondendum, folio eodem.  
Onesimus seruus Philemonis, folio centesimo sexagesimo sexto  
Vide, & videte apud Paulum quomodo, folio centesimo sexagesimo septimo.  
Archippus, folio eodem.  
Iniuria cedit in gratiam, eodem

Ad Thessalonicenses.

Non persuasione, sed diuina virtute ad fidem traducimur, folio clxviii.  
Ut signa & inspiratio confirmant fideles, sic qui predicantibus inferuntur angores: fidem adstruunt, folio eodem.  
Qui cum hilaritate animi mala tolerat: dominum sectatur, folio eodem.  
Magnum fidei stabilimentum, que ab infidelibus inferuntur mala non timere, folio centesimo sexagesimo nono.  
Solus deus interna diiudicat, folio centesimo sexagesimo nono  
Magna doctoris commendatio, qui prout cuique opus est ad sermonem accommodat, Folio centesimo septuagesimo.  
Iudei non quasi ignorantes, sed vesania moti se uerunt in dominum, fo. Clxx.  
Sicut ira dei fuit a principio iudeis prophetarum uaticiniis intentata: nec finem sit habitura necesse est, folio Clxx.  
Qui in Christo uiuere uolunt: persecutione patiuntur, clxxi.  
Vis amoris etiam que certa sunt, & firmas: spectata reddidit, & dubia, eodem.  
Quemadmodum congruebat ipsos Apostolos, sicut & alios sanctos prophetas in cognita quedam nescire: ita & uitae rectitudinem non statim ope diuina fretos, sed labore conquirere eodem  
Que secundum Deum est beneuolentia, non hic, uel illum, sed omnes complectitur: ita ut in omnes eque se diffundat, folio centesimo septuagesimo secundo  
Continentia, que facit unum quemque uas uerum in sanctificatione possidere, exercitatioque, & consuetudine comparatur, Folio centesimo septuagesimo secundo.  
Deus unam unius esse uxorem constituit, Folio centesimo septuagesimo tertio  
Cum soluta, uel etiam prostituta uelle congrederi, damnable est, eodem.  
Momentaneum est quod delectat, eternum quod cruciat, eodem.  
Deus ob sui contemptum potius quam ut eum qui male perpeffus est, uisceratur: penas irrogat, folio eodem  
Apostolus uita functos eo quod alii quando suscitandi sint, dormientibus confert, folio centesimo septuagesimo tertio.  
Omnium quidem est futura resurrectio, sed fidelium tantum etiam honorabilis, & gloriosa, folio Clxxiiii.  
Soli fideles in iudicio sunt in aera subleuandi: & ita priores resurrecturi, eodem.  
Non est nostrum, immo nec ipsorum Apostolorum resurrectionis tempus cognoscere Folio centesimo septuagesimo quarto.  
Ex his palam est quantum cuique conducatur, sui finis ignoratio, eodem  
Sobrietas, & uigilantia ad beate uiuendum conducunt quidem, sed his dumtaxat, qui bonorum operum thorace se muniunt, folio centesimo septuagesimo quinto  
Quod capiti est galea, hoc spes menti, folio centesimo septuagesimo quinto.  
Qui Christum dilexerit, eum qui sibi prefficitur, & honore, & beneuolentia prosequatur necesse est folio Clxxv.  
Sed delinquente acerbiori quodam modo castigaueris pertinacitatem efficias, Folio centesimo septuagesimo quinto.  
Magna merces in illo manet, qui nullas uel ei in iurias, sed beneficium potius uel his qui se leserint, exhibere se cognouerit, folio centesimo septuagesimo sexto.  
Spiritus non extinguendus, fo. Clxxvi.  
Homini natura ex Gregorio Nyseio folio eodem.  
Obtestatio apud veteres Christianis formidolosa, eodem.  
In epistolam ad Thessalonicenses secundam annotata, eodem.  
Ad Thessalonicenses iterum Paulus, Folio centesimo, septuagesimo septimo  
Resurrectio futura, eodem.  
Qui unum, reiectis ceteris, amore prosequitur: sprete charitate diuinitatem sectatur, Folio eodem.  
Non probatur modico patientia, sed diuturna malorum tolerantia, eodem.  
Corona ex pressuris, eodem.  
Si conditionalis interdum affirmit, Folio centesimo septuagesimo octauo  
Optima consolatio, eodem.  
Cruciatu infernales eternos fore, licet Originis: genitrix oppositum senserint, Folio eodem.  
Sola illa uenit fides dicenda, que re, & actionibus nititur, eodem.  
Non esse apud illum opus fidei, qui patientia careat, eodem.  
Antichristum ipsum, & discessionem, & peccati hominem, filiumque perditionis aperte nuncupari, fo. Clxxix.  
Antichristus idola si fuerint, euerteret, folio centesimo septuagesimo nono.  
Non debet quis se frustra periculis obicere, Folio eodem.  
Credendum est furori: nisi fides uergeat, folio centesimo septuagesimo nono.  
Monarchiarum uisitudo, eodem.  
Charitatem ueritatis Christum (ut qui uerumque pre se tulerit) non iniuria dici, folio centesimo octuagesimo.  
Fides est donum dei, eodem

Tabula huius operis.

Que sunt nobis ecclesie traditione, seu uel ua uoce tradita, non secus atque illa, que scripta sit Apostolus sunt fide digna, Folio Clxxx.  
Spes futurorum eodem  
Non omnium est fides, sed eorum duntaxat, qui ut crederent digni sunt Folio centesimo octuagesimo primo.  
Licet omnia sint a deo haurienda, non tamen ideo frustra sunt labores, quos impendimus, folio clxxxii.  
Pecuniarum, & inanis glorie desiderium a charitatis tramite nos retrahunt, Folio eodem.  
Cauenda summo opere segnitie, & inertia pro qua etiam a sancto recedendum sit, Folio centesimo octuagesimo primo.  
Magnum supplicium peccantibus ab hominum conuersione se iungi, folio centesimo octuagesimo secundo.  
Nonnullos idcirco premit inopia, ut ea qua fuerimus in eos uel clementia, nostris uel uerbis mediatur, folio clxxxii.  
Nil pace desiderabilius, eodem.

Ad Timotheum.

Maxima dignitas apostolatus, Folio centesimo octuagesimo tertio.  
Benignus oportet esse preceptores erga discipulos obsequentes contra, &c. Folio eodem  
Interminatis genealogiis non esse insistendum, folio eodem.  
Finis precepti charitatis, Folio centesimo octuagesimo quarto.  
Integerrima charitas que, folio clxxxiiii.  
Iusto non est lex posita, folio eodem.  
Cur Deus Paulum, & non Iudam prouexit, folio eodem.  
Deus operatur in nobis & uelle, & posse, folio centesimo octuagesimo quinto.  
Non fungitur digne predicatoris munere: nisi qui mundana contempserit, folio clxxxv.  
Observatio mandatorum prodit ex charitate, folio eodem  
Solus Deus essentialiter sapiens, homo uel bb. ii.

Tabula huius operis.

angelus participatione,	Folio	tes sunt episcopi equales,	folio. Cxc.
lio centesimo octuagesimo quinto		Non licebat antiquis ingressuris templum	
Non debent ad prelaturam prouehi, nisi di-		vinum bibere,	folio eodem.
gni,	folio centesimo octua-	Non debet recens conuersus ad ministran-	
gesimo sexto.		dum admitti: nisi processu temporis prob-	
Hec in docente necessaria, vita irreprehensi-		appareat,	folio. Cxc.
bilis, & sana doctrina,	folio. Clxxxvi.	Sobrietas mulieribus maxime necessaria,	eodem.
Nemini nocet sathan, nisi Deo permitten-		Hec est inter legem & ecclesiam discrepan-	
te,	folio Centesimo octuage-	tia, q̄ illa figuras, & vmbas complectebatur	
simo sexto.		hec veritatem.	eodem.
Curiosa scrutatio demoniorum,	eodem.	Apostolus futuram heresim calamitatem	
Sacerdos omnibus pater,	Folio	denunciat,	fo. Cxc.
centesimo octuagesimo sexto,		In eos inuehitur, qui nuptias damnabant,	
Orationis fructus,	eodem.	Folio centesimo nonagesimo primo	
Belli, tentationumque vacatio plerisque in		Bona nubentium, castitas melior virginum	
malum cedunt,	folio. clxxxvii.	Folio	eodem.
Triabelli genera,	eodem.	Damnatur luxus, non quia impurus, sed	
Omnes precibus iuuare, & naturæ conso-		quia animam perdat.	fo. eod.
num est; & Deo gratissimum,	Folio	Vt corporali alimento quotidie nobis est	
Centesimo octuagesimo septimo.		opus, ita & spirituali,	folio eodem.
Mediator Dei, & hominum Christus, Fo-	lio	Non est cum peruerso, & incorrigibili mul-	
lio Clxxxviii.		tis agendum,	eodem.
Christus voluntarie moritur: non necessita-		Corporalis exercitatio parum utilis, Fo-	
te,	folio eodem.	lio centesimo nonagesimo secundo.	
Apostolatus dignitas,	eodem.	Deus vult omnes saluos fieri,	Fo-
Mulierum ornatus qualiter esse debeat, fo-		lio	eodem.
lio centesimo octuagesimo octauo.		Non est auxilium nisi a domino,	fo-
Non licet mulieri etiam de spiritalibus in		lio	Cxcii.
ecclesia quicquam differere,	Fo-	Manuum impositio prodest plurimum,	
lio Clxxxviii.		Folio	eodem.
Priscilla Apollo instruxit, sicut mulier post		Seniores etiam si deliquerint, non sunt incre-	
virum condita, ita & iure subdita,	Fo-	pandi,	folio eodem.
lio	eodem.	Cauendum non tantum malum ipsum, sed	
Continentia coniugibus nonnunquam ser-		& mali suspitio,	folio centesi-
uanda,	folio eodem	mo nonagesimo tertio.	
Qui vt profit potius quam prefit, episcopa-		Vidua deliciis, & luxui dedita viuit quidem	
tum desiderat, bonum opus desiderat, Fo-		corpore; spiritu tamen est mortua,	folio
lio,	Clxxxix.	Centesimo nonagesimo tertio.	
Episcopus ea virtute splendeat, vt nec sibi		Que sint viduarum numero annumeran-	
sit mali conscius, nec criminis accusari vale-		da,	Folio centesimo
at.	fo. Clxxxix	nonagesimo tertio.	
Qui vult alienos sibi morigeros redde-		Fides per charitatem operans (et si miracula	
re; suos frenet, & instruat,	folio cen-	non edat) hominem sanctum reddit, Fo-	
tesimo octogesimo nono.		lio	Cxciiii.
Vix bene fungitur preceptoris officio, qui		Quales esse debeant, qui presunt,	eodem.
discipulus esse non didicerit,	fo-	Abundare debet necessariis, qui alios instru-	
lio.	eodem.	unt,	folio eodem.
Excepta consecrationis cerimonia sacerdo-			

Tabula huius operis

Sermone quo ceteri instruantur magis op?		Militans Deo quid subire, & a quibus ab-	
est, q̄ optimo viuendi genere,	fo. Cxciiii	stinere debeat,	folio. Cc.
Delatores in senem non sunt facile admittē-		Non esse ignominia ducendum, sed glo-	
di.	Folio eodem	ria filium Dei fuisse morte perpeffum,	fo-
Qui delinquere perseverat, debet i propa-		lio	ducentesimo.
tulo redargui,	folio eodem.	Non potest corporeis vinculis sermo diu-	
Non sunt, nisi quos diligenti cura probaue-		rus intercipi.	eodem.
ris, ad sacros ordines promouendi, fo. excv.		Qui fuerit Christi passionum socius, erit &	
Cur Paulus, qui mortuos suscitabat, Timo-		consolationis,	folio du-
thei morbo non medebatur,	eodem.	centesimo primo.	
Conuersio ad fidem corporis seruitutem		Vbiq; Paulus pudorem magnificat,	fo-
non tollit,	folio eodem	lio	Cci.
Preceptor medici more nunc exasperat, mox		Non est speciosa laus in ore peccatoris,	fo-
leniat,	eodem.	lio	ducentesimo secundo.
Contentiosos cum semel, aut bis increpauit,		Iuuenilia desideria	fo. Ccii.
ris; missos facito,	folio. Cxcvi	Stultæ questiones,	Folio eodem
Non quia diues sit quispiam, incidit in la-		Hereticos, & eo maxime quibus mederi non	
queos diaboli; sed quia vult diues fieri, Fo-		petest; missos facito.	folio. ccii.
lio	Cxcvi.	Omnium malorum radix amor sui,	Fo-
Non facile Christum sectabitur, qui pecuniis		lio	ducentesimo tertio.
inhiet,	eodem.	Qui sic se curat, vt proximum negligat; sibi	
Spinæ corpus lacerant, mentem diuitia, fo-		ipfi nocet	fo. cciii.
lio	centesimo nonagesimo sexto.	Qui sibi non est boni conscius, omnes car-	
Dominus est immortalis ex substantia; an-		pit	folio eodem.
geli vero non natura, sed gratia.	fo-	Pietatis commendatio	eodem.
lio	centesimo nonagesimo septimo.	Mulierum inconstantia	eodem.
Diuitia diffidentiam pariunt, & insolenti-		Magi temporibus Moysi,	eodem.
am,	folio. Cxcvii.	Ostentationem, & iactantiam vitandas es-	
Prophanas vocum nouitates, & inanes do-		se,	folio ducentesimo quarto.
ctrinas vitandas esse,	eodem	Qui volunt hanc vitam secundum Deum	
Progenitorum preclara facinora sunt filiis		ducere; persecutionibus atteruntur,	Fo-
(si recte se gesserint,) gloriam allatura; sin se		lio	ducentesimo quarto.
cus ignominiam,	folio centesimo nona-	Humana scientia ad fallacias erudit, diuina	
gesimo octauo.		ad salutem.	fo. cciiii.
Ignem ligna nutriunt, spiritus gratiam, stu-		Nihil est quod scripturis nequeat dissolui.	
dium & vigilantia,	folio. Cxcviii.	Folio	eodem.
Spiritus timoris,	eodem.	Emendatio morum ex scripturis paratur, eo.	
Spiritus sancti beneficio Deum vt patrem		Oportune, & importune esse predicandum	
colimus,	eodem.	Folio	ducentesimo quinto.
Nedicas ignominie si innocens pateris, sed		Omnibus modis enitendum, vt peccanti	
gloria,	Folio centesi-	medeatur,	folio eodem.
mo nonagesimo nono.		Que sit inter immolationem, & delibatio-	
Si homo promptam voluntatem offerat: de		nem differentia,	folio duce-
us virtutem intundit,	eodem.	tesimo quinto.	
Pauli patientia,	eodem.	Qui pro mundanis decertant, momentane-	
Onesiphori commendatio	eodem.	am mercedem accipiunt: qui vero pro cele-	
Duo necessaria preceptoris fidelem esse, &		stibus eternam,	Folio du-
alios instruere,	folio ducentesimo.	centesimo quinto.	



Tabula huius operis.

Aduentus domini bonos iustificat; terret iniquos,	folio, ccvi	Obedientia erga principes,	folio, ccxi	
Duplex aduentus	eodem.	Iudicare de proximo,	folio ducent	
Creta demandata Tito,	eodem	tesimo duodecimo.		
Nullius precii homines in eos quos vexandos acceperint; acerbiori quodam modo de feruunt, q̄ virtute preediti,	Folio odem	Detestabilis libido in pueros	folio	
Paulus a Nerone occisus	eodem.	ducentesimo duodecimo.		
Nerone lenonem vocat Paulus	Folio	Baptizari est denuo nasci,	eodem.	
lio	ducentesimo septimo	Spiritus vniuersa confecit,	folio ccxii.	
Non est foemineum genus (si se virtuti ad dixerit) ad pleraq̄ bona exequendam inus aptum q̄ virile.	Folio, Ccvi.	Stultæ genealogiæ vitandæ,	eodem.	
Si nos gratia muniat; nihil quod molestum sit subire poterimus.	folio eodem.	Quæ diu mali emendationis spem aliquam preterunt, non sunt omnino vitandi,	Folio	
<b>Ad Titum.</b>				
Titus Cretæ episcopus,	folio, ccvii.	Non sunt etiam pietatis pretextu serui inuitis dominis subtrahendi,	eodem.	
Malos plerumq̄ corripimus, non quia speremus meliores fore, sed ne alios perdant.	folio eodem.	Archipus quis,	eodem	
Non omnis veritatis, sed eius quem secundum pietatem est cognitio nobis in benefici um cedit,	folio, Ccvi.	Fides sine operibus mortua est,	Folio	
Non ob id sumus fidem consecuti, q̄ iudges respuerunt, sed quia prelecti,	eodem	lio ducentesimo decimo tertio		
Partitio discipulorum Christi,	eodem.	Onesimum filium suum vocat,	Folio	
Communis vtilitas facit episcopum multa intermittere,	eodem.	lio ducentesimo decimo quarto.		
Quæ per se faciebat Paulus,	eodem.	Peccati confessio iram extinguit,	Folio	
Bigamus licet crimini non sit obnoxius, ordinari non debet.	folio, ccix.	lio,	ccxiii.	
Contumaces terrendi,	eodem.	Attende Pauli benevolentiam in Philemonem.	eodem.	
Quibus dolabris nititur diabolus domum dei euertere,	eodem.	Quæ sit vis orationis,	folio, ccxv	
Epimenides,	folio eodem	Humilitas sectanda proponitur,	Folio	
Ara ignoti dei,	eodem	lio,	Ccxv.	
Vertigo capitis	fo. Ccx.	Epistola ad Timotheum post hanc scripta.	Folio	
Senes quales.	folio, ccx.	lio ducentesimo quindecimo		
Senectus vini cupidior	eodem.	<b>Ad Hebreos,</b>		
Verbum orthodoxum,	Folio ducentesimo vndecimo.	Paulus a Nerone vita sublati est.	Folio	
Seruorum genus plerumq̄ perturbans improbum,	folio, Ccx.	lio ducentesimo decimo sexto.		
Duplex aduentus Christi, primus humilis secundus in gloria, Primus gratiam confert secundus præmia,	folio ducentesimo vndecimo.	Mundo iam in malum desperabiliter prolapso misit deus filium.	fo. ccxvi.	
		Quomodo filius est patri coæternus & consubstantialis,	fo. ccxvi.	
		Samothei error coarguitur,	eodem.	
		Non est sol sine radiis, nec pater sine filio potest intelligi,	folio eodem	
		Sabellius & Marcellus heretici,	fo.	
		lio ducentesimo decimo sexto,		
		Epistolam ad Hebreos esse Pauli,	Folio	
		lio	eodem.	
		Quæ sunt nobis morte Christi collata bene		

Tabula huius operis.

fiela	folio, Ccxvii.	uehere.	folio, ccxxiii.
Quid sit filium sedere ad dexteram patris.	Folio	Imperator exaucltorat ob delictum,	Folio
Christus quomodo dicatur factus,	Folio	lio ducentesimo vigesimo quarto	
Hodie eternitatem significat,	Folio, ccxvii	Presentia magis monent,	folio, ccxxiii.
Arrius	eodem.	Qualis esse debeat nostræ spei confessio,	Folio.
Non est datus Christus ad mensuram,	Folio	Duo throni nobis ad eundem, gratiæ vnus, alter iusticiæ,	eodem.
Mundi transformatio,	folio, ccxviii.	Non est post hanc vitam gratiæ, aut clementiæ locus,	eodem.
Filius eo iudex est futurus, vt eum pater honore afficiat,	folio eodem.	Nouum testamentum veteri prestantius,	folio
Plurimam esse deo de nobis susceptam curam,	Folio, ccxviii.	lio ducentesimo vigesimo quarto	
Angeli ministri,	eodem.	Ex errore & ignorantia omne malum gignitur,	folio Ccxv
Multis ministrandi officiis angelos erga homines fuisse perfunctos	eodem.	Nemo pontificium munus aggrediatur: nisi a deo vocatus,	eodem.
Spiritus sancti gratiam non omnibus indifferenter dari,	fo. ccxix.	Aaron per Moysen accitus,	eodem.
Et Christus paulominus ab angelis immunitus dicitur, quia mortuus,	eodem.	Ego hodie genui te quomodo,	eodem.
Filius dei missus per vniuerso orbe,	eodem.	Sacerdos in æternum Christus deus, eodem.	
Nestoriani,	eodem.	Melchisedech sacerdotii Christi typum gessisse,	eodem.
Cur gloriam dicatur dominus accepisse, cum eam natura sibi haberet ingentiam,	Folio, ccxx.	Quo sacerdotii Xpi sit æternum	eodem.
Diabolus hisdem armis est occisus, quibus hominem perdidit.	Folio, ccxx.	Christus assumptam carnem nunquam diuisit,	Folio
Semen Abraham,	eodem.	Magna obedientiæ vis, Paulus cupit vbiq̄ prodesse,	fo. ccxxvi.
Iudæorum preconium,	folio, ccxxi.	Perfectio ex malorum tolerantia gignitur, eodem.	
Quantum Christus Moyse præstet, & ante cellat,	folio, ccxxii.	Lac & cibus solidus,	fo. eodem.
Expectanda præmia,	folio, ccxxi.	Sensuum exercitatio,	eodem.
Preter Iosue & Caleph omnes sunt fere in deserto perditæ,	folio, ccxxii.	Pauli mos in sacris tractandis	fo. ccxxvii.
Tribus modis quiescimus,	eodem.	Necesse est eum poenitere vitæ preteritæ, quæ nouam vult inchoare,	eodem.
Non sunt eorum, quæ per deum geruntur, exigendæ rationes,	eodem.	Varia baptismatum species quondam, eodem.	
Non permittitur quis in diffidentiam cadere, nisi prius a deo desciscat,	eodem.	Donum celeste, Spûs sancti participatio quædam,	fo. eodem.
Fallacia peccati,	eodem.	Baptismus non iteratur,	eodem.
Caleph eo Terra pmissionis,	fo. ccxxiii.	Cum in aquam baptismatis immergimur: Christo conspelimur,	eodem.
Caleph, & Iesu eo q̄ seditionis non assensuerunt Palestinam sunt ingressi,	eodem.	In grecos phos, Peccata spinis & tribulis apte comparantur,	folio, ccxxviii.
Sabbatum requies,	eodem.	Charitatem elemosyna roborat,	eodem.
Tertia requies regnum coelorum.	eodem.	In quolibet statu salus acquiritur, modo si des afflit operibus roborata.	eodem.
Per requiem, cuius Dauid meminit, intelligitur celeste imperium,	Folio, ccxxiii	Paterno affectu docet Paulus non auctori te,	folio ducentesimo vigesimo octauo
Fides sola non potest nos ad coelum sub		Quo magis animi magnitudine pollet quis, eo acrius vexari permittitur: vt eius fides innotescat,	folio, Ccxix.
		Fides patientiam gignit,	folio, Ccxix.
			bb. iiii.

Tabula huius operis.

Expectandus deus, qui non statim implet promissa, eodem.  
 Abraham longanimitas, eodem.  
 Deo vel iniurato credendum, folio ducentesimo vigesimo nono.  
 Spes si intentionum tempestas ingruerit (velut anchora nauigium) stabiles nos redit, folio. ccxxxix.  
 Spei vis quanta, folio eodem.  
 Nouum a veteri testamento Paulus ubique cupit discernere, folio. ccxxx.  
 Melchisedech Abraham dignitate anteibat, folio ducentesimo trigesimo.  
 Melchisedech, qui rex iusticiae dicitur, figuram Christi pretulit, eodem.  
 Melchisedech parentes habuit; sed obscuros, folio eodem.  
 Cur dicatur Melchisedech esse sine patre, & sine matre, folio eodem.  
 Christus, & Melchisedech sacerdotes eternum, folio eodem.  
 Melchisedech Abraham prestantior, folio ducentesimo trigesimo.  
 Sacerdotum excellentia, folio. ccxxxii.  
 Decima persoluuntur sacerdotum precibus, folio eodem.  
 Cur Melchisedech dicatur in eternum viuere, folio eodem.  
 Leui, & Melchisedech, eodem.  
 Leui nondum genitus decimatur, folio. ccxxxii.  
 Sacerdotium Christi leuitico loque prestantior, eodem.  
 Imperfectum Aaron sacerdotium, eodem.  
 Christus sacerdos factus est, cum carnem assumpsit, & se in sacrificium obtulit, folio eodem.  
 Sacerdotium leuiticum in aliam tribum translatio, folio eodem.  
 Sacerdotio insolubili Christus fungitur, folio. ccxxxii.  
 Non inutilis quidem fuit lex, sed ut perfectio nem afferret; nihil profuit, eodem.  
 Apta similitudo, eodem.  
 Spes deo nos iam proximos facit, eodem.  
 Christus deo iurante sacerdos factus, eodem.  
 Sacerdotium Christi sempiternum, eodem.  
 Christus est nobis iter ad patrem, eodem.  
 Olios, & acacos graecae voces ab interprete re-

lictar, folio. ccxxxiii.  
 Hostiae per Christum oblati virtus, & efficacia, folio eodem.  
 Humilia quaedam Christo attribuuntur; ut naturae humanae condescendatur, eodem.  
 Coelum empyreum immobile, & stabile, eodem.  
 Quid interest inter donum, & hostiam, folio. ccxxxiiii.  
 Vetus testamentum figura, & umbra, eodem.  
 Noui testamenti supra vetus excellentia, eodem.  
 Vetus testamentum nouo superueniente reicitur; non quia malum, sed quia insufficientis ad iustificandum, eodem.  
 Esdras propheta, eodem.  
 Lex Christi / lex spiritus, folio. ccxxxv.  
 Lex iudaica paucis nota, eodem.  
 Tria erant tabernaculis loca, eodem.  
 Seculare sanctum quare, folio eodem.  
 Tabernaculum, in arca erat vna aurea, & vna ga Aaron, & tabulae, folio eodem.  
 Propitiatorium quale, eodem.  
 Aaron incensum adolens, folio. ccxxxvi.  
 Aaron bis in anno cum incenso sancta sanctorum ingrediebatur, cum sanguine vero semel tantum, folio eodem.  
 Anagogica contemplatio, eodem.  
 Lex humanis solum rebus imposita, eodem.  
 In hereticos dicentes Christi corpus esse aeternum, folio eodem.  
 Cur corpus Christi dicatur tabernaculum / & velamen, folio. ccxxxvii.  
 Iudeorum consuetudo in sacrificiis, eodem.  
 Buccula quae sine maculis esset in sacrificium, folio eodem.  
 Testamentum per filii mortem confirmatum, folio eodem.  
 Testamentum morte testatoris confirmatur, folio ducentesimo trigesimo septimo.  
 Lecto mundato Moyses aspergebat populum, folio. Ccxxxviii.  
 Cur in aspersione inducatur hyssopus, & lana coccinea, eodem.  
 Iudeorum ritus, eodem.  
 Hierosolimitani templi excellentia, eodem.  
 Christi pontificatus, folio eodem.  
 Cur tantum sit dilatus auentus, folio eodem.  
 Gregorius Nyssenus, folio. Ccxxxviii.  
 Apta similitudo, folio eodem.  
 Cur semel obierit Christus, folio. Ccxxxix.

Tabula huius operis

Christus est offerens, & oblatum, folio. ccxxxix.  
 Quae sub lege fiebant; figuram futurorum praeferebant, quae vero in ecclesia imaginem, folio.  
 Medicina quae sit efficacissima, eodem.  
 Vnicum est, & semel oblatum nostrum sacrificium, legis vero multiplex, eodem.  
 Hostia peccatum non purgabat, sed ostendebat, eodem.  
 Elephanticus morbus, folio. ccxli.  
 Vnde multiplicitas sacrificiorum, eodem.  
 Quid per caput libri intelligitur, eodem.  
 Quaestio notanda, eodem.  
 Duplex voluntas, eodem.  
 Paulus nuptiarum expers, eodem.  
 Cur Deus permiserit sacrificia fieri, & animalia sibi offerri, eodem.  
 Repudiata sunt sacrificia, quia imperfecta / & non propter offerentium peccata, folio ducentesimo quadragesimo.  
 Quaestio notanda, folio eodem.  
 Remissio delictorum ex nouo testamento, folio ducentesimo quadragesimo primo.  
 Plenam fidem adepti non desperant, folio. ccxlii.  
 Bona est fratrum congregatio, folio. ccxlii.  
 Baptismus mortis Christi praefert imaginem, folio. ccxlii.  
 In nestorianos, eodem.  
 Qui accepta beneficia non recte dispensat; benefactorem afficit contumelia, folio. ccxlii.  
 Magnum est animi ferre conuicia, folio. ccxlii.  
 Patientiam nobis esse necessariam, folio ducentesimo quadragesimo tertio.  
 Fides est de non visis, folio. ccxliiii.  
 Iustus ex fide viuuit, eodem.  
 Fides hostiam Abel magis quam Cain deo reddidit acceptam, folio. ccxliiii.  
 Coeli ad nos vox, eodem.  
 Fides Enoch, eodem.  
 Enoch translatus est, sed incertum quo, folio eodem.  
 Fides Noe, eodem.  
 Fide Abraham ad incognitam sibi terram proficiscitur, folio eodem.  
 Sarra sterilitate / & senio confecta fide conce-

pit, folio. ccxlv.  
 Bona quae Abraham Enoch / & aliis sanctis deus contulit, erant velut preguustationes / & signa quaedam verae promissionis futurae, folio.  
 Abraham ex Mesopotamia, folio. ccxlv.  
 Fide Abraham ceteros vicit, eodem.  
 Tentauit deus Abraham non ut experiretur eius virtutem, sed ut nos instrueret, folio. ccxlv.  
 Quid Isaac figurauerit, folio. ccxlv.  
 Benedictio Jacob / & Esau, eodem.  
 Benedictio filiorum Ioseph, eodem.  
 Moyse parentes ignobiles, & infirmi, folio. Ccxlvi.  
 Moyses paruus volentes se perimere ad commiserationem risu flexit, eodem.  
 Non affligi cum merentibus / & afflictis in peccatum reputatur, eodem.  
 Prosperitas, & otium peccatores confociantur, iustos opprobrium, eodem.  
 Non est tentandus deus, folio. ccxlvii.  
 Liminum / & valuarum inunctio Christi effusum sanguinem praefigurabat, folio. ccxlvii.  
 Fides omnia reddit facilia, eodem.  
 Miracula circa hebreos facta calumniari non posse, eodem.  
 Fide muri hierico corruunt, eodem.  
 Raab meretrix, eodem.  
 Gedon dux militiae, eodem.  
 Sancti per fidem diuersa subiere pericula, folio. Ccxlvi.  
 Melota ouilla pellis, eodem.  
 Mundus quid apud Paulum, eodem.  
 Vnde nobis auxilium ex sanctis, eodem.  
 Aliqui per continentiam, alii per eleemosynam, & alii per diuersas virtutes currunt ad brauium, eodem.  
 Christus est exemplar bene viuendi, folio. Ccxlvi.  
 Deus nos tentari permittit ut probet; & coronis tandem condonet, eodem.  
 Non est deo acceptus qui nihil patitur aduersi, folio eodem.  
 Adulterini / & nothi filii, eodem.  
 Deo aduersantis est nolle equo animo patipressuras, eodem.

Tabula huius operis.

Inobedientes, & contumaces mortui,	fo. ccl.	Deus ut ignis consumens,	folio eodem.
lio		lio	
Diuina eruditio,	folio eodem	Hospitalitas deo gratissima,	folio
Fructus pacatissimus,	eodem.	ducentesimo quinquagesimo secundo.	
Trochia quid,	eodem.	Magnum charitatis vinculum,	fo. ccliii
Pacem cum omnibus esse habendam,	fo. lio,	Connubium nedum adolescentulis, sed etate prouectis honori est,	eodem.
Honorabiles nuptiæ	eodem.	Connubium honoratur	eodem.
Amaritudo peccati quanta,	eodem.	Fidei virtus,	eodem.
Esau primogenita vendidit,	fo. ccli	Doctrinæ peregrinæ quæ dicantur,	fo. lio
Esau a patre reprobatur,	eodem.	ducentesimo quinquagesimo tertio	
Esau etiam cum lachrymis postulans exaudi non meruit.	eodem.	Judaica ciborum obseruatio vitanda,	fo. lio
Moyli vox gracilis, & exilis,	eodem.	Sanguis animantium in sancta deferebatur cadauera; extra castra comburebantur,	fo. lio
Bestia tangens montem lapidabatur,	fo. lio,	lio	ccliiii.
Deus omnium futurus iudex	eodem.	Principibus etiam improbis obtemperandum esse; modo fidem non obturbent,	fo. lio
Cur melius dicatur loqui sanguis Christi, quàm Abel,	folio. cclii.	lio	eodem.
Terram bis fuisse commotam,	folio ducentesimo quinquagesimo secundo.	Hereticorum versutia,	eodem.
Tertia terræ quassatio futura in fine seculi.	Folio cclii.	Quæ sit prelati habenda cura	eodem.
Angeli non sunt per naturam perpetui, sed per gratiam	fo. cclii.	Prelati non nisi lachrymis suas vlciscantur iniurias,	eodem.
Quæ sunt sanctis futura, nec mutationem admittent, nec motum,	folio. cclii	Deo quando placemus,	folio. cclv
		Gratia multis modis accipitur apud Paulum	folio eodem.

¶ Finis.